

Del fol de la fony de S. de Granada

De catholicis institutionibus.

B. 7544

IACOBI SIMANCAE PA-

CENSIS EPISCOPI, DE CATHOLICIS

INSTITUTIONIBVS, LIBER, AD PRÆ-

cauendas & extirpandas hæreses admodum-

necessarius.

OPVS ANTE QVINDECIM ANNOS


primum editum, nunc autem ab auctore recognitum, & multis,

magnisque rebus memorabilibus locu-

pletatum.

Quibus accessit statim in principio yniuscuiusq; tituli, compendiosa quedam rerum omniū sum-
ma, & totius operis copiosissimus index iuxta literarum ordinem.

[Handwritten signature]




CVM PRIVILEGIO.

Compluti, apud Andream de Angulo. Anno Domini

1569.

Esta tassado a tres maravedis el pliego.



2 500 40 *[Small text on ruler]*

Del fol de la Comy de M^o de Granada

De catholicis institutionibus.

*BH
B-7544*

IACOBI SIMANCAE PA-

CENSIS EPISCOPI, DE CATHOLICIS

INSTITUTIONIBVS, LIBER, AD PRÆ.



cauendas & extirpandas hæreses admodum
necessarius.

OPVS ANTE QVINDECIM ANNOS

*primum editum, nunc autem ab auctore recognitum, & multis,
magnisque rebus memorabilibus locu-
pletatum.*

*Quibus accessit statim in principio yniuscuiusq; tituli, compendiosa quedam rerum omniū sum-
ma, & totius operis copiosissimus index iuxta literarum ordinem.*

[Handwritten signature]



CVM PRIVILEGIO.

Compluti, apud Andream de Angulo. Anno Domini

1569.

Esta tassado a tres maravedis el pliego.

Ad lectorem.

*Cur pigeat, quod opus properatio leſit iniqua,
Vt ſolet, huic medicas nunc adhibere manus?
Poſtulat hoc pietas, patitur mos, ipſe requirit
Phœbus, vt ingenij pignora quiſque iuuat.*

Multa quidem ſæpe congeſſi, non
quod mihi admodum placeant, ſed
quòd alijs placitura eſſe ſciam.

YO Iuan Fernandez de Herrera ſecretario del Conſejo de ſu Mageſtad,
doy fee, que por los Señores del ſe dio licencia para véder vn libro que
compuſo el doctór Simancas electo de Badajoz de Inſtituciones Catho-
licas, por precio de quatrocientos y ſeſenta y cinco marauedis cada libro
de la impreſion que del ſe hizo, que ſon tres marauedis el pliego, y mas
lo que montare la tabla del al dicho precio de tres marauedis: y que no ſe
venda ſin imprimir al principio de cada libro eſte teſtimonio de taſſa.
Fecha en Madrid a tres de Hebrero, de mil y quinientos y ſeſenta y nue-
ue años. Iuan Fernandez de Herrera.

El Rey.



POR quanto por parte de vos el Reuerendo in Chriſto padre don Diego
de Simancas Obiſpo de Ciudad Rodrigo, del nueſtro Conſejo, nos ha ſi-
do fecha relacion, que vos aueys compueſto ciertos años paſſados vn libro
intitulado Inſtituciones Catholicas: en el qual auia des. añadiſo ahora nue-
uamente algunas coſas importantes al bien de la república, y en ello auia
des pueſto mucho trabajo y cuydado: ſupplicandonos vos diſſemos licen-
cia y facultad, para que por tiempo de quinze años lo pudiſſedes impri-
mir y vender, ſin que otra perſona alguna lo pudiſſe hazer, ſin tener para ello poder vueſtro, o
como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro Conſejo (por quanto en el di-
cho libro ſe hizo la diligencia que la pragmatica por nos ahora nueuamente eſfecha diſpone) fue
acordado, que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha razon: y nos toui-
mes lo por bien. Y por la preſente vos damos licencia y facultad para q̄ vos, o quié vueſtro po-
der ouiere, podays imprimir el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion: y para que por tiempo
de diez años primeros ſiguientes, que corran y ſe quenten deſde el dia de la data deſta nueſtra
cedula en adelante, podays imprimir y vender el dicho libro. Y mandamos y defendemos, que
perſona alguna durante el dicho tiempo, no lo pueda imprimir ni véder, ſin tener para ello po-
der vueſtro: ſo pena de perder todos los libros que del ouiere impreſto, y mas diez mil marauedis
para la nueſtra camara. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo Preſidente y oydores de las
nueſtras audiencias, alcaldes, alguaziles de la nueſtra caſa y conte y chancillerias, y a todos los
corregidores, Aſiſtente, gouernadores, alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſti-
cias qualesquier de todas las ciudades villas y lugares de los nueſtros reynos y ſeñorios, y a ca-
da vno y qualquier dellos, anſi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, que
vos guarden, y hagan guardar y cumplir eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y
que contra el tenor y forma della no vayan, ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar por alguna ma-
nera: ſo pena de la nueſtra merced, y de veynte mil marauedis para la nueſtra camara. Dada
en Madrid a ſeys dias del mes de Hebrero, de mil y quinientos y ſeſenta y ocho años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad,
Pedro de Hoyo.



O N Philippe por la gracia de Dios, Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valécia, de Galizia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algecira, de Gibraltar, Duque de Milan, Conde de Flandes y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos, el Reuerendo in Christo padre Don Diego de Simancas, obispo de Ciudad Rodrigo del nuestro Consejo, nos fue fecha relacion diziendo, que por quato por el año pasado de mil y quinientos y cinquenta y dos años, con nue-

stra licencia y priuilegio auia des hecho imprimir vn libro por vos compuesto, intitulado Instituciones Catholicas: y que agora auia des añadido y estendido las materias que en el dicho libro se tratan, con mayor resolucion y diligencia, en gran utilidad y aprouechamiento de los juezes y personas por cuyas manos pasan las cosas del sancto officio de la Inquisicion, y de otros qualesquier letrados. Y nos supplicastes y pedistes por merced, vos mandassemos dar licencia para lo poder imprimir y véder, o cómo la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro, se hizo la diligencia que la pragmática por nos agora nueuamente fecha dispone: fue acordado que de uamos mandar dar esta nuestra carta en la dicha razon, y nos touimos lo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad, para que por esta vez podays hazer imprimir el dicho libro, que de suyo se haze mención: y mandamos que la tal impresion se haga por el libro original: que van rubricadas todas las hojas, y firmado al fin del de Iuan Fernádez de Herrera, nuestro escriuano de camara de los que reside en el nuestro consejo: y que despues de impresso, no se pueda vender ni venda, sin que primero se trayga al nuestro consejo: juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el, y se tasse el precio porque se ha de vender cada volumen. Y no fagades ende al. Dada en la villa de Madrid a siete dias del mes de Nouiembre, de mil y quinientos y sesenta y siete años.

El Licenciado Diego de Espinosa. El Doctor Diego Gasca. El Licenciado Morillas. El Doctor Durango. Doctor Suarez de Toledo.
El Doctor Gaspar de Quiroga.

Yo Iuan Fernádez de Herrera, escriuano de camara de su Magestad la fize escreuir por su mandado, con acuerdo de los de el su consejo.

Registrada Iorge de Olalde Vergara. Por Chanciller, Iorge de Olalde Vergara.

AD SERENISSIMUM

HISPANIARVM PRINCIPEM PHILIPPUM, Iacobi Simancæ Iurisconsulti, Præfatio.



VM MVLTÀ SINGVLARIS IN DEVM

Christum pietatis exempla, à maioribus tuis regibus Hispaniæ edita sint, serenissime Princeps, Iudeis non solum, sed etiam Mahumetanis omni sua ditione pulsis: sic tamen existimo, nulla in re Christianæ religioni magis ab eis fuisse consultum, quàm quod vindices hæreticæ prauitatis, quos Inquisitores nominamus, quasi vigilias per omnem Hispaniam locis opportunis disposuerunt: qui præcipua quadam vigilantia in custodia dominici gregis excubarent, & hunc à luporum voracitate, & morbidarum pecudum contagiosa tunc tuerentur. Hac enim ratione factum est, ut quum impius hæreticorum morbus iam pridem ortus in Germania, & longè lateq; vagatus multas nationes per licentiam periculose tentauerit, sola ferè Hispania fidem Catholicam puram inuolatamq; piorum Principum prouisione ac beneficio retinuerit. Quam tuorum maiorum piam laudem, cum te morum sanctitate & egregio Christianæ religionis cultu diligenter emulari animaduertirem, teq; id semper habere ante oculos quod Aristoteles ad Antipatrum de Alexandro scribens, ait: non modo sapientia præstare par est eum, qui antecedit imperio, sed etiam religione & pietate: haud ingrattam rem tibi fore putauit, si qualescunque has institutiones tuo nomini dicarem, nuper à me in eorum potissimum usum elucubratas, qui erunt patris tui Caroli Maximi, tuaq; voluntate sacrosancto Inquisitionis officio præficiendi. Quauis enim in omni ferè iuris vtriusq; tractatu tot ac tanta scripta & commentaria extent, ut vix ea quispiam dinumerare, nedum perlegere aut perspicere possit: nemo tamen eorum, quos mihi videre licuit, vsque adeò iuste grauissimam hanc materiam tractauit, ut superuacaneus labor noster videri queat. Itaq; in gratiam Hispanorum nostratum (quos inter extirpanda hæresibus reliqui orthodoxi omnes sedulo imitari deberent) de irapijs omnibus, verè religionis hostibus summatim conscripsi, & inquirendi, iudicandi, & puniendi rationem paulò accuratius explicauit, nec cetera tacui, quæ huius muneris rudiores in-

stitueret, doctiores admonere non incommodè posse visa sunt: hoc libentius persecutus omnia, quòd librum hunc tuo nomine decorare constitueram, non quasi te dignum, sed ut meum in te colendū propensissimum animum ex magno in te tenui studio ac voluntate cognoscas. Deus Optimus Maximus serenissime Princeps, tibi semper adsit.

(*)

Illustrissimo & apprime obseruando Domino. D. Iacobo Simancæ Pacensi Episcopo, Simon Cugna Ribera Lusitanus, typographicus Corrector in Academia Complutensi, perpetuam exoptat felicitatem.



VM PROXIMIS SUPERIORIBVS DIEBVS, Præsul Illustrissime, ad typographicam istam officinam, in qua mihi corrigendi libros, qui æneis formis madantur, prouincia data est, præclarum hoc opus altatum esse, illudq; prius (ut soleo) diligenter perlegissem, tantam animo voluptatem cepi, ut ad ea quæ semel legeram iterum & sæpius regustanda, inexhausta quadam auuiditate illectus fuerim. Eo enim ordine & orationis filo, res grauissimas, & difficillimas complecteris: tanta verborum & sententiarum concinnitate, non solū abstrusa vtriusq; iuris mysteria & arcana in lucem profers: sed (quod paucis Iurisprudentium his temporibus contigisse video) res occultas & penitus abditas in media Philosophia, ornate & splendide depromis: ut non modo in Iurisprudentia, sed in Philosophia, etiam & ratione dicendi ad primos peruenisse videaris. Quæ quidem ex re quantum tuo nomini laudis accesserit, illi facile iudicabunt, qui te, cum vtriusq; iuris disciplina sis eruditissimus, & ingenio, prudentia, multarumq; scientiarum cognitione tantum valeas & excellas, ita omnia distinctè, ornate, & copiosè dicere animaduertent, ut verba rebus, & res verbis mirabiliter respondeant. Quod cum magnum, & in summa laude positum semper fuerit, hoc præsertim tempore diuinis profectò laudibus celebrari debet: cum iam cò dementiæ ventum sit, ut eloquentia quæ tot commoda & utilitates hominibus importauit, ferè omnibus ludibrio esse cœperit, illisq; maxime, qui sese ita demum Iurisprudentiæ & Theologiæ clauum tenere posse existimant, si nihil quicquam ornate, politè, & eleganter scribant. Quasi vero eloquentia, si cum sapientia coniungatur, quicquam pulchrius & venustius inueniri possit: contra vero quicquam turpius & fœdius sit, quàm eos qui se circumspectos Iurisprudentes, & magnos Theologos passim iactitant barbarè, inconcinnè, & inornatè loqui. Hæc cum antea à multis accepissem, nunc verò re ipsa expertus fuisset, te non solum eloquentium omnium consultiissimū, sed consultorum longè eloquentissimum esse: maiori quodam studio tuarum rerum incendi, & inflammari cœpi. Hanc autem meam erga te voluntatem, studiumq; singulare non temerè, & ex leui aliqua animi affectione nasci, sed ab egregiis & eximii tui animi dotibus excitari perspicuum est. Habet enim hoc proprium & peculiare virtus præstantissima, ut mirabiles vbiq; amores excitet, suoq; lumine & splendore vniuersos homines ad sui cultum & venerationem alliciat. Te autem quis non impense amet & obseruet Præsul integerrime, cum non solum clarissimis multarum scientiarum ornamentis floreas & excellas, verum etiam omnibus diuinatum virtutum laudibus mirum in modum abundes, illarumq; præsidio firmissimè munitaris. Quis enim egregia in Deum Opt. Max. pietate præstator? Quis pura & sincera religione perfectior? Quis sanctimonia & cæteris virtutibus clarior reperiri poterit? Nam ut innumeras alias virtutes præmittam, quibus animus tuus diuino beneficio locupletatur: quis sanctius & sapientius amplissimum Episcopi munus exequitur? Et (quod ipsum Episcopi nomen & dignitas exposcit) maiori cura & diligentia pro sibi commissarum ouium salute & incolumitate vigilat? Optimè enim intelligis Antistes sapientissime, eos qui in hoc amplissimo dignitatis gradu collocantur, tantquam speculatores quosdam altissimum locum obtinere, ut ex eo plurima conspicientes fuugantur suo munere, & quem admodum se vnusquisq; gerat diligentissimè obseruent: impendentesq; tempestates acutissimè prospicientes, eas totis viribus sedare studeant. Hinc est, quòd traditum tibi gregem saluberrimis institutis, sanctissimisq; præceptis ad Dei Opt. Max. cultum semper excitas: & aduersus huius infelicissimi temporis procellas firmissimis præsidiiis confirmare non desinis. Quæ omnia cum longè lateq; fluxerint, & ad exterarum nationum cum maxima tua laude permanuerint, ita me iam pridem ad tui obseruantiam & admirationem allegerant, ut nihil vnquam vehementius optauerim quàm aliquam nancisci occasionem qua incredibile meum erga te studium & voluntatem aliqua tibi significatione declarare possem. Quod cum

tantopere expeterem, inſperanti mihi accidit, vt hoc præclarum opus ad manus meas perueniret. Id verò cum ex lege mihi impoſiti muneris perlegiſſem, rerumq; & verborum delectu mirificè fuiſſem recreatus, rem me ſtudioſis omnibus gratiſſimam, tibi vero non iniucundam facturum exiſtimavi, ſi collecta ſingulorum capitum ſummã, illam ordine literarum digeſtam curioſis lectoribus offerrem. Nam cum tam multa in hoc opere reperiatur partim ab antiquitate & doctiſſimis hominibus petita, partim ab ipſis Iuriſprudentiæ & Philoſophiæ fontibus deriuata: eaq; cum in primis ſint neceſſaria, non omnia memoria comprehendi poſſint: parum me publicæ vtilitati conſulturum exiſtimavi, niſi mea opera & induſtria, infinito penè labore quærendi res inſignes, quæ in hoc volumine legentibus ſele offerent, ſtudioſos omnes leuare contenderem. Id autem quicquid eſt officii in multos (vt ſpero) hominès collatum Præſul Illuſtriſſime, tibi poſſimum offero, quem potiſſimum reſpiciens hunc mihi laborem impoſui. Quod ſi qua ſoles humanitate exceperis, ſatis magnum fructum diligentia & vigiliarum mearum mihi relatum eſſe exiſtimabo. Fortunet Deus Opt. Max. ampliſſimum tuæ dignitatis gradum: & te vitamque tuam incolumem diutiſſime conſeruet, vt in eius ſg'oriam tibi commiſſum gregem in officio ſemper contineas.

Incommendationem huius præclari operis

Simonis Cugnæ Luſitani epigramma.


Qualis vbi ardenti radiorum luce coruſcans,
Purpureum Phæbus pandit in orbè diem,
Omnia qua denſis nox cæca inuoluerat vmbriſ,
Premiſſa illuſtrat protinus ille face:
Vnde atra expulſa toto caligine calo;
Et color, & facies rebuſ amica redit,
Atq; alacris pulſoq; metu de corde viator,
Inceptum pergit carpere rurſus iter.
Nam luce infuſa, præcunteq; lumine Phæbi,
Nouit quam poſſit tutuſ adire viam.
Præcipiteſq; locos vitans, ſalebrosaq; ſaxa,
Quò cupit ille ſo peruenit ille pede.
Sic poſtquam in lucem præſul digniſſime proferſ
Hoc opus, & patriæ conſulis uſq; tue,
Res priuſ abſtriſe pateſunt ordine miro,
Et reſperſa nouo lumine cuncta micant.
Iuraq; ſecuruſ populis arcana miniſtrat,
Et planam iudex cernit vtrinq; viam.
Evoluensq; ſacri diuina volumina iuris,
Pergit inoffenſum te duce lætuſ iter.
Ergo perpetuò, Phæbeæ lampadis iuſtar,
Fulgebit toto nomen in orbè tuum.

Index argumentorum totius operis.

<p>A</p> <p>Abiuratione. Tit. 1.</p> <p>Absentibus. Tit. 2.</p> <p>Absolutione. Tit. 3.</p> <p>Accusationibus. Tit. 4.</p> <p>Aduocatis. Tit. 5.</p> <p>Appellationibus. Tit. 6.</p> <p>Apostatis. Tit. 7.</p> <p>B</p> <p>Blasphemis. Tit. 8.</p> <p>Bonis hæreticorum. Tit. 9.</p> <p>C</p> <p>Ceremoniis. Tit. 10.</p> <p>Communicatione hæreticorum. Tit. 11.</p> <p>Concilijs. Tit. 12.</p> <p>Confelsis. Tit. 13.</p> <p>Contumacibus. Tit. 14.</p> <p>Credentibus, defensoribus, fautoribus & receptoribus. Tit. 15.</p> <p>Custodia reorum. Tit. 16.</p> <p>D</p> <p>Defensionibus reorum. Tit. 17.</p> <p>Defunctis. Tit. 18.</p> <p>Denunciatione. Tit. 19.</p> <p>Disputatione. Tit. 20.</p> <p>Dignationibus & reuelationibus. Tit. 21.</p> <p>Doctoribus ecclesiæ. Tit. 22.</p> <p>Dominis temporalibus. Tit. 23.</p> <p>E</p> <p>Ecclesia. Tit. 24.</p> <p>Episcopis. Tit. 25.</p> <p>Errore & ignorantia. Tit. 26.</p> <p>Excommunicatione. Tit. 27.</p> <p>F</p> <p>Fide catholica. Tit. 28.</p> <p>Filijs & minoribus. Tit. 29.</p> <p>H</p> <p>Hæresi. Tit. 30.</p> <p>Hæreticis. Tit. 31.</p> <p>I</p> <p>Idololatria. Tit. 32.</p> <p>Imaginibus. Tit. 33.</p>	<p>Inquisitoribus. Tit. 34.</p> <p>Iudeis. Tit. 35.</p> <p>Judicibus secularibus. Tit. 36.</p> <p>L</p> <p>Lamijs. Tit. 37.</p> <p>Libris. Tit. 38.</p> <p>M</p> <p>Mahumetanis. Tit. 39.</p> <p>Matrimonio. Tit. 40.</p> <p>Ministris & eorum officiis. Tit. 41.</p> <p>O</p> <p>Occultis. Tit. 42.</p> <p>Officio receptoris. Tit. 43.</p> <p>Ordine procedendi. Tit. 44.</p> <p>P</p> <p>Papa. Tit. 45.</p> <p>Pœnis. Tit. 46.</p> <p>Pœnitentibus & conuersis. Tit. 47.</p> <p>Pertinacibus & impœnitentibus. Tit. 48.</p> <p>Predicatoribus. Tit. 49.</p> <p>Presumptionibus & suspicionibus. Tit. 50.</p> <p>Probationibus. Tit. 51.</p> <p>Procuratoribus. Tit. 52.</p> <p>Promotore fiscali. Tit. 53.</p> <p>Propositionum qualitate. Tit. 54.</p> <p>Protestatione. Tit. 55.</p> <p>Purgatione canonica. Tit. 56.</p> <p>R</p> <p>Relapsis. Tit. 57.</p> <p>S</p> <p>Schismaticis. Tit. 58.</p> <p>Scripturis diuinis. Tit. 59.</p> <p>Sententijs. Tit. 60.</p> <p>Seruis. Tit. 61.</p> <p>Serilegijs. Tit. 62.</p> <p>Superstitionibus. Tit. 63.</p> <p>T</p> <p>Testibus. Tit. 64.</p> <p>Tormentis. Tit. 65.</p> <p>V</p> <p>Vuris. Tit. 66.</p>	
--	--	--

In

Index copiosissimus rerum omnium, quæ in hoc volumine scitu dignæ reperiuntur.

<p>A</p> <p> Biurare apud antiquos, & iuris potestatis peritos quid sit. 1. pag. 1.</p> <p>Abiurare quitententur. fo. 1. pa. 2.</p> <p>Abiurandi formula. 4. pa. 2.</p> <p>Abiurare publicè qui non debeant. 4. pa. 1.</p> <p>Absentes cur damnari non debeant, & quâdo id liceat. 5. pa. 1.</p> <p>Alexandri mos in decidendis causis. ibid.</p> <p>Absentes contumaces olim etiam damnabatur. 5. pa. 2.</p> <p>Absens de cuius hæresi planè iudicibus constat, missio exequutore in carcerè est coniiciendus. 6. pa. 1.</p> <p>Absens tribus edictis adesse iussus, si nõ compareat quo pacto puniendus sit. 6. pa. 1.</p> <p>Absens hæreticus iusta aliqua suspitione presens, quomodo plectendus si vocatus non compareat. 6. pa. 1.</p> <p>Absentis hæretici causa quæ in prouincia tractanda sit. Ibidem.</p> <p>Absens hæreticus missis requisitorijs literis, in aliena prouincia comprehendi potest. 6. pa. 2.</p> <p>Absentis causa, quem in alijs prouincijs hæreticum esse constat, quibus inquisitoribus committenda sit. 7. pa. 1.</p> <p>Absentis hæretici causa, qui nullibi domicilium habet, quo in loco tractanda sit. Ibidem.</p> <p>Absens hæreticus qui intra annum seipsum coram iudicibus exhibuerit, ira audiendi debet, vt eius bona non publicentur. 7. pa. 2.</p> <p>Accusari debet ab omnibus quicumque reipub. perniciosus fore erit, dummodo eius crimina idoneis testibus comprobari possint. 9. pa. 1.</p> <p>Accusator hæretici ab accusatione desistere non potest impunè. 9. pa. 2.</p> <p>Abolitio in quibus criminibus præstari non possit. 9. pa. 1.</p> <p>Aduocati hæreticorum qualès esse debeant. 10. pa. 2. eorum officium. Ibidem.</p> <p>Aduocati hæreticos nequeunt defendere, nisi id eis ab inquisitoribus permillum fuerit. 10. pa. 1. quando eis concedendi. Ibidem.</p> <p>Aduocatis vnde dandum sit stipendium. 10. pa. 2.</p>	<p>Aduocatorum uerba, presente reo prolata, quomodo sunt accipienda. 10. pa. 2.</p> <p>Appellationes vanæ & friuolæ suscipiendæ non sunt. 11. pa. 2.</p> <p>Appellationes in re dubia admittere tutius est. Ibidem.</p> <p>Apostasia quid sit. 12. pa. 1.</p> <p>Alimenta non publicantur. 23. pa. 2.</p> <p>Arrhæ, & donationes propter nuptias vxori datæ, marito hæresis damnato, non confiscantur. 24. pa. 1.</p> <p>Aliena in re qui magnas impensas facit, quo pacto rei domino satisfactorius sit. 27. pa. 2.</p> <p>Actiones in rem vbi sint, & vbi in personas. 29. pa. 1.</p> <p>Alfonfus Castus censet hæreticum à iudice nondum condemnatum, neq; accusatum ab aliquo, teneri bona sua fisco offerre in foro conscientie. 32. pa. 1.</p> <p>Authores qui ceremoniarum derisores confutant. 50. pa. 1.</p> <p>Apostoli & sancti viri diligentissimè consuetudinem hæreticorum deuitarunt. 52. pa. 2.</p> <p>Aduocatus qui scienter defendit hæreticos, & tabellio qui facit illis instrumenta, infamia notandi sunt. 62. pa. 2.</p> <p>Amoris furor & vis. 73. pa. 1.</p> <p>Amoris furore percitus, licet hæreticum aliquid dicat, aut faciat, defendi nonnunquã potest. 73. pa. 2.</p> <p>Astrologi & alij qui ex siderum inspectione ea diuinant, quæ sunt homini cognitu impossibilia, suspectissimi sunt de societate dæmonum. 87. pa. 1.</p> <p>Aquilæ nomen quid significet in sacris literis cum dicitur. vbi quæ fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ. 90. pa. 2.</p> <p>Amoris impatientis sortilegia facere, & creas imagines, quo pacto supersticiosum, non hæreticum sit. 137. pa. 2.</p> <p>Apostata an sit censendus infans baptizatus qui captus ab infidelibus, eorum impietatem didicit. 140. pa. 1.</p> <p>Adorationis genus triplex est. 150. pa. 1.</p> <p>Athenis ante bis mille annos fuerunt iudices violatæ religionis, sacerdotes. 157. pa. 2.</p> <p>Armis vti generaliter cuiquæ vetitum est. 160. pa. 1.</p> <p>Ancyranum concilium nõ negat ea fieri posse, quæ sæpe à dæmonibus cum lamijs perpetrantur. 170. pa. 1.</p>	
---	--	--

Ambro

INDEX.

Ambrosius de matrimonio loquens, nuptias infidelis & haereticæ cum christiano ex æquo prohibuit. 184. pa. 1.
 Alexandri Seueri in eligendis magistratibus, prudentia & integritas. 168. pa. 2.
 Affectores siue consultores ab inquisitoribus conuocari debent. 188. pa. 1.
 Adulterij crimen grauius esse quàm homicidium, quidam Scæuolam sensisse aiunt. 190. pa. 1.
 Accusationis copia reo fieri solet. 201. pa. 1.
 Admonitio qualis esse debeat, vt haereticum pertinacem faciat. 242. pa. 1.
 Admonitio quæ censenda sit legitima. Ibidem.
 Absens suspectus de hæresi à quocunque excusari potest coram iudicibus. 254. pa. 2.
 Auguria obseruare, & futurorum euentus rimari ex stellarum cursu, quàm impium sit docet diuus Hieronymus. 278. pa. 2.
 Alcibiades & Demosthenes accusati aufugerunt. 301. pa. 2.

B

Blasphemare quid sit, & quot modis in Deum blasphemus quis dicatur. 13. pa. 1.
 Blasphemia quæuis continet falsitatem. Ibidem.
 Blasphemum quiuis accusare debet. Ibidem.
 eundem quiuis iudex punire potest. Ibidem.
 Blasphemus iniquè absolutus, aut remissius punitus ab aliquo iudice, puniri potest ab alio. 13. pa. 2.
 Blasphemiarum discrimina inter se, & ad quos iudices cognitio vniuscuiusque pertineat. Ibidem.
 Blasphemi in Virginem Mariam duplo maiori pœna coercentur. 13. pa. 2.
 Blasphemorum pœna. 14. pa. 1.
 Blasphemia pœna, qua rei nudo capite & sine chlamyde in ecclesia esse iubentur, vnde fuerit deriuata. Ibidem.
 Blasphemus absolutus in foro conscientia, an sit puniendus in foro iudicij. 15. pa. 1.
 Blasphemus qui plures eodem impetu blasphemias dixerit, durius puniendus, sed vna tantum pœna. Ibidem.
 Bona omnia vxoris de hæresi damnata publicantur. 20. pa. 1.
 Bona materna filij familias haeretici ad fiscum pertinent. Ibidem.
 Bona haeretici, ab eo die quo in hæresim incidit, publicari solent. Ibidem.

Bona haeretici qui defecit in purgatione, aut propter contumaciam damnatus est, a quo die publicanda sint. 20. pa. 2.
 Bona ab haereticis alienata, cum fructibus restitui tenentur malæ fidei possessores. 23. pa. 2.
 Bona futura non confiscantur. Ibidem.
 Bona aliena inter haeretici bona reperta legitimis dominis sunt restituenda. 24. pa. 1.
 Bona parapherna vxori restituenda sunt. 24. pa. 1.
 Bona quaesita constante matrimonio inter cõiuges, an diuidenda sint inter fiscum & vxorem, quæ sciens nupsit haeretico? 24. pa. 2.
 Bonis filij familias publicatis, non confiscatur portio illa legitima, quæ post mortem patris ei debetur. 24. pa. 2.
 Bona ecclesiarum publicanda non sunt propter hæresim clerici. 25. pa. 2.
 Bona restitutioni subiecta quæ possidebat haereticus non publicantur. 26. pa. 1.
 Bona haeretici ad regem illius regni pertinent, in quo ipsa reperta fuerint. 29. pa. 1.
 Bona haeticorum quo pacto olim diuidebantur. Ibidem.
 Bona haeticorum vsu capi possunt etiam contra ecclesiam Romanam, tempore quadraginta annorum. Ibidem.
 Bona quæ in singulos annos haeretico debentur, quando publicari nõ possunt. 29. pa. 2.
 Bona constante matrimonio quaesita, an spectanda sint ex domicilio, an ex loco vbi contractum fuit matrimonium, cum confiscari debent. 29. pa. 2.
 Bonorum omnium iactura solet mori acquiparari. 40. pa. 2.
 Bona aliena conscripta cum bonis haeticorum, propriis dominis sunt restituenda. Res etiam alienum protinus soluendum est. 196. pa. 2.
 Bona reorum quæ seruari possunt, locanda sunt à receptore & sequestro. 196. pa. 2.
 Bona reorum vendi non debent nisi auctione constituta, quod & in locatione seruandum est. Ibidem.
 Bona haeretici, postquam ille fuerit damnatus, cui & quomodo tradenda. Ibidem.
 Bona reorum de quibus lis est, & quæ pignori nexa sunt, quomodo, & quando vendi possint. Ibidem.
 Bonorum publicatorum distractio propter remerarias lites differenda nõ est. 197. pa. 1.
 Bona fisco & aliis communia, si commode diuidi nequeant, à quo vendenda sunt. Ibidem.

Bona-

INDEX.

Bona reorum aestimari debent antequam vendantur, & praconia in loco celebri faciendae. 197. pa. 2.

C

Confessiones suas an reuocare possint rei Confessionis reuocatio quocunque tempore admittitur in iudicio sanctæ inquisitionis. 58. pa. 1.
 Confitens factum, & negans impiam intentionem, an sit audiendus. Ibidem.
 Confitens inquisitoribus hæresim, prorsus occultam, occulte ab eis est absoluendus. 58. pa. 2.
 Confessio an reuocari possit, postquàm est ab altera parte accepta. 59. pa. 1.
 Confitens hæresim non prorsus occultam, quo pacto sit tractandus. Ibidem.
 Contumaces qui sint. 59. pa. 2.
 Contumax nisi post integrum annum à die excommunicationis computandum compareat tanquam haereticus damnandus non est. Ibidem.
 Contumax suspectus de hæresi an sit citandus in personam. 60. pa. 1.
 Contumax quocunque tempore compareat audiendus est. 60. pa. 2.
 Credentes qui disantur, & ipsorum species quot sint. 61. pa. 1.
 Credere haeticis qui constantur. 61. pa. 2.
 Carcer reis assignandus est, pro crimine & personarum qualitate. 65. pa. 1.
 Carcer pœnitentium qui ad perpetuum carcerem damnantur. Ibidem.
 Custodes carceris haeticorum quot, & quales esse debeant. 65. pa. 2.
 Custos carceris vnus tantum hodie ponitur. Ibidem.
 Carcerem haeticorum neque ipse iudex solus ingrediatur. Ibidem.
 Carceribus secretis haeticos coerceri quantopere expediat, vt Plato multis rebus seculis praesensit. 66. pa. 1.
 Carcer iure ciuili ad quid habeatur, & ad quid iure pontificio. Ibidem.
 Carcerem inquisitores quoties & quomodo visitare teneantur. Ibidem.
 Carceri perpetuo damnandos esse illos qui cum Carilina conturarunt, Iulius Caesar olim censuit. 66. pa. 2.
 Carceri perpetuo qui damnari non debeant Ibidem.

Carceris perpetui pœnam minuere vel commutare, ad quem pertineat. 67. pa. 1.
 Carceris perpetui pœna quomodo solear aliquid quando condonari. Ibidem.
 Confessarij copia quando ijs faciendae, qui in carcere ob crimen hæresis detinentur. 68. pa. 1.
 Consanguinei reorum vtrum defensiones allegare possint, & ad eorum probationem admitti. 74. pa. 2.
 Cadauera reorum, modo haeretici nõ fuerint curari non debeant. 75. pa. 2.
 Cadauera punitorum insepulta, relinquenda non sunt: & quando id liceat. 76. pa. 1.
 Cadauera & ossa haeticorum punienda curantur. Ibidem.
 Corpora haeticorum non sunt, inter Christianorum corpora sepelienda. 76. pa. 1.
 Citandi qui sint ad defuncti haeretici defensionem. 77. pa. 2.
 Confessio illorum recipi non debet, qui post plenam confessionem, sibi manus inferunt. 80. pa. 1.
 Correctio fraterna an sit necessaria ante denuntiationem haeticorum. 81. pa. 2.
 Caritatis lex. 82. pa. 1.
 Christianus quo pacto se gerere debeat, aduersus insurgentes opinionum tempestates. 90. pa. 1.
 Christianos docet ipsa veritas per Mattheum, quam doctrinam sequi debeant. 90. pa. 2.
 Consuetudines antiquissimæ ecclesiae vim ecclesiasticae legis habent. 105. pa. 2.
 Consuetudo antiqua non minorem vim habet, quàm scripta lex. 106. pa. 1.
 Causas tractari oportere in loco commissi criminis. 111. pa. 1.
 Christiani quid explicite scire & credere teneantur. 130. pa. 1. & 2.
 Christianus veritatibus illis credere debet, quæ ex sacris literis legitime deducuntur. 121. pa. 2.
 Catholici scriptores quibus in rebus salua fide dissentire possunt. 135. pa. 2.
 Catechumenus qui constanti animo baptismum suscipere statuit, & postea in hæresim lapsus fuit, an sit proprie dicendus haereticus. 140. pa. 1.
 Consiliarios senatus sanctæ inquisitionis quis eligat, & eorum munus quod sit. 158. pa. 1.
 Carolus magnus arcanum concilium integerrimorum hominum sine prouocatione instituit. 158. pa. 1.
 Christus

INDEX.

Christus seruator noster cur daemones verita-
tem dicentes loqui prohibuit. 175. pa. 2.
Christianus mahumetis secta se addicens,
quomodo puniendus. 178. pa. 1.
Clerici qui vxorem ducunt, eodem stylo ac
monachi coercendi sunt. 181. pa. 1.
Concilia quae matrimonium inter christia-
nos & haereticos prohibent, a pontificibus
maximis approbata sunt. 182. pa. 2.
Christianis graue & nefarium iugum est, cum
haereticis societatem coniungere. 182. pa. 2.
Christi membrum efficitur, quicumque non so-
lum per sacramentum fidei, sed per fidei
etiam sacramentum. 183. pa. 2.
Christianum virum cum muliere haeretica co-
iungi non licere, docet canon. 72. sexta sy-
nodi generalis. 184. pa. 2.
Custos carceris a quo hodie creati soleat.
187. pa. 2.
Consultores simul cum inquisitoribus delibe-
rare debent, & ea ferenda sententia, cui
maior horum pars adhaerit. 189. pa. 1.
Causa filici quomodo agenda. 197. pa. 2.
Citatio realis quid sit, & quid verbalis.
199. pa. 2.
Clericus qui sit haeticus pertinax, relapsus,
vel impenitens, quo pacto puniendus sit.
224. pa. 2.
Clericorum haeticorum degradatio siue ex-
auguratio, quo pacto faciendae sit. Ibidem.
Continuo & quoesim ad ecclesiam unitatem
recurere, quomodo quis dicatur. 233. pa. 2.
Confessio reorum qualis sit iusta & vera cen-
senda. 234. pa. 1.
Clericis cur non soleat publica poenitentia in-
iungit. 236. pa. 1. & 2.
Conuersi qui dicantur. 237. pa. 2.
Conuersi & eorum liberi an veteribus chri-
stianis in omnibus aequandi sint. 238. pa. 1.
Conuersi recenter, & nondum satis edifica-
tholicam fidem, si labatur in haesim, quo
modo sint tractandi. 238. pa. 2.
Consuetudinis & amicitiae vis. 249. pa. 1.
Consuetudo antiqua, qua tormentis, purga-
tione, abiuratione, eandem arbitrariis poe-
nis rei coercebantur, crudelis & iniqua e-
rat. 263. pa. 2.
Conuictus proprie dici non potest, qui spon-
te crimen confessus est. 267. pa. 2.
Christus multis in locis nobis praecipit, ut vni-
simus. 269. pa. 2.
Contestatio litis cur necessaria non sit in cau-
sa haereticis. 285. pa. 2.
Constantini constitutio quae de his loquitur,

qui nefandas nuptias contrahunt, deprava-
ta erat in veteri editione. 293. pa. 1.
Cynædorum & paedicatorum poena. 293. pa. 1.
Cynædorum ecclesiasticorum poena. Ibidem.
Consanguinei reorum admittendi non sunt
ad probandas exceptiones, contra testes
accusatoris. 294. pa. 1.
Confessio criminis extra iudicium facta, ad
reum torquendum sufficere creditur.
301. pa. 1.
Clerici & monachi an torqueri possint, & a
quo torqueri debeant. 304. pa. 2.
Confessio in tormentis extorta quando reo
nocere non possit. 306. pa. 2.
Carcer species tormenti est. 306. pa. 2.
Confessio quando dicatur ex tota metu tor-
mentorum. 307. pa. 1.
Confessio tormentis extorta quam vim ha-
beat. 307. pa. 2.
Confiscatio bonorum haeretici non debet a-
liis esse damnosa. 31. pa. 2.
Creditoribus haeretici ante eius haesim, fil-
cus satisfacere debet ex publicatis bonis.
31. pa. 1.
Confiscationis executio quando faciendae
sit in bonis haeticorum. 31. pa. 2.
Confiscationis ius, si duo sint domini tempo-
rales, alter inferior alter superior, utriusque
pertineat. Ibidem.
Consuetudo fauorabilis quando extenden-
da. 31. pa. 2.
Clerico, qui per sex menses praetermiserit le-
ctionem officij canonici, qua poenam im-
ponat lateranense concilium. 38. pa. 1.
Crimina omnia, etiam si publica sint, legibus
puniti non oportet. 40. pa. 1.
Cereemonias ecclesiae quantopere detestetur
Lutherani, & quantus earum fructus sit.
43. pa. 2.
Cereemoniarum magnus vsus erat in veteri
testamento. Ibidem.
Cereemoniis vsus est Christus Redemptor no-
ster. 49. pa. 1.
Cereemonias docuerunt apostoli. Ibidem.
Cereemoniae etiam apud ethnicos magni fie-
bant. 49. pa. 2.
Cereemoniarum utilitates. 50. pa. 1.
Cereemoniae quid sint, & cur talem quis reli-
gionem tenere creditur, qualibus ceremo-
niis vitur. Ibidem.
Carnes, vinum, & alia huiusmodi qui execra-
tur, & ab inquisitoribus moniti gustare no-
lunt, quo numero habendi sint. 51. pa. 1.
Communicatio haeticorum cur vitanda.
51. &

INDEX.

51. & 52. pa. 2.
Communicantes cum haeticis plus minus-
ue suspecti sunt habendi, considerata per-
sonarum, loci, ac temporis qualitate. 53. pa. 1.
Communicare cum haeticis quando liceat
Ibidem.
Concilium quid sit, & quot illorum genera,
& quae autoritas sit. 53. pa. 2.
Conciliorum generalium autoritas & utili-
tas. 54. pa. 1.
Concilia generalia, quae dicantur legitime co-
gregata. 54. pa. 2.
Concilium generale quando conuocari liceat
absq; autoritate Papae. 55. pa. 1.
Concilium vniuersale, neque alius quisquam
iudex Papam eodemnare potest. Ibidem.
Concilium sacerdotale quid sit, & quod ro-
bur habeat. 56. pa. 1.
Concilia prouincialia quam autoritate ha-
beant. 56. pa. 2.
Confessio potissima est probationis species.
57. pa. 1.
Confessione sola haereticus probari potest, sed
poena ordinaria non puniendae est, nisi ali-
ter probeatur. 57. pa. 2.
Confessio quaecumq; contra contententem reu-
plenam probationem non facit. Ibidem.

D

Donatio inter maritum & vxorem reuoca-
tur, si post mortem mariti memoria pro-
pter haesim damnetur. 19. pa. 2.
Donatio causa mortis ab haetico facta ir-
rita censetur. Ibidem.
Donationes ab haetico quantumuis occul-
to factae, irritae sunt. 20. pa. 2.
Dotes quoque ab haeticis datae reuocantur
a filio. Ibidem.
Dotem an vxori restituere debeat filcus, ma-
rito eius impietatis damnato. 24. pa. 1.
Donationes factae vxori a consanguineis sui
viri, quando publicari possint propter ha-
resim mariti, & quando non. 24. pa. 2.
Donatio facta filio arrogato, & vni ex sociis,
non publicatur propter alterius haesim.
Ibidem.
Dominia rerum quo pacto acquirenda sunt.
42. pa. 1.
Dominium duplex eiusdem rei inueniri po-
test. 43. pa. 1.
Discipuli credentes magistris haeticis, an sint
puniendi. 62. pa. 1.
Defensorum haeticorum varia sunt genera

62. pa. 1.
Defensio quid sit, & quomodo haeticis per-
tinacibus denegetur. 69. pa. 1.
Defensio prima & potissima qualis sit. Ibidem.
Defensio optima quae sit. 69. pa. 2.
Defensio etiam magna est, testes refutare.
70. pa. 1.
Defensiones aliae, quibus rei omnino excu-
santur. Ibidem.
Dormientes cum infantibus & dementibus an
numerantur. 70. pa. 2.
Dolor inexpectatus & repentinus ab haere-
sire excusare solet. 73. pa. 2.
Defuncti, qui suspectus de haerese lite penden-
te obijt, quo pacto tractanda sit causa.
77. pa. 1.
Defunctus haeticus accusari potest atque
damnari, etiam post quadraginta annos.
Ibidem.
Defuncti memoriam qui defendere possint
coram iudicibus. 77. pa. 2.
Defuncti causa ab instantia iudicij absoluti, si
aduersus eum alii testes superuenerint, de-
nuo tractari poterit. 78. pa. 1.
Defunctorum haeticorum causa quomodo
sit tractanda, colligitur ex octaua sessione
Concilij Constantiensis. 80. pa. 1.
Denunciare quid sit apud iuris peritos. 80. pa. 2.
Disputandum publice non est cum haeticis
pertinacibus. 82. pa. 2.
Disputare publice de fide catholica, & de ijs
quae semel definita sunt, multis constitutio-
nibus ac decretis prohibuitur. 84. pa. 1.
Disputare cum haeticis quando liceat.
84. pa. 2.
Disputantes cum haeticis quo pacto se gere-
re debeant. Ibidem.
Disputare quomodo debeant inter se viri ca-
tholici. Ibidem.
Diuinitas quid sit. 85. pa. 2.
Diuinationum authores sunt daemones, qui
suae naturae subtilitate, & rerum experientia,
praenoscunt aliqua euentura. 86. pa. 1.
Diuinationis autem pestiferam quos potissi-
mum daemones docere soleant. 86. pa. 1.
Diuinationum varia genera enumerantur.
86. pa. 2.
Diuinatorum causa ad quos iudices pertineat.
86. pa. 2.
Daemonem qui inuocat ad tentandam pudici-
tiam mulieris, an haeticus sit. 87. pa. 1.
Diuinatores qui praesentia vel praeterita oc-
cultata patefaciunt, puniendi sunt a b inqui-
sitoribus. 87. pa. 1.
Diui-

INDEX.

Diuinatorum quæcunque genera quomodo
exercentur lex Theodosia, Pacuius, Ar-
midorus, & multi alij. 87. pa. 1. & 2.
Diuinatorum & Ariolorum pœna, in leuiti-
co eis imposta. 88. pa. 1.
Diuinatores quibus pœnis coercendos esse,
doceant iuris periti. 88. pa. 1.
Diuinatores quo pacto puniantur in foro in-
quisitorum. 88. pa. 2.
Doctorem ecclesiæ communem doctrinam
contemnentem, hæretici sunt censendi.
89. pa. 2.
Doctorem sanctorum dignitas & autoritas
ex Paulo probatur. 90. pa. 2.
Doctorem sacrorum dignitas ex multis scri-
pturæ locis ostenditur. 91. pa. 1. & 2.
Doctorem sacrorum dignitas ex multis con-
ciliis deducitur. 92. pa. 1.
Doctorem sacrorum dignitas ex ipsismet san-
ctis doctoribus colligitur. 92. pa. 1. & 2.
Doctorem sacrorum autoritas multis mira-
culis comprobata fuit. 92. pa. 2.
Doctorem sacrorum sententiæ standum est,
cum controuersia de aliquo scripturæ loco
excitabitur. 93. pa. 2.
Doctorem sacrorum autoritatem quibus
rationibus labefactare studeant lutherani
95. pa. 1.
Dominum temporales quibus pœnis subiaceat
nisi aduersus hæreticos inquisitoribus au-
xilium sint. 97. pa. 2.
Docti viri cur multis in rebus suspecti sunt,
in quibus suspecti non essent idiotæ.
121. pa. 1.
Dæmones inuocare per modum imperii, aut
eis comminando præcipere posse homi-
nes, fieri non posse, censet Augustinus.
137. pa. 2.
Dæmones an fieri possit, ut sint incubi & suc-
cubi. 168. pa. 2.
Diuitias, si cum sapientia coniunctæ sint, mul-
ti sapientes viri merito laudant. 210. pa. 1.
Domus in quam hæretici conueniunt ad hæ-
refes docendas, an sit confiscanda. 227. pa. 2.
Deprecatio quid sit, & apud quos locum ha-
beat. 229. pa. 1. & 2.
Deficere in purgatione quis dicatur. 262. pa. 2.
Disputandum quomodo sit cum hæreticis.
271. pa. 2.
Dæmones ab homine cogi non possunt, ut in
uiti in annulo aut pyxide trahantur.
281. pa. 2.
Dæmones fingunt se captos & victos à Ma-
gis, ut eos ita capiant. 282. pa. 1.

Dæmones à nulla re corporea pati possunt.
Ibidem.
E.
Episcoporum munus proprium ac ferè præ-
cipuum. 108. pa. 2.
Episcopi quam diligentissimi esse debent in
euellendis hæresibus à suis gregibus, & ad
id iure diuino tenentur. 109. pa. 1.
Episcopi & inquisitores quo pacto se gerere
debeant apud Hispanos in hæreticorum
causis. 109. pa. 2.
Episcopi hæretici ab omnibus accusari pos-
sunt. 109. pa. 2.
Episcopus hæreticus cur amouendus sit epis-
copatu. 110. pa. 1.
Episcoporum causæ ad quem pertineant.
Ibidem.
Episcopi (quos titulares vocant) à quibus puni-
ri debeant. 110. pa. 2.
Episcoporum causæ criminales quo in loco
tractari debeant, & à quibus, Ibidem.
& 111. pa. 1.
Episcopi ex iuris peritis an ex theologis crea-
ri debeant. 111. pa. 2.
Episcopos iuris peritos posse etiam ad populū
concionari. 112. pa. 2.
Episcopus cum hæreticis pertinacibus dispu-
tare non debet. Ibidem.
Episcopi nomen quid significet. 113. pa. 2.
Errare quid sit, & quot modis errare contin-
gat in fide. 114. pa. 2.
Excommunicationis pœna maxima & formi-
danda. 116. pa. 2.
Excommunicationem lutherani contemnūt
117. pa. 1.
Eumolpidarum munus. 157. pa. 1.
Ecstasis & raptus quomodo fiat. 170. pa. 2.
Ecclesia catholica nullo modo consistere pos-
set, si que vno supremo capite, cum quo in
terris communicaret. 205. pa. 1.
Ecclesia catholica in quem finem hæreticos
punire soleat. 218. pa. 1.
Episcopi, cardinales, & ceteri huiusmodi pu-
blicam pœnitentiam agere debent, si hæ-
retici sint. 236. pa. 2.
Educatio bona vel praua quantum valeat in
filijs. 248. pa. 2.
Erroneæ propositiones, & variæ de illis theo-
logorum sententiæ. 257. pa. 1.
Erroneas propositiones quomodo distin-
guat Canus ab hæreticis. 257. pa. 2.
Exceptiones quæ admitti debeant aduersu
testes.

INDEX.

testes. 294. pa. 1.
Edicta, quibus reus qui latitat in ius vocatur,
præconiis diuulganda sunt. 6. pa. 1.
Episcopi absoluere possunt occultos hæreti-
cos in foro conscientiæ. 8. pa. 1.
Episcopus sine inquisitore, aut è conuerso, an
possit absoluere reum de hæresi accusatū.
8. pa. 2.
Emptori, qui bona fide cum hæretico occul-
to contraxit, an pretium sit restituendum.
21. pa. 1.
Emptor quomodo probabit in vtilitate fisci
versam esse pecuniam. 21. pa. 2.
Emptori qui bona fide ab occulto hæretico
aliquid emit, quid sufficit probare.
22. pa. 2.
Emptoribus & creditoribus sola rei confes-
sio nocere non potest in probatione tem-
poris, ex quo in hæresin incidit. 23. pa. 2.
Emphyteusis hominis priuati in fisco transit
propter hæresin emphyteutæ. 26. pa. 1.
Emphyteusis ecclesiastica an transeat in fis-
cum, publicatis bonis emphyteutæ. Ibi-
dem.
Emphyteosis an reddenda sit ecclesiæ cum
meliorationibus, ita ut nihil pro eis fisco
soluat. 27. pa. 1.
Epistolæ quantam vim habeant. 52. pa. 2.
Ebrietas quando ab hæresi excusare possit.
70. pa. 2.
Episcopus quando non debeat fugere mor-
tis periculum. 73. pa. 1.
Ecclesia quid sit. 99. pa. 1.
Ecclesiæ multis modis accipitur. 99. pa. 2.
Ecclesia vna est, & sancta dicitur. 99. pa. 2.
Ecclesia cur dicatur catholica, & apostolica.
100. pa. 1.
Ecclesiæ initium. 100. pa. 1.
Ecclesia mater est christianorum, extra quā
nullus saluatur. 100. pa. 2.
Ecclesia hæreticorum qualis sit. 101. pa. 1.
Ecclesiam suam qualem hæretici esse dicant
Ibidem.
Ecclesia militans non tantum bonorum & iu-
storum est. Ibidem.
Ecclesia an fuerit à temporibus apostolorū
vsque ad lutherum, quærendum est à lu-
theranis, ut ipsi conuincantur. 101. pa. 2.
Ecclesia catholica multas ecclesias comple-
ctitur, sed Romana omnium caput est &
magistra. 102. pa. 2. & 103. pa. 1.
Ecclesiam Romanam cur in caput ecclesia-
rum Deus elegerit, non est nostrum scire.
103. pa. 2.

Ecclesia in rebus fidei errare cur non possit.
104. pa. 1.
Ecclesiæ traditiones quantæ sint autoritatis
104. pa. 2.
F.
FVndus seruiens, vel is cui debetur serui-
tus, si publicetur, utroque casu durat ser-
uitutes. 19. pa. 2.
Fiscus vendicans res ab occulto hæretico vè-
ditas, an pretium teneatur restituere.
21. pa. 1.
Fisci in dubijs quæstionibus non magna ha-
benda est ratio. 22. pa. 2.
Fiscus sub optimo principe sæpenumero vin-
citur. 23. pa. 1.
Fisco in rebus certis fauere decet. Ibidem.
Fraus in rebus ab hæreticis alienatis quomo-
do probari possit. 23. pa. 1.
Fructus beneficiorum confiscari possunt.
25. pa. 2.
Feudum, quod hæreticus habuit an sit confis-
candum. 28. pa. 1.
Fiscus propter actionem competentem ad pe-
tenda hæreticorum bona, intelligi quodā
modo potest esse dominus illorum bono-
rum, ipso iure. 43. pa. 1.
Forum conscientie multum differt à foro ci-
uili. 44. pa. 1.
Feudi argumentum ad primogenita recte va-
let. 46. pa. 2.
Fauores hæreticorum in eadem esse causa
censendi sunt, cum eorum defensoribus.
62. pa. 2.
Fauores hæreticorum quo pacto magistra-
tus, & quomodo priuati homines censean-
tur. Ibidem.
Filius receptator patris hæretici, aut vxor vi-
ri, aut frater fratris, vel leuissimè, vel pu-
niendi non sunt. 64. pa. 1.
Fugiētes è custodia quo pacto puniri debeant.
67. pa. 2.
Fugere è carcere an is licitè possit qui iniuste
damnatus est, & ille qui iuste damnatur.
Ibidem.
Filius viuo patre de hæresi accusato, cur
ad eius defensionem non admittatur. 77.
pa. 2.
Fructus an restituere teneantur successores
hæreticorum, si eorū bona post mortē pu-
blicentur. 77. pa. 2.
Futurorum causæ tripliciter se habent.
85. pa. 2.
Futura

INDEX.

Futura prænoscere nemo potest, nisi demonis arte. Ibidem.
 Futurorum prædictio solius Dei est. Ibidem.
 Fides catholica quid sit, & qualis sit hæreticorum fides. 119. pa. 1
 Fides multifariam diduci solet. Ibidem.
 Fidei confessio quando necessariò fieri debet. 121. pa. 2
 Fide constanter suscepta, veritas eius rationibus munienda est. 122. pa. 1
 Filios interdum punire propter parætum scelera, iustissimum est. 124. pa. 1
 Filios nonniquã Deus ipse punire solet propter peccata patrum. Ibidem.
 Filij hæreticorum catholici an sanguinis nobilitate priuentur. 127. pa. 1
 Filius an accusare teneatur patrem, si ille fuerit occultus hæreticus. 130. pa. 2.
 Filius an patrem hæreticum ex heredare possit, & pater filium? 132. pa. 1
 Filij Iudæorum & infidelium vtrum baptizari debeant inuitis parentibus. 132. pa. 2
 Famosos libellos suppressere statim tenetur, qui eos inveniunt. 177. pa. 1
 Familiarium siue stipatorum munus & numerus, & quales sint eligendi. 189. pa. 1
 Familiaribus immunitates quædam nuper concessæ fuerunt iussu regis, & eorum numerus fuit præfixitus. Ibidem.
 Familiarium catalogus in vna quaque prouincia dandus est consistoriis ciuitatum. 189. pa. 2.
 Familiares in causis ciuilibus coram iudicibus secularibus conueniendi sunt. Ibidem.
 Familiares comprehendi possunt à iudicibus secularibus. 189. pa. 2
 Familiaris qui simplex homicidium committit, ab inquisitoribus puniendus est. 190. pa. 1.
 Filij & hæredes defendere possunt causam defuncti per procuratorem. 254. pa. 2.
 Fiscalis esse non potest quis in ea prouincia, ex qua originem ducit. 255. pa. 1.
 Fiscus causas quis defendere teneatur. 255. pag. 2.
 Figuras aut stigmata fieri, quomodo prohibebatur in leuitico. 280. pa. 1
 Falsi testes quot malorum causa sint, & quibus poenis coercendi. 294. pa. 2. & 295. pa. 1
 Falsi testes qui sint pessimi omnium. 295. pag. 1.
 Falsus testis in causa hæresis quomodo puniri debeat. 295. pa. 2

Falsi testes, qui suo testimonio parum nocuerunt, quæ poena afficiendi sint. Ibidem.
 Falsi testes, qui combustus fuit, vtrum filij & nepotes infames sint. Ibidem.
 Falsus testis in causa hæresis an admittendus sit ad poenitentiam, si prius veniam petat, quàm curiæ seculari relinquatur. 296. pa. 1
 Falsus testis qui seipsum derulit, mitius puniendus est. Ibidem.
 Fugientes, antequam accusentur de commisso crimine, non semper vehementer suspensi sunt. 301. pa. 2
 Fama crebra & constantis vis. 302. pa. 2
 Fama quàm mendax & vana plerumque sit. 303. pa. 1.
 Fama quo pacto à Fabio describarur. Ibidem.
 Fama mala Tertullianus & Hieronymus enumerant. 303. pa. 2
 Fama vnde ortum habeat. Ibidem.

G

Gregorij Saxonie Ducis in lutheranos egregium dictum. 146. pa. 1
 Garcias Sanctius Poeta celeberrimus in furorem versus est, quod lobi lectiones profanis amoribus accommodauerit. 272. pag. 2.

H.

Hæretici cum ad mentis sanitatē redeunt, quatuor efficere debent, vt recipi possint. 1. pa. 2
 Hæretici qui se ad fidem conuertunt, necessario errores suos prius detestari debent. Ibidem.
 Hæretici qui in gremium ecclesiæ recipi student, authores errorum, & libros prius excrari debent. 2. pa. 1
 Hæreticus se ad bonam frugem recipiens, non solum errores suos damnare debet, sed fidem etiam catholicam suis erroribus contrariam planissimè confiteri. Ibidem.
 Hæreticus qui errores abiurat, iurare etiã debet, se nunquã ad eos esse rediturum. Ibidem.
 Hæreticus & voce & scripto errores abiurare debet. 2. pa. 2
 Hæreses scriptis abiurare, inueteratus & solennis mos est. Ibidem.
 Hæretici abiurantis libellus ad eas ecclesias mitti potest, quæ scandalū passæ sunt. Ibidem.
 Hære-

INDEX.

Hæreses omnes abiurare debet, qui ad ecclesiam catholicam redit, etiam si in vnam tantum incidit. 3. pa. 1
 Hæreses nominatim sunt abiurandæ. 3. pa. 1.
 Hæreses qui abiurant propter vehementem suspicionem, & ij qui propter leuem, quomodo sunt puniendi, si postea hæretici deprehendantur. 3. pa. 2
 Hæreses quomodo olim abiurabatur, & quo pacto nunc. 4. pa. 1
 Hæreses nolentes abiurare ad arbitrium episcopi & inquisitorum, quomodo puniendi. Ibidem.
 Hæreticus suspectus citandus est, vt verus cõtumax censeatur. 6. pa. 1.
 Hæreticus cur ad prouinciã, in qua crimen commisit, remitti debeat. 6. pa. 2
 Hæreticus in ea prouincia cõprehendi puniri que potest, in qua fuerit repertus. 6. pa. 2
 Hæreticis cur non liceat tutos esse in his prouincijs, vbi nihil admiserunt. Ibidem.
 Hæretici tanquam animalia venenosa & pestifera, antequam virtus euomant, sunt puniendi. 7. pa. 1
 Hæreticus damnatus audiendus est, etiam si eius statua fuerit combusta. 7. pa. 2.
 Hæretici à quibus possunt absolui. 8. pa. 1
 Hæretici absolui nequeunt ex clausula generali diplomatis, siue bullæ apostolicæ. Ibidem.
 Hæretici in mortis discrimine positi à quocumque sacerdote absolui poterunt, si episcopus & inquisitores desint. Ibidem.
 Hæretici, qui dum viuerent absolutionem petierunt, & signa poenitentiae ostenderunt, post mortem absolui poterunt. 8. pa. 1.
 Hæreticus in sacro poenitentiae foro errores suos cõfitemus, quo pacto à parcho, vel ab alio sacerdote sit tractandus. Ibidem.
 Hæreticus absolutus à Papa an sit tutus in foro inquisitorum? Ibidem.
 Hæretici non sunt qui coacti aliquid impium patrauerunt. 71. pa. 2
 Hæresis qua in re differat ab alijs criminibus. 72. pa. 1.
 Hæreticus non est, qui victus supplicijs, Deum sermone tenus abnegat. 72. pa. 2
 Hæreticus an sit, qui magna animi perturbatione quidpiam hæreticum dixerit. 73. pa. 1.
 Homo non cadauer est, sed animus. 74. pa. 2.
 Hæreticus post mortem condemnatur, ac si viuus esset. 76. pa. 1
 Hæreticos etiam occultos qui iuis catholicis

indicare iudicibus tenetur. 80. pa. 2. & 81. pag. 1.
 Hæreses esse idola, aiunt Diuus Hieronymus & Augustinus. 81. pa. 1
 Hæreticos qui non indicauerint, qua pena afficiendi. 82. pa. 1
 Hierosolymis cur non posita fuerit sedes apostolica. 104. pa. 2
 Hæretici an sint de ecclesia? 107. pa. 2
 Hæretici omnes ipso iure sunt excommunicati, & tantum à summo Pontifice, vel eius delegatis absolui possunt. 116. pa. 2.
 Hæretici tanquam excommunicati deuitari solent, etiam priusquam hæretici declarentur. 118. pa. 2
 Hæreticus minor viginti annis qui in hæresim incidit, & maior factus conuictus fuerit de crimine, quomodo puniendus. 133. pa. 2.
 Hæresis qualis vox sit, & quid significet, & eius definitiones. 134. pa. 2.
 Hæreses, vt consummata dicatur, quid habere debeat. 135. pa. 1
 Hæreses vnde oriri soleant. 136. pa. 1
 Hæresum remedia. 136. pa. 2
 Hæresim manifestam quæ propositiones sapiant, & quæ crimina præferant. 137. pa. 1.
 Hostiam non consecratam petere temporè mortis an sapiat hæresim. 138. pa. 1
 Hæresum primus inuentor. 139. pa. 1
 Hæreticus quid sit. 139. pa. 1
 Hæreticus vt quis propriè dici possit, debet esse christianus baptizatus. 139. pa. 2.
 Hæresis esse non potest consummata sine intellectus errore. 140. pa. 2.
 Hæreticus vt efficiatur christianus baptizatus, opus est vt erret in fide catholica. 140. pa. 2.
 Hæreticus habere debet scientiam vel notitiam contrariæ veritatis, vt hæreticus censeatur. Ibidem.
 Hæreticus & apostata qua in re differant. 141. pa. 1
 Hæretici vnde cognosci possint. 141. pa. 2
 Hæretici obscænis & noxijs animalibus in sacris literis comparantur. 142. pa. 1.
 Hæreticorum nostri temporis scelerati magistri qui fuerint. 142. pa. 2.
 Hominum imbecillitas & ignorantia. 144. pa. 1
 Hæretici christianorum titulum non seruant sed nomine suorum præceptorum aut errorum gaudent. 146. pa. 1.
 Hæretici quid catholicis obijciant. 146. pa. 2.
 Hæreses

INDEX.

Hæreses esse cur oporteat. 149. pa. 1.
 Hæreses nonnunquam idola appellantur. 150. pa. 1.
 Hæreticus ipso facto censetur, qui sacrificia idolis offert. 151. pa. 1.
 Hæretici & impii homines apud omnes nationes, & potissimum apud Athenienses seuerissimè puniebantur. 157. pa. 1.
 Hæresis cognitio ad solum ecclesiasticū iudicium pertinet. 166. pa. 1.
 Hispania felicitas. 178. pa. 1.
 Hæreticorum consuetudo periculosa est, quàm infidelium. 183. pa. 2.
 Hæreticus infidelis dici potest. 185. pa. 1.
 Hæreticus occultus an sit excommunicatus ipso iure. 193. pa. 1.
 Hæreticus purè mentalis inueniri potest, contra Pighium. 194. pa. 1.
 Hæreticus purè mentalis qui hæresim occultissimam amico detegit, ab eo consilium petens, an incidat in excommunicationem Ibidem.
 Hæresis purè mentalis, quæ nunquam prodit in actum exteriorem, non eget absolutio-
 ne inquisitoris. 194. pa. 2.
 Hæreticus occultus qui alios inficit, debet statim iudicibus indicari. 194. pa. 2.
 Hæreticus occultus an seipsum prodereteneatur. 195. pa. 1.
 Hæreticum se quispiam esse confitens in foro pœnitentiæ, & neque pœnitentiam agere, neque alios quos scit hæreticos esse, proderet volens, an indicari possit à sacerdote? Ibidem.
 Hæresim in confessione dictam quando sacerdotes indicare debeant. 195. pa. 2.
 Hæretico quot monitiones fieri debeant. 200. pa. 2.
 Hæresis causa simpliciter & de plano tractanda est. 202. pa. 1.
 Hæreticorum causæ, quanta potest fieri breuitate, tractari debent. 202. pa. 1.
 Hæreticorum causæ non sunt differendæ ab inquisitoribus, vt reos complures simul puniant. 202. pa. 2.
 Hæretici propter multas causas iustissimè puniuntur. 213. pa. 1.
 Hæretici asserunt neminem propter hæreses esse puniendum. 213. pa. 2.
 Hæreticos puniri debere vnde deducatur. 214. pa. 1. & 2.
 Hæreticus perniciosissimæ seditionis causa est in repub. 215. pa. 1. & 216. pa. 1.
 Hæreticis cum catholicis nulla pax neque amicitia esse potest, neque inter ipsos met hæreticos. 215. pa. 2.
 Hæretici multò maiori supplicio digni sunt, quam qui muros ciuitatum demoliuntur. 216. pa. 2.
 Hæreticos quantum oporteat puniri, docet experientia. 218. pa. 2.
 Hæreticos vltimo supplicio affici debere ex numerorum libro deducitur. 219. pa. 2.
 Hæretici iure optimo comburantur. Ibidem & 220. pa. 1.
 Hæretici qui igni tradendi sint. 220. pa. 2.
 Hæreticis pertinacibus & manifestis bellum inferre licet, illoq; indicto, eos occidere & spoliare. 221. pa. 1.
 Hæreticis data fides seruanda non est. Ibidem.
 Hæreticis fides à Principe, vel publica potestate data, seruanda est. 221. pa. 2.
 Hæreticis quare omnia commercia sint interdicta. 222. pa. 1.
 Hæreticis quæ legata fuerint quando ad fiscum pertineant. Ibidem.
 Hæretici ab omnibus iudiciorum actibus repelluntur, & iudices esse non possunt. 222. pa. 2.
 Hæretici non possunt aliquod officium publicum gerere. 223. pa. 1.
 Hæretici nullam ecclesiasticam potestatem habere possunt. Ibidem.
 Hæreticus ad ecclesiam fugiens, non defenditur præsidio sanctitatis loci. Ibidem.
 Hæretici perpetua notantur infamia. 223. pa. 2.
 Hæreticis manifestis eorum vasalli obedire non tenentur. 225. pa. 1.
 Hæreticus priuatus est omni dominio, naturali, ciuili, & politico. Ibidem.
 Hæredes eorum qui suspecti erant de crimine hæresis, condemnari non debent ad pœnas pecuniarias præstandas. 225. pa. 2.
 Hæresarchæ & magistri errorum durius puniendi sunt. 226. pa. 1.
 Hæretici nò modo pœnis temporalibus, sed æternis etiam puniuntur. 226. pa. 2.
 Hæresim qui dixit, aut fuit hæreticus ante multos annos, mirius puniendus est, si correctus fuerit. 227. pa. 2.
 Hæreticis ad ecclesiam redeuntibus quanti olim temporis pœnitentia præstinebatur, & quanti hodie. 229. pa. 2.
 Hæretici qui ad ecclesiam redeunt, non solùm publicam pœnitentiam agunt, sed eorum etiam bona confiscantur. 230. pa. 2.
 Hæreticus manifestè deprehensus, nisi continuò

INDEX.

continuò post deprehensionem, veniã sperare perat, an seculari iudici relinquendus sit. 232. pa. 1.
 Hæreticus quousq; admitti debet. 232. pa. 1. & 2.
 Hæretici, quos lex pontificia exigit, vt sponte sua conuertantur, qui sint. 233. pa. 1.
 Hæreticus qui errores confiteretur ante sententiam definitiuam, quomodo admittendus sit. 233. pa. 2.
 Hæreses qui docet, an recipiendus sit si redire velit. 234. pa. 1. & 2.
 Hæresarchæ & errorum magistri curiæ seculari sunt relinquendi. 235. pa. 1. & 2.
 Hæreticus qui regi, aut principi, aut reginæ, aut filiis eorum, aut fratribus aut sororibus hæreses persuadere tentauerit, iudici seculari absque vlla miseratione relinquendus est. 235. pa. 2. & 236. pa. 1.
 Hæreses qui docere voluit, & nulli nocuit, an recipi possit? 236. pa. 1.
 Hæreticus ille, vt rùm iudici seculari iterum sit relinquendus, qui ab eo restitutus est inquistionibus, eò quod dixisset, se pœnitere velle, & alios hæreticos indicare, si plenissimè confessus fuerit. 236. pa. 1.
 Hæreticus incorrigibilis quis sit dicendus. 242. pa. 2.
 Hæretici qui errores omnes, de quibus manifestè conuincuntur, confiteri nolunt, merito curiæ seculari relinquuntur. 243. pa. 2.
 Hæresis quomodo probari possit scriptis hæretici. 254. pa. 1.
 Hæreticus in carcerem coniectus per procuratorem causam suam tueri potest, si negat. 254. pa. 2.
 Hæreticis, etiam si milles in hæreses labantur, parcendum esse, quidam hæretici contendunt. 266. pa. 2.
 Hæretici recentes non vnum sunt, sed variis sectis & opinionibus se addicunt. 269. pa. 2.
 Hæretici noui aiunt, nihil esse credendum, quod in sacris literis non sit expressum. 271. pa. 1.
 Hæretici, quorum nullus est, qui sacræ pagine testimoniis suos errores non tueatur, diabolum patrem suum in hoc imitantur. 271. pa. 2.
 Hæretici euangelii verba perperam interpretantur. 272. pa. 1.
 Hector Polydantem augurem quomodo irrideat apud Homerum. 281. pa. 1.
 Hæreticis ad tormenta damnatis sententiæ copia facienda est, vt si velint, appellare possint. 300. pa. 2.
 Hæreticus ab omnibus accusari debet. 9. pa. 1.
 Hæreticus post mortem accusari potest. 9. pa. 1.
 Hæreticis publicus accusator quare sit positus. 9. pa. 2.
 Hæreticis an aliquando concedi possit, vt locus & dies commissi criminis ipsis declarantur. Ibidem.
 Hæretici patrocinium qui suscepit, nò debet rogari de eadem causa sententiam dicere. 10. pa. 2.
 Hæreticus damnatus superiorem iudicem adire nequit. fo. 11. pa. 1. Idè, & eius receptatores ad neminem prouocare possunt. Ibidem quado prouocare illis liceat, & ad quos, ibidè
 Hæredibus hæreticorum an appellare liceat. 11. pa. 2.
 Hæreticorum bona iure optimo publicantur. 19. pa. 1. filios eorum egestate laborare reipub. interest, Ibidem. pa. 2.
 Hæreticorum filiis bona adimere cùm inhumanum non sit. 19. pa. 1.
 Honorij & Areadij constitutio, qua filii eorum qui rei sunt læsæ in aeternitate, parentum bonis priuatur, abrogata nò est ab iisdè. 19. pa. 2.
 Hæreticis quæcunque ex contractu conditionali debentur, quomodo ad fiscum pertineant. Ibidem.
 Hæretici prædium quod censum debet ecclesiæ, confiscatur saluo iure pensionis præstati. 20. pa. 2.
 Hæreticus ex quo die tale crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare potest. 20. pa. 2.
 Hæreticus occultus qui bona sua vendidit peccat. 21. pa. 1.
 Hæreticus ecclesiæ reconciliatus, cuius bona sunt publicata, an partem dimidiam lucrorum, quæ vxori eius adiudicata sunt, ipsa inuita alienare possit. 25. pa. 2.
 Hæreticus si rogatus sit aliquid filio suo restituere, id à filio illi restituendum est. 26. pa. 1.
 Hæreditas adita ab occulto hæretico an acquiratur fisco. 28. pa. 1.
 Hæreticus nondum à iudice condemnatus, neque ab aliquo accusatus, vt rùm teneatur in foro conscientie bona sua fisco offerre. 31. pa. 2.
 Hæreticis familiariter scribere non licet. 52. pa. 2.
 Hæreticum occultum non teneri bona sua fisco tradere, quomodo probeatur. 59. pa. 1.
 Hæreticis qui credunt, nullitamen errori scienter

INDEX.

scilicet adherent, quo in numero habendi sint. 61. pa. 2
 Hæreticus manifestus an à priuato homine comprehendi possit. 65. pa. 1
 Hæresis à furioso dicta impunita cur esse debeat. 70. pa. 1.
 Hæretici qui in furorē incidit, quomodo per agenda sit causa. Ibidem.
 Hæreticus nō est, qui errat sine pertinacia cōtra aliquam veritatem fidei, quam explicite scire non tenebatur. 70. pa. 2
Inquisitores quid facere debeant, quoties vel p̄ motor fiscalis, vel rei, aut eorum hæredes appellant. 12. pa. 1.
 Iura conditionalia an transeat ad fiscum. 23. pa. 2.
 Iudex non potest illum reum condemnare, quem certissimè scit crimen commississe, nisi ex probatis hoc illi constiterit. 33. pa. 2
 Ius ipsum, per antonomasiam vsurpari solet ab antiquis iuris peritis pro iure legum. 12. tabularum. 42. pa. 2.
 Iudæi genere, aut Mahumetani, si carne sua illa aut vino abstineant, cur suspecti habeantur. 50. pa. 2
 Innocens qui metu testium, aut carceris tædio confessus est se hæreticum fuisse, quid facturus sit. 59. pa. 1
 Inquisitor sine episcopo, & episcopus sine inquisitore, hæreticum in custodiam mittere potest. 65. pa. 1
 Innocens constantissimè negare debet obiecta crimina. 69. pa. 2
 Innocentia & veritatis vis. Ibidem.
 Infantes, si quid impium dicant, cur puniendi non sint. 70. pa. 2.
 Iocus & faceria quando ab hæresi excusari possint. 71. pa. 1
 Incontinentia binæ species numerantur ab Aristotele. 73. pa. 2.
 Iræ vis & impetus. 74. pa. 1
 Ira percipi, licet hæreticum aliquid dicant, hæretici centendi non sunt. Ibidem.
 Inquisitor suspectus magni momenti est ad defensionem rei. 74. pa. 2
 Inquisitor apostolicus quomodo recufatur apud Hispanos. Ibidem
 Inquisitores quo pacto se gerere soleant cum reis, qui defensionibus suis renuntiant. 74. pa. 2.
 Index seu denunciator hæretici aliis testibus annumeratur. 82. pa. 2.
 Inquisitoribus cur datum sit munus inquirendi in hæreticos, quod olim solis episcopis iniungebatur. 109. pa. 1
 Inquisitores dicta testium aduersus episcopū hæreticum possunt recipere. 110. pa. 1
 Ignorantia quot modis erretur in fide. 114. p. 2
 Ignorantia prætextu quando non excusatur Christianus. 121. pa. 1
 Idololatriam quis primū docuerit. 149. pa. 2
 Idololatria quid sit, & quid idolum. 150. pa. 1
 Idololatria maxima quæ sit. 150. pa. 2
 Idololatria vnde cognosci possit. 151. pa. 1.
 Idololatriæ quomodo puniendi. 151. pa. 1. & 2.
 Imaginum vsus nouus non est, neque ab hominibus inuentus. 152. pa. 1
 Imaginum sanctarum vsus quæ cōmoda christianis hominibus importet. 153. pa. 1
 Imaginibus eadem veneratio exhibenda est, quæ sanctis ipsis. 154. pa. 1
 Imagines sanctorum improbandæ non sunt, propter periculum quod hæretici confingunt. Ibidem.
 Imaginum sanctorum violatores & irrisores qua pœna sint coercendi. 156. pa. 1. & 2
 Inquisitorum apostolicorum munus. 157. pa. 2
 Inquisitionem sanctam aduersus hæreticos qui in Hispaniam inuenerunt. Ibidem.
 Inquisitor generalis qui sit, & quod munus exerceat. 158. pa. 1
 Inquisitoris munus quibus committendum. Ibidem.
 Inquisitoris officio functurus quot annos natus esse debeat. 159. pa. 1.
 Inquisitoris officium cur non finiatur morte Pont. Max. a quo delegatus est. Ibidem
 Iudicum discordia quot incommodorū sit causa. 159. pa. 2.
 Inquisitores quid sine episcopo, & episcopus sine inquisitoribus facere possint, & quid non. 159. pa. 2
 Inquisitores cōmittere possunt vices suas. 160. p. 2
 Inquisitor alter sine altero ad reorū capturā procedere non potest. 161. pa. 2
 Inquisitores qui dona accipiunt quo pacto puniendi. 162. pa. 1.
 Inquisitores relinquentes curia seculari quoscunque hæreticos pertinaces, non incidunt in irregularitatem. 162. pa. 2
 Iudæorum cæcitas. 163. pa. 1
 Iudæi falli & vana spe perpetuo torquentur. Ibidem.
 Iudæi cur tolerentur in nonnullis puinciis. 163. p. 2
 Iudæi an iuste expelli possint ex christianorū prouinciis. 164. pa. 1
 Iudæorum expulsionis ab Hispania eleganter meminit

INDEX.

meminit Ioannes Picus Mirandulæ comes. Ibidem. pa. 2.
 Iudæi quando ab inquisitoribus puniri possunt. 163. pa. 1.
 Iudæorum superstitiones multi authores irident. 165. pa. 2.
 Iudex secularis cognoscere nō potest de causis ad inquisitores pertinētibus. 166. pa. 1.
 Iudices seculares punire debent illos, quos inquisitores hæreticos declarauerint. Ibidem.
 Iudices seculares propter alia crimina punire non possunt. Iamias sibi relictas, nisi causa cognita. 172. pa. 1.
 Inquisitores an cognoscere debeant de causis eorū qui plures habent vxores. 179. pa. 1. & 2.
 Iudices ecclesiastici ad verberanda damare possunt reos. 180. pa. 1.
 Inquisitores cognoscere etiam possunt de crimine monachi occultè vxorem ducentis. Ibidem. pa. 2.
 Iudex bonorum publicatorum qui eligendus & quod sit eius munus, & ad quem ab eo prouocari liceat. 187. pa. 1.
 Inquisitores & ministri nihil emanant ex bonis publicatis. 191. pa. 1.
 Inquisitores, consultores, & ceteri iurare tenentur, se arcana omnia fideliter celaturos. Ibidem.
 Inquisitorum & ministrorum stipendia, & à quibus eis soluenda sint. 191. pa. 2.
 Inquisitores, & ceteri omnes ministri per se ipsos officii inseruiant. Ibidem
 Inquisitores quid facere debeant, cū primum prouinciam aliquam, aut ciuitatem ingrediuntur, quas nunquam ingressi fuerant. 198. pa. 1.
 Inquisitorum alter visitare debet prouinciā, alter in ciuitate vbi sedes eorum constituta sit, manere. 198. pa. 2
 Inquisitores & eorum ministri quorum hospitio vti non possint. Ibidem.
 Inquisitio generalis quādo fieri soleat, & quid sit, & quid specialis. 199. pa. 1.
 Inquisitores an procedere possint aduersus hominem bonæ famæ, propter literas secretas alicuius. Ibidem.
 Inquisitores iuxta causarum menta ad sententias, vel interloquutiones procedere debent. 201. pa. 2.
 Inquisitores generaliter interrogare debent reos de sociis criminum, & de his à quibus hæreses didicerunt. Ibidem.
 Inquisitor qui prius cognoscere cepit de aliqua causa, aliis in eadem præferendus est inquisitoribus. 202. pa. 1.
 Inquisitoribus Hispania, quomodo prescriptum est, vt procedant in causis hæreticorum. Ibidem.
 Inquisitores multis, prudentibusq; interrogationibus vri debent. 202. pa. 2.
 Inquisitores Hispania, si scandalum timeatur, ex qualitate, aut multitudine eorū qui de hæresi suspecti sunt, quid facere debeant. 210. pa. 2.
 Ignis pœna aduersus impios & hæreticos antiquissima est. 220. pa. 1.
 Iudices plures & diuersi, eodem tempore cōtra eundem hæreticum procedere possunt. 223. pa. 1.
 Iudex quo pacto se gerere debeat in pœnis arbitrariis. 225. pa. 2.
 Iudex cū causa id exigit, pœnas etiam legibus præhinitas augere, vel temperare potest. 226. pa. 1.
 Iudex an possit arbitrario suo pœna mortis aliquem afficere? Ibidem.
 Iudices quali animo esse debent ad iudicandum. 227. pa. 1.
 Iudices ordinarii, cum delicti perpetrati veniam quis petit, eam concedere non possunt. 229. pa. 1.
 Inquisitores moderari non possunt tēpus ab eis præfixum, ad vestitum pœnitentiæ ferendum. 230. pa. 1.
 Iudicum arbitrio an relinquendum sit tēpus ad mittendū hæreticum. 232. pa. 2.
 Iudices expectare vsque ad sententiam definitiuam, non longum tempus alicui videri debet. 233. pa. 2.
 Inquisitores ad misericordiam prouiores esse debent, quàm ad crudelitatem. 237. pa. 1.
 Iudices crūdēles & atrocēs perniciosè errant. 237. pa. 2.
 Iudæorum genere orti merito ab Hispanis arcentur à nonnullis honoribus. 238. pa. 1.
 Impœnitens quis dicatur. 243. pa. 1.
 Impœnitētēs diminuti qui dicatur. 243. pa. 2.
 Inquisitores cognoscere possunt, an pœnitentes iniunctam pœnitentiā agant. Ibidem. pa. 2.
 Inquisitores contra illos procedere debent, qui ad ecclesiam redeunt, de seipsis, aut de aliis plenam veritatem non dixerunt. 244. pa. 1.
 Impœnitentes quando sint curia seculari relinquenti. Ibidem.
 Inquisitores cur in prima parte actorum reos tam diligenter interrogent, de eorum natione

INDEX.

tione, patria, familia, &c. 250 pa. 1.
 Iudici suspectus reus esse non debet, ubi iura omnem suspicionem purgare esse de clarant. 263. pa. 2.
 Iuramentum a suspecto de veritate dicenda praestari debet, a testibus vero de credulitate. 264. pa. 2.
 Iuramentum deferendum non est accusatori in crimine haerese, ad supplementum imperfectae probationis. 253. pa. 1.
 Inquisitorum apostolicorum munus cur theologis deferendum non sit. 156. pa. 1.
 Inquisitorum praecipuus labor non est, decernere quid cum fide pugnet. ibidem.
 Inquisitores apostolici quales deligendi sint. ibidem.
 Iudæi cuiusdam in augurem quendam scoma. 281. pa. 2.
 Inquisitores apostolici sortilegos & superstitiones quando punire possunt. 282. pa. 1.
 Jezabelis facinus. 296. pa. 1.
 Inquisitores torqueri possunt & debent vehementer suspectos. 299. pa. 2.
 Indicia urgentia ubi bene probata fuerint, eorum exemplum reo exhibendum est. 300. pa. 1.
 Iudex qui per imperitiam, vel dolo malo aliquem torserit, qua poena afficiendus sit. 300. pa. 2.
 Indicia arbitrio iudicis aestimanda sunt. ibidem.
 Iudex praesens esse debet, dum quaestio habetur. 305. pa. 2.
 Iudex quando & quomodo alloqui debeat illum, quem a dicit, ut confessionem ab ipso tormentis extorram, ratam habeat. 307. pa. 2.
 Iudices quid in quaestionibus habendis considerare debeant, ut veritatem explorare possint. 309. pa. 1.
 Indicia non ita perspicua & evidenter esse possunt, ut fallere saepe non queant. ibidem.
Lamiae plerumque mulieres esse solent, & unde id accidat. 168. pa. 2.
 Lamiae, an fieri possit, ut a demonibus deferatur per aëra. 169. pa. 2.
 Lamias ferri per aëra facilius est creditu, quam easdem pro veris falsas illusiones habere. 170. pa. 2.
 Lamiae quo pacto puniendae sint, si constet eas haereticas fuisse. 172. pa. 1.
 Lamiae quando iudicibus secularibus tradendae sint. 172. pa. 2.
 Lamiarum filias in vitium maternum succedere, falsa est opinio. ibidem.
 Libros noxios tam catholici quam ethnici damnare solent. 173. pa. 2.
 Libri haereticorum inquirendi sunt a catholicis, & inveniuntur concremandi. 174. pa. 1.
 Libri quorum auctores damnantur, similiter damnati intelliguntur. ibidem.
 Libri fontibus comparantur, & cur plus noceant haereticorum scripta, quam eorum prava colloquia. 174. pa. 2.
 Libri sancti ab haereticis depravati comburendi sunt. 175. pa. 1.
 Libros haereticorum quomodo & qui legere possint. 176. pa. 1.
 Libros haereticorum habentes quo in numero ponendi sint. 176. pa. 2.
 Libris haereticorum conuinci possunt qui eos ediderunt. ibidem.
 Libros haereticorum retinentes quomodo puniendi. ibidem.
 Lutheri haerese afferentis monachos posse ducere uxorem, iam olim condemnata est. 180. pa. 2.
 Lutherani sedis apostolicae & pontificis max. auctoritatem ac potestatem negant. 206. pa. 1.
 Lutherus, ecclesiarum & pontificum bona diripienda esse impiissime docebat. 209. pa. 2.
 Libertas Lutherianorum pessima. 214. pa. 1.
 Licentia & impunitas homines deteriores reddunt. ibidem.
 Lutherani cur graui supplicio afficiendi sint. 216. pa. 2.
 Legis officium. 218. pa. 2.
 Lachrymae nonnullis nihil profuerunt. 234. pa. 1.
 Lex, quae de aliquo crimine simpliciter loquitur, seruanda non est, cum alia concurrat crimina. 235. pa. 1.
 Lutheranarum haereseum magistris cur nullo pacto sit ignoscendum. 235. pa. 1. & 2.
 Lutheranarum haereseum magistris seuerissime omnium haereticorum puniendi sunt. 236. pa. 1.
 Lex poenalis non debet extendi ad eum casum, in quo non eadem ratio priorius inuenitur. 266. pa. 1.
 Lutherani quomodo interpretentur scripturas sacras. 271. pa. 1.
 Libri, quos impii haeretici reiiciunt, pro sacris habendi sunt. 270. pa. 2.
 Ludouicus vires reprehenditur, quod locum Ciceronis in oratione pro Deiotaro perperam intellexerit. 398. pa. 1.
 Ludouicus vires reprehenditur, quod tormentorum

INDEX.

tormentorum usum iniquum esse dixerit. 298. pa. 2.
 Libellus accusatorius quomodo proponendus. 9. pa. 2.
 Libelli formula aduersus haeticum. ibidem.
 Legatis data munera, an possint publicari. 24. pa. 2.
 Loci ubi contractum fuit matrimonium, an domicili habenda sit ratio, in confiscandis bonis constante matrimonio quaesitis. 29. pa. 2.
 Lex regia de lucris factis inter virum & uxorem, quo pacto intelligenda. 31. pa. 2.
 Lex humana non habet maiorem potestatem quam princeps. 33. pa. 1.
 Legislatori non licet condere legem, quae reum obliget in foro conscientiae, ad magnam aliquam poenam in seipsum exequendam. 39. pa. 1.
 Lex neminem cogit ut seipsum prodat. 39. pa. 2.
 Legem aut magistratum occulta crimina punire non posse, sine accusatore, redemptor noster ostendit, apud Ioann. cap. 8. 40. pa. 1.
 Leges optimae ac perfectissimae non sunt condendae. ibidem.
 Leges debent esse possibiles, & secundum consuetudinem patrie. 40. pa. 2.
 Lex condenda non est de re nimium difficili, sicut nec de impossibili. ibidem.
 Legis pontificiae verba, quibus decernit, bona haereticorum ipso iure confiscata esse, quo modo accipienda. 41. & 42. pa. 2.
 Leges magistratibus egent, aliisque ministris. Neque enim sufficit aliquid per legem statutum esse, ut illud statim fiat nemine petente. 42. pa. 1.
 Leges quare ferri non possint de quacunque re, quae non sit contra ius naturale, aut diuinum. 36. pa. 2.
 Lex non inuenitur, quae prohibeat haetico, ne bona sua retineat. 43. pa. 2.
 Legem iustam obligare in foro conscientiae, quomodo intelligendum sit. 44. pa. 1.
 Leges regiae quae obligant expressè ad poenam in foro conscientiae prestandam. 44. pa. 2.
 Lutherani ecclesiae prohibitionem contempna, afferunt licere quibuslibet cibis sine delictu vti. 51. pa. 1.
 Linguae lapsus puniri non debet. 70. pa. 2.
 Lutheranorum mos cum argumentis conuincuntur. 84. pa. 1.
 Lutheri flagitia. 142. pa. 2. & 143. pa. 1.
 Legibus & consuetudinibus antiquis multum semper tribuerunt Plato & sapientes o-

mnes. ibidem.
 Lamiarum nomina, & unde sic dicta fuerint 168. pa. 1.

M.

Mutuata haetico pecunia, quando creditori restituenda sit. 21. pa. 2.
 Mutuatam pecuniam ciuitati aut ecclesiae, in earum utilitate esse versam, perspicue probandum esse, quidam affirmant. 22. pa. 1.
 Mutuam pecuniam qui ignorantia insuperabili occulto haetico dedit, quid probare teneatur. ibidem.
 Maritus an possit alienare partem dimidia lucrorum, quae regis legibus ad uxorem pertinent, si eo tempore uxor haeretica sit. 25. pa. 1.
 Maritus donare non potest ea lucra, quae legibus regis ad uxorem pertinent. 25. pa. 2.
 Monachi Franciscani haeretici, libri confiscari possunt. ibidem.
 Maioratus bona Hispanorum, longè differunt a maioratu Gallorum. 45. pa. 1.
 Mulieres cur facilius excusari, & mitius puniri debeant, quam viri. 71. pa. 2.
 Mortis metu aut alterius mali, qui impium quidpiam dicit aut facit, mitius puniendus. ibidem.
 Mortis metus excusare eum non potest, qui si dem abnegat. ibidem.
 Mortis metu fidem abnegare impiissimum facinus. 72. pa. 1.
 Metu deficientium a fide par culpa non est, nec poena eadem. ibidem.
 Mortis & tormentorum metu, an timore infamiae vel exilii, vel minoris mali quis deficiat, multum interest. ibidem.
 Mortis metu Deum verbis tantum abnegas, quid facere debeat, ne haeticus censetur. 72. pa. 2.
 Mortis metu lapsi, si statim resipiscant, humane recipiendi sunt. ibidem.
 Martyrium temere appetendum non est. ibidem.
 Mors iustorum ab ecclesia cur laudetur, haeticorum vero memoria damnetur. 75. pa. 2.
 Mortuis reis crimen cum poena extinguitur, nisi haetici fuerint. ibidem.
 Memoria & fama defuncti haetici iure damnatur, & quando id fieri liceat. 77. pa. 1.
 Mortem sibi consciscere, non licet cuiquam: & cur id non liceat. 78. pa. 2.
 Mortem sibi inferre non licet, multa tamen licent,

INDEX.

licent, ex quibus mors vel sequitur, vel acceleratur. 79. pa. 2.
 Malitia errare in fide quis dicatur. 114. pa. 2.
 Maranatha quæ dicitio sit, & quid significet, 118. pa. 1.
 Miracula vera quam autoritatē habeant. 122. pa. 1. & 2.
 Minoribus viginti quinque annis, in causa errorum hæresis, curator ad litem ab inquisitoribus decernendus est, 134. pa. 1.
 Malum infinitum incertumque est, bonum certum atque finitum. 136. pa. 2.
 Malus speciei boni fallens duplici poena dignus est. 147. pa. 1.
 Munera accipere quam sit periculosum iudicibus, 162. pa. 1.
 Mahumetanorum appellatio quos completur. 177. pa. 2.
 Mahumetis vitia, & sectæ ab eo introductæ turpitudine. 177. pa. 3.
 Mahumetani ad inquisitorum iurisdictionem, quando pertineant. 178. pa. 1.
 Matrimonium inter hæreticos vel infideles, & christianos, quibus verbis improbet Divus Hieronymus. 185. pa. 2.
 Monachus post professionem solennem, matrimonium contrahens; si occultè id faciat an ab inquisitoribus puniendus sit. 180. pa. 1.
 Maritus qui vxore viva, abiq; eius iusto consensu ad sacros ordines promovetur, quæ poena sit afficiendus. 181. pa. 2.
 Maritus an habitare teneatur cum vxore hæretica ecclesie reconciliata, & vxor cum marito. ibidem.
 Matrimonium contractum inter catholicos & hæreticos an ratum sit. ibidem.
 Matrimonium inter hæreticos & christianos multa concilia prohibent. 182. pa. 2.
 Matrimonia legitima & iusta separantur, propter hæresim supervenientem. 183. pa. 1.
 Matrimonium & societas cum hæreticis diuino iure prohibetur. ibidem.
 Matrimonium iisdem de causis quibus irritum est inter infideles & christianos, inter hæreticos & fideles irritum censetur. ibidem.
 Matrimonium catechumeni, aut apostatæ, cum catholica, aut infideli, an sit ratum. 184. pa. 1.
 Mathæus monachus Græcus de Canone sextæ synodis generalis magnificè sentit. 185. pa. 1.
 Matrimonium inter christianos & infideles, aut hæreticos, leges septipartitæ prohibet. ibidem.
 Ministros reipub. optimos & idoneos eligi permagni interest. 186. pa. 2.
 Ministræ sanctæ inquisitionis quot sint, & eorum nomina. 187. pa. 1.
 Medici & custodes ianuarum quales sint eligendi in sancta inquisitione. 188. pa. 1.
 Ministri sanctæ inquisitionis, oportet ut interdum suorum munerum rationem reddant. 190. pa. 2.
 Ministri omnes sanctæ inquisitionis iurare tenentur coram inquisitoribus & episcopo, quod officia sibi commissæ fideliter exercebunt. 191. pa. 1.
 Magistratus quantum deceat arcana celare. ibidem.
 Ministri sanctæ inquisitionis si iter facere velint, à quo veniam petere debeant, & quot dies abesse possint. 191. pa. 2.
 Ministri omnes suis stipendiis contenti sint, & munera non accipiant. 192. pa. 1.
 Minister nemo esse debet in ea prouincia, in qua inquisitor sit eius consanguineus, vel dominus. ibidem.
 Ministri sanctæ inquisitionis à quibus puniendi sint. ibidem.
 Monarchiæ regimen omnium aliorum optimum est. 204. pa. 2.
 Mœcenatis consiliū in nouarum religionum authores. 215. pa. 2. & 235. pa. 2.
 Magicæ artes ex pactis demoniorum constant. 279. pa. 2.
 Magos peregrinos Tiberius Cæsar morte affecit. ibidem.
 Magicas artes quibus verbis detestentur Cyprianus & Augustinus. ibidem.
 Magicæ artes quam vanæ & perniciosæ sint. ibidem.
 Magos & excitatores quomodo censentur Platino puniendos esse. 282. pa. 2.
 Minores viginti quinque annis torqueri possunt propter hæresis suspicionem. 304. pa. 2.
 Metus vis & potentia. 307. pa. 1.

N.

Natura dedit virtutum omnium initia, & quidquid contra eam sit peccatum est. 79. pa. 1.
 Nouitas plebi quam gratissima esse solet. 144. pa. 1.
 Nouas & singulares doctrinas, Petrus, Paulus, & omnes sancti semper execrati sunt. 144. pa. 2.
 Nouitates suspectæ sunt & periculosæ, potissimum

INDEX.

in rebus fidei. 145. pa. 1.
 Nouitates & mutationes ob quæ rem gratæ sint, 146. pa. 1.
 Notarii qui eligendi, & eorum officium quod sit. 187. pa. 2.
 Nobilis in hæresim incidens, infamis & vilis habetur, & plebeiorum poena puniendus est. 224. pa. 1.
 O.
 Ossa & cineres hæreticorum, & non solum cædauera, sepultura priuari debent. 76. pa. 2.
 Occidentes seipos in carcere vbi propter hæresim coactebantur, quales censendi sint, 80. pa. 1.
 Oratio quid sit, & quot modis fiat. 151. pa. 1.
 Officiis duobus sanctæ inquisitionis nemo præesse potest, aut duobus salariis frui. 192. pa. 1.
 Officium sanctæ inquisitionis qui vulnerat aut occidit à quibus puniri debeat. ibidem. pa. 2.
 Occultorum criminum, variæ species sunt, ibidem.
 Opera bona extra charitatem & vnitatem facta quid profint. 226. pa. 2.
 Officium sanctæ inquisitionis qui se sinxerit, quomodo puniendus. 227. pa. 2. & 228. pa. 1.
 Opiniones nouas asserens in materia morali easque pertinaciter defendens, suspectus in fide merito censetur, 252. pa. 1.

P.

Peccata quæ sine electione ab inuitis committuntur, digna sunt clementia & venia. 74. pa. 1.
 Probare probitatem suam, reis quid utilitatis afferat, 75. pa. 1.
 Processus contra defunctum breui tempore fiat. 78. pa. 1.
 Pauli doctrina, qua docet, hæreticum hominem post vnam & alteram correctionem deuitandum, quomodo interpretanda, 82. pa. 1.
 Puellæ Cordubensis quæ se diuino afflatu plenam esse fingebat, memorabile exemplum, 88. pa. 2.
 Pseudopropheciæ quibus signis cognoscantur. 89. pa. 1.
 Pontificis summi munus est, reges ad monere ut catholicam fidem teneant, & subiecto-

rum hæreses puniant. 97. pa. 1.
 Prædicatorum nostra tēpestate infinitus est numerus. 112. pa. 1.
 Pacta & conuenta cum demone quomodo distinguantur. 137. pa. 2.
 Pertinacia consummatum facit hæreticum, & qua in re consistit. 141. pa. 1.
 Promotor fiscalis quando & quomodo proponere debet accusationem reis, 201. pa. 1.
 Plato librum de legibus quid de hæreticis dicat. 244. pa. 1.
 Papam Lutherani & sacramentarij cōuiciis & mendacijs primatu expellere conantur. 203. pa. 1.
 Pontifex maximus Christi vicarius est sub calce. ibidem.
 Petri primatus ex pluribus locis euangelicæ historie ostenditur. 203. pa. 2.
 Petro plus eminentiæ datum est in actis apostolorum, quam ceteris omnibus. 204. pa. 1.
 Pontificem max. Petro successisse in apostolica sede apertissimè ostenditur. 204. pa. 1. & 2.
 Pontificem maximum vnum esse oportet in ecclesia, aliter enim multa incommoda occurrerunt. 205. pa. 2.
 Petro quæ ratione promiserit Christus clauis regni cælorum. ibidem.
 Pontificis maximi autoritatem & potestatem quomodo Lutherani elcuare student. 206. pa. 1.
 Pontificum maximorum successio. 207. pa. 1.
 Pontifex summus quomodo eligendus esset ab ecclesia, etiā si Petrus nihil olim de successore prouidisset, aut hodie Cardinales omnes perirent. ibidem.
 Pontifices maximi ut nunquam defecerunt à fide catholica, sic nunquam defueros esse, multi sanctissimi viri docent. 207. pa. 2.
 Pontificis summi amplissima potestas, & quomodo ab eo incœperit & pendeat Romanorum imperium. 208. pa. 2.
 Pontifex maximus ordine ad finem spirituale, amplissimam habet potestatem in omnes principes orthodoxos. 209. pa. 1.
 Pontificibus & episcopis necessarius est rerum externarum splendor & affluentia. 209. pa. 2.
 Paupertas quantum imminuat autoritatem antistitum & presbyterorum. 210. pa. 1.
 Paupertas neque ex seipsa quidpiam habet magna commendatione dignum, neque vituperandum diuitiæ. ibidem.
 Pape, si concedat rescriptum seu privilegium

INDEX.

In præiudicium officij sanctæ inquisitionis quomodo obtemperandum. 211. pa. 1.
 Papa quidpiam contra publicam vtilitatem decernente, quid faciendum sit. ibidem.
 Papa, si hereticus esset, quomodo obuiam ire oporteret. ibidem.
 Pœnæ triplici causa à sceleratis hominibus repeti solent. 213. pa. 2.
 Pœna eorum qui delinquant, documentum, doctrina, & exemplum est aliorum. ibidem.
 Pœnis cur impios affici oporteat. 218. pa. 2.
 Prægnans mulier etsi heretica sit, non puniendâ est, donec pariat. 221. pa. 1.
 Philippus pater magni Alexandri quendam iudicem officio priuauit, eò quod capillos sibi inficeret. 222. pa. 2.
 Pœna eadem in plebeios & nobiles constituta est in crimine hæresis. 223. pa. 2.
 Pœna cur publica esse debeat. 227. pa. 1.
 Pœnitentia post crimine admissum nihil prod-est ad veniam & impunitatē coram iudicibus secularibus. 229. pa. 1.
 Pœnitentia & vera peccati confessio magni momenti est ad veniam impetrandam ab inquisitoribus. 229. pa. 2.
 Pœnitentibus hæreticis leges etiam Cæsareæ veniam concedunt. ibidem.
 Pœnitentia hæreticis imposta publicè agenda est. 230. pa. 1.
 Pœnitentes publici quo vestitu induti esse debent. ibidem.
 Pœnitentiam olim agentes cilicio & sacco induebantur. ibidem.
 Pœnitentiæ insignia qui furantur, quomodo puniri debeant. 230. pa. 2.
 Pœnitentium bona interdum non confiscantur, quod non ipso iure, sed principum indulgentia sit. ibidem.
 Pœnitentibus, qui ad rectam fidem redeunt, intra tempus ab inquisitoribus præfinitū, quid concesserint reges catholici. ibidem.
 Pœnitentes an sint exempti a iurisdictione regia. ibidem. & 231. pa. 1.
 Pœnitentibus ecclesiæ reconciliatis, & filiis ac nepotibus damnatorum, quibus rebus interdicitur. 231. pa. 1. & 2.
 Pœnitentes videntur neque a sinis, neque vehiculis vti posse. 231. pa. 2.
 Pœnitentes hæretici, quo tempore, & quomodo admittantur. ibidem.
 Pœnitens qui publicè in alio regno hæreticus vel apostata fuit, & priusquam ab aliquo accusaretur, veniam petit, quomodo
 admittendus sit. ibidem.
 Pœnitens, qui metu imminentium probationum ad inquisitores venit, quomodo excipiendus. ibidem.
 Pœnitens, qui in carcere veniam petit, quomodo tractandus. 232. pa. 1.
 Pœnitens qui admonitus confitetur hæreses, priusquam ei dicta testium edantur, quomodo excipiendus. ibidem.
 Pœnitens, qui post editam accusationē confitetur, quomodo admittendus. ibidem.
 Pœnitens, qui postquam testibus se conuictū videt, confitetur, quomodo admittendus. ibidem.
 Pœnitens errores confitens priusquam testibus publicatis conuincatur, damnandus non est ad perpetuum carcerem. ibidem.
 Pœnitentes hæreticos vsque ad definitiuam sententiam admitti posse, sapienter maiores nostri decreuerunt. 232. pa. 2.
 Pœnitens qui non confessus est, nisi vi & tormentis adhibitis, an admittendus sit. 233. pa. 1.
 Pœnitentes benignè sunt recipiendi. 234. pa. 1.
 Pœnitentiæ veræ optimū signum, humilitas est. ibidem.
 Pœnitentiæ iniunctæ qui planè non satisfecerit, quomodo puniendus sit. 236. pa. 2.
 Præsumptio ex parentibus. 248. pa. 1.
 Præsumptio ex educatione. 248. pa. 2.
 Præsumptio ex moribus. 249. pa. 2.
 Præsumptio ex malefactis & maledictis. 250. pa. 1.
 Præsumptiones efficaciares sunt, quæ verisimiliores. ibidem. pa. 2.
 Præsumptiones & coniecturæ nõ satis sunt, vt aliquis condemnatur, præsertim in crimine hæresis. ibidem.
 Præsumptio non leuis contra illos est, qui ex Mahumetanis descendentes, vinum non bibunt, & suillam carnem non edunt. 252. pa. 1.
 Probationes quales requirantur in crimine hæresis. 252. pa. 2.
 Probationes imperfectæ aut semiplenæ quid valeant in crimine hæresis. 253. pa. 1.
 Probationes in crimine hæresis, leuioribus quàm in aliis criminibus sufficere, falsa est opinio. 253. pa. 2.
 Probatio minus plena ad quid sufficiat. ibidem.
 Probatio indirecta contra violentam iuris & à iure præsumptionem quomodo recipienda. 254. pa. 1.
 Proba-

INDEX.

Præsumptio sola non sufficit, vt quispiam ve-
 hæreticus puniatur. 241. pa. 2.
 Pertinax quando censendus sit, qui probabili ignorantia errat. 242. pa. 2.
 Pertinacia quare in dubio præsumenda non sit. 243. pa. 1.
 Pœnitentiæ iniunctæ qui nõ satisfaciunt, quomodo puniendi sint. 243. pa. 2.
 Prædicare nullus audeat qui examinatus & approbatus non sit. 244. pa. 1.
 Prædicare publicè non debent laici, neq; femina. 244. pa. 2.
 Prædicator, si aliquid scandalosum aut suspectū dixerit, quomodo puniendus sit. ibidem.
 Prædicator qualis esse, & quid fugere debeat ibidem.
 Prædicator irreprehensibilis esse debet, & vita & doctrina insignis. 245. pa. 1.
 Prædicatores qui in suis concionibus episcopos reprehendunt, perperâ faciunt. 245. pa. 2.
 Præsumptionibus & coniecturis vbi nõ sit locus. 246. pa. 1.
 Præsumptionibus quatenus credere debeant iudices. 246. pa. 2.
 Præsumptionis etymologia & definitio. ibidem.
 Præsumptiones quæ veritatē ipsam videntur demonstrare, cuiusmodi sint. 247. pa. 1.
 Præsumptio iuris contra quæ probatio admittitur, quomodo definiatur. ibidem.
 Præsumptiones ex diuersis personarum, & rerum circumstantiis ortæ. ibidem.
 Præsumptiones ex natione & patria. 247. pa. 2.
 Protestationis finitio, & quam vim habeat, & quando fieri possit, & quando excusare soleat. 259. pa. 1. & 2.
 Purgatio Canonica in sacro inquisitorū foro etiam nunc in vtu est. 260. pa. 2.
 Purgatio Canonica quid sit, & quando faciēda. 261. pa. 1.
 Purgatione multi etiam Pontifices max. vsi sunt. ibidem. pa. 2.
 Purgatio quando indicenda sit, & quibus indici non debeat. ibidem.
 Purgatorum numerus iudicis arbitrio relinquatur. ibidem.
 Purgatores qui dicantur, & quales eligēdi sint. 262. pa. 1.
 Purgatio an illis indicēda sit, qui ex parētibus Iudeis, aut Mahumetanis nati sint. ibidem.
 Pœna eius qui in purgatione defecit, & quis dicatur defecere. 262. pa. 2.
 Purgare se volens ab hæresi, & in ipsa purgatione succumbens, an statim curiæ seculari sit relinquendus. ibidem.
 Probationum, argumentorum, & indiciorū inter se consensus, plurimum refert in omnibus reorum causis. ibidem.
 Procurator quos possit defendere. 254. pa. 2.
 Procurator generalis sanctæ inquisitionis Hispaniæ quis sit eligendus. ibidem.
 Promotor fiscalis quid sit, & eius officium. 255. pa. 1.
 Propositiones examinare ad quos pertineat. 255. pa. 2.
 Propositio, quæ sit dicenda hæretica, & quomodis hæretica esse possit. 256. pa. 2.
 Propositio hæresim sapiens, quæ sit. 257. pa. 1.
 Propositio malè sonans quæ sit, & quo pacto qui eam protulerit coercendus sit. 257. pa. 2.
 Propositio temeraria quæ sit. ibidem.
 Propositio scandalosa, quæ sit, & quæ schismatica, & quæ seditiosa, & quæ blasphemica, & quæ hereticis fauens, & quæ iniuriosa. 258. pa. 1.
 Propositio eadem varias habere potest qualitates. ibidem.
 Propositiones ambigua a quibus explicari possint. ibidem.
 Propositionum interpretationes quas admitti deceat, & quas non. 258. pa. 2.
 Protestationes cur faciant docti & catholici viri, cum de rebus fidei agunt. ibidem.
 Protestatio authoris. 259. pa. 1.
 Pœnitentia ab inquisitoribus, diligenti consideratione præcedente imponenda est. 257. pa. 1.
 Pertinacia quid sit, & quis pertinax dicatur. 259. pa. 1.
 Pertinacia nonnullorum hæreticorum, & constantia martyrum Christi. ibidem.
 Pertinacium hæreticorum furorem eleganter exprimit Augustinus. 259. pa. 2.
 Pertinaces hæreticos quomodo describat Bernardus & Albertus Capensis. 240. pa. 1.
 Pertinaces hæretici demonibus peiores sunt ibidem.
 Pertinaces quomodo puniendi sint. 240. pa. 2.
 Pertinax hæreticus an sit, qui credit aliquam propositionem esse veram, cuius contrariā scit esse catholicam. ibidem.
 Pertinaces ex iuris præsumptione qui sint. 241. pa. 1.
 Pertinax hæreticus an sit, qui asserit aliquam hæresim, cuius contrariam veritatē catholicam prius docuerat. ibidem.
 Pertinaces hæretici qui sint cēsēdi. 241. pa. 2.

INDEX.

Pœna duplex pro eodem crimine infligi non debet. 263. pa. 1.
 Purgatio, vel quæcunq; alia pœna in suspectos de hæresi statuta, efficax est per se ad quælibet suspiciones purgandas. ibidem.
 Purgatorum numerus & quæstionis modus quando augeri possint. 263. pa. 2.
 Purgatio canonica quo ordine & ritu indici solet. 264. pa. 1.
 Purgationis Canonice origo. ibidem. pa. 2.
 Purgatione Canonica non temerè quoscunq; que homines iudices probare debet. 265. pa. 1.
 Peccata in Deum grauius puniri debent, quàm que in nos committuntur. 266. pa. 2.
 Pactum cum dæmone facere, quàm impium sit. 279. pa. 1.
 Pactum cum dæmone non solum expressè, sed etiam tacitè sit. ibidem.
 Pacta cum dæmone facta rescindi non possunt, nisi demon ipse consentiat, vulgus imperitum falsò credit. ibidem.
 Periculis superstitio cum langueret ex morbo. 280. pa. 1.
 Pactum cum dæmone habere, qui iudicandi sint. 281. pa. 2.
 Probatio que testibus fit, cur inartificialis dicatur apud Rherores. 283. pa. 2.
 Participi criminis an sit fides habenda. 288. pa. 1.
 Probari posse aliquem hæreticum esse in genere, ridiculum est. 292. pa. 1. & 2.
 Pœna certa in cynados & pædicatores iure ciuili statuta est. 292. pa. 2.
 Plebis insipientia & temeritas. 304. pa. 1.
 Plebis vitia. ibidem.
 Promotor fiscalis quomodo se gerere debeat in hæreticorum accusationibus. 10. pa. 1.
 Peculium castrense filii hæretici confiscatur. 20. pa. 1.
 Peculium profectitium, quod patris est, bonis eius publicatis, etiam confiscatur. ibidem.
 Probatio dilucida exigenda ab eo non est, qui bona fide rem aliquam ab occulto hæretico emerit. 21. pa. 2.
 Probatis extremis, media quoque probata esse videntur. 22. pa. 1.
 Probatio impossibilis nunquam exigitur. ibidem.
 Probatione debere necessario concludere, quomodo intelligendum. 22. pa. 2.
 Possessores bonæ fidei post litem contestatâ, & controuersiam motam incipiunt malæ

fidei possessores esse. 23. pa. 2.
 Peculium profectitium filio à patre concessum non publicatur, filio impietatis damnato. 25. pa. 1.
 Probandi onus lex regia in eum trāsferat, qui dixerit, alienatione in lucrorum dolo aut fraude à marito esse factam. ibidem.
 Patrimonium & alia bona clerici hæretici an ad episcopum pertineant. 25. pa. 2.
 Patronatus ius ecclesiasticum, patroni bonis publicatis, vtrū ad fiscum pertineat. 26. pa. 1.
 Prescriptione quinquennii, aut certè. 29. annorum, vtrum fiscus sub moueri possit. 29. pa. 1.
 Pœnâ in seipsum exequi nemo tenetur. 44. pa. 1.
 Primogenitorum bona (quæ vulgo maioratū vocant) an propter hæresim possidētis confiscentur. 45. pa. 1.
 Primogenitus verè dominus est illorū bonorum, perinde ac aliorum que pleno iure acquisierit. 45. pa. 2.
 Pœnâ magna pars hæreticis debite in bonorū publicatione consistit. 47. pa. 1.
 Princeps qui facultatē dat vt primogenita obligentur, & alienentur ea potest confiscare in hæresis vindictam. ibidem.
 Primogenita si confiscari non possent, que absurda sequerentur. 47. pa. 2.
 Primogenita confiscari possunt in præiudiciū transuersalium. ibidem.
 Primogenita quo casu confiscari nequeant. 48. pa. 1.
 Papa iudicari ab aliis non potest. 55. pa. 1.
 Papa hæreticus manifestus an per vniuersale concilium puniri possit? 55. pa. 2.
 Probatio sufficiens requiritur, vt aliquis ob crimen hæresis in carcerē mittatur. 64. pa. 2.
 Presbyteri in carcerem quando coniiciendi. 68. pa. 1.
 Peccata omnia in tres classes distribuit Augustinus. 71. pa. 1.
 Pueri & impuberes cur vix hæretici censeri debeant. ibidem.
 Perturbationes animi quomodo definiat Cicero. 73. pa. 1.
 Perturbationum animi potentissima que sit. ibidem.

Quæstiones dubiæ de fide que ad Papam referri debet, quando ab inferioribus prelati decidi possint. 210. pa. 2.
 Quæstio quid sit. 297. pa. 2.
 Quæstionū

INDEX.

Quæstionum & tormentorum vsum multi sapientes viri non probant. 1. ibidem.
 Quæstionibus resistendum esse docet Cice. in partitionibus. 298. pa. 1.
 Quæstionum & tormentorum vsum improbat Cicero in libris ad Herennium. ibidem.
R.
Receptores pecuniâ à sequestro acceptâ, vel ex bonorū venditione coactam, intra tres dies proximos deponere debent in arcam publicam. 197. pa. 1.
 Receptores debitoribus fiscali nequeunt remittere, aut donare pecunias. ibidem.
 Receptores quo pacto se gerere debeant cū fiscali debitoribus. 197. pa. 2.
 Receptor, si aliquid emerit ex pecunia fiscali suo nomine, non fisco, sed sibi acquirit. ibidem.
 Receptor, si rem alienam vendidit putans esse hæretici tenetur domino pretium restituere. 197. pa. 2.
 Rei quid ab inquisitoribus interrogandi sint prius. 200. pa. 1.
 Reus citatus ex diuersis locis, & eodem tempore, ab episcopo, & ab inquisitoribus, coram quibus se sistere debet. 199. pa. 2.
 Rei decem primis diebus post eorum capturam, benignè admonendi sunt, vt veritatē fateantur. 200. pa. 1.
 Rei admonendi sunt, vt relictis & abiuratis erroribus conuertantur. 200. pa. 2.
 Rei ter admoneri solent, antequam à promotore fiscali accusentur. 201. pa. 1.
 Rei, si suspicione aliqua premanant, interrogari debent de sociis, & sceleribus suis, adhibitis etiam tormentis. 202. pa. 1.
 Reos in carcere inclusos equum est aut quàm citissimè puniri, si pœna digni sint: aut absolui, si culpa careant. 202. pa. 2.
 Religionis violatores apud omnes nationes seuerissimè semper puniti sunt. 217. pa. 1. & 2.
 Religionis contemptores reos esse mortis celeberrimi philolophi sentent. 219. pa. 2.
 Regis hæretici regnum, cū superiore non habeat, an confiscari possit? 225. pa. 1.
 Reos vehementer suspectos, prius tormentis, deinde purgatione, mox abiuratione, tandem arbitrariis pœnis opprimendos esse, verus & iniqua cōsuetudo docebat. 262. pa. 2.
 Rei pluribus pœnis simul puniendi non sunt. 263. pa. 1.

Reum post tormenta purgandum, aut post purgationem puniendū, neq; lege, neq; ratione probari potest. ibidem.
 Relapsi qui dicantur, & quotupliciter quis dicatur relapsus. 165. pa. 2.
 Relapsorum pœna, & an illis sit concedenda venia. 266. pa. 1. & 2.
 Relapsis pœnitentibus que bona cōcedat catholica ecclesia, & quæ auferat ibidem. pa. 2.
 Relapsis pœnitentibus cur vinctio extrema denegetur. 267. pa. 1.
 Relapsis verè pœnitentibus concedendam esse ecclesiasticam sepulturam perperam testatur Alfonso Castrensis. 267. pa. 1.
 Relapsis hæreticis interdum veniam cōcedi posse, sunt qui asserant. ibidem.
 Relapsus nullus iudicari potest, nisi bis fuerit conuictus de hæresi. ibidem.
 Relapsis hæreticis cur parcendum non sit. 267. pa. 2.
 Relapsus quando audiendus sit. ibidem.
 Rem publicam gerere quam sit periculosum 287. pa. 1.
 Rati habitio etiam necessaria est, quando reus vel testis in tormentis contra alios testificatur. 307. pa. 2.
 Relapsus non est censendus, qui posteaquam ob leuè suspicionem hæresis abiurauit, inuentus fuit hæreticus. 3. pa. 2.
 Receptatores & fautores hæreticorum, nisi hæretici & ipsi fuerint, post mortē accusari nequeunt. 9. pa. 1.
 Rex hæreticus non solum regno pellitur, sed & eius filii regni successione priuatur. 45. pa. 2.
 Reconciliatus ecclesie, qui se hæreticū fuisse negat, sed metu confessum ait, an impœnitens iudicandus sit. 59. pa. 1.
 Reus torqueri potest vt respōdeat. 60. pa. 2.
 Receptatores hæreticorum quo pacto puniendi sint. 63. pa. 1.
 Rei de hæresi, quare non ita facilè in carcerē coniici debeant. 65. pa. 1.
 Reus negans factum, quo pacto id probare queat. 69. pa. 2.
 Referentes aliorum hæreses quando puniri non debeant. 70. pa. 2.
 Rusticitas nimia ab hæresi excusare potest. ibidem.
 Renuntiatio, qua reus defensionibus suis renūtiat, an sit alicuius momenti. 74. pa. 2.
 Reuelationes diuinas qui se habere dicunt, aut fingunt, quàm suspectissimi esse debent. 88. pa. 2.

INDEX.

Reuelationes ineptas, cur plerunq; mulieris
 fatua vel improba habere soleat. 88. pa. 2.
 Reuelationes quando suspectae sint censendae.
 89. pa. 1.
 Reuelationes frequentes cohibendae sunt, &
 ab inquisitoribus diligentissime examinanda.
 ibidem.
 Reges & alii domini temporales haereticos di-
 ligenter extirpare debent. 96. pa. 1.
 Regum munus. 96. pa. 2. & 97. pa. 1.
 Reges non solum suorum scelerum, sed & sui
 populi, rationem reddent. 96. pa. 2.
 Reges si haeretici sint, subiecti populi eorum do-
 minatu liberantur. 98. pa. 1.
 Reges haeretici cur grauiori poena digni sint.
 ibidem.
 Regu exemplum quanti momenti sit, ibidem.
 Ratio quid sit, auctore Augustino. 122. pa. 1.
 Receptor quid sit, & qualis eligendus, & eius
 officium quale. 196. pa. 1.
 Receptor quae bona reorum distrahere de-
 bet. 190. pa. 2.
 Receptorum poena, si secus fecerint ac tenen-
 tur, in his quae sunt muneris sunt. 197. pa. 1.
 Receptores & alii officiales non possunt quic-
 quam emere ex bonis publicatis. ibidem.
 Receptores vnius prouinciae non debent occu-
 pare bona haeticorum, quae ad alios rece-
 ptores pertinent, ibidem.
 S.
 Scriptura quid sit, ex mente Cassiodori.
 2. pa. 2.
 Schismatici abiurare debent schismata.
 3. pa. 1.
 Schisma abiurandi formula. 3. pa. 2.
 Suspectus de heresi abiurare etiam debet erro-
 res de quibus suspectus est. ibidem.
 Suspectus de heresi quare cogatur errores
 abiurare. ibidem.
 Suspicio haereticis tormentis, abiuratione, &
 purgatione canonica diluenda est. 4. pa. 1.
 Sententia in absentem haeticum & contu-
 macem lata coram omni populo est recita-
 da. 6. pa. 1.
 Sacerdotibus blasphemis an publica poeni-
 tentia imponenda sit. 14. pa. 2.
 Sacerdotibus magnum honorem deferebant
 antiqui. ibidem.
 Sacerdos blasphemus quomodo puniendus
 sit. 15. pa. 1.
 Scripturae & literarum vis. 52. pa. 2.
 Senes decrepitae aetatis infantibus exequan-
 tur. 70. pa. 2.
 Stilponis & Theodori factia de Minerua.
 71. pa. 1.
 Senes summa senectute confecti pueri cen-
 sendi. 72. pa. 2.
 Semiebrius si blasphemias aut haereticos di-
 xerit, puniendus est, mitius tamen. 74.
 pa. 1.
 Sepultura ecclesiastica cur priuentur haereti-
 ci. 76. pa. 2.
 Sanson qui seipsum occidit, qua ratione de-
 fendatur. 79. pa. 2.
 Scribentium in haeticos laus. 85. pa. 1.
 Sacrae scripturae intelligentia donum Dei est
 nec enim naturaliter acquiritur. 93. pa. 1.
 Sapientium auctoritas quantum sit facienda.
 93. pa. 2. & 94. pa. 1.
 Sacerdotum est corripere haeticos, iudicium
 vero eos punire. 99. pa. 1.
 Sacrae literae vnde habeant auctoritatem. 107.
 pa. 1.
 Salomonem qui auctores damnatum esse di-
 cant, qui vero eum sanctis annumerent.
 135. pa. 2.
 Sortilegiorum & diuinationum cognitio ad
 quos pertineat. 134. pa. 2.
 Statua Christi, quam illi erexit mulier sangui-
 nis profluui laborans. 152. pa. 2.
 Spe duci quam laboriosum sit. 163. pa. 2.
 Stryx quid sit, & vnde dicatur. 168. pa. 1.
 Sententia bona cuiusdam flagitiosi hominis,
 quomodo approbauerint lacones. 176. pa. 1.
 Sacerdos qui filiam spiritualem nefario ince-
 stu contaminauerit, quomodo puniendus
 sit. 181. pa. 2.
 Sextae synodi generalis canones magnam ha-
 bent auctoritatem. 184. pa. 2.
 Scripturae diuinae intelligentia vnde sumen-
 da. 272. pa. 1.
 Scripta sacra viri docti & pii frequenter lege-
 re debent. ibidem.
 Scripturae sacrae verba ad profanas res non ef-
 se detorquenda, cauetur in 4. sessione Co-
 ciliii Tridentini. 272. pa. 2.
 Septuaginta interpretum translatio Ptole-
 meo Regi fuit quam gratissima. ibidem.
 Scripturas sacras qui profanis rebus admiscerit,
 grauisimè à Deo puniri solent. ibidem.
 Sententias per alios proferre possunt inquisi-
 tores, & coram quibus id faciendum. 273.
 pa. 1.
 Sententia condemnatoria quomodo forma-
 da sit ab inquisitoribus. ibidem.
 Sententia condemnatoria quid debeat con-
 tinere.

INDEX.

tinere. 273. pa. 2.
 Sententia qua in haesum lapsa ecclesia reco-
 ciliantur, quid continere debeat. ibidem.
 Sententia condemnatoria quid continere de-
 beat. ibidem.
 Sententiae forma contra relapsum vnde sumi
 possit. 274. pa. 1.
 Sententia reconciliationis iam lata, quomodo
 iterum examinari possit. ibidem.
 Sententia reconciliationis sine magis inter-
 locutoria, quam definitiua. ibidem.
 Sententia quomodo ferenda est, cum inquisi-
 tores dissentiant. ibidem.
 Sententiae cum publice proferuntur aduer-
 sus haeticos, quis ordo in illis seruari so-
 leat. 274. pa. 2.
 Serui quales fuerint apud antiquos. 274. pa. 2.
 Serui christianorum non efficiuntur alij chri-
 stiani bello capti. 275. pa. 1.
 Serui ex quo genere hodie, & quales sint.
 ibidem.
 Seruorum genus cur nequam & peruersum
 sit. ibidem. pa. 2.
 Serui quo pacto educari debeant. ibidem.
 Seruorum libertas cur neque pia sit, neque vti-
 lis nostris temporibus. 276. pa. 1.
 Serui eorum qui labuntur in haesim, si chri-
 stiani sint, liberi manent ipso iure, etiam si
 eorum domini ad fidem catholicam redeant.
 ibidem.
 Serui christiani possideri non debent ab ha-
 reticis, Iudaeis, aut mahometanis. ibidem.
 Serui haeretici quomodo puniendi sint.
 276. pa. 2.
 Seruus si iussu domini sui imagines sanctorum
 fregerit, mitius puniri debet. 276. pa. 2.
 Seruus in quibus causis contra dominum suum
 testis esse potest. ibidem.
 Sortilegi qui sint, & quando ab inquisitori-
 bus puniri possint. 277. pa. 1.
 Superstitio quid sit, & quot eius species.
 278. pa. 1.
 Superstitiosum & impium est somniis crede-
 re. 278. pa. 2.
 Superstitiosi sunt, qui quosdam dies fortuna-
 tos, alios esse infelices putant: & qui ex sy-
 deribus & cometis futura praedicunt.
 278. pa. 2.
 Superstitiosum est, per sortes de futuris aut
 occultis inquirere. 279. pa. 1.
 Superstitutionibus annumerantur ligaturae &
 remedia, quae medicorum etiam discipli-
 na condemnat. 280. pa. 1.
 Superstitiosa remedia quibus verbis reprehē-
 dat Chrysostomus. ibidem.
 Superstitutionibus qui se addicunt, christiane fi-
 dei & baptisimi prauaricatores sunt. ibidem.
 Superstitiosos quomodo multi auctores irri-
 deant. 280. pa. 2. & 281. pa. 1. & 2.
 Superstitiosum esse aliquid, quomodo cog-
 nosci possit. 282. pa. 1.
 Sententia qua reus ad tormenta damnatur,
 notificanda est promotori fiscali. 305. pa. 2.
 Scripta sanctae inquisitionis, & actorum, quo-
 modo custodienda sint, & quibus eorum
 cura demandanda. 308. pa. 1.
 Scapulae verba, ex quibus colligebant non u-
 lli, grauis esse adukerij crimen, quam homi-
 cidium, declarantur. 319. pa. 1.
 Salaria ministris sanctae inquisitionis, vnde
 & quomodo soluantur. 319. pa. 2.
 Sequestratio & depositum, quomodo diffe-
 rant. 319. pa. 1.
 Sequestratio quo pacto fieri debeat. 319. pa. 1.
 Sequestro quomodo tradenda sunt bona reo-
 rum, & quando illi non traduntur. ibidem.
 Seditio quam pestifera & pernicioosa sit rei-
 pub. 325. pa. 1.
 Suspecti de heresi quando puniri possunt pec-
 nis pecuniariis. 325. pa. 2.
 Sponte, non semper significat liberam volun-
 tatem sine respectu cuiusquam. 333. pa. 1.
 Sponte sua confiteri, quis dicatur. ibidem.
 Sermo breuis laudatur. 344. pa. 2.
 Suspicio quomodo differat a praesumptione,
 & eius definitio. 351. pa. 1.
 Suspensionum variae species, & earum definitio-
 nes, & vnde augeantur, & quomodo infir-
 mari soleant. ibidem.
 Suspicio tum leuis, tum vehemens, tum vio-
 lenta, vnde sumatur. 351. pa. 1. & 2.
 Suspicio de heresi an possit duci ex signis &
 indiciis leuibus. 351. pa. 4.
 Suspicio de heresi nascitur aliquando ex gra-
 uissimis criminibus perpetratis. 352. pa. 1.
 Suspicio nulla ferenda est in haereticis & impie-
 tatis crimine. 361. pa. 1.
 Schisma quid significet, & quam graue malum
 sit, & quot sint eius genera. 268. pa. 1. & 2.
 Sorores peccatricis Hierusalem, quarum me-
 minit Ezechiel, quae sint. 268. pa. 1.
 Schismatici eisdem ferè poenis coercetur, qui
 bus haeretici. 269. pa. 1.
 Schismaticorum communicationem fugere
 debent catholici. ibidem.
 Schismaticorum tertium genus. ibidem.
 Scripturas diuinas veraces esse, credere de-
 bet quicumque catholicus. 270. pa. 2.

INDEX.

Scripturas diuinas qui homines inter lutheranos interpretari soleant. Ibidem.
Scripturas sacras perperam & oblique, in confirmationem suarum hæresum, adducere solent hæretici. 271. pa. 1.

T

Tuore confiscato, aut prodigi vel furiosi curatore, aduersus fiscum cui danda sit actio. 28. pa. 1.
Testamentum an facere possint, ad perpetuū carcerem damnati. 68. pa. 1.
Testes in causa reorum de hæresi, qui non admittantur. 74. pa. 2.
Traditio ecclésiastica quid sit. 104. pa. 2.
Traditiones & consuetudines ecclesiasticas necessariò amplectendas esse, rationibus probatur. 106. pa. 1. & 2.
Theologorum arrogans opinio de non creandis episcopis qui theologi non sint. 111. pa. 2.
Theologorum prædicta opinio iniuriosa, absurda, & ferè hæretica est. 111. pa. 2. eorum fundamenta. Ibidem.
Transactio nulla est, quæ de crimine hæresis à quocunque facta fuerit. 137. pa. 1.
Theodorus balsamon Antiochenus Patriarcha Canon. 6. synodi generalis multum tribuit. 185. pa. 1.
Tabellionem alium possunt inquisitores creare, si id postulet necessitas. 188. pa. 1.
Testes quomodo ab inquisitoribus excipi debent, cum ad illos veniunt testificandi gratia. 199. pa. 2.
Testium ratificatio quomodo, & coram quibus fieri debeat. 201. pa. 1.
Testes cum sibi & prioribus testimoniis non constant, quomodo tractandi sint. 201. pa. 2.
Testimonia si inter se cohæreant, quomodo & quando reis edenda sint. Ibidem.
Theudericus Afer diaconum suum occidit, quod ad Arrium defecisset. 221. pa. 2.
Testis vnus cum fama publica ad plenam probationem non sufficit in crimine hæresis. 252. pa. 2.
Testibus in causa hæresis quando non sit adhibenda plena fides. 253. pa. 1.
Testes duo an sufficiant in causa hæresis ad plenam probationem. Ibidem.
Testes duo quales esse debent, vt plenè iudici fidem faciant. Ibidem.
Testes excommunicati, & socij criminis, cur in causa hæresis recipiantur. 153. pa. 2.
Theologorum responsa de propositionū qua-

litate, actis iudicarij processus inferenda sunt, ab eisdem subscripta. 256. pa. 1.
Theologi inquisitores esse non possunt, licet eorum dicta persæpe iudicibus sint necessaria. Ibidem. pa. 2.
Theodosij & valenti. lex de schismaticis & hæreticis à communione catholicorū expellendis. 269. pa. 1.
Testes vnde dicantur, & testimonium quid sit. 283. pa. 2.
Testibus omnibus non eadem habenda fides. 284. pa. 1.
Testes quomodo doceat. Cic. esse examinandos. Ibidem.
Testium mores, naturam, fortunam, animū & statum humanæ leges considerare solent. Ibidem.
Testes qui esse nequeant. 284. pa. 2.
Testes quid admoneri debent ab inquisitoribus. Ibidem.
Testis quid in primis iurare debeat coram iudicibus. Ibidem.
Testes quo modo examinandi sint ab inquisitoribus. Ibidem.
Testimoniorum fidem diligenter perscrutari debent inquisitores. 285. pa. 1.
Testium examinatio an semper ab ipsismet inquisitoribus fieri debeat. Ibidem.
Testes, quicumque illi sint, cogi possunt ab inquisitoribus, vt coram eis se sustant. Ibidem.
Testes quando sint recipiendi. 285. pa. 2.
Testimonia recepta inquirente iudice, aut in formatio summatim facta neminem damnare debent. Ibidem.
Testimoniorū recognitio an fieri debeat post litem contestatam. Ibidem.
Testes quando repeti possint ante litem contestatam. 286. pa. 1.
Testes iterum ab inquisitoribus vocandi, & rursus interrogandi sunt, cō obiecta crimina negat reus. Ibidem.
Testes iterum examinare & interrogare debent iudices, quanuis reus dicat, se eos habere velle pro ratificatis. Ibidem.
Testium publicatio quando fieri debeat, & eorum exemplum quomodo reis exhibendum sit. Ibidem.
Testium nomina an reis ipsis edenda sint. 286. pa. 2.
Testes quot sint necessarij ad plenam cuiusque rei probationem. 287. pa. 1.
Testimonio vnus an aliquādo plena fides habenda sit. 287. pa. 2.
Testimonia, etiam fide dignissimorum hominum

INDEX.

num, nullum habent pondus in his que ab alijs audierint. 288. pa. 1.
Testes oculati magnum pondus habent ad faciendam fidem. 288. pa. 2.
Testificari nequeunt hæretici contra catholicos. Ibidem.
Testimonium hæretici aduersus hæreticum admittendum est. Ibidem.
Testibus hæreticis an alijs credendum sit. 289. pa. 1.
Testimonium aduersus cōsanguineos an quis cogi possit vt dicat. 289. pa. 1.
Testes etiam publicatis testimonijs, semper ad mittendi sunt in causa hæresis. 289. pa. 2.
Testes concordēs esse debent, vt fides eis haberi queat. 289. pa. 2.
Testimonijs illorum plena fides habenda est, qui concordant in rerum substantia. Ibidem.
Testimonium illorum suspectissimū est, qui eundem, præmeditatūq; sermonē afferunt. 290. pa. 1.
Testis legitimus in causa hæresis etiam est, qui hæreticum iudicibus indicat. 290. pa. 1.
Testi, qui contra hæreticum dixit, & moriens testimonium suū reuocat, an sit credendū. 290. pa. 1. & 2.
Testibus singularibus seu discordibus, tamen si plurimi sint, hæresis probari plenè nequit. 291. pa. 1. & 2.
Testibus singularibus probari non posse aliquem hæreticum esse, ostenditur. 292. pa. 1.
Testes in specie debent sui testimonij rationē reddere. 292. pa. 2.
Testibus singularibus neque in genere neque in specie probatur hæresis. 293. pa. 2.
Tempus & locus non sunt circumstantiæ necessaria ad probandam hæresim. 293. pa. 2.
Testibus singularibus quando sit fides adhibenda. 293. pa. 2.
Testes quomodo id ondi probari possint. Ibidem.
Testes quomodo refutare possit reus. 294. pa. 1.
Testis perituros, qui testimonium suum quod iurauerat se celaturum, patefacit, quomodo puniendus sit. 294. pa. 2.
Talionis pœna non vti debent inquisitores, nisi ob maximam causam. 295. pa. 2.
Testem qui auro, aut quouis alio modo corripit, vt falsum testimonium diceret, quo pacto puniendus sit. 296. pa. 1.
Testes si testibus aduersentur, qui præferendi sint alijs. 296. pa. 2.

Tormenta qui authores improbant. 298. pa. 1.
Tormentorū vsū necessariū esse. 298. pa. 2.
Tormenta non condēnant rhetores. 299. pa. 1.
Tormentorū vsū viri sanctissimi probat. Ibidem.
Tormentis neminem debent iudices exponere, nisi prius an id iura permittant, accuratissimè expendant. 299. pa. 2.
Tormentis quando vtendum. Ibidem.
Torqueri non debet aliquis, nisi indicia magna sint, & vehementer vrgētia. 300. pa. 1.
Torquere hominem inauditū valde iniquū est. Ibidem.
Torqueri vt quispiam possit, exigitur vt accusator id postulet. Ibidem.
Torqueri possunt hæretici, cum id iudicibus expedire videbitur. 300. pa. 2.
Torqueri potest reus, si vnus hominis fide digni testimonio infametur, nisi ipse bonè sit famæ. 300. pa. 2.
Torqueri potest reus, cum eius hæreses semiplenè probatæ sunt. 301. pa. 1.
Torquendus nemo est solo testimonio eius, qui participes fuit criminis. Ibidem.
Torqueri vtrum possit, qui post commissum crimen fugit, antequam accusetur. Ibidem.
Torqueri nonnunquam potest reus, qui suspectus cum sit, vacillat, mentitur, & peierat. 301. pa. 2.
Torqueri an possint rei propter sola signa externa vultus, aut similia, aut propter publicam famam. 301. pa. 1. & 2.
Torqueri possunt in crimine hæresis, omnes qui torqueri possunt in crimine læsa maiestatis. 304. pa. 2.
Torqueri possunt ob crimen hæresis monachi, & sanctimoniales, & religiosi omnes. Ibidem.
Tormentis occulta crimina debet iudex diligentius explorare. 305. pa. 1.
Torqueri potest, qui cōfiteretur se dixisse aut fecisse aliquid hæreticum, negat tamen intentionem hæreticam. Ibidem.
Torqueri publicè non solent rei apud Hispanos. 305. pa. 2.
Tormentis condemnatos quid iudices admodum debent. Ibidem.
Tormentis condemnati rei, quo pacto à iudice interrogandi sint. 306. pa. 1.
Tormentis hæretici damnati de quibus rebus interrogari debeant ab inquisitoribus. Ibidem.
Torqueri potest suspectus de hæresi, & plenè etiam cōuictus in caput alienum. Ibidem.
Tormen-

INDEX.

Tormenta quomodo & quando habēda sint. 306. pa. 1. & 2.
 Torquendi si multi sint, à quo incipiendum. 307. pa. 1.
 Tormentis extorta confessio an sit satis ad cōdemnandum reum. Ibidem.
 Tormenta qui pernegans vincit, hoc ipso obiecta crimina diluit. 307. pa. 2.
 Torqueri iterum quādo reus debeat. 308. pa. 1.
 Torqueri quoties possit reus. Ibidem.
 Tormenta saepius olim repetita iniustissime aliquando fuerunt. Ibidem.
 Tormenta an repeti possint, cum reus quod tortus fuerat confessus, postea negat. 308. pa. 2.
 Tormenta quando fortassis terrib. repeti poterunt. 309. pa. 1.
 Tortōres quales eligendi sint. 305. pa. 2.

V

Vlpiani sententia de absentibus explōditur. 5. pa. 2.
 Vfus fructus patri debitus confiscatur publicatis bonis filii familias. 20. pa. 2.
 Vfus fructus bonorum, quæ rogatus erat hereticus restituere post mortem suam, fisco adiudicandus est, quoad hereticus moritur. Ibidem.
 Vxor, si quidpiam alienauerit in scio viro, & in hæresim postea inciderit, id omne reuo cabit fiscus. 23. pa. 2.
 Vxori dimidia pars lucrorum, quæ regis legibus communia sunt coniugum, restituenda est. 24. pa. 1.
 Vxor, quæ sciens nupsit hæretico, an sicut priuatur dote, sic etiā priuetur arrhis. 24. pa. 2.
 Vxor an fundum dotalem repetere possit à fisco, quem maritus ea consentiente & iurante vendidit, deinde fiscus vendicauit. 24. pa. 2.
 Vfus fructus quem habuit pater in bonis filij aduentitiis, non confiscatur propter patris hæresim. 25. pa. 1.
 Vsnationis lex bono publico introducta est. 38. pa. 1.
 Verba improprie accipi tolerabilius, imò etiam rectius & iustius est, quam quod operentur absurdum. 43. pa. 1.
 Verba & colloquia prauorum hominum & hæreticorum vehementer nocent. 52. pa. 1.

Vxorem propter hæresim damnatam ad persequendum carcerem, an maritus alere illic reneatur. 66. pa. 2.
 Vicarius episcopi, vel capitulum sede vacante, assistere possunt loco episcopi. 109. pa. 2.
 Vulgi imperitia. 112. pa. 1.
 Voluptatis vis effrenata. 177. pa. 2. & 143. p. 1.
 Vincentij Lirinensis explanatio illius loci Pauli, Timothee depositum custodi. 144. pa. 2.
 Voces ecclesie innouare non decet. 145. pa. 1.
 Verborum curiositas vitanda est. 145. pa. 1.
 Vxores duas aut plures habens à iudice seculari puniendus est. 179. pa. 1.
 Vxorem alienam qui sciens ducit, & mulier quæ scienter nubit alteri viro, à quibus puniendi sint. 179. pa. 2.
 Vxores plures habentes quæ poena affici solent ab inquisitoribus. 180. pa. 1.
 Visitatoris munus, & qualis is eligi debeat. 190. pa. 2.
 Venia quibus concedenda sit. 243. pa. 1.
 Veritatis amplitudo. 254. pa. 1.
 Vestitum penitentiae qui abiecerit, aut occultauerit, puniendus est, ut imponens. 230. pa. 1.
 Vestitus penitentium & faccus hæreticorum damnatorum suspendendus est in ecclesia, in cuius parochia habitauerunt. 230. pa. 1.
 Verba nisi operibus consonent, parui momenti sunt. 245. pa. 1.
 Veritatis robur. 254. pa. 1.
 Vita nostra nobis necessaria est, fama verò nostra alii. 261. pa. 2.
 Vsum prauum lex & ratio vincere debent. 264. pa. 1.
 Vespasianus cum æger effet, de cometa quodam quid dixerit. 279. pa. 1.
 Vultus & coloris mutatio signum est animi sihi male conscij. 302. pa. 1.
 Vfuras iure optimo omnes semper execrati sunt. 309. pa. 2.
 Vsurarum cognitio ad quos iudices pertineat. 310. pa. 1.
 Vsurarios quando punire possint inquisitores Ibidem.

Z

Zelotypie impotentia. 73. pa. 2

FINIS.

DE ABIURATIONE
 Titulus. I.

- 1 *Abiurare apud antiquos in qua significatione vsurpabatur.*
- 2 *Abiurare quid significet apud iuris pontificij peritos, & apud nonnullos ex antiquis.*
- 3 *Abiurare debent errores qui defecerunt à fide catholica, priusquam recipiantur.*
- 4 *Hæretici cum ad mētis sanitatem redeunt quatuor efficere debent, ut recipi possint.*
- 5 *Hæretici qui se ad fidem conuertunt, necessario debent errores prius detestari.*
- 6 *Hæretici qui in gremium Ecclesie recipi student, authores errorum, & libros prius execrari debent.*
- 7 *Hæreticus se ad bonam frugem recipiēs, nō solum errores suos damnare debet, sed fidem etiam catholicam suis erroribus contrariam planissime confiteri.*
- 8 *Hæreticus qui errores abiurat, iurare etiā debet, se nunquam ad eos esse rediturum.*
- 9 *Hæreticus & voce & scripto errores abiurare debet.*
- 10 *Hæreses scriptis abiurare inueteratus & sollemnis mos est.*
- 11 *Hæretici abiurantis libellus ad eas ecclesias mitti potest quæ scandalū passæ sunt: & quare id cautum fuerit.*
- 12 *Hæreses omnes abiurare debet, qui ad ecclesiam catholicam redit, etiam si in vna tantum incidit.*
- 13 *Hæreses nominatim sunt abiurandæ, neque sat est, ut generaliter abiurentur.*
- 14 *Hæreticus abiurare debet pure, perspicue, & simpliciter.*
- 15 *Schismatici abiurare debent schismata.*
- 16 *Schismaticos quo pacto recipiendos præcipiat Leo Papa.*
- 17 *Schisma abiurandi formula.*
- 18 *Suspectus de hæresi abiurare etiam debet errores de quibus suspectus est.*
- 19 *Hæreses qui abiurant propter vehementem suspicionem, & ij qui propter leuem, quo*

- modo sunt puniendi, si postea hæretici deprehendantur.*
- 20 *Relapsus non est censendus, qui postea quā ob leuem suspicionem hæreses abiurauit, inuentus fuit hæreticus.*
- 21 *Suspectus de hæresi quare cogatur errores abiurare.*
- 22 *Suspicionem hæresis tormentis, abiuratione, & purgatione canonica diluendam esse, catholica Ecclesia diuine admodum constituit.*
- 23 *Hæreses quomodo olim abiurabantur, & quo pacto hodie abiurari debeant.*
- 24 *Abiurare publice qui non debeant.*
- 25 *Hæreses nolentes abiurare ad arbitrium episcopi & inquisitorum, quomodo puniendi*
- 26 *Abiurandi formula.*



PVD Cicero-
 né & Plautum
 abiurare, est per
 iurio vel iura-
 mento negare.
 Atque eadem si
 gnificatione lex

quædam codicis Theodosiani ait:
 breues plenissimi bonorum vacan-
 tium conficiantur, ne fraudibus Ca-
 sarianorum minuantur, vel peten-
 tibus aliquid abiuretur. Est & abiu-
 rare, simpliciter negare vel denega-
 re. Theodosius imperator libro pri-
 mo legum nouellarum. vnde verso-
 litam gratiam abiurauit? Pruden-
 tius contra Sabellianos hæreticos:
 abiurare Deo titulum, nomenq; pa-
 ternum, credimus esse nefas. Hono-

A rius

De abiuratione.

rius quoque & Arcadius obscure quidem abiuratum pretium, pro pretio denegato, vsurpasse videtur: aiunt enim. Holobara vestimenta, contra legem facta, arario esse red-
3 denda: nec esse cur quisquā de abiurato, id est, de negato pretio illorū vestimentorum conqueratur: quia sufficit ei calcata legis impunitas: nam gratias agere debet, quia non alia pœna seueriore damnatur, quā vestimentorum publicatione. l. tēperent. c. de vestib. holoba. lib. II.

2 Sed in pontificijs nostris abiurare errores, est damnare ac detestari errores: in qua significatione hoc verbo vsus esse videtur poetarum princeps libro octauo, rapinas abiuratas vocās, execratas ac detestabiles. Statius quoq; libro sexto thebaidos, abiurare sacrum ferale dixit, pro detestari: & Eutropius libro primo rerum Romanarum: quanta mala Romani cōtinua illa regū dominatione pertulerint, non solum vnus regis expulsio, verum etiam abiuratio regij nominis & potestatis ostēdit. Aliter quoque atq; aliter idem verbum vsurpat Alexāder pontifex: abiurare concubinas, & abiurare ecclesiam, pro repudiare iuramento & renunciare. Quæ significationes confines sunt antecedenti: nam is hi abiurat hæreses, iuramento repudiat errores, & renuntiat illis. & Gelenius in enarratione Philonis lib. I. de vita Mosis, non est fas (inquit) habere te mcccū voluptatis consuetudinem, nisi ab

iurato ritu patrio, colas eadem mecum numina. c. 3. de cohabi. clerico. & mulie. c. 2. qui cleri. vel vouen. c. audita. de restitu. spoliato:

3 Qui naufragium fecerunt in fide catholica, & ad mentis sanitatem redeunt, non ante recipiendi sunt, quam errores abiurent, & palinodiam canant: id est, recantent errores, & meliore sententia corrigant: & contraria erroribus afferāt quod quidem ab apostolis ipsis traditum & constitutum est, vt Basilii episcopus ancyræ in septima synodo generali est author.

4 Ne autem Hæreticorum cōuersio simulata esse videatur. quatuor ab eis exiguntur: primum, vt errores detestentur: alterum, vt fidē catholicam veram, sicuti est, confiteantur: tertium vt promittant, & iuramento confirment, se nunquam à recta fide discessuros: quartum vt hæc omnia libello ab eisdem subscripto comprehendant.

5 Iam verò de his singulatiim differendum est. Ac primum quidem errorum detestatio necessaria est, vt conuersus ad ecclesiam ex animo redire censeatur. Hoc enim est signum verę conuersionis, odio ac detestationi habere peccata. Quā obrem in secundo concilio Arelatense decreuerunt patres, Nouatianum in communionem recipi nō debere, nisi suscepta pœnitentia in fidelitatis, præteritum dānaret errorem. Et in concilio Laodiceno capite septimo vetitum est, ne recipiā

tur

Titulo.

I.

2

tur hæretici, prius quā condemnēt omnem hæresim, in qua detinebantur.

6 Damnandi quin etiam sunt auctores errorum, & libri. Ita enim legitur in sexta synodo generali, canone nonagesimo quinto. Veniētes ad ecclesiam hæreticos suscipimus secundum morem & ordinē traditum, scilicet si libellos afferant & execrentur quamlibet hæresim, & auctores hæresum. & Augustinus Innocentio papæ epistola 95. de Pelagio hæretico his verbis scribit. Anathemet ergo Pelagius scripta sua, vbi contra gratiam Dei, & si non per contumaciam, tamē per ignorantiam disputat: aut si sua esse negat, aut scriptis suis ab inimicis suis dicit immissa, quæ sua negat, anathemet ea tamen, & damnet paterna exhortatione, & auctoritate sanctimonix tuæ. & Leo ille magnus in epistola tertia inquit: saluberrimum & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimum est, vt cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atq; ad catholicam fidem, quam pridem amiserant, rursus reuerti ambiūt, prius errores suos & ipsos auctores erroris à se damnatos sine ambiguitate fateantur. c. saluberrimum. i. questio. 7.

7 Non solum autem errores damnare debet hæreticus, sed fidem catholicam erroribus suis contrariā planissimè cōfiteri. Hoc autem in numeris exemplis intelligi potest:

ego tamē breuitatis causa duobus ero contentus. In Ephesina synodo sub Celestino primo scribūt patres Nestorio: nō sufficit, quòd sono vocis fidei solum hæreticus proferat: sed consequens est etiam, fateri te quod anathemes tua polluta & profana dogmata: sentias autem & doceas, quæ nos vniuersi per orientem & occidentem episcopi & Magistri, præfulesq; populorum credimus & docemus. Et Leo ille maximus, in epistola quæ est ad episcopos Africanos, inquit: Donatum ex Nouatiano cum sua plebe conuersum, ita dominico regi volumus præsidere, vt libellum fidei suę meminerit ad nos dirigendū, quo & Nouatiani dogmatis damnet errorem, & plenissimè confiteatur catholicam veritatem. c. Donatum. i. questio. 7.

8 Præterea hæreticus, qui abiurat errores, iurare debet, se nunquam ad eos esse rediturum, quemadmodum omnibus abiurandi formulis constitutum est: idque rectissime, quia indignus est, vt eius simplici affirmationi credatur, qui ab ea fide, qua se in baptismo obligauerat impie discessit. Est autem iuramentum vt ait Philo, libro de plantatione Noë, signum firmissimum coniunctum cum Dei testimonio: & vt ait Cicero libro. 3. officiorum, ius iurandum est affirmatio religiosa: quod autem affirmatiuè quasi Deo teste promiseris, id (inquit Cicero) tenendum est.

A 2 Postre-

De absolute.

9 Postremò, abiurandi sunt erro-
res, non modo voce, sed etiam scri-
pto: quod quidem frequentissime
constitutum & vsitatum est. In pri-
ma Nicæna synodo capite octauo,
decreuerunt patres vt hæretici No-
uatiani conuersi recipiantur: ita ta-
men, vt ante omnia hanc habeant
ab eis confessionem, quam per scri-
pturam exigere oportet: vt fateantur,
se cum omni consensu ecclesiæ ca-
tholicæ statuta obseruatuos. Et in
alia synodo sub Martino primo
cautum est, vt quicumq; in alicuius
hæresis opinione offenderit, non re-
cipiatur in communionem, nisi
prius in communi concilio porre-
cto suæ fidei libello, satisfaciat om-
nibus. Et Leo ille Papa in epistola
secunda inquit: plurimos impieta-
ris Manichæe sequaces & doctores
in vrbe, inuestigatio nostra reperit,
vigilantia diuulgauit, autoritas
& censura coercuit: quos poteri-
mus emendare, correximus: & vt
damnarent Manichæum cū prædi-
cationibus & disciplinis suis, publi-
ca in ecclesia professione, & manus
suæ subscriptione compulimus: &
ita de voragine impietatis suæ con-
fessos, pœnitentiam concedēdo, le-
uauimus. c. si quis episcopus. i. quæ. 7

10 Ad hæc in septima synodo gene-
rali actione prima, tres episcopi o-
blatis libellis hæreses abiurarunt. Et
id ipsum quidam alij fecerunt in o-
ctaua synodo generali actione se-
cunda: & itidem Hieronymus de
Praga in concilio Constantinensi,

& Berengarius in synodo sacerdo-
tali temporibus Nicolai secundi.
Quid plura Basilius episcopus An-
cyræ in septima generali synodo hu-
iusmodi orationem habuit: Consti-
tutio ecclesiastica habet, canonicè
tradita ab antiquo à sanctis aposto-
lis, & successoribus eorum sanctis
patribus nostris apostolicis, viris &
magistris, & sanctis vniuersalibus
sex synodis, & localibus synodis or-
thodoxis, vt qui ab aliqua hæresi re-
uertuntur ad orthodoxam fidem,
& traditionem catholicæ ecclesiæ,
scripto negare debeant hæreses suas
& confiteri catholicam fidem. c. cō-
uenientibus i. quæ. 7.

11 Id præterea cautum, vt abiuran-
tis libellus mitti possit ad eas eccle-
sias quæ scandalū passæ sunt: vt quæ
prius doluerant de homine auerso
& peruerso, postea gaudeant de re-
uerso & cōuerso: & qui eius sermo-
nibus fuerant, præceptisq; collapsi,
quid tandem habeat fides vera co-
gnoscant: facilius enim reuocari
poterunt, quum ea senserint ab au-
thore damnari: & vt libello suo cō-
uincatur hæreticus, si forte relapsus
fuerit. Est enim scriptura, vt Cassio-
dorus libro vndecimo variarū ait,
humanorum actuum seruans fide-
le testimoniū: præteritorū loquax:
obliuionis inimica: nam memoria
nostra etsi causas retinet, verba ta-
men commutat: illic autem securè
reponitur, quod semper equaliter
audiatur. Diuus Augusti. epistola.
96. c. ego. de consecra. distin. 2. Ni-
cepho

Titulus. I.

3

12 cephorus lib. 16. historiæ ecclesiasti-
cæ cap. 26.

Præterea omnes hæreses abiura-
re debet qui ad ecclesiā catholicā
redit, etiam si in vnam tantum in-
ciderit, quod quidem antiqua con-
suetudine inductum est, & omni-
bus abiurandi formulis planissime
continetur. Quo efficitur, vt super-
uacanea sit quæstio illa difficilis,
quæ pontificios torquere solet: an
is qui abiurat vnam hæresim & in
aliam incidit, censendus sit omni-
no relapsus, quam ego nunc præter
eundem censeo, nec enim longas
& inutiles disputationes conficere
instituo: ne in illud Ciceronis in-
curram; vitium est nimis magnū
studium multamq; operam in res
obscuras atq; difficiles cōferre, eas-
demque non necessarias.

13 Abiurandi sunt errores nomina-
tim: nec sat est, vt generaliter abiu-
rentur: quia hæc est pœnitentis cō-
fessio, quæ speciatim fieri debet. Cu-
ius rei exemplū videre licet in ma-
gna synodo Chalcedonensi, actio-
ne octaua: vbi Theodoretus co-
actus fuit, clarè & nominatim erro-
res abiurare. Id autē fieri solet hoc
modo. Recitatur ex libello errores
omnes, & statim reus inquit: abiu-
ro has hæreses, de quibus sum accu-
satus & suspectus: vel abiuro erro-
res, quos confessus sum vobis, & om-
nes alios. Antiqua decisio rotæ.
875. & noua sub titu. de hæreti. De-
cius consil. 137. Boherius decisio-
ne. 343.

14 Item reus abiurare debet purè,
perspicuè, simpliciter: qua in re ni-
mius est, vt solet, Occam. Sed extat
exemplum elegans Leonis Papæ,
qui epistola. 84. inquit: damnent a-
pertis professionibus sui superbi er-
roris authores, & quidquid in do-
ctrina eorum vniuersalis ecclesia
exhorruit, detestentur: omniaque
decreta synodalia, quæ ad excisio-
nem hæreseos apostolicæ sedis cō-
firmavit autoritas, amplecti se, &
in omnibus approbare, plenis & a-
pertis, ac propria manu subscriptis
protestationibus eloquantur: nil in
verbis eorum obscurum, nil inue-
niatur ambiguum. Gerson tracta-
tu de protestatione, consideratio-
ne. 9.

15 Schismatici quoque abiurare
debent schismata: quod apud Cy-
prianum epistola vndecima, libri
tertij, quidam fecisse memoratur,
his ipsis verbis. Nos Cornelium e-
piscopum sanctissimæ catholicæ
Ecclesiæ erectum à Deo omni-
potente & Christo domino nostro sci-
mus: nos errorem nostrum confite-
mur: circumuenti sumus perfidiæ
loquacitate factiosa amentes: vide-
bamus quasi quandam communi-
cationem cum schismatico homi-
ne habuisse, syncera tamen mens
nostra semper in ecclesia fuit: nec
ignoramus, vnum Deum esse, &
vnum Christum esse dominum,
quem confessi sumus: vnum spiri-
tum sanctum: vnum Episcopū in
catholica ecclesia esse debere.

A 3 Et

De abiuratione.

16 Et Leo Papa epistola tertia precipit, ut schismatici, qui ad unitatem ecclesiae redire volunt, id faciant cum legitima satisfactione, & erroris damnatione. & idem Pontifex epistola. 85. capit. 3. non aliter schismaticum recipiendum esse decernit, quam si proprio libello catholicum se esse manifestet. Abiuravit schisma Ioannes episcopus Constantinopolitanus in epistola ad beatum Hormisdam: abiuraverunt & cardinales quidam in concilio Lateranensi sub Leone decimo: & item alij alibi. c. omnis cuiuslibet. i. quest. i. cap. maximum. i. quest. 7.

17 Formulam abiurandi schisma retulit diuus Gregorius epistola. 31. libri. 10. cuius summa haec est. Promittit schismaticus sub anathematis obligatione, se nunquam ad schisma reuersurum: sed semper in unitate catholice Ecclesie, & communione Romani Pontificis permanens: quod iuramento confirmat, & manu sua libello subscribit. c. quoties cordis. i. quest. 7.

18 Non solum haereticus & schismaticus, sed is etiam, qui in suspicionem haeresis venerit, abiurare debet errores, de quibus suspectus est. Cuius rei exempla videre licet in magna synodo Chalcedonensi, ubi actione octava Theodoretus, qui de haeresi suspectus erat, compulsus fuit, Nestorium & omnes haereticos palam anathemate. Et a-

ctione nona eiusdem synodi simile quippiam factum est cum Iba episcopo: qui de quibusdam erroribus accusatus, quamvis fuerit inuentus innoxius, propter suspicionem tamen coactus est dicere, etiam in scripto: anathemaui Nestorium eiusque dogmata, & nunc anathema eum decies millies: & omnem illum, qui non sapit sicut haec sancta synodus, anathema.

19 Sed plurimum refert, utrum qui spem propter vehementem suspicionem abiuret errores, an propter leuem. Is enim qui propter vehementem suspicionem abiurat haereses, & postea inuentus fuerit haereticus, censetur quadam iuris fictione relapsus, & confestim iudici seculari relinquendus est. Qui vero ob leuem suspicionem abiurat, quamvis postea haereticus esse reperiatur, grauius quidem puniri debet, non tamen relapsus esse censetur capit. accusatus de haeretic. lib. 6.

20 Vnde perspicue patet, errasse illos, qui aiunt, eum quoque relapsum esse, qui postea quam ob leuem suspicionem haereses abiuravit, inuentus fuerit haereticus. Id enim neque usquam decretum, neque usquam receptum est. Ancharra. in. c. accusatus de haeretic. libr. 6. Matthei. de Affli. in constitutionibus Siciliae titu. i. col. 8.

21 Quare autem suspectus abiurare cogatur errores, in promptu causa est: quia haeresis vitiat catholicam fidem

Titulus.

I.

4

dem, quae virginitas mentis est, ab erroris corruptione seruans intellectum: sicuti docet Origenes in leuiticum, homilia. 12. Nam etsi aliorum criminum suspicio dissimulari possit, haeresis tamen suspicio dissimulanda non est: cum sit haeresis fornicatio & adulterium anime ut plurimis sacrae scripturae capitibus planissime proditur. Deutero. 31. Osee. 4. Ieremiae. 3. Ezechielis. 16.

22 Quo factum est, ut quemadmodum olim ad eluendam suspicionem adulterij, durissima lege vir Zelotypus uti poterat, ut in libro numerorum capite quinto legitur sic hodie catholica Christi Ecclesia diuine admodum constituerit, ut suspicio haeresis, tormentis, & ut vocant, abiuratione, & purgatione canonica diluatur. Est enim anima nostra Deo Christo desponsa, cui virginitatem fidei omnino seruare tenetur, dicente Paulo apostolo: despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo. Et ut Chrysostomus in Matthaeum, homilia. 52. operis imperfecti scriptum reliquit: haeretici virgines dici non possunt, quia sensu adulterino corrupti sunt, & virginitatem veritatis Christi adulterino sensu corrumpunt. Et ut Cyprianus ait, quisquis ab Ecclesia separatur, adultera iungitur, nec pertinet ad Christi premia. Denique Augustinus in epistola quae est ad Bonifacium, inquit: an fidem non serua-

re leuis est animam Deo, quam fornicam vito. 2. Corin. 11. Augustin. epistola. 50.

23 Olim abiurabantur errores in concilijs generalibus & prouincialibus: hodie vero sat est, ut coram clero & populo abiuret: sed semper id publice fieri debet, etiam ab eo qui impubes doli capax in errores incidit. c. si quis episcopus. 11. quest. 7. cap. ad abolendam de haeretico. cap. inter sollicitudines. de purgatio. cano. Leo ad Anatholium epistol. 75.

24 Publice tamen abiurare non debent pueri intra pupillarem aetate: neque hi qui occultas haereses sponte confessi sunt. Nec propter leuem suspicionem publice abiurari solet, sed priuatim in foro siue auditorio inquisitorum. Prima instructione Hispalensi. c. 5. & tertia Massolitana. cap. 12.

25 Qui errores abiurare non vult ad arbitrium episcopi & inquisitorum, is ut pertinax & impeniens iudici seculari relinquendus est: quemadmodum Lucius Papa constituit. Et Leo ille magnus in epistola, ad Aquilerensem episcopum: qui correctos, (inquit) se videri volunt, ab omni suspicionem se purgent: & obediendo nobis probent se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus preceptis satisfacere detrectarit, ab Ecclesiae societate pellatur: ne proditor anime suae salutis insidietur alienae. Et in epistola ad Flavianum loquens de Euty-

De absentibus.

chete heretico, post alia scribit: cū anathemando impio dogmati noluisse adhibere consensum, intellexit eum fraternitas vestra, in sua manere perfidia: dignumque esse, qui iudicium condemnationis exciperet. De quo si fideliter atque utiliter dolet, & quam rectè mota sit episcopalis authoritas, vel se reum cognoscit: vel si ad satisfactionis plenitudinem, omnia quæ ab eo malè sunt sensa, viua voce & præsentis subscriptione damnauerit, non erit reprehensibilis erga correctum quantacunque miseratio. capit. ad abolendam de heretic. Leo epistol. 10. & epistol. 84.

26 Superest vt vnam abiurandi formulam referamus, cæteras indicationes in concilio Constantiensi, sessione. 19. Hieronymus de Praga stans, publicè, alta voce, libellum abiurationis legens, dixit: ego Hieronymus de Praga cognoscens veram & catholicam Ecclesiam, & apostolicam sedem, anathematizo omnem hæresim, præcipue eam,

De absentibus.

- 1 Absentes in criminibus damnari non debent, & cur id statutum sit.
- 2 Absentes non esse damnandos summorum virorum autoritatibus comprobatur.
- 3 Absentes quando damnari debeant.
- 4 Vlpiani sententia de absentibus exploditur.

de qua hætenus infamatus fui. Et erroribus enumeratis subiungit: in super iuro per sanctam Trinitatem, & per hæc sacro sancta Evangelia, me in veritate ecclesiæ catholice semper & sine dubio permanfurum: & omnes qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus suis æterno anathemate dignos esse pronuncio. Et si ipse aliquando (quod absit) aliter contra sententiam aut prædicare præsumpsero, canonum seueritati subiaceam, & æternæ pœnæ obligatus inueniar. Hæc autem confessionem & professionis meæ paginam coram hoc sacro concilio voluntarie porrigo, & eidem me propria manu subscripsi & hæc singula conscripsi. Hæc eadem formula inserta est instructionibus nostris. Alteram inuenies à Gratiano relata in cap. ego. Berégarius de consecratio. distin. 2. tertiam à Ioanne Torquemada. lib. 4. de ecclesia parte. 2. cap. 22. quartam ab Alfonso Castro. lib. 1. de iusta heretici. punitio. cap. vlti.


Titul. II.

- 1 Absentes contumaces olim etiam damnantur.
- 2 Absentes contumaces olim etiam damnantur.
- 3 Absentes de cuius heresi plane iudicibus constat, missa executore in carcere est conueniendus.
- 4 Absens tribus edictis adesse iussus, si non

Titulus.

II.

5



ABSENS in criminibus damnari non debet vt imperator Adrianus constituit, & plurimis sanctorum patrum decretis comprobatum est.

Nam cum se absens defendere nequeat, non est indicta causa damnandus: sed accusatores præsentibus habere debet, & locum defendendi accipere ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur. l. absentem de pœnis. c. 1. de causa posse. & proprietate. act. 25. c. 1. & seq. 3. quæst. 9.

2 Huc accedit, quod vt Hieronymus in epistola ad Iulianum scribit inter absentes incerta cognitio est: & sicuti Menander ait, qui prius condemnauerit, quam causam luculenter audiuerit, is malus est, quia male credidit. Et Seneca in Medea: qui statuit aliquid parte inaudita altera, æquum licet statuerit, haud æquus fuit. Et Ouidius quadam in epistola: cur reus infelix absens agor? & mea cum sit optima, non villo causa tuente perit. Quam ob rem Alexander ille Magnus, cum in causis capitalibus ius diceret, orante accusatore, altera manu aurem solebat occludere, vt ipsa reo omnis expertus caluniæ cõseruaretur: vt Plutarchus in Alexandro, & Zonaras tomo. 1. annalium autoribus sunt.

3 Ceterum absens ille, qui fugit & latitat, & qui neque denūciationibus

A 5 neq;

- 1 non compareat, quo pacto puniendus sit.
- 2 Sententia in absentem hereticum & contumacem lata, coram omni populo est recitanda, eiusque statua comburenda, & bona publicanda.
- 3 Absens hereticus non planè conuictus, sed iusta aliqua suspitione pressus, in iudicium vocatus si non compareat, quomodo plectendus.
- 4 Hereticus suspectus citandus est, vt verus contumax censeatur.
- 5 Hereticus suspectus si fugiat & latitet, quid in eum constituendum sit.
- 6 Absentis heretici causa qua in prouincia tractanda sit.
- 7 Absens hereticus missis requisitorijs literis, in aliena prouincia comprehendi potest.
- 8 Hereticus cur ad prouinciam, in qua crimen commissit, remitti debeat, & in ea puniri.
- 9 Hereticus in ea prouincia comprehendi puniri que potest, in qua fuerit repertus, quantum ibi nihil dixerit aut fecerit impium.
- 10 Hereticis cur non liceat tutos esse in his prouincijs, vbi nihil admiserunt, cum id cæteris facinorosis concedatur.
- 11 Heretici, tanquam animalia venenosa et pestifera, antequam virus euomant, sunt puniendi.
- 12 Absentis causa, quem in alijs prouincijs hereticum esse constat, quibus inquisitoribus in patria sua committenda sit.
- 13 Absentis heretici causa, qui nullibi domicilium habet, quo in loco tractanda sit.
- 14 Hereticus damnatus audiendus est, etiam si eius statua fuerit combusta.
- 15 Absens hereticus qui intra annum se ipsum coram iudicibus exhibuerit, ita audiari debet, vt eius bona non publicentur.

De absentibus.

neque edictis iudicum obtemperat, damnandus est ut contumax: efficit enim contumacia, ut absens pro praesente habeatur. Accedit eo quod crimina obiecta fateri videtur, qui saepe monitus purgandi se occasione non utitur. l. absentem. de poenis. l. i. & seq. de requir. reis capit. absens capit. decernimus. 3. quaest. 9.

4 Ulpianus tamen censuit, melius esse in absentes pecuniarias quidem poenas, vel eas quae existimationem contingunt, si saepius moniti per contumaciam desint, statui posse, & usque ad relegationem procedi: verum si quid grauius irrogandum sit, puta in metallum, vel capitis poenam, non esse absentibus irrogandam. Sed ea sententia ex omnibus tribunalibus explosa eiecta que est: nam quo grauius crimen fuerit obiectum, eo magis absens contumax damnari solet.

5 Nec id quidem recens est, sed suppetunt exempla plurima, ex quibus liquidò perspicui possunt, iam olim hoc usitatum fuisse. Fabricius veneficij reus absens condemnatus est, ut ex oratione Cicronis pro Cluentio constat, & cum primum Augustus Caesar consul factus est, statim aduersus conspiratores de patra caede Caij Caesaris proposuit: quia virum dignitate maximum indemnatum occidissent. Accusatorem Bruti constituit Lucium Cornificium, Cassij Marcum Agrippam. Qua in re

cum illorum causa respondente nullo deserta foret, coacti iudices sunt proferre sententias. Fertur, cum praeco, ut consuetum extiterat, è tribunali Brutum absentem vocaret ad iudicium, vulgus manifesta duxisse suspiria: optimatesque oculis defixis in terram, silentium egisse: Publium vero Solitium lachrymassè: moxque parua interiecta mora ex proscriptis unum neci damnatum. Hac Plutarchus in vita Bruti, & Dion Cassius Romanae historiae libro. 46. ait, alios multos absentes tunc damnatos fuisse. Et cum Romae quaestio haberetur in eos, qui sceleratissimis bacchanalibus initiati erant, Posthumius consul ex decreto senatus edixit, praemium indici propositum esse, si quis quem ad se deduxisset, nomenue absentis detulisset: qui nominatus profugisset, diem certam se finitum, ad quam nisi citatus respondisset, absens damnetur. Autor Liuius libro. 39. Thebis quoque Ismenias praetor capitalis poenae absentes quosdam exules decreto damnauit, ut idem Liuius retulit libro. 42. Et Alcibiadem tanquam impium, & eos qui cum illo erant, Athenienses deserto iudicio capite condemnarunt autor Thucydides libro. 6. multi quin etiam praesentes, cum citati non respondissent, damnati sunt, ut ait Pædianus in commentario Milonianae orationis, atque haec quidem haec tenus.

Cum

Titulus.

II.

6

6 Cum autem de absentis haereticus plane iudicibus constat, mittendus est executor qui reum comprehendat, ut in carcerem coniectus, ex vinculis causam dicat. Si vero fugerit reus, aut apprehendi non possit, vocandus est edictis quibus ei denunciatur, ut intra triginta dies compareat, innocentiam suam ostensurus: & ea dilatio peremptoria esse debet, id est vna pro tribus: in qua etiam citandus est reus ad omnia acta iudicij: monendusque est, iudices de absentis causa cognituros, & pronunciuros, nisi reus ad diem constitutum & condictum adfuerit. l. ad peremptorium. Et. II. sequen. de iudi. capit. de illicita. 24. quaestione. 3.

7 Quod si reus tribus edictis adesse iussus, coram iudicibus non comparuerit, & copiam sui non fecerit, accusanda est eius contumacia in singulis edicti terminis: ac deinde promotor fiscalis edet accusationis libellum, & omnia iudicij acta ordine fient: quibus peractis, si de crimine absentis constiterit, statim sententia in eum proferenda est. Prima instructione Hispanensi. cap. 19. Ioan. Bernar. in practi. cap. 142.

8 Atque ea sententia, ne frustra lata esse videatur, solet è loco superiori coram omni populo pronunciari, & haereticus absentis statua comburi, & eius bona publicari.

9 Sed cum absens plenè conui-

ctus non est, verum iusta aliqua suspicione premitur, vocandus est in iudicium, ut intra tempus certum praesentiam sui faciat: qui si euocatus non venerit, pronunciari debet, eum esse excommunicatum. Si verò per annum in excommunicatione permanserit, damnandus est tanquam haereticus. capit. cum contumacia de haeretic. lib. 6. Contra. Brunus lib. 4. de haeret. cap. II.

10 Citandus tamen est suspectus ipse, ut verus contumax esse censeatur: nec enim propter contumaciam praesumptam de grauiissimo crimine quispiam condemnandus est: praesertim cum sit necesse ipsummet reum citare, quoties de re aliqua magni momenti agitur. Clementin. I. de iudi. l. 4. §. prator ait. de damno infecto.

11 Cum autem reus fugit & latitat, & edictis iudicum in ius vocatur: edicta ipsa praconijs diuulganda sunt, & nomen absentis est in clamandum in ea ciuitate, in qua domicilium reus habet, atque affigenda sunt ad ianuam ecclesiae maioris, ut in eius notitiam peruenire queant, prima instruct. Hispanens. capit. 19. l. haec autem. quibus. ex caus. in possess. eatur. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto.

12 Nunc videndum est, qua in provincia haeretici absentis causa tractari debeat. Ac primò extra contro-

uersiam

De absentibus.

uersiam est, quod in ea prouincia comprehendi & puniri potest hæreticus, in qua deliquit: hoc enim generaliter & vniuersè in omnibus criminibus constitutum est. c. 1. cū seq. 3. quæst. 6. c. vt commissi. §. & cōtra illos de hereti. lib. 6. l. 1. cum seq. C. vbi de crimi. agi. oport. Cyprianus epistola. 3. lib. 1. Lucas in. l. vlti. C. de veteranis lib. 12.

13 Vnde fit, vt inquisitores persequi possint hæreticum, & in aliorum prouincia comprehendere. Sed literas requisitorias mittere debent ad inquisitores illius prouinciae, vt adiumento sint ad comprehendendos reos. Et ita epistolis senatus sanctæ ac generalis inquisitionis cautū est. l. 1. ff. de requi. reis. pet. Rebuffus tractatu de literis requisitorijs.

14 Est sanè rationi consentaneum, vt causa peragatur in prouincia commissi criminis, & ad eam delinquens remittatur: quia illic melius de crimine constare poterit, & quia expedit, vt in his locis rei puniantur, in quibus deliquerunt: vt conspectu cæteri deterreantur. Oportet enim illic criminum iudicia agitari, vbi facinus admissum fuerit, autem. vt nulli iudicum. §. si quis comprehensorum. Tostadus numerorum. 35. quæstio. 14. l. 10. & l. 16. titul. 1. libr. 9. Codicis Theodosiani, Couar. lib. quæst. cap. 11.

15 Illud quoque omnium consensu comprobatum est, quod in ea

prouincia comprehendi & puniri possit hæreticus, in qua fuerit repertus, quamuis in eadem prouincia nihil dixerit aut fecerit impium. Nam si constiterit, istum alibi fuisse hæreticum, perinde puniendus est, ac si in eo loco deliquerit, in quo fuerit inuentus. Hoc tradunt Cynus, Albericus, Ioannes Andreas, & innumerabiles alij. Iacob, & Cynus. in. l. 1. C. de summa trinita. Ioannes Andreas & Philip. Franc. in capi. vt commissi. de hæretic. libr. 6. Albericus in rubric. capit. de hæreti. Cardinalis in Clementin. 2. §. denique de re iudi. Anani. in capit. 1. de hæretic. Bonifa. in Clementi. pastoralis. §. nostram. de re iudican. Gonsalus. de hæretic. quæstione. 8. Probus ad Ioan. Mona. in rubri. & in capit. inquisitores. de hæretic. libro. 6. Alberti. libro de agnoscen. assertion. quæstione. 25. Hermas libro. 2. de instauran. religio. capit. 9.

16 Alijs quidem facinorosis, vt Demosthenes in oratione aduersus Aristocratem ait, sat est, vt eorum quos læserint patria cedant, in aliorum ditionem, quibus nullam fecerunt iniuriam, tuto commigrantes: at verò hæretici qui hostes sunt christianæ rei publicæ, vniuersam Ecclesiam lædunt & quæ in religionem diuinam isti committunt, ad omnium christianorū iniuriam pertinēt: vnde de religionis labefactor quocūq; loco repertus fuerit comprehendi

& pu

Titulus.

II.

7

& puniri, & ad iudicium pertrahi potest per quemcūq; catholicum quia religionis integritatem vbi que seruari magni interest christianæ rei publicæ. h. manicheos. C. de hereti.

17 Accedit illa quoque causa, quod hæreticus animal pestilentissimum est: quamobrem puniri debet, ante quam virus impietatis euomat, forasque proieciat. Suffragatur huic sententiæ Demosthenes in oratione cōtra Aristogitonem, dicens: oportet, Athenienses, hanc belluam exterminare, eijcere è ciuitate, tollere è medio: nec eo vsque spectare, dum accipiatis malum, quod absit vt sit rei publicæ perniciosum: sed mature præcauendum est. Sic enim considerare: neminem fortasse vestrum serpens aut araneus momordit, & absit vt vnquam mordeat: sed tamen eas animantes, vt videritis, statim occidetis. Ad eundem igitur modum Athenienses, etiam cum natura serpentina præditum hominem videritis, ne dum vestrum singulos mordeat spectate, sed prius quisque, qui in eum inciderit, viciscatur. Qua similitudine Philo quoque libro secundo, de specialibus legibus, vsus est: inquit enim, sicut viperas, scorpiones, aliasque venenatas bestiolas, prius quam mordeat, aut sauciant, aut omninò se commoueant, sine mora ad primum aspectum occidimus, præcauendo genuinam eorum malitiam, prius quam noceant: eodem modo e-

tiam homines plectendi sunt, qui cum sint animalia rationalia, nihilo secius à natua mansuetudine in ferinos mores degenerant, & pro delectamento habent lædendi quotquot possunt licentiam.

18 Quæritur autem, si constiterit Hispanum aliquem in Germania, aut alibi, hæreticum esse, apud quos inquisitores Hispaniæ de crimine illius agi possit? Et quantum in alijs criminibus nisi reus reperiatur in ea prouincia, in qua domicilium habet, vix puniri queat propter crimen alibi commissum, in hæreticum tamen absentem, qui fidem orthodoxam & ecclesiam catholicam lædit, merito inquiri poterit, vbi domicilium habet: quia is pro præsentem habendus est: vt iam ante dixi capit. postulasti. capit. cum contingat, capit. vltimo, & illic pontificij. de foro compet. l. 1. §. 1. capitu. vbi. de crimi. agi. oport. l. relocatorum. §. sed nos. §. si quis. ff. de interdi. & relegat. Alciat. respō. fo. 324.

19 Si verò nusquam domicilium habeat hæreticus absens: inquireretur tamen in eum in prouincia originis eius, vel parentum, & vbi bona possidet, vel sacerdotium siue beneficium ecclesiasticum habet. Nam vt ante dictum est, vocari potest edictis, & memoria eius damnari, & statua exuri, & bona publicari. l. 1. l. filios

De absolutione.

filios. de municip. & origina. l. ciues. & l. vlti. C. de incolis. lib. 10. l. 2. c. vbi. de cri. agi oportet. c. vergentis de hæreti. c. cum secundum. c. vt commissi. s. priuandi eodem tit. lib. 6. Ioan. Bernar. in practi. c. 8. cū seq. ne vizanus consil. 68. in fine. Bosius tit. de foro competeti. Syluanus consilio. 103. l. i. tit. 1. lib. 12. c. theodo.

20 Hoc autem notandum, animaduertendumque est, quod absens dānatus, etiam si statua eius combusta fuerit, nihilominus tamen audiendus est, vt quodam Barcinonensi decreto continetur: idque siue sponte se obtulerit, siue inuitus comprehendatur. Nam sicut rectiffi-

De absolutione.

- 1 *Hæretici à quibus possunt absolui.*
- 2 *Hæretici absolui nequeunt ex clausula generali diplomatis, siue bullæ apostolicæ.*
- 3 *Hæretici in mortis discrimine positi à quocunque sacerdote absolui poterunt, si episcopus & inquisitores desint.*
- 4 *Hæretici qui dum viuerent absolutionem petierunt, & signa pœnitentiæ ostenderunt, post mortem absolui poterunt.*
- 5 *Hæreticus in sacro pœnitentiæ foro errores suos confitens, quo pacto à Parocho vel ab alio sacerdote sit tractandus.*
- 6 *Episcopi absolue possunt occultos hæreticos in foro conscientia, imposita eis pœnitentiâ salutari.*
- 7 *Hæreticus absolutus à Papa an sit tutus in foro inquisitorum?*
- 8 *Episcopum sine inquisitore, & inquisitorem sine episcopo absolue posse reum accusatum de hæresi, multi existimant.*
- 9 *Episcopum sine inquisitore, & inquisitorem sine episcopo, reum de hæresi accusa*

mè Marcellus inquit, nulla temporis præscriptione à causæ defensione sum moueri debet, qui absens dānatus est. l. pen. de requiren. reis. l. 2. eodem tit.

21 Caterum, is qui intra annū præsentiam sui fecerit, audiri quoque debet, vt ne bona sua publicentur. Post annum verò et si audiatur, nihilominus si de innocentia illius planè cōstiterit, aut intra annum in iudiciū venire nequiverit. l. 1. cum seq. & l. vlti. de requi. reis. l. 2. C. eodem tit. l. 2. ff. si quis cautio. l. qui committitur. ff. de re militari. l. 2. de accusatio. lib. 9. codicis theodosiani.

Titul. III.

sum non posse absolue, verior est sententia.



Hæretici omnes iure pōtificio ex cōmunicati sunt & quotannis à pontifice maximo excommunicantur: quam obrem ab inferiore absolui non possunt: nisi id alicui specialiter commissum sit: quare inquisitores apostolici, & episcopi hæreticos pœnitentes absolunt. c. excommunicamus. de hæretici. c. cum inferior. de maiori & obed. c. ad abolendam. de hæretici. c. vt officium. eodem tit. lib. 6.

Hi verò, qui eliguntur a pœnitenti-

Titulus

III.

8

rentibus, vt sacras confessiones audiant, quanuis ex clausula generali diplomatis siue bullæ apostolicæ à multis criminibus absolue possint, hæreticos tamen absolue nequeunt: quia id specialiter inquisitoribus reseruatum est: Nec sit verisimile, id generaliter esse concessum, quod specialiter denegaretur. Nec enim probabile est, Pontificem maximum, tot legibus in fidei fauorem latis, tā facile derogare voluisse. c. in generali. de regul. iuris libro. 6. l. si quando. C. de inoffi. testa. Couar. in. c. alma mater. parte. 1. s. ir quamuis domi. Soto in lib. 4. sent. distin. 22. quæst. 2. articulo. 3. dissentire quodam modo videatur.

3 Hæretici quoque morientes, si episcopus & inquisitores desint, absolui poterunt à quolibet sacerdote: Quod in concilio Arausicano, capite secundo his verbis decretum est. Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desideret si desit episcopus, à presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placuit. c. his qui tempore. cū seq. 26. quæstio. 6. concilium Tridentinum sessione. 14. cap. 7.

4 Quin etiam absolui, & ecclesie reconciliari possunt post mortem ij qui absolutionem petierunt, & signa pœnitentiæ ostenderunt: & per eos non stetit, quominus absoluerentur. c. à nobis. 2. de sent. excōmuni. quarto cōcilio Carthaginensi, cap. 76. cum seq. Gerson tractatu, de absolutione defuncti.

5 Exiit autem hoc loco quæstio subdifficilis: cum hæreticus in sacro pœnitentiæ foro errores suos fatetur, quid faciet parochus, aut alius sacerdos, qui nec confitentem absolue potest, nec eū proderere debet? Suadeat ei vt ad inquisitores confugiat: quod si persuadere non possit, sacerdos ipse consulat eos, petatque vt ei delegent iurisdictionem, qua confessum absolue queat. Sed magnam dubitationem habet, an id liceat inquisitoribus. Nam et si delegati sint ad vniuersas hæreticorum causas, quæ in iudicijs peragi solent: de occultis tamen eorum criminibus ipsimet inquisitores quodam modo iudicant, & confitentes absolunt. Itaque tutius est, vt consulatur generalis inquisitor: qui pro qualitate causarū arbitrio senatus iurisdictionem sacerdoti mandare poterit: & eò magis, quod absolutio illa in foro pœnitentiæ, nihil obstat eorundem criminum cognitioni forensi.

6 Hodie autem episcopi absolue possunt occultos hæreticos in foro conscientia imposita pœnitentiâ salutari: & id gratis facere debent per se ipsos, non per vicarios: quemadmodum decretum est in concilio Tridentino sessione. 24. capit. 6.

7 Quid si hæreticus absolutus sit à Papa, num tutus erit in foro inquisitorum? Dubitationem affert, quod si regio ius quæsitū esse videtur ad bona hæretici vendicanda: sed si Papa

De accusatione.

si Papa eum absoluerit antequam pronunciatum fuerit eundem hæreticum esse, sine vlla dubitatione respondeo, in omni foro impunitum esse debere. c. cum secundum. §. vlti. de hæreti. lib. 6. Decius consil. 137. Parisius consil. 1. lib. 4.

8 Multi putant, episcopum sine inquisitore, & inquisitorem sine episcopo absolueri posse reum accusatum de crimine hæresis, etiam si alter sine altero hæreticum damnare non queat: quia hoc non est nominatim vetitum, & quia favorabilior est absolutionis causa, quam condemnationis. glo. Paul. & Bonifa. in Clement. 1. de hæreti. præpo. in c. inferior. 21. distin. 1. af. & alij quidam in l. qui condemnare. de re iudi. Alciat. lib. 2. de verbo. signi. fica. Carerius, de hæreti. nu. 72.

Contraria sententia verior est, & multis quoque placet, quibus as-

sentior & consuetudine Hispaniarum merito recepta & comprobata est. Nam constitutione noua abrogata sunt iura antiqua, quibus olim permittum erat, vt episcopus & inquisitor seorsum de his causis cognoscerent, statuerent, & iudicarent. Et qui condemnare prohibetur, ne absolueri quidem potest, cum hæc aduersa & contraria eiusdem sint potestatis. Accedit etiam quod eadem omnino ratione, qua condemnatio vetita est, absolutio ista prohibita quoque videtur: quia simul conferre sententias debent, vt integrum sit eorum iudicium. Clem. ex eo de hæreti. l. qui condemnare. de re iudica. & illic Rapha. Cuma. Areti. Soci. & quidam alij. Stepha. Ioan. And. & Imola. in Clem. 1. de hæreti. Siluester & Caietanus in verbo, excommunicatio.

De accusationibus.

- 1 Accusari debet ab omnibus quicunque rei pub. perniciosus fuerit, dum modo eius crimina idoneis testibus comprobari possint.
- 2 Hæreticus ab omnibus accusari debet.
- 3 Hæreticum hominem quare quilibet possit accusare.
- 4 Hæreticus quantum bonæ existimationis fuerit, post mortem accusari potest.
- 5 Receptatores & fautores hæreticorum, nisi hæretici & ipsi fuerint, post mortem accusari nequeunt.
- 6 Crimina in quibus, neque consentientibus etiam partibus, præstatur abolitio.

Titulus. III.


- 7 Accusator, in hæreseos crimine ab accusatione desistere nequit impunè, abolitio ne petita.
- 8 Hæreticis publicis accusator quare sit positus.
- 9 Libellus accusatorius quomodo proponendus.
- 10 Hæreticis petentibus, vt locus & dies commissi criminis declarentur, quo pacto concedi debeat.
- 11 Libelli formula aduersus hæreticum.
- 12 Promotor fiscalis quomodo se gerere debeat in hæreticorum accusationibus.

Omnes

Titulus.

III.

9



1 **M**NES ciues accusare debent hominem reipublice perniciosum, si modo crimina eius idoneis testibus comprobare possint: quia vnus quisque ciuium pars & membrum est ciuitatis: & vt Aristoteles libro octauo politicorum inquit, ciuium quisque se non suum, sed omnis ciuitatis esse putare debet: est enim vnus quisque ciuitatis pars. Et sicut Seneca noster quadam in epistola scribit, membra sumus corporis magni episto. 96. l. 1. §. & generaliter. de vetre in posse mittent. Theologi in lib. 4. sent. distinct. 19. Chrysostomus. lib. 3. aduersus vituperatores vitæ monasticæ.

2 Quam ob rem plus salutis reipublice consulere debemus omnes, quam vitæ nostræ, vt alibi plenius differui. Itaque ab omnibus est accusandus hæreticus vniuersæ Christianæ reipublice hostis pestifer & exitiosus. Quod si is qui accusat authorem libelli famosi, deuotionis suæ ac salutis publicæ custodiam gerere dicitur, & inde maximam laudem consequitur: quantum id verius dici poterit, de impij & hæretici accusatore? Præsertim quod, vt Ambrosius ait. libr. 2. offic. capit. 24. in causa Dei, vbi communionis periculum est, etiã dissimulare, peccatum est non leue. l. 1. C. de famosis libel. l. 1. Manichæos. C. de hæreti.

3 Quamuis autem in alijs criminibus

nibus multi repellantur ab accusatione: hæreticum tamen hominem quilibet accusare potest: Hæresis enim crimen publici iudicij est, & quilibet à populo idoneus eius est accusator: quia nihil tam omnium interest, quam religionem incorruptam & inuiolatam esse. Quod legibus quoque Mosaycis confirmatur: quæ quidem non tantum accusationem hanc popularem esse, verum etiam ipsam iudicij executionem ad vniuersum populum attinere voluerunt. Et olim Athenis in causa violatæ religionis licebat, accusare publice, abducere in carcerem, causam apud Eumblpidas agere, proponere apud regem: autor Demosthenes in oratione aduersus Androctionem. c. præsumunt. cum seq. 2. quæst. 7. in nos sequentes. 6. quæst. 1. l. Manichæos. C. de hære. deu. 13. & 17.

4 Quinimo post mortem accusari potest hæreticus, vt eius ossa comburantur, & bona publicentur, & memoria eius dānetur, quāuis bonæ existimationis fuerit. c. accusat. §. in eo. c. filij de hæret. lib. 6. c. vlti. 24. q. 2.

5 Aliud constitutum est, de fautoribus, defensoribus & receptatoribus hæreticorum, ij enim accusari nequeunt post mortem, nisi & ipsi hæretici fuerint. c. accusatus. §. porro. de hæreti. lib. 6.

6 In cæteris criminibus concedi solet accusatori, vt abolitio petita ab accusatione desistere possit impunè. In quibusdā tamen criminibus,

B nibus,

De aduocatis.

nibus, ne consentientibus quidem partibus, præstatur abolitio: ut sunt illa, in quibus aut violata maiestas, aut patria oppugnata vel prodita, aut peculatus admissus, aut sacramenta deferta sunt: interest enim reipublicæ ut probentur & puniantur. Accusator vero, qui ea non probauerit, pœnam quam passurus erat reus excipiet. l. vlti. C. de abolitionib. l. 2. & 3. eodem titul. C. Theodo.

7 Et quamuis de crimine hæresis in prænotatis constitutionibus nihil sit dictum: dubitabile tamē non est, quin comprehensum esse intelligatur: quia lædit hæreticus non humanam, vel temporalem, sed æternam diuinamque maiestatem. Ceterum qui ab accusatione hæretici discedit, non est puniendus talionis pœna, sed calumniatoris, ut plerique aiunt. authent. Gazaros. C. de hæreti. Jacob. de Arc. Cyn. & Bald. in l. vltima. C. de accusatio. Ioan. And. Anto. Cardina. & Ioan. de Ana. in c. pœn. de hæreti.

8 Sed pœna talionis accusatoribus imposita, iam pridem exoleuit: ne autem calumniatoris pœnam accusator hæretici timeat, nec probare omnino teneatur idoneis testibus obiecta crimina: positus est hæreticis publicus accusator, quem promotorem fiscalem vocant: qui nunquam accusat, nisi testes habeat: nec pœnam calumniatoris timet, quia officij necessitate compulsus reos accusare tenetur. l. post lega-

tum. §. aduocatum fisci. ff. de his quæ ut indignis. l. qui cum maior. §. penul. ff. de bo. liberto. l. 2. C. de delat. lib. 10. Alciat. lib. 9. parergon cap. 8.

9 Libellus autem accusatorius simpliciter proponendus est, ut iudex instrui possit, & reus planè intelligat obiecta crimina. Nam ut Iulius Paulus lib. 5. sententiarum titul. de seruorum quæstionibus, inquit, reis suis edere crimina accusatores cogendi sunt: scire enim oportet, quibus sint criminibus responsuri. Nec solet declarari dies aut locus commissi criminis, ne reus testes cognoscat, aut quippiam fraudis excogitet, quo veritati nebulas offundat. Quam obrem editiones nonnunquam sine die & consule fiunt: mensis tamen, & ciuitas aut oppidum designari solet. leg. 1. §. editiones. de edendo.

10 Verum si reus peteret, ut locus ac dies declarentur, & id iudicibus necessarium esse videatur ad diluenda crimina: posset quidem id concedi, sed cautione adhibita, ne quid detrimenti testes capiant. facultas enim defensionis nulli vnquam auferenda est. l. defensionis. C. de iure fisci lib. 10. Bartol. Bald. Angel. & Iasso. in l. 2. §. vlti. de eo quod certo loco.

11 Formula libelli aduersus hæreticum, huius modi est. Accuso Bucerus, qui cum sit Christianus

ba

Titul. de V.

10

baptizatus multas hæreses credit & docet: speciatim autem hanc & illam. Quibus enumeratis, concludit promotor fiscalis, petens ut Bucerus tanquam hæreticus pertinax puniatur: & pœnas grauissimas hæresis exposcit. Aliam prolixiorē formulam alij tradunt, nos tamen hac utimur. vide Specul. titul. de hæreti. Brunum lib. 4. cap. 7.

De aduocatis

- 1 Aduocati hæreticos nequeunt defendere, nisi id eis ab inquisitoribus permissum fuerit.
- 2 Aduocati quando hæreticis concedendi.
- 3 Aduocati in hæresis iudicium qui sint adhibendi, & quid ab eis exigendum sit.
- 4 Aduocatorum in causa hæreseos officium.
- 5 Hæretici patrocinium qui suscepit, non debet rogari de eadem causa sententiam dicere.
- 6 Aduocatis vnde dandum sit stipendium, ut pauperum causas defendant.
- 7 Aduocatis ex bonis reorum qui pauperes non sunt, merces tribuenda est.
- 8 Aduocatorum verba, quæ ipsi reos presentibus alligant, quando tanquam ab ipso reo prolata, & quando non ita sunt accipienda.



Onifacius octauus iam olim constituit, ut in inquisitione præbitatis hæreticæ procedatur simpliciter, de plano, & absque aduocato-

12 Promotor fiscalis præsentē eoque quem accusat, in scriptis iudicis accusationem offerre debet, & propria voce literas suæ accusationis legere, ut Calixtus papa constituit: & statim iurare solet, accusationem illant à se non malitiosè editam esse, sed ut suum officium faciat, quia obiecta crimina probare intendit. c. vlti. 2. quæst. 8.

Titul. V.

rum ac iudiciorum strepitu & figura. Sed nonnunquam opus est aduocatis, ut reus se defendere possit. Multæ enim sunt exceptiones ac defensionēs, quibus accusati de hæresi uti poterunt, ut alio loco dicemus. Ceterum aduocati defendere reos nequeunt, nisi id eis ab inquisitoribus præmissum fuerit. ca. vltim. de hæretic. libr. 6. Lauēdu. in Clementin. 1. de excessib. prælator. Mattheus in constitut. Siciliae titu. 1. Ponzinibius, de latinijs. num. 78. Carerius de hæretic. num. 114. vide Godofred. in l. curiales. 7. C. de hæretic.

2 Nam cum reus fatetur obiecta crimina nullo aduocato eget. Cum autem post tres monitiones reus flegat, se vnquam hæreticum fuisse, tunc aduocatus ei dandus est, etiam non petenti. Nam & si quadam instructione caueatur, ut reo

B 2

peten

De aduocatis.

- petenti detur aduocatus: mea tamen sententia, ubi id expedire videbitur, iudices prouidere debent ut aduocatus ad sit, ne reus defensore careat: inquisitores enim non iudices modo, sed & patres reorum esse debent. prima instructione Hispaniensi cap. 16.
- 3 Non quilibet aduocatus adhibendus est in hoc iudicium: sed sit tantum, qui sit idoneus ad reorum causas defendendas: id est, vir doctus, & pius, & qui non sit de hæresi suspectus: nec malo genere natus. Is autem iurare debet, causam illam bona fide se defensurum, & iustis duntaxat exceptionibus vsurum, & quandoque cognouerit iniustam esse causam id in primis ipsi reo, deinde inquisitoribus denuntiaturum, & iniustam causam deferendum. Postremo iurabit arcana celaturum & nulli ea proditurum. c. vlti. §. questio. 3. præ notato. cap. 16. & quarta instructione Tolletana cap. 4.
- 4 Ad officium aduocati pertinet, ut breuiter cum reo colloquatur, ei que suadeat, ut si vera sunt crimina obiecta, protinus ea fateatur, & petat preceturque veniam à pijsimo Deo; & clementiam inquisitorum imploret: si verò conficta crimina esse dixerit, consulat ei, ut vel falsos testes reiiciat, vel iustam aliquam exceptionem ac defensionem excogitet: paratumque se esse dicat, ad iustam eius causam tuendam; & ea cum reo colloqui debet coram
- 5 inquisitoribus: atque ita utimur. Is autem qui rei patrocinium suscepit, non debet rogari de eadem causa sententiam dicere: id enim & legibus & senatus consultis vetitum est leg. quisquis. C. de postulan.
- 6 Stipendium ex bonis fiscali datur aduocatis, ut pauperum causas defendant, quod per exiguum esse quidem solet, sed honorificum. Adde quod aduocati lege charitatis tenentur, pauperum causas gratuito defendere: quemadmodum à theologis magno consensu traditur. Alex. 3. parte. questio. 44. Thom. 22. quest. 71. Conrad. de contractibus quest. 19. Gabri. in lib. 4. sent. dist. 15. quest. 6. Soto. lib. 5. de iusti. & iure quest. 8. Caccialup. de aduocatis quest. 3.
- 7 Si vero rei pauperes non sint, merces aduocatis ex bonis eorum tribuenda est. prima instruct. cap. 16. vide Lucam in l. r. C. de lucris aduocatorum lib. 12.
- 8 Ea que aduocati allegant, reo præsentem, perinde habenda sunt, ac si ab eodem reo proferantur: nisi forte aduocatus errauerit, & reus intra triduum contradixerit. Sed in causa hæresis etiam si post triduum de errore aut imprudentia aduocatorum constiterit, reo nocere non debet: quia simpliciter & summa æquitate in hoc iudicio agitur, reiecto iuris rigore. l. r. & vlti. C. de errore aduocato. cap. vlti. de hæretic. lib.

De

De appellationibus. Titul. VI.

11

- 1 Hæretici, & eorum receptatores & fautores ad neminem prouocare possunt.
- 2 Felini sententia, dum asserit, hæreticum damnatum superiorem iudicem adire posse, licet appellare nequeat, exploditur.
- 3 Hæretici, de quorum crimine non sapienter stat, appellare possunt: & ad quos prouocandum sit.
- 4 Appellationes vana & frivola suscipienda non sunt.
- 5 Appellationes frustratoria, & que non habent causam probabilem, reiicienda sunt.
- 6 Appellationem admittere in re dubia, tutius est.
- 7 Hæredibus hæreticorum an appellare liceat?
- 8 Hæredum appellatio, nisi frivola omnino sit, tutius est ut admittatur.
- 9 Inquisitores quid facere debeant, quoties vel promotor fiscalis, vel rei, aut eorum hæredes appellant.



HÆRETICI,

& eis credentes, fautores quoque defensores & receptatores eorum ad neminem prouocare possunt. Quod quidem nec durum est nec crudele: tum quia id generaliter & vniuersè constitutum est, quoties reus crimen fatetur, aut testibus planè conuincitur: tum etiam quia cum hæretici, & cæteri commemorati, confessi vel conuicti fuerint, appellare nequeunt à pœna legis, quæ ipsorum iure illis est imposita: alioqui non defacto iudicis, sed de iniquitate legum conquereretur. c. ut inquisitionis. de hæ

reti. li. 6. l. 2. C. quorum appell. non recipi. l. si qua pœna. de verb. signific.

2 Nec audiendi quidam, quorum est Felinus; qui putat, hæreticum damnatum appellare quidem non posse, sed superiorem iudicem adire posse, ut sententiam iniustam in melius reformet: est enim istis vetitum, ne appellare, aut prouocare, aut proclamare possint. c. ut inquisitionis. de hæretic. li. 6. Abbas in c. pastoralis. de appellat. Felinus in c. ad abolendam. de hæretic.

3 Ceterum ab omnibus interfationibus, siue interloquutionibus iudicium prouocare licet, si nondum satis constat, reos hæreticos esse. Itaque, si reus ad subeunda tormeta, vel ad purgationem, vel ad ictus fustium, damnatur, vel multa aliqua ei imponatur, prouocare poterit: quia non liquet, eum hæreticum esse, sed suspectum duntaxat: nec appellat à lege, sed à iudicibus, qui arbitrio suo pronuntiarunt. Et hæc quidem communi sententia & vsu quotidiano probatur. Archid. Ioã. And. Anchara. Dni. Zenzeli. Phi. Fra. in c. ut inquisitionis de hæretic. lib. 6. Hæri. in c. si aduersus. Ioã. de Ana. in c. vergētis. Feli. in c. ad abolendam. de hæretic. Brunus lib. 4. cap. vlti.

Ab inquisitoribus appellandum esset ad Papam, nisi iam in Hispania inquisitor generalis cum consiliarijs sacri senatus, iudices harum causarum essent: hi enim de appellatione cognoscunt. Ad

B 3 hos

De appellationibus.

hos igitur est prouocandum: qui causas iudicatas recognoscere ac reformare debent. c. vt commissi. §. inquisitores. c. per hoc. de hereti. lib. 6. l. imperatores. de appellatio. cap. super quæstionum. §. porro. de offi. delega. c. si delegatus: §. ad eundem. eodem tit. lib. 6.

4 Prouocationibus friuolis cedendum non est, nec malitijs reorum est indulgendum: & vt lex ait, appellationes vanæ suscipiendæ non sunt. Nam vt beatus Bernardus libro tertio, de consideratione ad Eugenium inquit, qui non grauatus appellat, liquet quia aut grauari intendit, aut tempus redimere: non est autem suffugium appellatio sed refugium. c. cum appellationibus friuolis. de appellationibus. lib. 6. l. in fundo. de rei vendicat. l. 6. de iure fisci. li. 10. C. Theodosiani.

5 Non tantum appellationes friuolæ, id est, quæ causam afferunt, nec iustam nec satis idoneam recipiendæ non sunt: sed illæ quoque sunt reiiciendæ, quæ non habent causam probabilem: sed frustratoriæ sunt, atque moratoriæ. Vt enim Iulius Paulus libro quinto sententiarum, titulo de reddendis causis appellationum, inquit: moratorias appellationes recipi non placuit. Et imperator Constantinus edixit, moratorias & frustratorias prouocationes, quæ non tam appellationes sunt, quam ludificationes, non esse admittendas.

Et alia lex ait, frustratoria prouocatio minime admittatur. Est quippe frustratoria prouocatio, quæ morandi causa interponitur. l. tutor. ff. de vsuris. l. 1. & l. 4. quorum appellationes non recipiantur li. 11. C. Theodo. C. quicumque. 2. quæst. 6.

6 Sed in re dubia tutius est appellationi deferre: satius enim differre iudicium, quam defensionis facultatem reo auferre. c. vt debet. de appellatio. l. defensionis. de iure fisci. Paulus in. l. 1. ff. si quis cautionibus. Socinus senior consil. 300. lib. 2.

7 Quæri autem solet, an heredibus hæreticorum appellare liceat: & cum hæreticus testibus planè conuictus aut crimen confessus fuit. Sine vlla dubitatione respondeo, hæredum appellationem recipi non debere: quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet: & qui in ius succedit alterius, eodem iure uti debet. His accedit, quod iure pontificio vetita est filijs defensio, cum ex violenta præsumptione constat, patres eorum hæreticos decessisse. Postremo, sententia lata contra reum heredi quoque nocet, ad quem bona defuncti peruenierunt. c. filij. de hereti. lib. 6. l. quisquis. C. ad. l. Iul. maiestatis. l. 1. vbi causæ fiscales. l. vltim. §. vlti. ff. de bonis eorum. Bartol. Et ceteri in leg. cum filius familias. de verbo. obligatio.

Sed

Titulus VII.

12

Sed si rei damnati sunt propter præsumptiones, nec liquidò constat eos fuisse hæreticos, dubitabile non est, quin hæredes eorum prouocare possint. Verbi gratia, si reus mortuus est, antequam eius causa perageretur, aut se ipsum occidit, aut absens damnatus est: eius hæredes appellare poterunt. l. vlti. de bonis eorum. l. eius qui delatorem. de iure fisci. Bal. Angel. Iass. & ceteri in. l. 2. C. qui test. facere possunt.

8 Ad hæc recipienda erit hereditum prouocatio, quoties iusta aliqua causa id postulare videbitur. Mitius enim agi debet, cum herede, qui iustam ignorantia causam habet: quam ob rem concedi solet illi noua dilatio. Et nisi friuo-

la prorsus fuerit hæredum appellatio, tutius quidem erit, vt recipiatur. l. oratione. ff. de ferijs. l. vltim. C. si pend. appella. mors interue. leg. 1. ff. eodem tit. gloss. & interpretes in cap. vt debitus. de appellatio.

9 Quoties promotor fiscalis appellat, statim inquisitores mittere debet acta omnia ad summum senatum, antequam id eis præcipiatur, quemadmodum epistola quadam eiusdem senatus continetur. Quod mea quidem sententia faciendum quoque est, cum rei aut eorum hæredes appellant: ne fatigentur sumptibus, & quia ignorant, an eorum prouocationi cedendum sit.

De apostatis.

Titulus VII.

- 1 *Apostasia quid sit.*
- 2 *Apostasia qua tota fides deseritur, deterior est omni hæresi.*
- 3 *Apostatas etiam conuersos & poenitentes, non esse recipiendos, quidam censuerunt.*
- 4 *Apostata conuersi & poenitentes cur sint recipiendi.*
- 5 *Apostata & poenitentes sunt recipiendi, pertinaces vero curia seculari relinquendi sunt.*
- 6 *Apostata causa eodem ordine atq; hæretici est tractanda.*



POSTASIA græca vox, latine defectio est: ceterum non quilibet defectio apostasia vocari

solet, sed ea, qua quis discedit ab instituto priori, quod tuendum susceperat: vnde etiam apostata defertor appellari potest. Et quamuis qui statum susceptæ religionis deserit, apostata quoque sit: in presentia tamen de impio & nefario fidei catholica defertore breuiter differemus.

2 Itaque apostasia, qua disceditur à tota fide, deterior est omni hæresi: quia est impietas maxima, & omnem perfidiam & infidelitatem superat. Melius est enim viam iustitiæ non cognoscere, quam post eius agnitionem retrorsum conuerti. 2. Patri. 2. c. quidam de apostatis. Tho. 2. 2. quæst. 12.

B4 Quam

- 3 Quid ob rem quidam putarunt, apostatam, etiam conuersum & penitentem, recipiendum non esse: quod & lege quadam ciuili cauetur. l. 3. C. de apostatis. Mattheus in constit. Sicilię titu. 3. Nicol. Arela. de hereti. notab. 44.
- 4 Sed eam opinionem & ius pontificium, & sententia communis, & usus forensis explorat. Nam cum huius criminis cognitio inquisitorum apostolicorum sit, pontificia iura potius, quam caesarea in eorum foro & iudicio seruanda sunt. c. quidam. de apostatis. c. contra Christianos. de hereti. li. 6. concilij Elibertini. c. 46. decretorum Siritij. ca. 3. omnes doct. in eodem. c. quidam. Alfonso Castus. lib. 1. de iusta heretic. puni-

tio. cap. 23.

5 Ex quibus intelligere licet, apostatas perinde atque hereticos penitentes recipiendos esse: pertinaces vero curiae seculari relinquendos quamuis apostata proprie hereticus non sit, ut recte Canus disputat lib. 12. de locis theologicis cap. 9. vide Alfonso. lib. 1. de iusta heretic. puni. cap. 7.

6 Quae cum ita sint, superuacaneum fuerit plura separatim de apostatis commemorare: quando quidem omnia, quae de hereticis dixero, de apostatis quoque dicta esse intelligi possunt. addol. 1. & pen. C. de apostata. regiam. l. 1. tit. 1. lib. 4. fori. regij. Godofre. in rubrica. C. de apostata. Soci. in rubrica de hereti. lib. 5.

De blasphemis.

Titul. VIII.

- 1 Blasphemare quid sit, & quot modis in Deum blasphemus quis dicatur.
- 2 Blasphemia quaeuis continet in se falsitatem, saltem in affectu maledici.
- 3 Blasphemum quilibet accusare potest & debet.
- 4 Blasphemus a quouis iudice puniri debet.
- 5 Blasphemus inique absolutus, aut remissus punitus ab aliquo iudice, puniri potest ab alio.
- 6 Blasphemiarum discrimina inter se, & ad quos iudices cognitio vniuscuiusque pertineat.
- 7 Blasphemia quae omnium leuissima censetur.
- 8 Blasphemia maxima quae sit.
- 9 Blasphemos qua poena soleant afficere regiae leges.
- 10 Blasphemi quo pacto puniantur pro atrocioribus blasphemis in iudicio inquisitorum.

- 11 Blasphemi de leuioribus blasphemis conuicti qua poena afficiendi.
- 12 Blasphemia leuioris poena, qua rei nudo capite, & sine chlamyde in ecclesia esse iubentur, unde fuerit deriuata.
- 13 Poenitentia publica blasphemis sacerdotibus imponenda non est.
- 14 Sacerdotibus blasphemis quare publica poenitentia non est iniungenda.
- 15 Sacerdotum blasphemiae non impunitae relinquuntur.
- 16 Blasphemus sacerdos quo pacto sit puniendus.
- 17 Blasphemus absolutus in foro conscientiae, an sit puniendus in foro iudicij.
- 18 Blasphemus in foro conscientiae absolutus, in foro iudicij etiam puniri debet.
- 19 Blasphemus qui plures eodem impetu blasphemias dixerit, durius puniendus, sed vna tantum poena.

Basphe

1 Blasphemare est, maledicere: non tamen quaelibet maledictio, blasphemia solet appellari, sed ea duntaxat, quae est execratio, aut conuicium impium contra Deum, vel contra diuos. Blasphemi autem sunt, qui sacrilego maledicto se obstringunt, ut ait Budaeus. Multifariam autem blasphemia in Deum dicitur: vel ab eo mouendo, quae Dei sunt: vel ei attribuendo, quae Dei non sunt: vel alicui tribuendo, quae solius Dei sunt: vel affirmando falsum de Deo: vel negando verum: vel maledicta in Deum conferendo: vel inhonesta de eo loquendo: vel iurando per membra pudenda: vel detrahendo, vel irridendo, in Dei contumeliam: & totidem ferè modis honori & dignitati Diuorum derogari potest.

2 In quacunque blasphemia inuenitur falsitas, saltem in affectu maledici: nam etsi vera nonnunquam dicere videatur blasphemus, nominando membra pudenda diuorum: in eo tamen falsitas est, quod cum illi nihil habeant vituperabile, maledici vituperatione utuntur, ea contumeliosè nuncupando. Et eodem pacto falsitas inest blasphemiae imprecandi, cum maledicus ea diuis imprecatur, quae eis euenire non possunt.

3 Quilibet autem potest ac debet accusare blasphemum: quia id crimen in maiestatem diuinam committitur, nec dissimulare debemus eius opprobrium, qui probra

nostra deleuit. Et ut Pius papa inquit, si quis talem hominem non indicauerit, dubium non est, quin diuina condemnatione coerceatur. Et imperator Theodosius ait, tutum non est, negligere diuinitatis iniuriam, & impunitum relinquere scelus. Et Chrysostomus in Matthaeum homilia quinta operis imperfecti, enarrans verba illa Seruatoris nostri, vade retro satana: in precedentibus, inquit, non est exasperatus: sed quando diabolus Dei sibi praesumpsit honorem, iratus est & increpauit eum: ut nos illius discamus exemplo, nostras iniurias illatas ab impijs magnanimiter sustinere: Dei autem iniurias nec usque ad auditum sufferre. Quoniam in proprijs iniurijs esse quæpiam patientem, laudabile est: iniurias autem Dei dissimulare, nimis est impium. Et idem diuus alibi multa in eandem sententiam dixit ad populum Anthiochenum homilia prima. c. in nonnullis de iudaeis. c. si quis per capillum. 22. q. 1. c. si is qui. 23. 4. C. Theodosiani. l. 1. tit. 2. legum nouellarum.

4 Non solum quiuis vnus è populo accusare potest blasphemum, sed etiam iudices omnes eum punire debent: nam & iudices Pontificij & regij & inquisitores quoque apostolici, poenas blasphemis irrogant. Verum ab vno iudice punitus, ab alio non plectetur: id enim iniquissimum esset, multisque legibus prohibetur. l. senatus. de accusatio.

B 5 l. licet.

De blasphemis

- l. licet. §. vlti. nauar. caupo. c. de his. de accusatio. c. presbyter & i. distin.
5. Ceterum blasphemus iniquè ab solutus, aut remissius punitus ab aliquo iudice, puniri potest ab alio: ne quod in odium est constitutum, in fauorem eius conuertatur: què admodum id generaliter communi sententia traditur in l. placet C. de sacrosan. eccle. in c. felicis. §. per hoc. de pœnis. lib. 6. Abba. Felinus Augusti. Beroius. & cæteri in c. de his. de accusatio. Couar. l. 2. varia. resolutio. ca. 10. Albertinus lib. de agnoscen. assertio. q. 25. conclu. 6.
6. Notandum igitur animaduertendumque est, multas esse blasphemias, quarum punitio ad inquisitores pertineat: quales sunt, hæresibus confines, & quæ speciem hæresis præferunt. Sunt & aliæ plures quæ nihil prorsus commune habent cum hæresi: verbi gratia, si quis iurauerit per membra pudenda diuorum, vel impia iurandi consuetudine aliquid inconsideratè & inconsultè dixerit: is puniendus est à iudicibus regijs, aut ab ecclesiasticis ordinarijs, non autem ab inquisitoribus. Quinta instruct. hispalè. cap. 4. Alfonso li. 1. de iusta hære. punitione. cap. 12.
7. Ex qualitate verborum & circumstantijs personarum, temporum, & locorum, magis ac magis nefaria & sacrilega blasphemia censenda est: illa verò est omnium leuissima, quæ inconsulto dolore proferatur, & statim eam dixisse pœnitet

l. aut facta. de pœnis. glo. in c. denique. distin. 4. l. si duo patroni. §. vlti. de iure iuran. Alberti. lib. de agnoscen. assertio. quæst. 27.

8. Maximis autè blasphemijs annumeranda est, quæcunque dicta fuerit contra sacratissimam virginem. Cuius rei exemplum memorabile Nicephorus retulit lib. 18. ecclesiasticæ historiæ capite 33. Græci quidam, inquit, siue gentiles, in cuiusdam domo conuiuantes, & vino sese inuitantes, post prandium, simulatque satis adbibērāt, blasphemare, & conuicijs proscindere verbi matrem, cœpere: postremum hoc computationi adhibentes studium, vt quæcunque aliquis eorum excogitare posset absurdatque indigna, per ea ridens œconomia, & dispensationis salutis nostre mysterio illuderet. Inpietas ea postquam innotuit, illi quidè condignas petulantis linguæ pœnas dedere: adium autem Dominus à sacris nostris non alienus, tum quidem periculum effugit. Nō multo verò post, noctu ei dormienti in somnis Dei genitrix astitit: cui diligentius percunctanti, ecquid se, quanam esset, nosset. Postquam ipse, nosse se eam professus est: illa ei contumeliarum indignitatem in memoriam reuocauit. Tum ille miser supplex illi esse, veniamque delicti petere: & ne tam cito morte mulctaretur, sed tēptis ei pœnitentię relinqueretur, orare. Illa daturam se hoc ei, neque in præsentia ipsum

De blasphemis.

14

- tia ipsum ita morte pœnas luiturū, promittere: vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua eius circumcirca veluti exarans, circumscribere. Id vbi factum, auolans ei postea non apparuit. At ille somno discusso membra ea, quæ vimine notata fuerant, statim ab reliquo corpore disrupra inuenit, recenti sanguine profluente, & in publicum productus iustum omnibus iudiciū promulgauit. Qui verò id audierunt, laudes Deo, propter tam inopinatum miraculū, cantarunt: matrem itidem Dei celebrarunt, quæ ita semper christianorum genus tueretur, quæque nouo quodam modo affectionem erga nos suam, quamuis præter naturam eius sit, vt quemquā puniat, vi quadam adacta ostenderet, vt scilicet religio nobis stabilis & firma esset: hæc ille. Iustissima igitur lex regia est, quæ duplo maiorem pœnam imponit ijs, qui blasphemant, & vituperant beatissimam virginem, quam eis, qui cæteros diuos. l. 3. tit. 28. parte. 7.
9. Cum varia sit maledicorū culpa, varia quoque pœna illis imponi debet, vt pro mensura peccati sit & plagarum modus. Lex ait, qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur: quod & Iustinianus nouella cōstitutione fanciuit: legibus verò regijs, pro grauioribus blasphemijs lingua maledici amputatur, & pars bonorum eius publicatur, pro alijs autè, triginta diebus blasphemus in vinculis detinetur. Alia item & alia pœna iure pontificio in blasphemos constituta est. Deutero. 25. Leuit. 24. Authen. vt non luxurien. c. si quis per capillum 22. quæst. 1. c. 2. de maledi.
10. Ceterum in iudicio inquisitorum hæc pœna vsu recepta est. Vt pro atrocioribus blasphemijs maledicus plebeus trahatur in spectaculum publicum, infami quadam mitra capiti imposita, & lingua ligata, & sine chlamyde: & publicè sententia pronuncietur, & cōfestim flagellis cæsus in exiliū mittatur. Si verò blasphemus nobilior aut honestior fuerit, sine mitia illa pœnitentiam publicam similiter agit, & ad certum tempus in monasterium detruditur, & mulctam aliquam soluit: & non nunquam propter suspicionem abiurare cogitur: honestiores enim fustibus cædendi non sunt. l. capitalium. §. 1. ff. de pœnis,
11. In alijs autè blasphemijs leuioribus, solent inquisitores damnare blasphemum, vt aliquo die festo in ecclesia, dum sacra solemnia celebratur, stet nudo capite, sine chlamyde, sine crepidis & calceis, resti succinctus, dextra præferens ardentem facem: & sacris peractis legitur publicè sententia, qua ieiunia quoque & preces indicuntur, & præterea mulctam aliqua punitur maledicus.
12. Atque ea quidem partim ex iure pontificio

De blasphemis

re pontificio, partim ex veteri testamento deducta videri possunt. Nam & maledici poenitentia huic ferè similis est, quæ lege quadam pontificia cõtinetur. Et in republica hebraeorum leprosus: separatus ad arbitrium sacerdotis, habebat vestimenta disuta, caput nudum, os veste cõtectum. Et Rex ille David poenitentiam agens, ascendebat cliuuum oliuarum, Scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite: sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. c. 2. de maledicis. Leuiti. 13. & 2. Regum. 15.

13. Sed publica poenitentia sacerdotibus imponenda non est, ne grex fidelium scãdalum patiatur. Nam vt Constantinus magnus prudentissimè dixisse fertur, nõ oportet sacerdotum peccata vulgo innotescere, ne illis offensi, ad delinquendum reddantur audaciores: autor Theoderitus libro primo ecclesiasticæ historiæ capite vndecimo. Hinc accedit quod Leo ille ter maximus in epistola nonagesima scribit apostolicam esse traditionem, vt ne sacerdotes publicam poenitentiam agant. c. de his. 50. distinct. c. presbyter. 82. distinct.

14. Accedit etiam, quod publica & infami poenitentia iniuncta maximo esset opprobrio sacerdotum dignitas, quæ quidem semper omnibus veneranda esse debet: quemadmodum Ambrosius libro de dignitate sacerdotali, Chrysostomus

libro tertio de sacerdotio, alijque tradiderunt. Nec mirum id, nam & Aegyptij & Græci iam olim sacerdotes suos in summa veneratione habuerunt: quod Plato in libro ciuili testatur, post alia dicens: sacerdotum & vatum ratio, magnanimitate intelligetiaque & claritate abudat, propter eorum, quæ tractant, magnificentiam. Quapropter apud Aegyptios non licet, regem absque sacerdotio imperare: & in plurimis Græcorum ciuitatibus reperies, præcipua sacra à magistratibus summis institui. Et Diodorus siculus libro. 2. Aegypti vetigalibus trifariam partitis, priorem portionem percipit collegiũ sacerdotum, magna apud incolas authoritate, tum propter deorum curam; tum propter doctrinam, qua plures erudiunt: & immunes sunt sacerdotes omnes, secundum quod post reges honoris dignitatisque locum tenent. Et vt Statius Papinius libro quinto syluarũ ait, qui bona fide Deum colit, amat & sacerdotes. Prætereo Echiũ homilia. 59. de sacramentis, Brunum lib. 5. de legationib. cap. 6.

15. Sed quamuis sacerdotes nõ agant poenitentiam publicam, nõ tamen idcirco eorum blasphemiarum erunt impunitæ: imò tanto seuerius puniri debent, quanto clerici grauius, quam laici delinquunt. Vt enim Cyprianus libro de singularitate clericorum, inquit: cū quid laicos decet, ne occasione blasphemandi

Titulus.

VIII.

15

mandi opponant: tum maxime clericos id vehementer constringit, quibus aut religio blasphemata, aut fraternitas perdita, poenas duplices irrogabit. Quod etiam confirmat Chrysostomus in mathæum homilia trigesima octaua operis imperfecti.

16. Itaque sacerdos blasphemus durius puniri debet, multa, ieiunijs, & orationibus: & præterea sacris interdicens est ad certũ tempus, & in monasterium detrudendus. Nam vt communiter traditum est, in poenis quæ ad corpus & existimationem non pertinent, grauius puniendi sunt honestiores, quam humiliores. regia. leg. 2. cum seq. tit. 28. parte. 7. Bartol. in l. quedam. de poenis. Felinus in capite cum quidam de iure iurando. Tiraquel. de nobilitate capite vigesimo. nu. 120. vide Ioan Bernar in practi. cap. 103.

17. Sunt qui putant blasphemum absolutum in foro conscientia, puniendum non esse in foro iudicij: cuius opinionis causam afferunt nec probabilem, nec satis idoneam: quod blasphemus absolutus à sacerdote, pacem habet cum Deo, quem in primis offenderat. Bartolus. consi. 167. Ancha. & Ana-

in capite secundo. de maledi. Felinus in. cap. de his. de accusatio. de eius consil. 137.

18. Atqui ea opinio si vera esset, multa consequerentur absurda: nam & apostata, & hæreticus & idolatra, & quicumque Deum palam offenderet, absolutus à parochia, puniri nõ posset à iudice: quod absurdus dici, cogitariue potest: præsertim cum forum illud arcanum, nihil commune habeat cum foro iudiciario. Merito igitur ac iure istorum opinatio alijs displicuit, quibus assentior. Ias. in lib. 3. §. iurari. de iure iuran. Matthæo in constit. Sicilia. libr. 3. rubri. 54. Couar. lib. 2. varia. resolutio. cap. 10.

19. Siquis autem eodem impetu plures blasphemias dixerit, durius quidem puniendus est, sed vna tantum poena, quia vnum duntaxat crimen committit. leg. inficiendo. §. infans. ff. de furt. glo. in. leg. nunquam plura. ff. de priua. deli. Cepola consil. criminali. 77. Alciat in. capit. cum non ab homine. de iudi. nu. 33. Couar. libro secundo variarum resolutionũ. c. decimo. Boherius decisione. 301. Hippolytus in. leg. vltima. ff. de ficar.

De bonis hæreticorum Titul. IX.

1. Hæreticorum bona iure optimo publicantur.

2. Hæreticorum bona cur publicari oportet.

sear

3. Hæreticorum bona filijs eorum catholicis olim relinquebantur.

4. Hære-

- 4 Hæreticorum filios egestate laborare, rei pub. interest.
- 5 Hæreticorum filijs bona adimere, acerbū & inhumanum non est.
- 6 Lex, qua sancitum est, ut filij eorum qui rei sunt læsa maiestatis parentum bonis priuentur, non est abrogata.
- 7 Hæreticorum bona iure publicari, concluditur.
- 8 Hæreticorum fundus seruiens, vel is cui debetur seruitus, si publicetur, viroque casu durant seruitutes.
- 9 Hæreticorum bona, qua ipsi mortis causa donauerint, cum ceteris eorum bonis ad fiscum etiam pertinent.
- 10 Donatio inter maritum & uxorem reuocatur, si post mortem mariti memoria propter hæresim damnetur.
- 11 Hæreticis quacunque ex contractu conditionali debentur, quomodo ad fiscum pertineant.
- 12 Bona omnia uxoris de hæresi damnata publicantur.
- 13 Peculium castrense filij hæretici, confiscatur.
- 14 Peculium castrense proprium est filij familias.
- 15 Filij familias, qui de hæresi damnantur, peculium castrense confiscandum esse, concluditur.
- 16 Bona materna filij familias hæretici ad fiscum perueniunt, tametsi ille in patris sit potestate.
- 17 Peculium profectitium, quod patris est, bonis eius publicatis, etiam confiscatur.
- 18 Filij familias bonis publicatis, vsus fructus patri debitus confiscatur.
- 19 Vsus fructus bonorum, quæ rogatus erat hæreticus restituere post mortem suam, fisco adiudicandus est, quo ad hæreticus moriatur.
- 20 Hæretici prædium quod censum debet ecclesie confiscatur, saluo iure pensionis præstandæ.
- 21 Hæretici bona an publicanda sint ab eo die, quo in hæresim incidit.
- 22 Donationes ab hæretico quantumvis occulto factæ, cur pondus non habeant.
- 23 Dotes etiam à fisco reuocantur, quas filijs donant hæretici.
- 24 Dotes ab occultis hæreticis filijs sanctimonialibus datæ, fisco vendicantur.
- 25 Hæreticus ex quo die tale crimen cõtraxit nihil ex bonis suis alienare potest.
- 26 Bona hæretici qui defecit in purgatione, aut propter contumaciam danatus est, à quo die publicanda sint.
- 27 Fiscus vendicans res ab occulto hæretico venditas, an pretium teneatur restituere.
- 28 Hæreticus occultus qui bona sua vendit peccat.
- 29 Emptori, qui bona fide cum occulto hæretico contraxit, quando pretium sit restituendum.
- 30 Emptori quacunque pars numerorum reperitur restituenda est.
- 31 Emptori reddenda est etiam pecunia, si ex ea factus sit hæreticus locupletior.
- 32 Emptori reddendi sunt etiam numi, si illis hæreticus res suas meliores fecerit.
- 33 Emptori restituenda est ad huc pecunia, si ex ea occultus hæreticus suis creditoribus soluerit.
- 34 Emptori pretium etiam restituitur, cum in hæretici rem versa est pecunia, vel tantundem consumpturus esset hæreticus ex bonis suis.
- 35 Pecunia mutuo data occulto hæretico, qua se ipsum & familiam aluit, restituenda debet creditori.
- 36 Pecunia reddenda est emptori, si ea hæreticus edificauerit, aut simile quid fecerit.
- 37 Pecunia similiter reddenda est, quam in suam, aut suorum valetudinem, occultus hæreticus impenderit.
- 38 Pecunia, in qua res sufficit impensam esse ab occulto hæretico, ut emptori restituatur.
- 39 Emptor qui seruatis solemnitatibus emerit, nihil præterea probare tenetur.
- 40 Probatio dilucida exigenda ab eo non est, qui bona fide rem aliquam ab occulto hæretico emerit.
- 41 Pecuniam qui mutuo dedit ciuitati & ecclesie,

- ecclesie, an sit perspicue probaturus in earum utilitatem versa est.
- 42 Pecuniam qui ignorantia insuperabili occulto hæretico mutuo dedit est satis, si probabili coniectura ostendat in rem hæretici versa esse.
- 43 Pecunia occulto hæretico inopia laboranti mutuata, quando ex bonis hæretici publicatis restituenda debet.
- 44 Pecunia reddenda est creditori, si is probarit, occultum hæreticum, quo tempore illam ab eo mutuatus est, ea indignuisse.
- 45 Probatis extremis, media quoque probata esse videntur.
- 46 Pecuniam versa esse in hæretici utilitatem, creditorem ius nunquam grauandum esse precipit, ut probet.
- 47 Probatio impossibilis nunquam exigitur.
- 48 Probationem debere necessariò concludere, quomodo intelligendum sit.
- 49 Pecuniam in rem hæretici versa esse, quando sit verisimile.
- 50 Pecuniam creditoris in rem hæretici esse versa, quibus insuper coniecturis fiat probabile.
- 51 Emptori, qui bona fide ab occulto hæretico aliquid emit, quid sufficit probare, ut ei numi soluti restituantur.
- 52 Pecunia cur emptori & creditori restituenda sit in aliquibus casibus.
- 53 Fiscus in dubijs quæstionibus non magna habenda est ratio.
- 54 Fiscus sub optimo principe sæpe numero vincitur.
- 55 Fisco in rebus certis fauere decet.
- 56 Bona ab occulto hæretico alienata à quo tempore reuocanda sint à fisco.
- 57 Uxor, si quidpiam alienauerit inscio viro, & in hæresim postea incidit, id omne reuocabit fiscus.
- 58 Bona ab hæreticis alienata cum fructibus restituere tenentur male fidei possessores.
- 59 Possessores bonæ fidei post litem contestatam, & controuersiam motam, incipiunt male fidei possessores esse.
- 60 Emptoribus & creditoribus sola rei con-
- fessio nocere non potest in probatione temporis, ex quo in hæresim incidit.
- 61 Bona futura non confiscantur.
- 62 Iura conditionalia ex vltima voluntate pendenti, si conditio extiterit post hæretici condemnationem, ad fiscum non transeunt.
- 63 Alimenta non publicantur.
- 64 Confiscatio bonorum hæretici non debet alijs esse damnosa.
- 65 Bona aliena inter hæretici bona reperta legitimis dominis sunt restituenda.
- 66 Fiscus dotem uxori reddere debet, marito impietatis damnato.
- 67 Uxori hæretici quomodo dos restituenda sit.
- 68 Dotis numeratio quo pacto probari conueniat.
- 69 Fiscus qui successor est mariti damnati, vii potest aduersus uxorem exceptione dotis non numerata.
- 70 Bona paraferna uxori restituenda sunt.
- 71 Uxori dimidia pars lucrorum, quæ regijs legibus communia sunt coniugum, restituenda est.
- 72 Arrha & donationes propter nuptias uxori data, marito hæresis damnato, non confiscantur.
- 73 Uxor, quæ sciens nupsit hæretico, an sicut priuatur dote, sic etiã priuetur arrhis.
- 74 Bona quæ sita constante matrimonio inter coniuges, an diuidenda sint inter fiscum & uxorem, quæ sciens nupsit hæretico.
- 75 Uxor an fundum dotalem repetere possit à fisco, quem maritus ea consentiente & iurante vendidit, deinde fisco vendicauit.
- 76 Donationes factæ uxori à cõsanguineis viri sui, quando publicari possint propter hæresim mariti, & quando non.
- 77 Donatio facta filio arrogato, & vni ex socijs, non publicatur propter alterius hæresim.
- 78 Donatio legatis facta, si ipsi in hæresim incidant, publicanda est, nisi expressè aliud sit adiectum donationi.
- 79 Filij familias bona quæ post patris mortem

De bonis hæreticorum

- tem ei debentur publicari non possunt.
- 80 Filio familias impietatis damnato, non publicatur peculium profectitium ei a patre concessum.
- 81 Patre familias hæretico damnato, non confiscatur usus fructus quem habuit in bonis filij aduentitij.
- 82 Maritus an possit alienare partem dimidiam lucrorum legibus, quæ regijs ad uxorem pertinent, si tempore alienationis uxor hæretica sit.
- 83 Maritum, si occultam uxoris hæresim ignoret, probabile est supra dicta bona alienare posse.
- 84 Fides bona & ignorantia in dubio præsumitur.
- 85 Probandi onus lex regia in eum transfert, qui dixerit, alienationem lucrorum dolo aut fraude a marito esse factam.
- 86 Maritus donare non potest ea lucra, quæ legibus regijs ad uxorem pertinent.
- 87 Hæreticus ecclesiæ reconciliatus, cuius bona sunt publicata, an partem dimidiam lucrorum quæ uxori eius adiudicata sunt, ipsa inuita alienare possit.
- 88 Bona ecclesiæ publicanda non sunt propter hæresim clerici.
- 89 Bona clerici hæretici, quæ ex ecclesia, vel eius respectu acquisierit, publicari non debent.
- 90 Fructus beneficiorum quos clerici possident, propter ipsorum hæresim publicari possunt.
- 91 Patrimonium & alia bona clerici hæretici, an ad episcopum pertineant.
- 92 Bona clerici hæretici ad fiscum pertinent.
- 93 Bona restitutioni subiecta quæ possidebat hæreticus non publicantur.
- 94 Hæreticus si rogatus sit aliquid filio suo restituere, id a fisco illi restituendum est.
- 95 Ius patronatus ecclesiasticum, patroni bonis publicatis, utrum ad fiscum pertineat.
- 96 Ius patronatus non publicatur.
- 97 Emphyteusis hominis priuati in fiscum transit propter hæresim emphyteute.
- 98 Emphyteusis ecclesiastica, an transeat in fiscum, publicatis bonis emphyteute.
- 99 Ecclesiæ res in emphyteusim data, an tran-
- sire possit ad hæredem extraneum.
- 100 Emphyteusis ecclesiæ ad extraneos successores peruenire non potest.
- 101 Emphyteusim ecclesiæ ad extraneos successores peruenire posse, alij opinantur.
- 102 Emphyteusis rei ecclesiasticæ, quoad extraneos hæredes & fiscum non transeat.
- 103 Emphyteusis rei ecclesiasticæ, quando ad extraneos hæredes & fiscum transeat.
- 104 Ecclesiæ potest rem suam in emphyteusim datam recuperare.
- 105 Ecclesiæ optio datur, ut intra biennium deliberet, an velit habere fiscum in emphyteutam.
- 106 Ecclesiæ utrum possit restitui aduersus lapsum huius biennij.
- 107 Emphyteusis an reddenda sit ecclesiæ cum meliorationibus, ita ut nihil pro eis fisco soluat.
- 108 Emphyteusis quando sit ecclesiæ restituenda cum meliorationibus.
- 109 Emphyteusis propter hæresim possessoris confiscata, cur ad ecclesiam cum meliorationibus redire debeat.
- 110 Emphyteusis dominus quid reddere teneatur, cum ei fundus cum meliorationibus traditur.
- 111 Emphyteusis dominus cum fundus ei redditur cum meliorationibus, an compensare debeat impensas cum fructibus perceptis.
- 112 Emphyteusis dominus non debet compensare impensas cum fructibus perceptis, si is qui fecit impensas, bonæ fidei possessor erat.
- 113 Possessor malæ fidei, & is qui bona fide possidebat, post litem contestatam, cum fructibus perceptis compensare debent meliorationes.
- 114 Compensatio meliorationum cum fructibus perceptis, quatenus facienda sit.
- 115 Fructus percepti a malæ fidei possessore, si plures sint quam meliorationes, quo pacto compensatio sit facienda.
- 116 Fructus percepti a bonæ fidei possessore, post litem contestatam quo pacto non sint

Titulus.

IX.

17

- sint restituendi, ut quidam sentiunt.
- 117 Fructus percepti a bonæ fidei possessore, post litem contestatam quando sint restituendi.
- 118 Aliena in re qui magnas impensas facit, quo pacto rei domino satisfactor sit.
- 119 Aliena in re cum quis magnas impensas facit, quid cum rei domino tunc agendum sit, iudicis arbitrio potissimum committendum est.
- 120 Feudum quod hæreticus habuit, quo pacto confiscari non possit.
- 121 Creditoribus hæretici, ante eius hæresim, fiscus satisfacere debet ex publicatis bonis.
- 122 Creditoribus hæretici quantum opere fiscus teneatur satisfacere.
- 123 Tutore confiscato, aut prodigi vel furiosi curatore aduersus fiscum cui danda sit actio.
- 124 Hæreditas adita ab occulto hæretico an acquiratur fisco.
- 125 Hæreditatem an hæreticus adire possit quæ ei defertur cum iam hæresim confessus est, quamuis nondum sit absolutus.
- 126 Confiscationis executio quando facienda sit in bonis hæreticorum.
- 127 Confiscationis ius si duo sint domini temporales alter inferior, alter superior, utriusque pertineat.
- 128 Confiscationis ius quando inferiori domino pertinere potest.
- 129 Bona hæretici ad regem illius regni pertinent in quo ipsa reperta fuerint.
- 130 Actiones in rem ubi sint.
- 131 Actiones in personam ubi nam sint.
- 132 Bona hæreticorum quo pacto olim diuidebantur.
- 133 Bona hæreticorum usu capi possunt etiam contra ecclesiam Romanam, tempore quadraginta annorum.
- 134 Prescriptione quinquenij, aut certe, 20. annorum utrum fiscus submoueri possit.
- 135 Bona quæ in singulos annos hæretico debentur quando confiscari possunt.
- 136 Bona quæ in singulos annos hæretico debentur quando publicari non possunt.
- 137 Quæstiones tres deciduntur.
- 138 Domicilij ne an loci ubi contractum fuit matrimonium habenda sit ratio in confiscatione bonis constare matrimonio quaesitis.
- 139 Pacta conuenta in contractu matrimonij de lucris constanter matrimonio acquirendis, seruanda omnino sunt.
- 140 Loci consuetudo ubi matrimonium fuit contractum, quando consideranda, in lucris inter virum & uxorem quaesitis.
- 141 Loci consuetudo quando absque dubio vim habeat.
- 142 Vlpiani responsum, quo ait, inspiciendum esse locum domicilij mariti non illum ubi contractum fuit matrimonium, aut dotale instrumentum conscriptum.
- 143 Vlpianus quid hoc responso uoluerit.
- 144 locum contractus non inspicere debere, sed locum domicilij mariti, speciale esse in contractu matrimonij, communis est ferè omnium sententia.
- 145 Vlpiani sententia de loco domicilij mariti aliter explanatur.
- 146 Vlpiani prædictum responsum quando locum non habeat.
- 147 loci ne consuetudo in quo bona inter coniuges multiplicata sunt, an loci ubi domicilium habent, inspicere debeat in confiscatione bonorum.
- 148 leges & consuetudines illarum prouinciarum seruari debent in bonorum confiscatione, in quibus prædia & alia bona omnia consistunt.
- 149 leges & consuetudines prouinciarum in quibus prædia sunt esse seruandas iuris periti omnes tradunt.
- 150 leges & consuetudines non extendunt vim suam extra territorium.
- 151 leges & consuetudines territorij esse terminatas, exemplis illustratur.
- 152 loci consuetudine in quo matrimonium fuit contractum, tametsi postea coniuges in aliam prouinciam migrauerint, aspicienda esse, lege regia generaliter cautum est.
- 153 Consuetudo Cordubensis quæ quidquid alter ex coniugibus acquirat, sibi soli acquirat, adiosa non est.
- 154 Consuetudine, qua lucra sunt communia, exorbitante & contra ius esse, nonnulli tenent.
- 155 lex regia, de lucris factis inter virum & uxorem quo pacto intelligenda.

- 156 Consuetudo favorabilis quando extendenda.
- 157 Hæreticus nondum à iudice condemnatus, neque ab aliquo accusatus; utrum teneatur in foro conscientia bona sua omnia fisco offerre.
- 158 Alfonsi Castri sententia in qua stione illa, utrum hæreticus nec damnatus neque accusatus, bona sua fisco offerre teneatur in foro conscientia.
- 159 Alfonsi Castri tria argumenta, quibus prædictam quaestionem difficile reddit.
- 160 Alfonsi Castri alia argumenta in hanc eandem sententiam.
- 161 Alfonsi Castri de hac re primū dūtaxat argumentum fortissimum est.
- 162 Hæreticum adhuc non damnatū, neque accusatum, debere bona sua fisco offerre in foro conscientia; cui fundamēto innitatur.
- 163 Declaratoria sententia in hæreticū, quo pacto accipienda.
- 164 Declaratoria sententia vim expressæ condemnationis habet.
- 165 Declaratoria sententia propter quid requiratur.
- 166 Sententia necessaria est in crimine notorio.
- 167 Bona sua fisco tradere, quid sit quod reū obliget.
- 168 Lex condemnans vniuersos hæreticos, nihil aliud esse videtur, quam generalis quædam sententia principis, aduersus hæreticos omnes.
- 169 Lex humana non habet maiorem potestatem, quam princeps.
- 170 Hæreticus licet sibi ipsi sit conscius, non tenetur ad executionem pœnæ in se faciendam in foro conscientia, donec à iudice iure sit damnatus.
- 171 Alfonsi Castri, 3. argu. inane prorsus est.
- 172 Alfonsi Castri confirmatio qua tertium argumentum fulcit.
- 173 Possessio hæretici ante sententiam non est iniusta.
- 174 Fiscus non potest occupare bona hæretici ante lictam sententiam.
- 175 Fisci possessio in bonis hæretici ante latā

- sententiam violenta & iniusta est.
- 176 Fiscus, si ante latā sententiā bona occulti hæretici inuaderet teneretur furti actiōe
- 177 Iuris regula, qua habetur, q. à quoquam pœna nomine &c. quo pacto intelligēda.
- 178 Decius & Montanus quomodo rectē dixerint, neminem cogendum restituere in foro conscientia, quod pena nomine à quoquam exegerit.
- 179 Alfonsus Castrius perperam pro se adducit Innocentium & Baldum asserentes in executione non esse cognitionem aliquam necessariam.
- 180 Executio ante latam sententiam facta, reproba & iniusta est.
- 181 Alfonsi Castri quartum argumentum debile & infirmum est.
- 182 Alfonsus Castrius fortius vrget illis verbis quæ in fine argumēti quarti adducit
- 183 Alfonsi Castri quartum argumentū quomodo primo possit dilui.
- 184 Alfonsi Castri quartum argumentū quo pacto secundo diluatur.
- 185 Alfonso Castro in quarto argumēto quo pacto occurrī possit.
- 186 Exactio aliquādo iusta esse potest, & illū à quo inuito pecunia exigitur, eā restituere non teneri in foro conscientia.
- 187 Hæreticus verum atque naturale dominium habet bonorum suorum.
- 188 Possessio hæretici iusta est, & iure pontificio illis relinquatur & defenditur.
- 189 Alfonsus Castrius quid sexto suo argumēto nitatur probare.
- 190 Alfonsi Castri opinionem qui authores sequantur.
- 191 Alfonsi Castri argumēto primo & omnium fortissimo respondetur, motis prius tribus quaestionibus.
- 192 Alfonsus Castrius censet legē ferri posse, qua reus ad pœnam subeundam obligetur in foro conscientia.
- 193 Alfonso Castro quomodo primo responderi possit.
- 194 Alfonso Castro quo pacto secundo respondatur.
- 195 Alfonsus Castrius asserit ecclesiam posse leges condere de quacunque re, quæ nō sit

- fit contra ius naturale aut diuinum.
- 196 Leges quare ferri nō possunt de quacunque re, quæ non sit contra ius naturale aut diuinum.
- 197 Alfonsi Castri opinio reijcitur, dum existimat ecclesiam posse leges condere de quacunque re, quæ contra ius naturale aut diuinum non sit.
- 198 Alfonsus Castrius quomodo suam opinionem secundo corroboret.
- 199 Alfonsus Castrius quo pacto suam opinionem tertio confirmet.
- 200 Alfonsus Castrius quomodo suam opinionem quarto fulciat.
- 201 Alfonsus Castrius quomodo suam opinionem quinto stabiliat.
- 202 Alfonsus Castrius quo pacto, 5. arg. roboret
- 203 Leges vsucapionis & præscriptionis pœnales esse, nullo iure probatur.
- 204 Vsu capio ad quid fuerit introducta.
- 205 Alfonsus Castrius quid sexto asserat ad defensionem suæ sententiæ.
- 206 Alfonsi Castri opinio quomodo, 7. probetur
- 207 Alfonsi Castri, 8. argumē. parui ponderis.
- 208 Clerico, qui per sex menses prætermiserit lectionem officij canonici, quam pœnā imponat Lateranense concilium.
- 209 Pœnarum diuisio posita à Bonifacio, 8.
- 210 Ecclesia non potest condere legē, quæ sub pœna peccati mortiferi præcipiat reo, ut mera pœnam in seipsum exequatur in foro conscientia, priusquam damnetur.
- 211 Legislatori nō licet condere legē, quæ reū obliget in foro conscientia, ad magnam aliquam pœnā in seipsum exequendam
- 212 Legislatori legem cōdere nō expedit, qua hæreticus (licet id fieri possit) obligetur in foro conscientia bona sua omnia nō accusatus offerre fisco.
- 213 Legislatori, quare huiusmodi legem condere non conueniat.
- 214 Leges non sunt condenda nisi de his tantum rebus, quæ necessaria sunt ad reipublicam tranquillitatem.
- 215 Hæretici, quare in foro conscientia non obligantur, ut antequam condemnentur, bona sua fisco offerant.
- 216 Rei se ipsos prodere in publicū nō tenentur
- 217 Lex aut magistratus occulta crimina punire non possunt, sine accusatore.
- 218 Legem aut magistratum occulta crimina punire non posse sine accusatore, redeptor noster ostendit apud Ioan. cap. 8
- 219 Crimina omnia, etiam si publica sint, legibus puniri non oportet.
- 220 Leges quales condere oporteat.
- 221 Leges quid amplius continere debeant.
- 222 Lex durissima esset, quæ reū cogeret in foro conscientia, ad offerenda fisco omnia sua bona.
- 223 Bonorum omnium iactura solet morti æquiparari.
- 224 Lex condenda non est de re nimium difficilis, sicuti nec de impossibili.
- 225 Legis, quæ reos obligaret in foro conscientia ad offerenda fisco omnia sua bona, durities ostenditur.
- 226 Lex prædicta, cur vel ferri nō potest, vel certe nullo modo ferri debet.
- 227 Legisla. nūquā existimādus est velle, nisi q. possibile, iustū, bonū & equū fuerit
- 228 Alfonsi Castri primum argumentum.
- 229 Alfonso Castro multifaria respōderi pōt.
- 230 Lex fieri non potest, per quā hæreticus obligetur in foro conscientia, ut ante sententiā teneatur oia sua bona fisco tradere
- 231 Legis pontificiæ verba, quæ decernit bona hæreticorum ipso iure confiscata esse.
- 232 Lex quæ inquit, statim dominium bonorū desinat eius esse qui crimen cōmisit, et fisco acquiratur, quomodo intelligēda.
- 233 Dominia rerū quo pacto acquirēda sunt.
- 234 Hæreticū non teneri ante latā sententiā bona sua in foro conscientia fisco offerre duobus argumentis conuincitur.
- 235 Leges magistratibus generalibusq; ministris: neq; enim sufficit aliquid per legē statutū esse, ut illud statim fiat nemine petente
- 236 Iudex nihil facere debet ad priuatā utilitatē, nisi is, cui interest, id prius postulauerit.
- 237 Legis hæc verba, ipso iure, non tantā vim habent, ut executio statim à lege fiat parte non petente.
- 238 Legis hæc verba, ipso iure, quid valeant & significant.
- 239 Legis hæc verba, ipso iure, si aliter intelligantur, quid inde sequitur.

- 240 Verba hæc, hæreticorū bona ipso iure de cernimus confiscata: quid significant.
- 241 Fiscus, propter actionē competentem ad petēda hæreticorū bona, intelligi quodā modo pōt esse dñs illorū bonorū ipso iure
- 242 Dñiū duplex eiusdē rei inueniri potest.
- 243 Verba improprie accipi tolerabilius, imo etiam rectius & iustius est, quā quod operentur absurdum.
- 244 Lex non inuenitur, quæ prohibeat hæretico, ne bona sua retineat.
- 245 Hæreticos obligatos esse ad rerū suarū restitutionē varijs argumētis probare volunt nonnulli.
- 246 Hæreticos obligari ad rerum suarum restitutionem secundo probatur.
- 247 Legē iustā quomodo intelligendū obligare in foro conscientie.
- 248 Forū conscientie quantū differat à foro civili.
- 249 Iuris periti sapissimè docuerunt, neminem obligatum esse ad pœnam in se ipsum exequendam.
- 250 Res pōsio ad duas leges regias quæ obligat expresse ad pœnā in foro conscientie præstādā
- 251 legislator non obligat nominatim hæreticum in foro conscientie, ad offerendum sponte bona sua fisco, neq; id facere pōt
- 252 Primogenitorū bona (quæ vulgo maiortū vocant) an propter hæresin possidentis confiscentur.
- 253 Primogenita tripliciter fieri solēt, ex quibus quæ principis concessu fiūt, confiscari possunt propter hæresin possessoris.
- 254 Primo genita licet rex nominatim concedat vt publicari nequeāt propter hæresin, Galindustamē cēset posse confiscari
- 255 Primog. aliquādo relinquūtur intestamēto aut contractu sine decreto principis.
- 256 Primogenitorū institutor si hæreticus deprehendatur, priuabitur illico illis & alijs bonis.
- 257 Primogenita legis regie concessu, sub eā cōditione relicta, vt ne propter hæresin primogeniti confiscari queant an confiscari possint.
- 258 Primogenita prædicta confiscari possunt propter hæresin possessoris.
- 259 Rex hæreticus non solū regno eijcitur, sed

- & eius filij à regni successione pellūtur.
- 260 Feudi argu. ad primogenita rectè valer.
- 261 Primogenitus verè dñs est illorū bonorū perinde atq; aliorum, quæ pleno iure acquisierit.
- 262 Bona subiecta restitutioni, quæ alicui, certaq; personæ relicta sunt, quare non confiscantur.
- 263 Maioratus institutores quid præcipiant in illis instituendis.
- 264 Bona etiā restitutioni subiecta, & alienari prohibita quando possunt alienari.
- 265 lex regia, quæ concedit generaliter omnibus vt in. 3. & 5. bonorū parte possint quacunque velint vincula & onera ponere, huic sententiæ non repugnat.
- 266 Princeps qui facultatē condēdi primogenita tribuit, semper excipere solet, vt propter hæresin & læsā maiestatis crimen ea publicari possint.
- 267 Morientium voluntates quo tempore valeant & quomodo.
- 268 Pœna magna pars hæreticis debita in bonorum publicatione consistit.
- 269 Princeps qui facultatem dat vt primogenita obligentur & alienentur, ea potest confiscare in hæresis vindictam.
- 270 Primogenita si confiscari non possent, quæ absurda sequerentur.
- 271 Primogenita confiscari posse in damnū filiorum qui concedunt & minimè in præiudicium transversalium improbantur.
- 272 Maioratus bona quando publicari non posse quidam assueverant.
- 273 Primogenita an confiscentur quū de origine illorū non constat, superuacanea est.
- 274 Primogenita confiscari non posse, quando nonnulli sentiant.
- 275 Primogenita quo casu confiscari nequeāt

Bona omnia hæreticorū iustissime publicant, ne sint fomēta malorū, & scelerū instrumēta. scribit enim verissimè Plato li. 4. de legibus bona externa sine virtute, non modo nihil iuuare, sed esse quoq; damnosa, & quæ in sceleratis hominibus aliud non sint, præter paratiss-

ratissima flagitijs, magnisq; malis instrumenta. Aristoteles quoque libro secundo magnorum moralium, inquit, ne languori corpus incumbat, volens conualescere, aquam prius & in ediam exhibet: ita qui nequam habuerit animā, ne quippiam mali exerceat, ei opulentia & imperium, & dominatus & omnino alia id genus sunt auferenda: ac tantò id magis, quantò mobilior mutabiliorque est corpore anima. Item Demosthenes oratione aduersus Midiam: magnam pecuniā in hominis confidentis & improbi manu relinquere, id est ensē illi porrigere, quo iugulemini. At si ci res familiaris adimatur, fortasse fiet in posterum modestior.

Accedit illa quoque causa, vt improborum audacia coerceatur formidine pœnæ. Vt enim Tryphonius ait, male meritis publicè, vt exemplo alijs ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet: etenim nemo est, qui non speret, fugiendo & latitando, pœnam vitare posse: quid enim saluis infamia numis? Bonorum verò publicationem omnes homines, præsertim diuites, formidare vehementer solent. Quamobrem sapientissimi legum latores grauiora quæq; crimina publicatione bonorum frequentissime puniunt: quum olim locupletes eò facilius scelere se obligarēt q̄ integris patrimonijs exulabant, parricidas (vt Cicero scribit) bonis omnibus, reliquos dimidia parte:

mulctarunt. Author Suetonius in Iulio Cesare cap. 42. l. bona fides. ff. depositi.

3 Sed olim bona hæreticorum filijs eorum catholicis relinquebantur: quod quidam iustius esse aiūt, quā id quod hodie constitutum est. l. Manichæos. l. cognouimus. authent. idem est. C. de hereti. c. iudæi. i. quæst. 4. Corasius in. l. qui liberos de ritu nuptiā.

4 Horum benignus affectus laudandus quidē est. expedit tamē rei publicæ, vt filij quoq; hæreticorū egestate laborent. Merito igitur antiqua illa iura sunt abrogata: quāuis non desint, qui putent, ea hodie seruanda esse: verum opinio eorum communiter damnata est. authent. Gazaros. C. de hereti. l. vlti. C. de bonis proscrip. glo. & omnes in. ca. cū secundū de heret. li. 6. Hæreticus & ceteri in. c. vergētis. Aluarotus post alios in. §. Gazaros de statu & cōsuetudi. li. feudo. Fortunius in. l. Gallus §. & quid si tantum Lupus in. c. per uestras. §. 72. Bru. lib. 5. de hereti. ca. 6

5 Nec id acerbum aut crudele videri debet, cum pater nō minus bonorum dominiū habeat, quā si pater non esset: nec fit ideo minus puniendus, quia pater est. Accedit huc, quod pater pro libidine bona sua perdere & consumere potest: quid est igitur quāobrem propter maximum scelus publicari non queāt: accedit etiam, quod eius bona, qui lædit humanā & temporalē maiestatem, iustissime cōfiscantur, sine villo filio

De bonis hæreticorum.

rum respectu: quanto rectius publicari debent hæretici patris bona qui diuinam & æternam maiestatem impie lædit: postremo, multorum patrum bona, qui hæretici & impij esse putabantur, iam olim publicata sunt, vt in ecclesiastica historia proditur. c. cum secundum. de hæreti. lib. 6. authen. Gazaros. C. eodem tit. Eusebius lib. 6. ecclesiasticæ historiæ ca. 2. Nicephorus lib. 5. capit. 4.

6 Nec audiendi sunt Budæus & Igneus, qui opinantur, Honorij & Arcadij constitutionem (qua filij eorum, qui rei sunt læsæ maiestatis, parentum bonis priuantur) abrogatam esse recentiore lege eorundem imperatorum, qua generaliter est cõstitutum, vt peccatâ suos teneat authores. Nec enim verisimile est quod tam celebris constitutio verbis generalibus sublata fuerit: quod Arnaldus Ferronus & Ioannes Robertus & Franciscus Duarenus mecum sentiunt. Adde quod regijs legibus septipartitis id ipsum reuocatum est. l. quisquis. C. ad leg. iul. maiesta. l. sancimus. de pœnis Budæus in. l. 1. ad le. iul. maiesta. Igneus in. l. vlti. ad Sillania. Ferronus in cõfuetudi. Burdigalen. tit. de furibus. §. 3. Ioannes Robertus lib. 2. sententiarum iuris cap. 22. Duarenus lib. 2. disputatio. anniuersariarum ca. 24. regia. l. 2. tit. 2. & l. 9. tit. 31. parte. 7.

7 Iure igitur ac merito bona omnia hæreticorum ipso iure publicantur: mobilia, immobilia & mouen-

tia, iura quoq; & actiones, & iura sepulchrorum. c. cum secundum. de hæreti. lib. 6. l. bonorum & l. mouentium. de verbo. significa. l. 1. §. interdum. ff. de suis & legit. hæredib.

Quod si fundus seruiens, vel is, cui seruitus debetur, publicetur: utroque casu durât seruitutes: quia cum sua quisque conditione fundus publicatur. l. via constitui. ff. de seruitu. prædio. rustico.

9 Si autem aliquis mortis causa donauerit, & in hæresim inciderit, ac bona eius confiscata fuerint, reuocatur donatio, vt imperfecta, & ceteris hæretici bonis ad fiscum pertinet: quia donationes causa mortis vice legatorum funguntur. l. 3. §. pen. ff. de bonis liberti. l. 1. §. 1. siquid in frau. patro. l. si aliquis. l. & si debitor. l. illud. ff. de mortis causa donationib.

10 Si maritus vxori donauerit, & post mortem propter hæresim memoria eius damnata sit, reuocabitur donatio: quamuis ea, quæ alijs donauerit, valeat. Nec enim impij morte donatio inter virum & vxorem confirmatur. l. cum hic status. §. si maritus vxori. ff. de donatio. inter virum & vxor.

11 Sed etsi aliqua hæretico ex contractu conditionali debeantur, ad fiscum quoque pertinent, existente conditione, & ius conditionis implendæ ad fiscum transit, si modo fiscus commode conditioni parere possit, vt Leiuia noster copiose tradit. l. inter focerum. §. vltimo. ff. de

de

Titulus.

IX.

20

de pact. dotalib. l. qui balneum. l. potior. qui potio. in pigno. habeant. l. necessario. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. qui in fraudem. ff. qui & a quib. l. is cui. ff. de obliga. & actio. Marianus Soci in. c. vlti. de hæreti. Couar. lib. 3. quæstio. cap. 39. Anton. Gomb. lib. 3. commenta. c. vlti. de

12 Omnia bona vxoris impietatis hæresisque damnata, publicantur, siue dotalia sint bona, siue paraferna, siue donationes illæ, quas hispani vocant, arrhas, siue lucra, quæ regijs legibus ad vxores pertinent. Sed omnes actiones saluas habet maritus contra fiscum, & in id, quod facere possit, dumtaxat condemnandus est. l. si maritus. ff. solut. matri. l. quinq; legibus. cum seq. ff. de bonis damnata. l. 3. §. sed vtrum. in fine. ff. de minorib. l. res vxoris. C. de donatio. inter virum & vxor. regia lex Taurina. 78. vide. l. siquis officium. ff. de ritu nuptia.

13 Peculium castrense filij hæretici confiscatur: quia filius familias in castrensi peculio vice patris familias fungitur: nec patribus aliquid ex castrensibus bonis filiorum debetur. l. 2. ff. de senatus consul. Macedo. l. 4. & l. ex nota Marcelli. ff. de Castren. pecul. l. senatus consulto. §. 1. ff. de senat. consul. Silania. l. filius fa. in fine. ff. de donatio.

14 Accedit eò, quod peculium castrense proprium est filij familias, nec in eo vllum ius patris est. Nec enim pater familias in castrensi peculio proprietatē habet, aut vsum

fructum: quinimo actionem perfectionemque castrensiū rerum semper filius etiam inuito patre habet. l. 3. C. de castren. pecul. milit. libro. 12. l. miles & l. pater. in fine. ff. eod.

15 Ex quibus omnibus perspicuum est, filio familias impietatis damnato, peculium eius castrense publicatum esse. Quæ quidem vera multorum sententia est: a quibus pluri mi male dissentiunt. Angel. & Roma. in. l. si finita. §. si de vectigalibus ff. de damno infe. Nellus de bannitis. prima parte secundi temporis. quæst. 25. contraria opinio crebrior est, vt Alexan. & ceteri aiunt in. l. 3. §. si filius. quod quisque iuris, & alibi sæpe. Quemada. quæst. 19.

16 Ob easdem omnino causas verisimum esse puto, bona materna filij familias hæretici ad fiscum pertinere, tamen si pater eum habeat in potestate, nam proprietates eorum bonorum filij familias est. l. 1. & l. 2. C. de bonis maternis. c. cum secundum. de hæreti. lib. 6. quamuis multi contrarium tradant. in. §. si de vectigalibus. & in alijs locis.

17 Publicatis quoq; patris bonis, peculium profectitium, quod eiusdem patris est, confiscatur: nam filius ad ministrationem dumtaxat peculij profectitij habet. Quod Cynus Baldus, Imola, & Alexander, mecum sentiunt. in dicto. §. si de vectigalibus licet multi aliter sentiant. in. l. 3. §. sed vtrum. ff. de minoribus: & alibi. Quemada. quæst. 19.

De bonis hæreticorum.

- 18 Publicatis bonis filij familias per consequentiam vsus fructus patri debitus confiscatur, etiam si filius ecclesiæ reconciliatus sit. Nam maxima capitis diminutione ius illud patriæ potestatis soluitur, cui consequens est, vt vsus fructus amittatur & cum proprietate ad fiscum perueniat. l. l. si viua matre. C. de bono mater. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminutio. §. cum autem. instit. quib. mod. ius patriæ potest. solui.
- 19 Vsus fructus eorum bonorum, quæ rogatus erat hæreticus restituere post mortem suam, fisco adiudicandus est, quo ad hæreticus moriatur. & hoc iure vtimur. l. statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci.
- 20 Etiam prædium illud quod censum debet ecclesiæ, propter hæresim domini confiscatur, saluo iure pensionis ecclesiæ præstandæ: quia dominij translatio non impeditur propter contractum illum, quem censualem vocant. glo. in. c. constitutus. de religio. domib. Alexand. consil. 14. libr. 2. Decius consil. 146. & 164.
- 21 Nunc videndum, an bona hæretici publicentur ab eo die, quo in hæresim incidit: non enim vsquã id planè sancitum est: nam lex pontificia nihil aliud ait, quàm bona hæreticorum ipso iure confiscata esse. Verum cõmuni omnium consensu receptum est, vt exemplo eius qui in crimen læsæ maiestatis incurrit, à die criminis bona hæretici omnia publicentur. c. cum secundum de hæretic. lib. 6. & illic interpretes omnes. l. vlti. C. ad leg. iul. maiesta.
- 22 Quo efficitur, vt donationes ab hæretico, quantumuis occulto, factæ, imperfectæ sint & non valeant. l. post contractum. l. donationes in concubinam. §. vltim. ff. de donationib.
- 23 Dotes quin etiam filiis datæ reuocantur a fisco, quamuis pro oneribus matrimonij dentur, & officium paternum sit, filias dotare. l. quisquis. §. emancipatio. C. ad leg. iul. maiesta l. pro oneribus. C. de iure dotium. l. qui liberos. de ritu nuptia.
- 24 Dotes quoque ab occultis hæreticis filiis sanctimonialibus datæ, vt vitam monasticam exigant, eadem omnino ratione fisco vendicantur. dicto. §. emancipatio. confert. l. hac in factum. ff. quæ in frau. credito.
- 25 Et generaliter atque vniuersè constitutum est, ex quo quis tale crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare posse, & quarum libet rerum alienationes, ex eodem tempore factas, nullius esse monenti. l. quisquis. §. emancipatio. & l. vltim. C. ad leg. iul. maiesta. vide. l. emptori duplam. ff. de euietione.
- 26 Sed bona eius qui defecit in purgatione, aut propter contumaciam damnatus est, non publicantur nisi ab eo die, quo hæreticus esse præsumitur, nõ autem a tempore, quo testes aiunt, illum fuisse hæreticum

atque

Titulus.

IX.

21

- atque hæc opinio benigna interpretatione recepta est. Gabriel Quemada quest. 8.
- 27 Sed est questionis, vtrum fisco vendicans res ab occulto hæretico venditas, teneatur emptori pretium restituere? Dubitatione affert, quia id iniquum esse videtur, nec lege aliqua expresse sancitum est: per consequentias tamen iuris periti aiunt, non esse pretium emptori restituendum, quia rem fisco debitam hæreticus malè vendidit, eamque fisco iure dominij vendicat. Et ita quodam instructionum capite cauetur, & communi sententia receptum est. Argumento. l. 2. C. de furtis & l. commissæ. ff. de publica. & vectigalib. l. 1. §. si quis in fraudem. ff. si quid in fraudem patroni. 2. instruct. Hispalen. cap. 6. omnes interpretes in. c. cum secundum leges. Syluester in summa, verbo restitutio. 3. §. 7.
- 28 Quam obrem quidam rectissime tradunt, peccare occultum hæreticum, qui bona sua vendit: quia emptorem in discrimen adducit, amittendi rem & pretium. Aliud esse putant, si donationes fecerit, aut alio lucratio titulo hæreticus alienaret: sed cū id in infraudem fisci sit, amplius deliberandum censeo. Syluester, verbo hæresis. 1. questio. 8. Franc. Victoria in relatione, de indis.
- 29 Multi tamen sunt casus, in quibus pretium restituitur, ei qui bona fide cum hæretico occulto con-

traxit. Ac primum quidem si numi soluti in bonis hæretici extant, reddendi sunt protinus emptori: ne fisco & rem & pretium habeat. l. ex his. ff. quæ in frau. credito. l. pe. in fine. ff. de rebus eorum.

30 Quod si non omnes numi, sed pars eorum reperta sit, ea sine dubio emptori restituenda est: quod enim iuris in toto, idem est in parte. l. quæ de tota. ff. de rei vendicat. l. an pars. ff. pro derelicto.

31 Pecunia quoque reddenda est emptori, & ei, qui occulto hæretico bona fide mutuū dedit, si ex ea pecunia factus sit hæreticus locupletior. vt puta, si prædium aut rem aliam emit, nam aut numi restituenti sunt, aut certe res numis empta. l. si cum dotem. §. vltim. ff. solut. matrim. l. imperator. §. vlti. cum. l. seq. ff. de legat. 2. l. quod dicitur. §. vltim. cum. l. seq. ff. de impen. in reb. dotalib. factis. l. si res. §. quod seruus. ff. de in rem verso. l. pater. ff. de adim. legat. l. apud celsum. §. 1. ff. de doli except.

32 Idemque est, si hæreticus numis illis res suas meliores fecerit, aut hypothecas liberauerit, aut censum redemerit. l. emptor. ff. de rei vendicat. 2. instruct. Hispalen. capit. 6. & omnes doct. in. c. cum secundum leges. Syluester, verbo hæresis. 1. questio. 4. Conradus de contractib. quest. 7. conclusione. 3.

33 Idem seruandum erit si propios creditores ex ea pecunia dimiserit, id est, si occultus hæreticus suis cre-

C 5 dito

De bonis hereticorum.

- ditoribus soluerit. Nam & ea pecunia in corpore patrimonij retinetur, nec absumpta videri potest. l. idem seruandum. ff. de lega. 2. l. emptor. de rei vendicat.
- 34 Non solum pecunia restituenda est ei, qui eum heretico bona fide contraxit, cum extant numi aut locupletior factus est occultus hereticus: sed etiam cum in rem eius versa est pecunia, vel tantundem consumpturus esset hereticus ex bonis suis. Quod multis quidem exemplis comprobare possum, sed nonnullis contentus ero. l. 3. §. & regulariter. ff. de in rem verso. l. in pupillo. ff. de solutionib.
- 35 Si pecuniam mutuo dedisti occulto heretico, qua se ipsum & familiam vestiuit & aluit, ea tibi restituenda est: quia in rem eius versa est. l. 1. §. in rem. & §. proinde. & l. vltim. ff. de in rem verso. l. mortuo. ff. de statu libe. Quemada que est. 7.
- 36 Si tuis numis occultus hereticus horreum necessarium, aut quippiam simile edificauerit: si edificiū ruens refecerit, si oliuera defecta restaurauerit, si vites propagauerit, vel arbores curauerit, vel seminaria aut aggeres fecerit, aut flumina auerterit, utique numi tibi reddendi sunt: l. 1. & 3. & l. impensæ. ff. de impen. in rebus dotilib. factis.
- 37 Si in valetudinem suam, aut familiæ, aut in funus suorum pecuniam meam hereticus occultus impenderit, tantundem à fisco recuperare possum, quia in rem eius pecu-

- nia mea versa esse videtur. l. 2. ff. de impen. in reb. dotilib. factis. l. & ideo. §. illud. l. filius familias. ff. de in rem verso. l. si necessarias. ff. de pignoratitia actio.
- 38 Sat est autem impensam esse pecuniam in res necessarias aut utiles, quamuis postea casu perierint. res enim domino perit, id est, aut heretico aut fisco. Verbi gratia, frumentum comparauit hereticus ad alendam familiam, & in horreo reposuit, & hoc perijt, vel corruptū est, vel arsit, nihilominus in rem versum esse videbitur. Idemque est, si feruum necessarium emerit, isque decesserit: vel insulam fulcierit, eaque ruerit, aut exusta sit. l. pignus. C. de actione pignoratitia. l. 3. §. nec non l. seruus. ff. de in rem verso. l. 4. ff. de impen. in reb. dotilib. factis.
- 39 Sed quomodo probabit emptor in utilitatem fisci versam esse pecuniam? Si ciuitas vendiderit, pretiumque receperit, cōmuni sententia receptum est, ut emptor, qui seruatis solennitatibus emerit, nihil præterea probare teneatur Bar. & ceteri in authen. hoc ius porrectum. C. de sacro san. eccle. Alciat. in. l. ciuitas ff. si cert. pet.
- 40 Quod magno quidem argumento est, non esse dilucidam probationem exigendam ab eo, qui bona fide rem aliquam ab occulto heretico emerit: nec enim est, quod ei possit imputari, qui diuinare non valuit, nec planè sibi prospicere. l. 3. ff. de senatus consulto. Macedo. l. Barba-

Tittulus.

IX

22

- Barbarius. de offi. prætor. l. si fide iussor. §. si cum debitor. ff. mandati.
- 41 Quam obrem etsi plerique putent, eum qui ciuitati & ecclesiæ mutuum pecuniam dederit, perspicuè probare debere, in utilitatem earum versam esse pecuniam, neque coniecturas sufficere: quia scire potuit ac debuit ecclesiæ conditionem & ciuitatis: ut iuris periti tradunt in authen. hoc ius porrectum. C. de sacro san. eccle. & in. l. ciuitas si cert. pet.
- 42 In eo tamen, qui ignorantia insuperabili mutuum dedit occulto heretico, verior proculdubio sententia est existimandi, probabiles coniecturas sufficere, ne fiscus ex alieno damno sit locupletior. l. cum hi. §. sane. ff. de transactio. gloss. in dicta authen. hoc ius porrectum. & inibi pet. Cynus, Sali. Paul. & alij multi in. d. l. ciuitas.
- 43 Proinde si quis egentem heretico bona fide pecuniam mutuam dederit, & postea probauerit, eum indigentem eo tempore fuisse, & ad sint præterea aliquæ præsumptiones, quibus verisimile sit, pecuniam in alimenta familiæ, aut in rem aliam utilem aut necessariam consumptam esse: utique boni viri arbitrio restituenda est creditori ex bonis heretici publicatis. Decius. & Alciat. in dicta. l. ciuitas.
- 44 Atque hoc multo magis procedet, si creditor probare potuerit, tempore mutui indiguisse hereticum pecunia mutuatitia, & post rece-
- 45 ptam pecuniam, id consecutum esse, propter quod mutuum datum fuit. Verbi gratia, domus heretici occulto minabatur ruinam, ego illi indigenti mutuum dedi, ut eam reficeret, atque ille domum refecit verisimile quidem est, mea pecunia id factum esse. Quod ipsum in alijs speciebus similibus locum habebit. l. vltim. ff. de exercito. actio.
- 46 Huc accedit, quod si probentur extrema, media quoque probata esse videntur. Nec omnino male infertur: indigens ædificat, seruos emit, fundum colit, & pecuniam mutuatus est, ergo ex pecunia illa ædificat, emit, expendit: hoc enim probabile atque admodum verisimile est. ca. inter dilectos. de fide instr. l. talis scriptura de legat. 1. l. ass. conf. lib. 3.
- 47 Accedit eodem, quod nusquam in iure probatur, creditorem, qui occulto heretico pecuniam mutuam dedit, grauandum esse onere probandi, pecuniam versam esse in utilitatem heretici: quinimo, ut Vlpianus in specie non valde dissimili ait non debet pecuniam perdere, qui mutuam dedit, nec ei imputari cur dederit, aut cur non diuinauerit. l. §. si mutuam. ff. si quid in fraud. patroni. l. si fide iussor. §. si cum debitor. ff. mandati.
- 48 Accedit etiam, quod que liquido probari non possunt, sat est ut argumentis probentur: nec enim unquam impossibilis probatio exigitur.

De bonis hæreticorum.

tur: qualis proculdubio foret, si cre-
ditor probare teneretur, in hac aut
illam rem pecuniam eandem im-
pensam esse, quam occulto hæreti-
co bona fide mutuam dedit. l. non
omnis. §. à barbaris. ff. de re milita.
48 Nec moueat quæquam, quod
vulgò dicitur, probatio debet ne-
cessario concludere: id enim ciuili-
ter accipiendum est, iuxta subiectã
materiam. Sæpe quidem præsum-
ptiones & argumenta pro plenis
probationibus haberi solent: & hac
in re plurimum arbitrio iudicis tri-
buendum est. Nam quæ argumen-
ta, ad quem modum probandæ cui-
que rei sufficiant, nullo certo mo-
do satis definiti potest. Ideoque iu-
dex magis scire potest, quanta fides
testibus sit habenda, & confirma-
bit motum animi sui ex argumen-
tis & testimonijs, quæ rei aptiora,
& vero proximiora esse compere-
rit. l. 3. §. tu magis. & §. eiusdem & l.
ob. carmen. ff. de testib.
49 Quoties igitur creditor probat
occultum hæreticum indignisse,
cum ab eo accepit mutuam pecu-
niã, toties verisimile est, pecuniam
in rem hæretici versam esse. Nec
enim præsumi potest, eam perdi-
disse, aut vento vixisse: sed ex ea se
ipsum & familiam suam aluisse. l. si
defunctus. C. arbit. tutelæ. l. vlti. C.
de alimen. pupillo præstan.
50 Ac multo id magis procedet, si
præterea creditor probet, hæreticũ
post acceptum mutuam, ædificasse
aut refecisse, aut emisse, aut simile

quippiam fecisse: quia verisimilius
est, ex pecunia creditoris ea esse fa-
cta, quam quod aliunde alij numi
ei obuenerint. Quam obrem, mea
quidem sententia, his probatis, pec-
cunia reddenda est creditori: nec
æquum est euidenti & impossibili
probatione eum onerare. l. vlti. ff.
quod cum eo.

51 Idemq; seruandum, cum is qui
emit rem aliquam ab occulto hæ-
retico, eadem probauerit. Par enim
ratio utrobique est: nec vsquam in iu-
re cautum inuenies, vt is qui bona
fide cum occulto hæretico contra-
hit, euidentiore probatione fa-
cere teneatur. Nec fiscus hac in re
priuilegium aliquod habet: sed iu-
re priuatorum hominum vti de-
bet. l. item veniunt. §. in priuatorũ.
ff. de peti. hæredi.

Addendum eodem est, quod in
speciebus supra memoratis, liqui-
do constat, pecuniam emptori &
creditori debitam esse: incertũ est
autem, an fiscus eandem habeat. Sa-
tius est igitur eam reddere credito-
ri vero, quam fisco in dubio relin-
quere, qui bona hæretici & aliorũ
innocentium simul occupare solet.
In dubijs enim rebus vt Aristoteles
in problematis ait, ad eam partem
vergere oportet, in qua si forte sit
erratum, peccetur leuius. Confert.
l. quoties nil sine captione. de re-
gul. iuris & l. absentem. ff. de pec-
nis.

53 Accedit huc, quod in dubijs
quæstionibus facile contra fiscum
respon-

Titulus.

IX

23

respondendum est: præsertim cum
lucrum quærit cum aliorum iactura.
Tamet si non desint, qui Modestini
sententiam corrumpentes, di-
cant non facile delinquere eũ, qui
in dubijs quæstionibus contra fiscũ
responderit. Sed magis miror, Frã-
ciscum Duarenum, virum quidem
eruditum scribere, non esse verum,
quod plerique asserunt, in dubijs
quæstionibus contra fiscum iudicã-
dum esse. Quamuis enim respon-
sum sit, eum non delinquere, qui
contra fiscum responderit, nam id
(inquit) idem responsum est, quia
plectebantur olim, qui fisco parum
faciebant: quod nusquam legimus
nec vnquam arbitror esse relatum
l. non puto. ff. de iure fisci. l. vlti. C.
de codicil. Duarenus in. l. i. ff. solut.
matrimo.

54 Quin etiam id nos generaliter
accipere debemus: quia sub opti-
mo principe viuimus. Scribit enim
Plinius in panegyrico ad Traianũ:
quæ præcipuè tua gloria est, sæpe
vincitur fiscus: cuius mala causa nõ
quam est, nisi sub bono principe.
& Iulius Capitolinus in vita Marci
Antonini: fisco in causis compen-
dij nunquam iudicans fuit, & à
Plotina vxore correptus Traianus,
quod calumnijs procuratorũ pro-
uinciæ diu exarentur: mox detesta-
ri cœpit improbas exactiones, fiscũ
lienem vocans, quod eo crescente,
reliqui artus tabescunt. Itaq; Traia-
nus, Adrianus & Iustinianus con-
tra fiscum respondisse traduntur: &

multi contra eundem multa scri-
psere. l. i. de interdi. & relega. l. cum
ratio. ff. de bo. damna. l. i. §. vlti. C.
de cadu. toll. Eutropius lib. ii. re-
rum Romanarum. Cælius lib. 4. le-
ctio. antiqua capit. 18. Guil. Benedi.
in. c. Raynutius, parte, mortuo ira-
que. i. Ripa in. c. inter cæteras de re
script. Alciat. lib. 8. Parergon cap. 6
Lazius lib. 2. commentario. reipn.
Romanæ cap. 14.

55 Quod autem diximus pro credi-
tore contra fiscum facile responde-
dum esse, id locum habet in dubijs
quæstionibus, vt ait Modestinus.
Aliud est in rebus certis: nam si qui
spiam sciens aliquem hæreticum
esse, ab eo emit, aut ei mutuam pe-
cuniam dederit, non solum pretio
carere debet, sed etiam in eum in-
quiri poterit, quia hæreticum ho-
minem inquisitoribus non indica-
uerit. C. decreuit. de hæreti. lib. 6. l.
si debitor. ff. quæ in fraude. credito.
nouella. 131. de ecclesiasti. canonib.
§. pen.

56 Non tantum à die hæresis alie-
nata ab occulto hæretico reuocan-
tur: sed ea etiam quæ in fraudem fis-
ci paulo ante alienauerit. Fraus au-
tem probabitur verbis & factis hæ-
retici. Verbis, si dixerit se metu cõ-
fiscationis ea bona alienare: factis,
si omnia bona sua sine euidenti cau-
sa alienauerit: si post alienationem
possidere reperiatur: si statim post
alienationem hæresis eius reiecta fue-
rit. l. in fraudem ff. de iure fisci. l. o-
mnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cre-
dito.

De bonis hæreticorum.

- dito. l. pignus. §. superuacuū. quib. mod. Pignus vel hypo. Sol. & l. & qui sub imagine. C. de distra. pigno. l. si ventri. §. vlti. de priuil. credi. traditur ab omnibus in. l. post cōtractum. ff. de donationibus.
- 57 Sed & si vxor aliquid alienauerit sine licentia viri, & postea in hæresim incidat, reuocabit fiscus rem alienatā: quamuis contractus confirmatus fuerit iuramento, leges enim regiar, tales cōtractus prohibētes, nō in vxorem quidē, sed in fauorē virorū factę sunt Bar. in. l. vlti. C. ne fideiussor. dot. dētur. Lucas in. l. extrema. C. de præd. decurio. Ang. consi. 160. Areti. cōsi. 54. Ale. cōsi. 27 lib. 1. Corne. consi. 121. lib. 4. Soci. cōsil. 77. lib. 1. Tiraquel. post leges conubiales glo. 3. nu. 37.
- 58 Cum autem alienata ab hæreticis reuocātur à fisco: male fidei possessores bona cū fructibus restituere debent. l. ait prætor. §. per hęc. cū seq. & l. vlti. §. non solum. ff. quæ in fraud. credito. l. videamus. §. in Fauiana. ff. de vsuris.
- 59 Quin etiā bonę fidei possessores post litem contestatam & controuersiam motam, incipiunt male fidei possessores esse, & quasi prædoneste nētur: cœpit enim scire rē ad se nō pertinentem possidere, is qui interpellatur. l. sed & si lege. §. etiam. ff. petit. heredita. l. 2. C. de fructib. & lit. expensis.
- 60 Animaduertendum verò est, in probatione tēporis, ex quo quis in hæresim incidit, q̄ sola rei confessio emptoribus & creditoribus nocere nō potest, nisi testibus cōprobata sit. Nec enim vnus dicto fides haberi debet, etiā si Cato is esset. Quod rectissimè Barto. tradit. c. licet vniuersis de testi. l. ius iurandi. C. eod. tit. Bar. in. l. edicto. ff. de iure fisci.
- 61 Sed quamuis tā multa, quam dixi, propter hæresim publicētur: quædam tamē sunt, quę in cōfiscatione non veniūt: qualia sunt bona futura. Nā publicatis bonis, quid quid postea acquiritur, nō sequitur fiscū sed publicatur dūtaxat id quod hæreticus habuit, cum damnaretur. l. si mādauero tibi. §. is cuius bona. ff. mādati. l. eius qui. §. 1. ff. de testamē. c. felicitis. §. verū de pccnis lib. 6. Curtius Senior consil. 59.
- 62 Qua ratione iura conditionalia ex vltima voluntate pendētia, si cōditio extiterit post cōdemnationem, ad fiscū non transeunt. l. 1. §. sin autē aliquid. c. de cadu. tollen. l. interdict. ff. de condit. & de monstra. glo. recepta. in. l. non ad ea. eodem titu. Quemada quæst. 10.
- 63 Alimenta quoq; nō publicātur: aut enim alimentarius exuritur, & eo casu ius alimentorū finitur: aut ecclesię recōciliatur, & ei alimenta præstantur. l. is cui alimenta. ff. de aliment. & ciba. legat. l. pen. de capite minutis. l. si in metallū. ff. de his quę pro nō script. habent. l. qui bonis. ff. de cessione bono. Feli. in. c. apostolicę de exceptionib. Bart. & ceteri omnes in. l. si victum. ff. re iudica.
- 64 Et generaliter cōfiscatio bonorū hære

Titulus.

IX.

24

- hæretici non debet alijs esse damno sa: nec perdendus est pius cum impio, nec est alius pro alio puniendus. Deniq; natura equum est, neminē cum alterius detrimento fieri locupletiorē. Genesis. 18. l. sancimus. C. de penis. l. nam hoc natura. ff. de cond. indebi.
- 65 Quo efficitur, vt si quid alienum repertū fuerit inter hæretici bona, vt puta, depositum, cōmodatum, conductū, id omne illico domino eius sit restituendum. Par enim culpa est, iniuste detinere, atq; inuadere alienū. l. in fraudem. §. ex his. ff. de iure fisci. l. si vtri. ff. de reb. iudi. aucto. possi. c. sepe. de restitu. spoliato.
- 66 Hinc plurima decidi possunt: ego tamen ea nūc referā, quę dignū tractatū habent. Marito impietatis dānato, fiscus dotē vxori confestim reddere debet. Nec fiscus viderē potest fundū dotalem, excepto si sciēs marito hæretico nupserit. l. si marito. ff. solut. matri. l. 2. ff. de fundo dotali. c. decreuit de hæreti. lib. 6.
- 67 Dos autē restituēda est vxori, nō quę inaniter dotalibus instrumētis cōscripta fuerit, aut quę sola mariti cōfessione probatur: sed quā vxor alijs quoq; probationibus viro traditā fuisse docuerit. l. 1. C. de dote cauta non numera. l. si quis post hac. C. de bo. dānato. glo. & omnes in. l. a. fiduis. C. qui potio. in pigno. habeā.
- 68 Sed cū dotis promissio ac dotale instrumentū præcessit, & postea cōfessio cōsequuta est, pleriq; putant, his solis plenē probatā esse dotis numerationē: mea tamē sentētia alijs quoq; præsumptionibus & verisimilibus cōiecturis opus est, ne cōfessio illa in fraudem fisci aut creditorum fortē simulata sit. l. in cōtractibus. §. sed quoniā. C. de nō nume. pe. Soc. & ceteri in. l. 1. ff. solu. matri. Aymo. cōsi. 40. Couar. li. 1. resolutio. cap. 7.
- 69 Hæredes mariti, atq; adeo fiscus, qui eius successor est, vt possunt aduersus vxorē exceptione dotis non numeratę: ita tamen, vt intra annū continuū à morte, vel cōdemnatione mariti, ea exceptio proponatur. l. vlti. C. de dote cauta nō nume. l. si cui. C. de nō nume. pecu. l. 2. §. ex his ff. de ver. obli. l. quod id herede. ff. de tributo. Rolan. con. 31. Quema. q. 4
- 70 Restituenda quoque sunt vxori bona paraferna, & alia eiusdem propria, quocunq; titulo quæsita. l. si quis post hac. C. de bonis dānato. l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. l. 2. C. ne vxor pro marito.
- 71 Idemq; est in parte illa lucrorū, quę regijs legibus cōmunia sunt cōiugū: quia dimidia pars ad vxorem pertinens, ei restitui debet: cuius augmentū crescit vsq; ad sententiam publicationis bonorū declaratoriā regia lex Taurina. 77. Segura li. de bonis lucrati. Lupus in rubri. de donatio. inter vir. & vxor. §. 66. Chasse. in consuetudi. Burgun. rubri. 2. §. 2. Quemada quæst. 6.
- 72 Neque donationes propter nuptias, neq; arrhę vxori datę, marito hæresis dānato, confiscantur, sed ad vxorem pertinent: quia pudicitia præmio

De bonis hereticorum.

premio cedunt. Idem iuris est in parte eorum, que data sunt sponsa, osculo interueniente. l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxor. & l. si quis post hac. de bonis dana. l. si a sposo. C. de donatio. ante nupt. Lupus in rubri. de donat. inter vir. & vxor. §. 66.

73 Queri autem potest, an vxor que scies nupsit heretico, sicut priuatur dote sic etiam priuetur arrhis, siue donatio ne propter nuptias? Sed ea questio facta est: quia hereticus non potest donare propter nuptias. c. cum secundum de hereti. lib. 6. l. post contractum. ff. de donatio.

74 Plusculum dubitationis habet, an bona que sita constante matrimonio inter coniuges, diuidenda sint inter vxorem & fiscum. & cum vxor deliquerit nubes heretico, & turpia ea lucra esse videantur, consequens est ut nihil eorum ad vxorem pertineat. c. decreuit de hereticis lib. 6. l. 1. §. plane. ff. de tute. & ratio distrahendi siue hereditaria ff. de nego. gestis. l. quod seruus de acqui. posse. l. quod autem. ff. pro socio. l. 1. ff. vnde vir. & vxor.

75 Occultus hereticus fundum dotalem vendidit, consentiente atque iurante vxore: deinde fiscus vendicauit fundum, que vxor vendicare non poterat: questum est, an vxor fundum illum repetere possit a fisco? & quia nouum non est, ut ex alterius persona quispiam consequatur, quod ex sua consequi non valebat: nec equum est ut fiscus locuples sit cum vxoris detrimento: pro vxore contra fiscum pronunciauimus. l. non putauit. §. si exheredatus

& l. si post mortem. ff. de bon. posse. contra tabu. l. per procuratorem. ff. de adqui. heredi. l. Aristo. ff. que res pigno. obliga. non possunt. l. si filius. ff. de bo. liberto.

76 Propter heresim viri non publicantur donationes facte vxori a consanguineis eiusdem viri, excepto sinominatum dictum sit tempore donationis facte ab eo, qui donauit, ut marito acquiratur. l. si mater. C. de donatio. ante nupt. l. si ita stipulat. §. chrysozonus in fine. ff. de verbo obli. Lupus in rubri. de donatio. inter vir. & vxor. §. 45. Alcia. lib. 1. de presumptione. cap. 18.

77 Idem dicimus in donatione facta filio arrogato: itemque vni ex sociis: ea enim ei acquiruntur, cui facta fuerit: nisi forte aliud sit dictum tempore quo facta est donatio: ergo non publicabitur propter alterius heresim. l. socium qui in eo. §. vlti. ff. pro socio. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupilla. & illic Bar. & ceteri. Corne. consi. 81. & consi. 149. li. 1. Soci. consi. 33. lib. 3.

78 Eadem dicenda sunt in muneribus, que legatis dari solent: quia legatis acquiruntur, & ab eis auferuntur, si heretici fuerint: nisi expresse aliud sit adiectum donationi: atque hec quidem communi omnium consensu recepta sunt in. l. si vero. §. item quidquid. ff. solu. matri. & in. l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurato. Alcia. li. 1. de presumptione. cap. 18. Brunus li. 4. de legationibus. cap. 6.

79 Quamuis filius familias viuo patre

Ticul. IX.

25

tre dominus bonorum eius quodammodo existimetur, publicatis tamen bonis filij, non confiscatur portio illa legitima, que post mortem patris ei debetur. l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. si qua pena. de his qui sunt sui vel alie. iuris. l. qui supstitis. de acqui. heredi. omnes interpretes in authent. nouissima. C. de inoffi. testa. & in. c. 2. de deli. puero.

80 Filio familias impietatis dano, non publicatur peculium profectitium ei a patre concessum: quia proprietatis eius non filij, sed patris est. l. 3. §. sed vtrum. ff. de mino. l. 3. C. de bo. pscript. l. depositi. & l. quam tuberis. ff. de peculio. communiter oes. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dano infe.

81 Patrefamilias heretico damnato, non confiscatur usus fructus, quem habuit in bonis filij aduertijs. nam cum filius efficiatur sui iuris, consequens erit, ut usus fructus ad eum cum proprietate pertineat. c. 2. §. vlti. de hereti. lib. 6. l. cum oportet. & l. quacunque. C. de bo. que libe. l. si viua matre. de bo. mater. §. finitur instit. de vsu fructu. Ruinus consil. 24. lib. 5. Boherius decisione. 7.

82 Quasitum fuit, an maritus alienare posset partem dimidiam lucrorum, que legibus regijs ad vxorem pertinebant: si tempore alienationis vxor heretica erat? & magis puto, reuocari posse alienationem, si sciebat vir, vxorem hereticam esse: quia nec vxor ipsa, si vidua foret res illas alienare posset. l. quisquis. §. emancipatio & l. vlt. C. ad leg. iuli.

maiest. c. cum secundum. de hereti. lib. 6. Si autem occultam vxoris heresim maritus ignoret: probabile quidem est, ut talia bona maritus alienare queat. Lege enim regia viro concessum est, ut inscia & inuita vxore lucra illa possit alienare: quo iure propter occultam vxoris heresim non videtur esse priuatus: quandoquidem alia lege regia declaratum est, ut lucra illa possint augeri vsque ad sententiam definitiuam. Ergo per consequentias maritus interim res administrat, & eas bona fide minuere, sicut augere poterit. l. vlti. tit. 4. lib. 5. ordinatio. & regia. item lex taurina. 77. l. secundum naturam. ff. de regul. iuris. l. 1. §. pro secundo. C. de cadu. tollen.

In dubio autem bona fides & ignorantia presumitur: & ut eleganter inquit Vlpianus, plerumque credendum est, qui partis dominus est, eum iure potius suo uti, quam furti consilium inire. l. pen. C. de euitio. l. verius. ff. de probat. l. merito. ff. pro socio.

Adde quod lex illa regia onus probandi transfert in eum, qui dixerit, alienationem lucrorum dolo aut fraude a marito esse factam. Sub qua quidem regula comprehenditur fiscus: tum quia in ius succedit vxoris: tum etiam, quia nisi excipiatur fiscus, iure priuatorum vitur. l. vlti. tit. 4. lib. 5. ordinat. l. qui in ius. ff. de regul. iuris. l. quod in herede. ff. de tributo. l. item veniunt. §. in priuatorum. ff. de peti. heredi. l. 2. & 3. de alimé.

D &

- & ciba. legat.
- 86 Sed et si maritus ea lucra vendere, aut iusta ex causa alienare queat: donare tamen non poterit: nec enim ad hoc libera eorum administratio concessa est, ut perdat. l. filius familias. ff. de donat. l. contra iuris. de pact. regia. l. 206. styli. Suares in. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori regij.
- 87 Bona viri hæretici Ecclesiæ reconciliati, publicata sunt: deinde alienare voluit partem dimidiam lucrorum, quæ uxori adiudicata erant: quæsitum fuit, an id facere posset, uxore inuita? & cum societas illa publicatione soluta fuerit, & vir partem lucrorum perdidit, & altera pars uxoris propria sit: denique cum maritus ad inopiam culpa sua puenerit: probabile quidem est, ut non magis ea bona alienare queat inuita uxore, quam alia vel dotalia, vel paraferna. l. 4. & l. verum. §. vlti. l. actione. §. publicatione. ff. pro socio. l. vbi ad huc. C. de iure. Dot.
- 88 Propter hæresim clerici ex bonis ecclesiæ nihil est publicandum: & qui secus fecerit, in sententiam excommunicationis incurrit, & ab ea non est absoluendus antequam Ecclesiæ satisfaciatur. Sed ea sanctio locum non habet in eo qui confiscat libros Monachi Franciscani hæretici: quia non sunt monasterij, quod nihil proprium habet. Clem. 1. de hæreti. Aymo. de antiquitate parte. 4. §. 1. in fine.
- 89 Cui confine est, ut bona clerici

hæretici, quæ ex ecclesia, vel eius respectu acquisierit, publicari nõ debeant, sed eidem ecclesiæ restituenda sint. Et ita pontificij tradunt. c. relatum. 2. c. requisisti. de testamen. c. excommunicamus. 1. §. primo. de hæreti. & ibidem glos. collecta. & cæteri. Ancha. in cap. cum secundum. de hæreti. libro sexto. Cardi. in Clem. 2. Feli. in. c. vergentis. & Brunus libro quinto cap. 6. de hæreti.

90 Sed cum vera sententia sit, quod clerici verum dominium habent fructuum suorum beneficiorum: & moribus ac legibus Hispaniæ receptum sit, ut clerici libere eosdem fructus etiam in vltima voluntate, alienare ac distribuere possint: relinquitur planè, ut propter hæresim confiscari queant. Ioan. maior in libro quarto sent. distin. 24. quæstione vigesima. Gabriel distin. 15. quæstio. 8. Syluester. verbo, clericus. 4. Corne. consil. 314. libro tertio. Zasius consil. nono libro secundo. Couar in. c. cum in officijs. de testamen.

91 Et quamuis multi putent patrimonium & alia bona clerici hæretici, ad episcopum pertinere: ita tamè ut ea distribuant in usus pios. Abb. Socinus, Ana. Feli. & cæteri in. c. excommunicamus. 1. §. 1. de hæreti.

92 Verior tamen & iustior sententia est, ut ad fiscum ea bona pertineant, pro alimentis eorundem clericorum pœnitentium, & aliorum pauperum, & salarijs, atq; alijs impensis sancti

sancti huius officij: idque cautum est constitutione extrauagante Bonifacij, ut Bossius retulit, & eo iure maiores nostri, & nos semper vsi sumus: nec defunt idonei eius sententiæ authores. c. placuit. c. quicumque. 12. quæst. 3. c. nulli. c. fixum. c. si episcopus. 12. q. 5. melius in. c. de lapsis. 16. q. 6. Oldra. consil. 17. Ioan. and. ad speculum. tit. de feudis. §. pen. Ancha. in. c. ea quæ. de regul. iuris lib. 6. quæst. 22. Paul. consil. 154. Benedi. in. c. raynutius. parte, & uxorem. num. 240. Couar. libro secundo, resolutio. capite 9. Pet. rebuffus in proce. constitutio. regiarum. nu. 35. Bossius nu. 33. tit. de hæreti.

93 Bona restitutioni subiecta, quæ possidebat hæreticus, non publicantur: sed ei restituenda sunt, cui post aliquod tempus relicta erant. Imperator. ff. de fidei commissa. liberta. l. statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci. Alex. consil. 23. lib. 1. Ruinus consil. 124. lib. 2. & consil. 23. lib. 5. Caseneus in consuetudi. burgun. rubri. 2. §. 2. Quemada quæstione decima septima.

94 Quin etiam si filio suo rogatus sit hæreticus aliquid restituere, id à filco restituendum est illi: quia pertinet ad filium, non tanquam ad hæredem, sed ut ad creditorem. l. vnum ex familia. §. 1. & seq. ff. de legat. 2. probus ad Ioan. Mona. in. c. cum secundum. de hæreti. lib. 6.

95 Ius patronatus ecclesiasticum transit natura sua etiam ad hære-

des extraneos: quam ob rem bonis patroni publicatis, ius illud ad fiscum pertinere videtur: quia loco hæredis extranei fiscus est. Inno. & cæteri in rubri. de iure patrona. Decius consil. 149. Igneus in. l. necessarios. §. non alias. nu. 403. ff. ad Sillania.

96 Obtinuit tamen, ut ius patronatus non publicetur, sed ecclesia libertatem consequatur: sicut alij liberantur, qui iure Dominij & obsequij hæretico erant astricti. c. vlti. de hæreti. l. iura libertorum. ff. de iure patrona. Imo. in. l. insulam. ff. solu. matri. Caseneus in consuetudine burgun. rubrica secunda. §. 2. nu. 9. Plenius Casar. lamberti. libro 3. de iure. patrona. quæstio. octaua. arti. 8.

97 Emphyteusis hominis priuati in fiscum transit propter hæresim emphyteutæ: sed ius suum integrum Domino conseruatur, quia fiscus in ius priuati succedit. Quemada quæst. 11.

98 An emphyteusis ecclesiastica transeat in fiscum publicatis bonis emphyteutæ, quæritur? & iam ante dixi de re quæ pensionem, siue censum soluit Ecclesiæ. Tabeliones autem hos contractus, longè dissimiles, miscere & cõfundere solent: sed natura eorū potiùs, quàm verba, consideranda est: nec enim mutatur vocabulis vis rerum, ut ait Fabius libro nono capite primo. l. insulam. ff. de præscript. verbis. l. sed celsus. §. 1. ff. de contra-

De bonis hæreticorum

- hen. empt. Ias in. l. i. C. de iure emphyteu. col. ii.
- 99 Quæstio autem proposita pendere videtur ex alia. Num res ecclesiæ in emphyteusim data, transire possit ad heredem extraneum? Nam si id non: neque ad fiscum perueniet, qui extraneus successor est. l. iura libertorum. ff. de iure patrona.
- 100 Crebrior quidem opinio est, emphyteusim ecclesiæ ad extraneos successores peruenire non posse: vt Decius, Gozadinus & alij auctores sunt. Decius in. c. in presentia. de probatio. Gozadi. consil. 39. Casene in consuetudi. burgun. rubrica 2. §. 2. nu. 10. Rolandus consil. 96.
- 101 Multi verò aiunt contrariam opinionem esse veriore. Quin etiam Felinus, & Corneus testes sunt, hanc esse communiter approbatam. Feli. in eodem cap. in presentia. de probat. Corne. consil. 13 l. 3.
- 102 Ea tamen distinctio vera & recepta est, qua & vtraque opinio defendi potest, & soluitur quæstio supra tacta. Aut enim emphyteusis rei ecclesiasticæ fit, non præcedentibus iuris solennibus, alias necessarijs ad eas res alienandas: & eo casu, neque ad pronepotes, nec ad hæredes extraneos, nec ad fiscum transit. nouella. 7. de non alienan. §. emphyteusim.
- 103 Aut res ecclesiæ in perpetuam emphyteusim traditur, antecedentibus necessarijs solennibus ad alic-

nationem rerum ecclesiasticarum: & in ea specie ad extraneum heredem transit, atque adeò ad fiscum: nouella constituit. 120. de aliena. & emphy. §. licetiam. Matthe. neapolita decisione. 100. Curtius iunior consil. 4. Gozadi consil. 86. Gratus consil. 55. lib. 1. & consil. 128. lib. 2. Couar. lib. 2. resolutio. cap. 17. Boffius titul. de bonorum publicatione nu. 60.

104 Sed hoc est ecclesiæ ius singulare, vt possit rem suam in emphyteusim datam, recuperare, & fiscus eam restituere teneatur. Quod & senatusconsulto cauetur. C. felicis. §. si qua verò de pœnis lib. 6. Odra. consil. 17. Ancha. in. c. cum secundum. de hæreti. lib. 6.

105 Optio quoque datur ecclesiæ, vt intra biennium deliberet, an velit habere fiscum in emphyteutam, vel rem suam in emphyteusim hæretico datam, recuperare malit. nouella. 120. de alienat. & emphy. §. porro si quamlibet rem. Bar. Roma. & Alex. in. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infe. Ancha. in. c. postulasti. de foro compet. Imo in. C. ex parte. de feudis. Guil. & Bal. in. l. si quis presbyter. C. de episco. & cleri. Decius consil. 442. Ruinus consil. 23. lib. 5. Quemada quæstio. 12.

106 Vtrū ecclesia possit restitui aduersus lapsum huius biennij: verius & benignius est vt id ecclesia facere queat: quia melior eius causa est, quam fisci lucrum captantis

Titul.

IX.

27

- prantis. Quemada. quæst. 13.
- 107 Ex factò tractatum fuit, an ecclesia possit rem suam in emphyteusim datam, recuperare cum meliorationibus, & nihil pro eis fisco soluere. Quæstio quidem anceps erat: plerisque tamen placuit, quia hæreticus rem illam post hæresim, meliorem fecerat: vt ecclesia expensas ex numis ad fiscum pertinentibus factas eidem fisco redderet.
- 108 Si verò emphyteuta rem ecclesiæ meliorem fecerit, & postea in hæresim incidat: publicatis eius bonis, emphyteusis gratis restituenda est ecclesiæ cum meliorationibus: quæ quidem iure accessionis ac veluti consolidationis ad ecclesiam pertinent. Adde quod ecclesiæ fundus propterea solet in emphyteusim pro exigua pœsione dari, vt melior pretiosiorque factus aliquando ad ecclesiam redeat. Et ea quidem fuit olim emphyteusis origo: dabatur enim fundus in emphyteusim, id est in plantationem, vt qui acciperent, plantando & inserendo, rem sterilem, in meliorem statum reductam, fertilem redderent. l. 2. & 3. C. de iure emphy. Corasius in. l. qui pignori. ff. de seruit.
- 109 Accedit eodem, quòd quoties propter culpam priuatur emphyteuta iure suo, toties res in emphyteusim data redit ad dominum proprietatis cum meliorationibus. Ad ecclesiam ergo redire debet pleno iure emphyteusis propter hæresim possessoris confiscata. Authen. qui

res. C. de sacrosan. eccle. & inibi. Decius. Ias. in. l. 2. de iure emphy. Decius consil. 171. & 518. Quemada quæst. 12.

110 Cum autem fundus cum meliorationibus traditur, Dominus reddere debet impensam, eo usque duntaxat, quo fundus pretiosior factus est: & si plus pretij fundo accessit, solum restituet, quod impensum est. Itaque fundi Dominus eliget vtrum soluere malit, quod impensum est, aut quod fundus pretiosior factus est. l. in fundo. ff. de rei venditi.

111 Sed an impensæ compensandæ sint cum fructibus ex eodem fundo perceptis: quæstio quidem implicita est, & quæ distinctione indiget. Nam si eo tempore Dominus fundi fuit, quo impensas fecit, fructus fundi suo iure percepit, eosque compensare non debet. Et ita omnium sententia receptum est. glo. & omnes in. l. emptor. ff. de rei vendi. Tiraquel. de retractu conuentionali. §. 7. glo. 1. Couar. lib. 1. resolutio. cap. 8.

112 Idemque erit, eademque ratio, si is qui fecit impensas bonæ fidei possessor erat. Non enim compensare tenetur fructus perceptos ante litem contestationem: quia eos omnes & naturales & industria sua perceptos, suos iam fecerat. l. emptor. & l. sumptus. ff. de rei vendicat. l. Paulus respondit. §. vltimo. ff. de pignoribus. l. qui scit. & l. in pecudum. ff. de vsuris. l. bonæ fidei

De bonis hæreticorum

- ff. de acqui. rerū domi. Forcatulus in penu iuris ciuilis. c. 18. Vafquius Menchacensis lib. 3. quæstio. c. 70.
- 113 Possessor verò malæ fidei & is qui bonâ fide possidebat, post litem contestatam: fructus perceptos compensare debent cum meliorationibus: quia eos non faciunt suos. l. plane. in fine. & l. sed & si lege. §. etiam. ff. de peti. hæredi. l. emptor. & l. sumptus. ff. de rei vendi. l. domum. C. eodem tit.
- 114 Hæc autem compensatio fit vsque ad concurrentem quantitatem. Quod si meliorationes à possessore factæ, fructuum perceptorum summam excedant, Dominus fundi superfluum possessori restituere cogitur. l. sumptus. ff. de rei vendi. regia. l. 40. cum seq. titu. 28. parte. 3. l. in insulam. §. 1. ff. solut. matri. l. 1. §. vlt. & l. Paulus. §. Dominus. ff. de pignori.
- 115 Quid, si fructus percepti a malæ fidei possessore pluris sint, quàm meliorationes? & hoc etiam casu id quod excedit restituendum est Domino fundi: alia quoque ratione, quia fructus mala fide percepti vero Domino restitui debent. l. item veniunt. §. cæterū. cū seq. l. sed & si lege. §. quod autem. & §. perinde. l. illud. §. prædo. ff. de peti. hæredi.
- 116 Quidam putant fructus perceptos à bonæ fidei possessore, restituendos non esse post litem contestatam, neque compensandos cum meliorationibus: eo scilicet casu, cum percepti sunt ex fundo sterili pretiosiore facto, sumptibus & industria eius. Nam in ea specie satis esse videtur, vt fundi sterilis Dominus, fertilem eum gratis recipiat, nec improbus sit exactor, & locupletior fiat cū detrimento alterius. Et hac sententiâ Senatus noster contra fiscū vti solet: quid quid alij tradant. confert. l. vlti. C. de alluuiō: & illic Bal. & Salice. l. cæterum. ff. de rei vendi. Platea. in l. vlti. C. de omni agro deser. l. ii. Capicius Neapolitana decisio. 72.
- 117 Si vero fundus non erat prorsus sterilis, sed sumptibus bonæ fidei possessoris pretiosior factus est, ante litem contestatā fructus quidem suos facit, vt ante dixi: post litem verò contestationē fructus perceptos compensare debet, sicut male fidei possessor. l. sumptus. & l. emptor. ff. de rei vendicar.
- 118 Sed & ea sententia æquissima, & à plerisque recepta est: vt qui magnas impensas in re aliena fecerit, soluere Domino possit: eius rei æstimationem, id est, quo res illa æstimanda foret, si melior facta non esset: & ea æstimatione dño præstita, nihil præterea soluere teneatur: sed deinceps rei dñs sit. l. 2. & inibi Bar. & cæteri ocs. C. de præd. Nauicula. lib. ii. Paul. Soci. & alij relati à Couar. lib. i. resolutio. cap. 8.
- 119 Ego tamē hac in re plurimum arbitrio iudicis tribuendum censeo: nam si domini fundi nihil interest: ei verò qui impensas fecit, multum prodest: rem ei iudex adi-

Ticul.

IX.

28

- iudicare debet: id enim æquitas suggerit, etiam si iure stricto deficiamus. Sed interim meminisse oportet, non esse malitijs indulgendum. l. 2. §. item varus. ff. de aqua plu. arcen. l. in creditore. ff. de euictione. l. 2. solut. matri. l. in fundo. ff. de rei vendica.
- 120 Sed iam ad bonorum publicationem reuertamur. Illud quidem in confessio est, feudum, quod hæreticus habuit, non esse confiscandū, sed catholico Dño restituendum: excepto si feudum huiusmodi sit, vt liberè alienari queat: tunc enim vt cætera hæretici bona confiscabitur. c. ex cōmunicamus. §. moneantur. de heret. l. imperialē. §. illud. de proli. feudi. aliena. per federi. c. forlicis. §. si qua vero. De pœnis. lib. 6. Curtius in feudis parte. 5. quæst. 71. Neuzanus consil. 68. Bosius titu. de bonorum publicatione. nu. 54.
- 121 Præterea creditoribus hæretici, qui ante hæresim creditores erant, fiscus satisfacere debet ex bonis eius publicatis. Creditores enim præferantur pœnis fiscalibus: nec possunt vlla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus super futura sunt. Nam vt Iabolenus ait, id bonorum cuiusque esse intelligitur; quod æri alieno superest. l. i. C. pœnis fisca. credito. præse. l. non possunt. l. in summa. l. quod placuit. ff. de iure fisca. l. 2. ff. de alimen. Et ciba. legat. leg. secunda. C. ad leg. iul. de vi. l. in facto. §. fiscus. ff. de condi. Et de monstra. l. Marcellus.
- 122 Vsq̄ue ad eò autem fiscus tenetur creditoribus hæretici satisfacere, vt etiam si ecclesiæ reconciliatus: locuples postea efficiatur, aut aliquid bonorum suorum ex indulgentia principis impetrauerit: creditores ex ante gesto non habeant cum eo actiones, sed ære alieno ex præcedenti tempore pœna liberatus sit: excepto, si partem bonorum recuperauerit: nam pro rata portione obligatus erit. leg. si debitor. leg. tutor. C. de senten. passis. leg. secunda. & leg. tertia. ff. eodem tit. Quemada quæstio. 20.
- 123 Si fuerit tutor confiscatus aduersus fiscum danda est actio ei, qui loco eius tutor datus sit, vt ait Vlpianus. Idemque erit si curator furiosus vel prodigi, aut quiuis alius confiscatus sit: quia fiscus rationes reddet, & reliqua soluet. l. si tutor reipublicæ. §. vltimo. ff. de tute. & rationib. distrahen. leg. qui neque. l. si prædia. ff. de rebus eorum.
- 124 Sæpe tractatum est, an hæreditas adita ab occulto hæretico, acquiratur fisco. Anceps quidem quæstio, nisi lege regia contra fiscum decisa foret ea ratione: quia hæreticus ex testamento & ab intestato nihil capere potest, itaque ad substitutos, vel ad proximiores consanguineos hæreditas illa perueniēt. Idēq; erit in legatis & fideicommissis: qua in re, sicut

De bonis hæreticorum

in plerisque alijs, non est opus disputatione: quia ut ciuis meus Seneca inquit, satius est, ire aperta & recta via, quam sibi ipsi flexus disponere, quos cum magna molestia debeas relegere. Et libro quinto de beneficijs, idem Philosophus ait, quid boni est, nodos operose solvere, quos ipse, ut solueres, feceris? regia. leg. vlti. tit. 7. parte 6. l. manichæos. C. De hæreticis nouella 144. de samaritanis regia. leg. quarta. titulo tertio. parte. 6. & leg. quarta, titulo vigesimo sexto. parte. 7. Neuzanus consil. 73. Quema da quæst. 18.

125 Inde quæritur, si eo tempore quo delata est hæreditas, iam hæreticus hæresim cõfessus erat, quãuis nondum fuerit absolutus, an hæreditatem illam acquirat? Et cum ad Ecclesiæ sinum admissus non erat, quo tempore delata fuit hæreditas, probabile quidem est, ab eodem adiri non posse. Aliud verò dicendum esse videtur, cum iam suffragijs & calculis iudicum admissus erat, quamuis sententia prolata non fuerit. Nam priori casu, nec erat capax, nec satis compertum, an recipiendus esset: posteriore autem, omni modo ecclesiæ gremio excipiendus fuit. Et cum utroque casu nihil ad fiscum pertineat, aliorum ius alij curiosius perquirant. l. si alienum. 49. §. 1. de hæredi. instit.

126 Quamuis bona hæreticorum ipso iure sint publicata: occupatio

tamen bonorum, & executio confiscationis non ante fieri debet, quam per episcopum & inquisitores sententia hæresis declaratoria, fuerit promulgata. c. cum secundum. de hereti. lib. 6. Alciat. in c. 1. de offi. ordina. nu. 74.

127 Sed cum bona publicata: ad fiscum principis, vel domini temporalis pertineat: inde potest quæri, si duo sint domini, alter inferior, alter superior, utri eorum ius confiscationis competat? quidam putant, inferioris domini ius: illud esse: quia fiscum habent i etiam, qui dominum superiorem habent. Guido pape quæstione. 76. Bonifa. in clem. 2. De hereti. quod habeant fiscum. glo. & imo. in. c. quia diuersitatem. de conce. preben. ana. & Feli. in c. excommunicamus. 1. §. de hereti. Couar. lib. 2. resolutio. cap. 9.

128 Cæterum ea opinio vera esse potest, vbi inferiores domini summum imperium habent, & iura regia vsurpant: quales multi sunt in Italia & Germania. Sed viri principes subiecti regibus, nec ius confiscandi habent, nec verum fiscum. Ad regem igitur ea bona pertinent. ca. 1. quæ sint rega. & illic interpretes. regia. le. 12. titu. 2. parte. 1. Bal. in rubric. de priui. fiscali. Plat. & alij in rubrica. de iure fiscali. libro decimo. Alexand. ad Barto. in leg. 1. de bo. vacan. eo lib. Mat. in principio cõstitu. Sicilia. quæst. 15.

Titulus.

IX.

29

129 Quid si bona hæretici reperiantur in alijs regnis: num omnia pertinebunt ad fiscum eius, sub cuius dominio hæreticus damnatus est? minime omnium: imo quilibet rex occupare poterit ea, quæ in suo regno inuenerit. Et hæc est à plurimis recepta sententia. c. vergentis. de hereti. tradit omnes in. c. cum secundum leges. collecta. post alios in. c. excommunicamus. 1. Alexani consil. 31. lib. 1. & consilio. iii. lib. 4. Gonfal. de hereti. prauit. quæstio. 19. Aymo consil. 128. Brunus lib. 5. de hereti. cap. 6. cotta in memorabi. verbo confiscatio. Bossius. tit. de bonorum publicatione. nu. 62.

130 Vnde quæstio ea exoritur: quo in regno esse censeantur iura & actiones? Ac primum quidem dubitabile non est, quin actiones in rem ibi esse censeantur, vbi res ipse sunt, ad quas persequendas competunt. Veluti ius pignoris, ius annuæ pensionis & alia eiusdem generis. clem. exiui. §. cumque annui redditus. de verbo. signifi. l. qui actionem. ff. de regul. iuris. l. vlti. C. vbi in re actio. Cirierus li. 2. de primoge. quæstio. 9. Tiraquel. de retractu municipali §. primo. gloss. 6. & libro. de iure primige. quæst. 49.

131 Plusculum dubitationis habet quæstio, de actionibus in personam, & nominibus debitorum: varij enim varia tradiderunt. Sed in proposito ea sententia verior esse videtur: ut illic esse censeantur, vbi debitorum conueniendi sunt: nam ibidem

à fisco fieri debet exactio. l. titium §. tutores. ff. de adminif. tuto. l. quæro. ff. de solutionib. l. apus allega. 92. Roma. in. l. si constanti. §. vlti. solut. matri. Alex. consil. 16. lib. 1. Soci. cõsil. 101. li. 1. Bertrã. consil. 74. li. 2. Alciat. in. l. cum stipulamur. ff. de verbo. obligat. vide Tiraquel. de iure primige. quæst. 46. & deinceps.

132 Bona hæreticorum diuidebantur olim, quibusdam pontificijs cõstitutionibus, in tres partes: quarum vna tribuebatur domino temporali, altera officio sanctæ inquisitionis, tertia Ecclesiæ Romanæ. Sed in Hispania omnia ea bona data sunt, à regibus nostris. catholicis, officio sacrosanctæ inquisitionis, pro salarijs, alimentis, & alijs plurimis necessarijs impensis. 27 instruct. Hispalen. cap. 12. Iban. And. Domini. & Fran. in. capicuum secundum leges.

133 Bona hæreticorum vsu capi possunt, etiam contra Ecclesiam Romanam, tempore quadraginta annorum. Idemque iuris est contra fiscum, ut quodam instructionum capitulo continetur. Quin etiam alio capite cautum erat; ut etiam post quadraginta annos fiscus ea bona petere posset: id tamen abrogatum & ad ius pontificium redactum est, & ita utimur. c. 2. de præscript. lib. 6. 3. instruct. Hispal. c. 1. abrogatum cap. 20. prima instructio.

134 Nec me fugit, esse aliquos existimantes, præscriptione quinquen-

De bonis hæreticorum.

135 nij, aut certè viginti annorum, fiscum submoueri posse: Sed quantum attinet ad bona publicata, hæc opinio è tribunalibus nostris explosa eiectaque est. l. 2. C. de apost. l. 1. §. vlti. ff. de iure fisci: liquamuis. ff. de vsu capio. l. in omnibus. ff. de diuer. & tempo. prescriptionib. glo. in. l. vlti. C. de sacrosan. eccle. Bartol. in. l. commissa. de publica. Et vetti. Ancha. in. c. cum secundum. de hæreti. lib. 6. Abbas & Feli. in. c. cū nobis. de prescript. Quæ mada quæ est. 16.

136 Si quid in singulos annos hæretico debeat, plurimum refert, quod ad publicationem attinet, an ex contractu, vel ex ultima voluntate, id illi cōpetat: nam priori casu, quia vna & perpetua obligatio est, publicatis ei⁹ bonis omnia quæ illi singulis annis præstanda erant, cōfiscabuntur. l. si Stichū. 16. de verb. obligat. l. senatus. §. vlti. ff. de donat. causa mort.

137 Posteriori casu non publicantur præstationes futurorum annorum, quia plura cēsentur esse legata primi anni purum, sequētium conditionale: & ideo tale legatum ad hæredem non trāsit. Adde quod cum sint plura legata, per singula legata ius capiendi inspicitur: ergo vt bona futura, & quæ postea videntur acquiri, non sequuntur fiscum. l. si in singulos. l. cum in annos. ff. De annuis legat.

137 Hactenus plures quæstiones resoluimus, quæ breuiter concludi

potuerūt: superest, vt tres alias prolixiores quanta fieri poterit breuitate tractemus. Vnam, de lucris cōiugum alteram, de restitutione ab hæretico facienda in foro conscientie: tertiam, de bonis primogenitorum cōfiscandis.

138 Prima ea quæstio est, quam frequenter tractata esse Cordubæ scimus, vbi mihi natalis patria & scilicet & inclita est: contingit enim sæpe aliquos illic matrimonium contrahere, ac postea in aliam ciuitatem domicilium transferre, vel contra: post hæc alter coniugum in hæresim incidisse deprehenditur: dubium est, in cōfiscandis bonis quæ sitis & auctis constante matrimonio, vtrius loci consuetudo inspicere debeat, cōtractus ne matrimonij, an Domicilij mouet dubitationem, quia vt verè restatur noster Lupus, Cordubæ non diuiduntur inter cōiuges bona quæ sita constante matrimonio, quemadmodum in reliqua fere tota Hispania iuris & vxoribus communia sunt, sed solis acquirentibus deferuntur. Quod & apud alias nationes moribus receptum est: nam in libro legis Saxonū tit. 8. sic habetur: de eo quod vir & mulier simul conquiserint, mulier mediam portionem accipiat: hoc apud velsalaos: apud Ostalos & Angrarios, nihil accipiat, sed contenta sit dote sua. Afferunt quoq; dubitationem lex quædam regia, quæ prima facie videtur iuri cōmuni contraria: ea enim caue

Titulus.

IX.

30

cauetur, vt quantum attinet ad huiusmodi lucra, semper consideretur consuetudo loci cōtractus matrimonij, non autē Domicilij. Ioan. Lup. in rubri. de Donat. inter vir. & vxor. §. 60. regia. l. 24. tit. ii. parte. 4.

139 Illud sanè dubitabile non est, quod pacta conuenta in cōtractu matrimonij de his lucris, siue vni, siue alteri, siue vtrique coniugum in toto vel parte acquirendis, seruanda omnino sunt, reiecta differentia locorum & consuetudinum, Quia tales conventiones non sunt contra leges, aut bonos mores, sed ex consensu partiū legem accipiunt. c. 1. de sponsali. Et illic Anto. Feli. & ceteri. c. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morga. contra. lib. feudo.

140 Sed cessantibus pactis conuentis cum locorum consuetudines variant, tunc semper consideranda videtur consuetudo loci, in quo matrimonij fuit cōtractum quod attinet ad acquirēda ea lucra: quia regia lex generaliter hoc dicere videtur: & noster Lup⁹ author est, ita sæpe fuisse pronunciatum. regia. l. 24. tit. ii. parte. 4. Ioā. Lupus in rub. de donat. inter. vir. & vxor. §. 55. nu. 12. & §. 62. prope finem.

141 Verum quia nonnunquam aliud scimus esse vsitatum, & secundum varietatem casuū, varie quod fuisse iudicatum: prædictam sententiam tunc sine dubio veram putamus, quum Bona acquisita & multiplicata fuerunt in eodem lo-

co, in quo matrimonium fuit contractum: tametsi postea in aliam ciuitatem migrauerint coniuges, & ibidem domicilium cōstituerint: in quo iura & interpretes planè cōsentiant.

142 Supra dictis tamen prima fronte obstare videtur quoddam Vlpiani rēsonsum, quo ait, inspiciendum esse locum Domicilij mariti, non autem locum vbi instrumentum dotale cōscriptum est: neque locum in quo matrimonium fuit cōtractum: quemadmodum illic iuris interpretes tradunt. l. exigere dotem de iudi.

143 Sed Vlpianus de alia specie longe diuersa loquitur, quā lex regia: ille enim de exactione dotis loquutus est, cuius actio tractari debet in loco Domicilij mariti: regia vero lex de acquisitione lucrorum statuit: quæ secundum statuta & consuetudines lucrorū, in quibus multiplicata sunt, acquiruntur.

144 His adijce quod, communi fere omnium consensu traditur speciale esse in cōtractu matrimonij, vt nō inspicatur locus cōtractus, sed locus Domicilij mariti: quia illic videntur coniuges destinasse dotis exactionem & solutionem, vbi mulier sequutura est virum, & eius forū fortiri debet. l. cum quædam. de iurifdi. omni. iudi. & est comunis intellectus. l. exigere dotem. de iudi. illic. & in. l. 1. C. de summa trini. quem sequitur Archid. & Prepo. in. c. illud. 12. distin. Ioan.

Andre.

De bonis hæreticorum.

Andre. Anto. Bal. Abbas. & Feli. nu. 24. in. c. 1. de sponfa. And. Siculus consil. 4. lib. 2. Alex. consi. 129. l. 7. Ias. in. l. qui certo loco. de condi. inde. Decius consi. 19. & 283. & 402. Tiraquel. post leges connubi. nu. 46.

145 Sed & regia illa lex accipi potest, cum cōiuges animum habuerunt permanendi in loco, vbi matrimonium contraxerunt: Vlpianus autem loquitur, de alia specie, quum maritus contraxit, vt aduena, & statim redijt in locum habitationis suæ: quod & Suares noster ait. Accedit eo exemplum ei⁹, qui contraxit cum aduena, quem sciuit cōfestim recessurum, is etenim videtur destinasse contractus executionem loco domicilij aduena. Suares. in. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori legum. limitatione. 6. & l. hæres absens. §. proinde. de iudi. confert. l. si ita legatū. delegat. 3. & l. nihil interest. de capti.

146 Conuestiri potest hæc sententia traditiōe illa, quæ plurimis placet, ac vera est, quod vlpiani respōsum locum non habet, cum vir transit in domicilium vxoris, & suum relinquit: tunc enim domicilium illud nouum consideratur, non autem locus contractus, aut veteris domicilij. Et hoc etiam casu legem regiam restringit Ioannes Lupus. Nec nouum est, vt posteriores leges per priores declarētur. Ioan. And. Imo. & Feli. nu. 26. in. c. 1. de sponsali. Bal. in. l. vlti. C. si à non.

compet. iudi. Ias. in. l. cum quedam de iuris. omni. iudi. Barba. consi. 4. lib. 2. Decius cōsi. 283. Hippoly. singula. 267. Purpura. in. l. 1. de summa Trini. nu. 120. Cassene. in consuetu. burgun. rubr. 4. §. 2. col. 8. Tiraquel. post leges connubi. nu. 47. Gratus consi. 113. lib. 2. Ioa. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 55. l. sed & posteriores de legibus.

147 Sed iam ad supra tactam quæstionem reuertamur: & iterum videamus, an quantum ad acquisitionem & confiscationem lucrorum attinet, inspicere debeat consuetudo loci, in quo bona inter coniuges multiplicata sunt, vel potius illius loci, vbi domicilium ipsimet coniuges habet: Cui quæstioni ex mente omnium supra respondi-mus, inspiciendam esse consuetudinem loci, vbi bona fuerūt acquirita: præsertim cum cōsuetudo fuerit in rem scripta, qualis consuetudo Hispaniæ generalis est: quæ bona multiplicata afficit, ac de lucris inter virum & vxorem diuidendis loquitur. l. cum seq. tit. 3. lib. 3. fori legum.

148 Inter omnes autem iuris peritos conuenit, vt quod attinet ad omnes fere iuris effectus, seruari debeant leges & consuetudines illarum prouinciarū, in quibus prædia & alia bona omnia cōsistunt. Quæ sententia multis iure consultorum responsis, & Cæsarum cōstitutionibus cōprobat. l. forma. §. si vero. de censu. l. pupillo. de tuto. & curo.

Titulus.

IX.

31

rato. dat. ab his. l. venditor. §. si constat. communi. prædi. l. titium. §. tutor. de adm. tuto. l. constitutio. ad municipia. l. an in totū. C. de ædifi. priua. l. vlti. vbi in rem actio. l. certa forma. de iure fis. l. 1. de mulie. & in quo loco. lib. 10. & cap. ecclesiast. 13. quæst. 1. & cap. de decimis cum seq. 16. quæst. 1.

149 Sed & iurisperiti sapissime hanc sententiam communi consensu tradunt in. l. 1. C. de sacro fan. eccle. Iacob. de raue. Pet. Cynus & Bar. nu. 42. & illic. Bal. col. 12. Alci. glo. vlti. col. 1. & pen. Alex. consi. 16. lib. 1. & iterum consi. 44. lib. 5. Soci. consi. 288. & rursus consi. 292. lib. 2. Rubeus. consi. 71. Gozadi cōs. 49. Cirierus de primo genitura lib. 2. quæst. 7. Couar. in epitome parte secunda. capite septimo. nu. 9. plenius Tiraquel. de iure primoge. quæst. 49. nu. 2.

150 Id quoque confirmat eandem sententiam, quod leges & consuetudines non extendunt vim suam extra territorium: præsertim cum consuetudo Cordubensis odiosa esse videatur, & contra societatem illam diuinæ & humanæ Domus, quæ inter coniuges quidem artificissima est. l. vlti. de iurisdi. omni iudi. c. illa. 12. disti. l. 1. de ritu nupt. l. aduersus. C. de crimi. expila. hære. & est communis opinio quod odiosa consuetudo non extenditur. Bar. nu. 32. Bal. Sali. & ceteri in. l. 1. de summa trinita. Pau. consi. 223. Cardi. consi. 2. Alex. consi. 16. lib. 1.

Capra. consi. 42. Barba. cōsi. 38. lib. 3. Corne. consi. 115. l. 2. Decius. consi. 276. & 314.

151 Itaque si coniuges Cordubenses aliqua bona acquirerint in alia prouincia Hispaniæ, vbi ea lucra communia sunt viri & vxoris: quamuis antea vel postea Cordubæ Domicilium habuerint, nihilominus illa lucra æqualiter inter illos diuidentur: neque considerabitur locus, in quo matrimonium contraxerint. Hanc sententiam sequuntur multi iuris periti, quibus ego supra dictis alijsque argumētis. persuasus vehemēter assentior. Oldra. consi. 249. Ioan. and. ad specul. tit. l. de instrumen. editione. s. compendiose. Signorol. consi. 166. Ancha. consi. 163. Curtius senior. consi. 43. Cassene. consi. 7. & in consuetu. burgun. rubri. 4. §. 2. col. 8. plenius Aymo consi. 30.

152 Sed huic sententiæ fortiter obstare videtur lex illa regia, quæ generaliter ait, considerandam esse, ad acquisitionem horum lucrorum, consuetudinem loci, in quo matrimonium fuit contractum, tamen postea coniuges in aliam prouinciam migrauerint. Dubitationem auget, quod assertione nostra redderetur quodam modo superuacua lex regia, quæ otiose meminisset loci, vbi matrimoniū fuit contractum, cum potius considerare deberet locum, in quo bona sunt acquisita regia. l. 24. tit. 11. parte 4.

Neque

De bonis hæreticorum.

153 Neque illud verum est, quod supra ceu indubitatum assumpimus, consuetudinem Cordubensem odiosam esse: Nam & illa iuri communi consonat, quo quid quid alter ex coniugibus acquirit, sibi soli acquirit, & fauorabilis censenda est, quia credit ad ius antiquum, & quia in fauorem virorum introducta est, non autem in odium vxorum. Quapropter id præualere debet, quod præcipue intenditur. lex pecunia. C. de iure dot. l. si vnus. §. quod & in specie de pact. l. qui exceptionem. de condi. inde. Bar. Pau. & Alex. in. l. 2. C. quod met. causa.

154 Accedit eodem, quod nonnulli iuris periti recte asserunt, consuetudinem qua lucra sunt communia, exorbitantem & contra ius esse: multique alij putant consuetudinem fauorabilem extendendam esse ad bona existentia extra territorium. Ioan. and. in ca. 2. de donat. inter. vir. & vxor. Nico. de vbal. de successio. ab intesta. parte. 4. Cassene in consue. burgun. rubr. 2. §. 4. col. 2. quod eod. consuetudo fauorabilis extendatur. l. propter litem. §. licet. de excusa. tuto. l. 2. C. eodem tit. l. magis puto. §. illud. de rebus eorū. Roma. consi. 39. Alex. consi. 4. r. l. 5. Capra consi. 21. Barba. consi. vlti. libro 3. Corne. consi. 222. lib. 4. Decius in. l. si de iur. r. l. d. omni. iudi. nu. 13.

155 Sed tamen hæc argumenta non vsque adeo vrgent, vt propterea

necessarium sit à communi & vera sententia discedere. Nam regia lex cum dicit, seruandam esse consuetudinē illius loci, in quo vir & vxor matrimonium contraxerūt, quantum ad lucra, quæ fecerunt. Et rursus cum dicit, non esse seruandam consuetudinem prouinciae, in quam postea migrauerint, quantum attinet ad illa lucra. Nil aliud sine dubio significare voluit, quam de lucris coniugum iudicandum esse, secundum leges & consuetudines prouinciae, in qua matrimonium fuit contractum & lucra facta, non autem secundum eam consuetudinem, quæ in alia prouincia viget, in quam post lucra acquisita domicilium transtulerint. Quam intelligentiam verba illa copulata præteriti temporis satis indicant: neque aliquid habent absurdi, neque iuri communi, aut receptis doctrinis aduersantur. l. 24. tit. in parte. 4. lib. 3. §. hæc verba de nego. gestis. l. in delictis. §. primo. de noxali.

156 Quod verò multi putant, consuetudinem fauorabilem interdum extendi posse: id tunc tantum locum habet, quum ea præcipue personas respicit, & in consequentia bona: quod & illi met. iuris periti fatentur, aliud autem prorsus est, cum consuetudo in rem scripta fuerit, qualem hæc nostram esse paulò antè probauit.

157 Altera quæstio prolixè quidem

Titulus.

IX.

32

ac difficilis tractationis, sed magni momenti est: an hæreticus nondum à iudice condemnatus, nec ab aliquo accusatus teneatur in foro conscientiae bona sua omnia offerre fisco, alioqui tanquam res alienas retinens, tandiu sit in reatu peccati mortiferi, quandiu bona, quæ possidet, non restituit fisco?

158 Hanc disputationem difficilem nobis reddit Alfonso Castus, qui copiosius & neruosius, quam reliqui omnes communem sententiam impugnat: is enim libro secundo de potestate legis penalibus, vsque adeo acriter arguitur, & tam fortiter vndique vrgit, vt prope modum receptas doctrinas subuerterit: cuius argumenta, quanta potero breuitate referam, & cōfutabo. Quod equidem non eo animo aggredior, vt cōtra virum doctissimum dicam, sed vt benigniorem & receptiorē sententiam, veriorem quoque esse, euidenter ostendam.

159 Primo sic argumentatur noster Alfonso. Hæreticus priuatus est in ipso iure Domino bonorum suorum, quod in fisco translatum est: ergo vero Domino bona illa reddere debet, alioqui lethaliter peccat retinens rem alienā inuito domino. Secundo, si iudex declararet illum hæreticum esse, teneretur statim sine aliqua condensatione bona sua in foro conscientiae reddere fisco, ergo & ante sententiā ea resti-

tuere debet. Tertio si fisco occuparet ante sententiā bona hæretici etiam inuiti, quem tamen constaret fisco hæreticum esse, non teneretur ea hæretico restituere: ergo hæreticus antequam fisco ea occuparet, teneretur ei bona illa dare.

160 Quarto, fisco posset occupare secreto ab hæretico tot bona, quot ille retinet ex his quæ ad fisco pertinent, quando fisco non posset in iudicio hæresim testibus probare: ergo hæreticus ex conscientia teneretur eadē bona fisco reddere. Quinto, hæreticus iniuste possidet bona quia sine titulo ea retinet, ergo restituere fisco tenetur. Sexto, si dominium hæreticus retineret, transtuleret illud in hæredem: hæres autem non posset illis bonis priuari, quia nunquam aliquis sine culpa vera, vel presumpta, priuari potest dominio bonorum suorum. Demum citat aliquos huius quoque opinionis authores.

161 Hæc summa est argumentorum, quibus prolixius relatis & cōfirmatis, suam opinionem tuetur Alfonso. Quorum vt verū fatear, omnium primum duntaxat, fortissimū esse mihi videtur. Quam ob rem illius dissolutionem in alium locum reijciam, vt cætera argumenta omnia breuiter iam diluere possim.

162 Secundū fundamentū illius opinionis est, quod per solā sententiā declaratoriam super crimine latā, teneretur hæreticus in foro conscientiae bona omnia tradere fisco, etiā si nulla

De bonis hæreticorum.

si nulla alia iudicis condemnatio adiecta sit: ergo ante sententiam tenetur id ipsum facere: quia sententia declaratoria nullam inducit obligationem. Neque ob aliud ea sententia exigitur, quam ut constet crimine esse commissum. Quod cum hæretico sit notissimum, frustra spectat sententiam declaratoriam ad faciendam restitutionem: eo præsertim accedente, quod iuxta quorundam opinionem, talis sententia necessaria non est in crimine notorio. hæc Alphon. l. 2. de potestate legis pœnalis. ca. 10. citans, c. cum secundum. §. vlti. de hæreticis. lib. 6. & Felinum: in c. canonum. de constituto. & alia quædam.

163 Hoc argumentum facile (nisi fallor) dissolui potest: nã quod a sententia declaratoria absque alia condemnatione sufficere, ut hæreticus restituere bona teneatur in foro conscientie, quavis ab eo non petantur, negari quidem posset: quia decretum Bonifacii octavi ab Alfonso prolatum, non probat eius sententiam: tũ quia nihil illic agitur de restitutione bonorum in foro conscientie facienda: tũ etiã quia promulgare sententiam super crimine, (quod in eodem decreto adijcitur) nõ sic accipiendum est, ut iudex ita pronuntiet: declaro Bucerum hæreticum esse: quis enim tam breuẽ & manca sententiam proferat? sed sententiam super crimine promulgare, hoc quoque includit, ut Bucerus declaretur hæreticus, & per consequentiam incidit

se in pœnas iure statutas: in quas per eandem sententiam condemnari debet: alioqui nullius momenti sententia est, quæ condemnationem vel absolutionem non continet. c. cum secundum. §. vlti. de hæreticis. lib. 6. l. præses. C. de sent. & interlo. omni. iudi. l. 1. de re iudi.

164 Sed age concedamus, illam sententiam ferri posse, fingamusque aliquem in iudice laconẽ, qui pronuntiet his tantum verbis: declaro Bucerum hæreticum esse. Nunquid hæc sententia vim expressæ condemnationis non habet: imo nihil prorsus ab ea distet, quæ Bucerum nominatim condemnet: ad subeundas oēs pœnas iure statutas. Nam si iudex ita pronuntiauerit: calumniatus es: condemnauit accusatorem. Et quavis nihil de pœna subiecerit: tamen legis potestas aduersus eum exercbitur, ut rectè Marcellus iure consultus tradidit. l. 1. §. 1. ad senatus consultum turpilia.

165 Vnde manifestè relinquitur, infirmam esse consequentiam illius argumenti: quia longe alia causa est reorum ante sententiam, & post sententiam, quæ admodum omnium consensu receptum est, neque id Alphon. ipse negaret: sed in eo forte labitur, quod putat sententiam declaratoriam vim condemnationis nõ habere. Nec moueat quæquã quod ille ait, sententiam declaratoriam propterea necessariam esse, ut manifestum fiat crimen fisco & alijs: quia meo quidem iudicio longè alia ratio est pro-

pter

pterquam ea sententia requiritur: nempe, ut antequam proferatur, causa cognitio præcedat, & reus accusetur, audiatur, ac defendatur: & tandem iuris ordine seruatõ absoluat, vel condemnetur. Nec enim proferatur sententia, ut per illam de crimine constet: sed ubi de crimine constat, tunc sententia proferatur, ut reus vel absoluat, vel damnetur: & ut leges executioni mandentur antecedente sententia.

166 Inde quoque sequitur, falsam esse opinionem illam, quam Alphon. sus tanquam indubitatam assumit, quod in crimine notorio non sit necessaria sententia: id enim nullo iure aut euidenti ratione probatur, quinimò crimina manifestissima egent causa cognitione atque sententia iudicis competentis: neque tam euidentis potest esse delictum, quod aliqua iusta defensione in toto, aut parte, defendi aut excusari non queat: quod & Alphon. ipse fatetur. Euidencia quidem patris sceleris non eget clamore accusatoris, sed tamen eget sententia iudicis, & euidencia de accusatio: & illic glo. vlti. & interpretes.

167 Postremo, illud etiam falsum esse conuincitur, quod propterea reus tenetur omnia bona tradere fisco, quia sibi ipsi manifesta est hæresis. Non enim est illud quod eum obligat, sed iudicis iusta sententia super crimine promulgata: quæ quamuis declaratoria sit, applicat

tamen pœnam singulis hæreticis, quæ generaliter per leges statuta est aduersus omnes.

168 Etenim lex condemnans vniuersos hæreticos, nihil aliud esse videtur, quam generalis quædam sententia principis aduersus omnes hæreticos lata. Vnde quum eiusmodi lex non condemet nominatim Lucium vel Titum, nec reorum defensiones audire possit, necesse est, ut per iudicem, custodem legis atque ministrum, reus examine-tur, & iuris ordine seruatõ, causa cognita damnetur, ac declaretur pœna & sententia legis comprehendendi. Nam quemadmodum generalis sententia principis non designatis certis personis, in certa esset ac neminem in indiuiduo comprehenderet, sic sententia illa legis generalis, quæ omnes hæreticos condemnantur, & eorum bona confiscantur, incerta est, & nullam vim habere videtur, antequam per iudicem Lucius ac Titius hæretici declarentur, & secundum legem condemnentur. Quod Gerson quoque ferè mecum sentit: l. in summa de re iudi. §. curare instituta electioni. Gerson parte 3. lectione 4. de vita spirituali, Corollario decimo quarto in fine secunda propositionis.

169 Accedit eodem, quod dicitur humana non habet maiorem potestatem, quam princeps: nam princeps leges ipsas condit, & ut inquit X. utropho l. 8. de potestate seu disciplina

E. Cyri:

Cum princeps ipse lex videns est: & Billo libro secundo de vita Mo-
 sis, rex animata lex est; lex vero rex
 est iustissimus: & Iustinianus in au-
 thenticis constitutionibus ait: prin-
 cipem esse legem viuam & anima-
 tam, cui Deus leges humanas subie-
 cit; sed princeps non potest hæreti-
 cum aliquem ante damnare, quã
 eum hæreticum esse constet: id que
 non aliter fieri potest, quã antee-
 dente citatione atque omni causa
 diligenter cognita: ergo neque per
 legem potest quispiam sic damna-
 ri, vt priusquam de crimine legitime
 constet, iam sit ipso iure ita cõ-
 demnatus, vt se ipsam prodere, at-
 que accusare teneatur, & ante iudi-
 cis sententiam astrictus sit ex con-
 scientia, omnia bona offerre fisco.
 l. princeps de legi. l. r. de cõstit. prin-
 ci. authen. de consuli. s. vltim. acto-
 rum. c. 25. Clem. pastoralis. s. vltim.
 dere iudi. ca. t. de causa posse. & pro-
 prieta.
 170 Breuiter ea quã uis crimine sit ipsi
 roa manifestum, nõ tamen propter
 reatõ tenetur ad executionem pœnã
 in se ipsum faciendam in foro con-
 scientiã; priusquam in foro exteriõ-
 ni. sit p̄t̄ iudicem iure damnatus:
 quem admodum nec princeps, nec
 iudex debet, aut potest illum reum
 condemnare, quem certissime scit
 crimini commisisse, nisi tanquam
 iudicis hoc illi constitutum, id est, ex
 fide eorum, quã probata fuerint, ex
 actis causarum, ordinem iuris seruato.
 Denique omnis pœnã legibus sta-

tute publicis accusationibus, publi-
 cis actis, & sententijs, item publicis
 egent executionibus: nihilq; aliud
 legum latores suis legibus aut præ-
 cipiunt, aut volunt: quem admodum
 plenius alio loco dicemus: & hæc
 nus de secundo argumento fortas-
 sis satis & super. l. illicitas. s. veritas
 de offi. p̄s. l. prolata. C. de sen-
 ten. & interlocutio. c. si peccauerit,
 cum seq. 2. quæst. 1.
 171 Tertium Alfonsi argumentum in-
 ane prorsus est, ab imis vnguibus
 vsque ad verticem summum. Sic
 enim argumentatur. Si sciret fiscus
 per euidẽtiã rei, que nulla posset
 tergiuerfatione celari, Petrum hæ-
 reticum esse: & eo inuito ante sen-
 tentiam bona illius caperet, non te-
 neretur illi reddere: ergo Petrus an-
 tequam fiscus ea capiat, tenetur ex
 conscientia restituere. Sed age per-
 pendamus iam singulas argumen-
 ti partes. Si sciret (inquit) fiscus: hic
 subsistere possem, atq; negare, fiscum,
 qui inanimus est, posse quippiam
 intelligere aut scire: sed nihil mo-
 ror. Fingamus ergo fiscum esse ho-
 minem aliquem, quid tum postea? Si
 sciret inquit, per euidẽtiã rei, quã
 nulla posset tergiuerfatione celari.
 Hoc quoq; videtur impossibile: nã
 cum hæresis omnis in intellectu &
 voluntate consistat, vix tam cog-
 nita cuiquã videri potest, vt nõ excu-
 sari a cõfessu aliqua ratioe queat:
 quod ipsemet Alfonsus in præcedẽ-
 ti argumento ingenuè confessus est. Sed
 fingamus iterum id euenire posse:
 quid

quid deinde: innuere videretur, posse
 fiscum hæretico inuito ante senten-
 tiã bona illius inuadere: quod qui-
 dem fieri posse, nego: nõ enim qui-
 spiam hæretici bona inuadere, aut
 occupare prius poterit, quã publi-
 ce sit ille citatus, accusatus, auditus
 defensus, conuictus, damnatus.

172 Sed pergit Alfonsus, & in con-
 firmationem argumenti ait: fortas-
 se peccare fiscum eo modo hæreti-
 ci bona occupando: verum quia hæ-
 reticus ea iniuste possidebat, fiscus
 autem post apprehensionem iuste
 possidet, non teneri fiscum, ea bo-
 na hæretico restituere. Quod verò
 ad restitutionem eo casu fiscus non
 teneatur quadã regula iuris probat
 cuius verba sunt: quod a quoquam
 pœnã nomine exactum est, id eidẽ
 restituere nemo cogitur. Quod il-
 lic Decius & Montanus aiunt locum
 habere in foro conscientie. l. quod
 a quoquam de regu. iuris.

173 Hic iterum nego, possessionẽ hæ-
 retici ante sententiã esse iniustam:
 quia hæreticus adhuc retinet, natu-
 rale dominium suorum bonorum: ha-
 bet etiam titulum & possessionem
 & bonorum administrationem: er-
 go non iniuste possidet. Quod au-
 tem habeat naturale dominium, ex
 eo satis constat, quod naturaliter in-
 sistit rei cuius titulum & causam ha-
 bet, neq; aliqua lege tale dominium
 ante sententiam aufertur ab eo: nec
 propter hæresim illud, aut eius titu-
 lum iure naturali aut diuino ipso fa-
 cto amittit. possessionem autẽ om-

nes cõcedunt, permanere apud hæ-
 reticum, ea igitur iusta & legitima est
 d. aufertur. s. in reatu. de iure fisci.

Ancha. in. c. cum secundum leges.
 Curtius Senior consi. 20.

174 Vnde consequitur euidẽtissime,
 fiscum neque occupare, neq; inua-
 dere posse talem possessionem: ne-
 que enim manu propria ius sibi di-
 cere, aut vim inferre debet hæreti-
 co non dum cõdemnato: quod ge-
 neraliter innumeris fere legibus
 prohibetur, & nominatim de hære-
 tici possessione loquens, Almainus
 id ipsum tradit, & reliqui omnes
 consentiunt. l. nullus. C. de Iudæis.
 l. r. & seq. quando lice. vnicuiq; l. si
 quis in tantam. C. vnde vi. Almai-
 nus in lib. 4. sent. dist. 15. quæst. 2. de
 restitutione in principio.

175 Inde etiam perspicuum fit, talẽ
 fisci possessionem violentam & in-
 iustam esse. Nã vt rectẽ Fabius ait,
 quidquid iure possidetur, iniuria
 aufertur. Vnde illud quoq; relinqui-
 tur, fiscum teneri ad restitutionẽ illius
 possessionis: quãdoquidẽ spoliatus
 etiam a iudice iuris ordine præter-
 misso, cõfestim restitui debet, etiã
 si prædo sit, nec iniuste priuandus
 est cõmodo suã possessionis. Fa-
 bius declamat. 13. c. in literis. c. con-
 querente. de resti. spolia. c. licet epi-
 scopus de præben. lib. 6. s. retinendẽ
 instit. de interdi.

176 Quinimo fiscus teneretur occul-
 to hæretico furti actione tamen ve-
 rus dominus esset: quia eius inter-
 est, bona illa subrepta non esse. l.

itaq; Fullo. s. vlti. l. cum pignori. l. qui iniuria. s. vlti. ff. de furtis. 177. Nec probat Alfonsi opinionem supra scripta regula iuris, quæ quidē de iusta exactione loquitur, nō autē de violēta inuasiōe. Ait enim quod a quoquā pœnæ nomine exactum est: exactum ait, nō raptū, nō spoliatum, non violenter inuasum: nec aliud est in iure civili exigere, quā instituta a cōtione perere. Quod si exactionem illam, pro violēta inuasiōe accipiamus: vide nec iuribus permissum esse videatur, auctoritate priuata pœnas ab inuito executor quere. Quo quid absurdius, aut periculosius dici excogitariue potest. Exigere. dotē. de iudi. l. i. s. exactio. C. de rei vxo. actio. Alcia. in l. transacta. de verbo. signi. 178. Nec abnuerim, Decium & Motanum rectē dixisse, nominem cōgendum restituere in foro cōscientiæ, quod pœnæ nomine a quoquā exegerit. Id enim verū & extra cōtroversiam est: nam pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet. Verum nihil nostræ sententiæ obstat. Sed aduersus quorundam puerilē errorem id illi dixerūt, qui falso putabant, nil pœnæ nomine salua cōscientiā exigī, aut retineri posse: quos plenius confutat Fortunius, noster lib. de vltimo sine iuris illatione. 18. l. si a reo. s. vlti. ff. de fideiussorib. 179. At qui Alfonsus instat, & suam opinionem cōprobat auctoritate Innocentij & Baldi asserentium, in executione nō esse cognitionem ali-

quam necessariā: sed neq; inde aliquid contra nostram sententiā sequitur: illi enim de iusta executione loquuntur, non autem de violēta inuasiōe. Is enim cui mēra executione iudice mandata est, potest eam ad effectū perducere sine causa cognitione, imō de iustitia cause cognoscere nequit. Et id est quod patres illi docēt. Innocē. in. c. ex ratiōe de appellatio. Bal. in. c. i. de feudo sine culpa nō a mi. c. pastoralis. s. quia verō de offi. delega. l. executorē. C. de exequutio. rei iudi. Felinus post alios in. c. de cetero de re iudi. 180. Præterea conatur Alfonsus opinionem illam suadere, lege quadā pontificia, sape a nobis memorata & sepius adhuc memoranda, quæ quidem tantum abest, vt ei suffragari valeat, vt vel ea sola hoc eius argumentum facile subuertatur. Prohibet enim lex executionem & occupationem bonorum, antequam sententia sit super crimine promulgata. Vnde perspicuum fit, occupationem & executionē antea factā, reprobā & iniustā esse. Sed addit Alfonsus, lex eadē nō dicit, apprehensionē bonorum esse inanē & nullā, ergo necessario erit firma & valida. Cui illud respondeo, quod lege civili iā olim declaratum est: nempe, consequentiam hanc inualidā & inanem esse. Lex enim ait, legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat, cætera quasi expressa, ex legis liceat voluntate colligere: hoc est, vt ea quæ lege fieri prohi-

prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia sed pro infectis habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, & non specialiter dixerit, inutile esse debere quod factum est sed & si quid fuerit subsecutum: ex eo, vel ob id, quod interdicens, lege factum est, illud quoq; cassum atque inutile esse præcipimus. Hæc sunt verba legis. Ex quibus & alijs paulō ante commemoratis, illud quoque relinquitur, in specie proposita fiscum esse inuasorem iniustum, hæreticum verō defensorem. 181. Quartum Alfonsi argumentū debile & infirmum est, quia fiscus non potest ante sententiā hæretici bona occupare, vt iam luculenter ostendimus: nec minus iniusta est clādestina possessio contra legē vsurpata, quam violenter oblata. l. i. s. denique quod vi aut clam. c. itē cum quis de resti. spoliato. 182. Fortius vrgere videtur id quod in fine eiusdem argumēti addidit: debitor intelligitur is a quo inuito exigī pecunia potest, vt ait Modestinus: hæreticus autem est fisci debitor, quia ab eo inuito bona omnia

183. Cui argumento responderi multifariam potest. Primo quod non ab omni debitore inuito exigī pecunia potest: nec enim ab eo qui debitor est in diem, exigī poterit pecunia ante illud tempus: multo igitur minus occupari clanculum bona hæretici poterunt, antequam sententia sit promulgata: nec in foro quidem cōscientiæ quispiam debitum solvere tenetur ante tempus: l. cedere diem de verbo. signifi. l. i. C. de plus peti. 184. Nec oberit si dicatur, tempus ferendæ sententiæ, statutum esse occupationi & executioni, nō autē obligationi: quia is, qui in legem pœnalem incidit, nō terretur exequi pœnam in se ipsum ante sententiā. Quinimo probabile est, quod nec post sententiā teneatur ad executionem, sed tantum ad eam patienter toleranda: nisi forte iudex pronuntiauerit, vt reus prius aliquid præstet, quod tamen nec leges nec sententiæ dicere solēt: sed leges pœnā statuunt, iudices verō condemnant, vt pœna legis Lucio vel Titio irrogetur, quā pœnā illi solvere teneantur intra certum tēpus, postea quam fuerint admoniti cum literis executorijs illius sententiæ. 185. Alio quoque modo respōdeo supra scripto argumento, qd cū aliquis lege humana debitor tantū est, quāuis ab eo inuito pecunia exigī possit, nihilominus tamen ipse non tenetur in foro cōscientiæ illā restituere: Quod probo duplici exēplo, &

De bonis hereticorum.

alijs quoq; multis comprobare possem. Primo, qui per literarum obligationem aliquid spe future numerationis se debere confessus est, is post biennium debitor eiusmodi est, ut ab eo inuito pecunia exigi possit & tamen eam in foro conscientiae ante executionem soluere non tenetur. Similia prorsus de eo dici possunt, qui per falsas probationes condemnatus est, à quo inuito pecunia exigi potest, quam tamen in foro conscientiae soluere non tenetur: hereticus autem lege tantum debitor est, & quidem lege poenali, & quae

186 Sed forsitan quispiam dixerit, supra scripta exempla in eo dissimilia esse, quod in utroque foret iniusta exactio: fiscus autem haeretici bona exigere iure potest. Cui respondeo, similitudinem nihilominus in eo manere, quod utrobique debitor lege tantum humana tenebatur. Quid quod fieri potest, ut exactio iusta sit in illis speciebus, videlicet si actor in ius alterius successerit, & scriptura vel testibus deceptus iustam ignorantiae causam habet? Quid quod possem alia sexcenta proferre, in quibus exactio sit iusta & is a quo inuito pecunia exigitur eam restituere non teneatur in fo-

ro conscientiae? Sed alia duo exempla verbi gratia posuisse sufficere. Si pater tuus rem aliquam secreto mihi donauerit, vel in minus solemni voluntate aliquid mihi presenti reliquerit: non teneor ego tibi, patris haeredi, res illas restituere: tu vero easdem exigere à me etiam inuito potes: nil ergo prohibet quin fiscus exigere possit haeretici bona, haeticus autem ea restituere ante sententiam in foro conscientiae non teneatur. l. 2. C. de fidei commi. l. duo sunt Titij de testamenti tute.

187 Postremo, ne longius abeam, supra dicto argumento respondeo, Modestini sententiam plerumque in foro conscientiae locum non habere: multi siquidem in foro conscientiae vere debitores sunt, à quibus inuitis nil exigi potest: è contrario multos reperire licebit, à quibus multa exigi possunt, qui tamen nihil debent in foro conscientiae. Denique titulum habet haeticus & verum ac naturale dominium bonorum suorum habet item iustam possessionem, ut supra quoque dixi: relinquatur ergo, non esse illum obligatum ex conscientia ante sententiam, bona sua dare aut offerre fisco.

188 Quinto argumento Alfonso prolixè probare conatur, possessionem heretici esse iniustam, quia (ut inquit) nullo iure aut iusto titulo eam habet. Nos autem verisimilius paulo ante probauimus, heretici possessionem esse iustam, neque aliquo iure prohibitam, aut improbatam esse: non iure naturali,

Titulus.

IX:

36

turali, non diuino, non gentium, aut civili: quinimo iure ipso pontificio quo precipue bona hereticorum confiscantur, possessio illis non tantum relinquatur, verum etiam defenditur: & prohibetur, ne fiscus ante sententiam occupare illam villo modo queat. Adde quod hereticus pro suo possidet, ac verum dominium & titulum retinet: nec animo aut corpore possidere propter haesim desinit. Non ergo tenetur in foro conscientiae fisco possessionem tradere ante sententiam cap. cum secundum. §. vlti. de heretici. lib. 6.

189 Sexto argumento probare nititur, dominium bonorum haeretici translatum esse in fisco ipso iure, à tempore commissi criminis: quia si haeticus verum dominium haberet, utique transmississet illud in haeredem, à quo auferri non posset, nisi propter ipsius haereditis culpam veram, vel praesumptam: sed omni culpa haereditis cessante, auferuntur ab eo illa bona: ergo verum illorum dominium nec haeticus habuit, nec ad haeredes transmisit. Hoc argumentum nullas omnino vires habet: quia haeredes representant personam defunctorum, & non secus atque illi, si viuerent, conueniri possunt. Proinde non solum ex contractibus defuncti conueniuntur, sed in interdum etiam ex delictis: scilicet, si lis fuit cepta cum defuncto, vel poena ipso iure imposta, ita ut

post mortem accusari possit reus, ut fit in crimine haesim, vel si ex maleficio aliquid ad eos peruenerit, quibus casibus haeredes soluere debent, etiam innocentes, quamuis verum dominium ad eos translatum sit. l. 1. C. ex delictis defun. c. à nobis. 2. de sentent. excom. m. u. ca. accusatus. §. in eo. de heretici. lib. 6. l. 1. ut actio. ab here. & contra haered. incipit. Ad postremum Alfonso citat non nullos suae opinionis auctores: verum pro nobis è regione pugnant agmina ingentia theologiae ac iuris peritorum: quorum sententia benignior quidem & longè receptior est. Opinionem Alfonso sequuntur Abbas & Felin. in ca. 1. de constitu. Pau. in l. 1. §. ad bestias. de posthulā Angel. in athen. de incestis nupt. Barba. in c. Rainaldus de testamē. Corsetus in singularibus Maynerius in l. quod à quoquam de regu. iuris quibus addo. Cardi. in c. frater uitas. 12. questio. 2. Parpa. in l. si quis maior. C. de transact. Matthē. in cōsti. Siciliae, violentias rub. 29. libr. 1. quest. 2. quos & alios similiter erras allegat Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. parte, reuertatur. numer. 236. cui adde Ludouic. Gomez. in capit. 1. de rescript. lib. 6. nu. 9.

191 Superest iam, ut ad primum illud Alfonso argumentum, quod fortissimum esse diximus, reuertamur. Sed priusquam illud dissoluere aggrediamur, breuiter tractare

De bonis hæreticorum.

oportet, quæ quidem nec extra propositum nec inutiliter differemus. Primum an princeps possit legem condere, qua expresse obliget reū ad magnam aliquam pœnam in se ipsum exequendam in foro conscientia? Secundum, esto quod possit, an id facere debeat? Tertium, vtrum id voluisse in dubio credendus sit?

192 In prima quæstione Alfonso ait legem fieri posse, qua reus ad pœnam subeundam obligetur in foro conscientia: quod probat quibusdam legibus diuinis, quas prolixè inducit ad suam opinionem confirmandam: & inde postea deducit idem quoque legibus humanis fieri posse. Alfonso. Castren. lib. 2. de potestate legis pœna. ca. 4.

193 Cui equidem ita posse respondere censeo. Primo, quod longe alia causa est diuini legislatoris atque humani. Deus enim condere potest leges pœnales equè obligantes in omni foro: homo autem nihil statuere potest extra suum territorium, extra quod sine dubio forum conscientia est. l. vlti. de iurisd. omni. iudi. c. inquisitioni. de senten. excommuni.

194 Deinde leges ab Alfonso citatæ vel de satisfactione offensa, vel dâni dati loquuntur, vel de aliqua exigua quantitate offerenda pro expiatione peccati: at in quæstione proposita nullam offensam vel damnū hæreticus fisco fecit, & nihilominus omnia bona in meram pœnā

eidem offerre deberet. Postremò iudicialia illa veteris testamenti non sunt in exemplum nostræ actionis trahenda. c. vltim. 6. distinctio. & in summa. 15. quæst. 3. Tho. 1. secunda quæst. 100.

195 Præterea sic argumentatur Alfonso. Ecclesia potest leges cōdere de quacunque re, quæ non sit contra ius naturale aut diuinum, præsertim si res illa iuuat ad meliorem obseruationem mandatorum Dei: at hominem peccatorem obligari per legem in foro conscientia ad pœnam subeundam sine iudicis sententia, non est contra ius naturale vel diuinum: quia si talis esset, hoc posset ex sacris literis manifeste ostendi, quinimo eadem lex utilis esset ad meliorem obseruationem legum diuinarum & humanarum ergo nil prohibet huiusmodi legē fieri. hæc ille lib. 2. de potestate legis pœna. ca. 5.

196 Nos verò negamus posse leges fieri de quacunque re, quæ non sit contra ius naturale aut diuinum: quia lex debet esse necessaria, possibilis, & utilis, vt postea probabimus: & multa quidem inueniuntur, quæ non sunt contra iura diuina, quæ tamē per leges præcipi aut statui nequeunt. Verbi gratia, legislator non potest per legem statuere vt si quis percussus fuerit in dextrā maxillam, præbeat percutienti alteram, alioqui teneatur in foro conscientia omnia bona sua tradere fisco: nec sub eadem pœna sanciri posset,

Titulus.

IX.

37

posset, vt volenti tunicam tollere, dimittatur & pallium: & tamē ista non solum non sunt contra legem diuinam, sed etiam Dei nostri consilia diuinissima sunt Mat. c. 5.

197 Deinde negari potest, legem illam non esse cōtra ius naturale aut diuinum: quia satis videtur omni iuri contraria lex, quæ obligare velit aliquem extra territorium legislatoris: & quæ insuper etiam confundat rationem ipsam pœnarum quæ quidem in tolerantia & patientia consistit: & quæ crimina etiam occulta velit sic punire, vt idem facinorosus reus sit & accusator, testis, iudex, & executor: & nisi bona omnia offerat fisco, in peccatum incurrat mortiferum. l. pœn. ff. de noui operis nuncia.

198 Secundo sic argumentatur: sicut iudex potest reum condemnare ad aliquam pœnam, & reus illā tenetur soluere in foro conscientia: sic etiam lex potest condemnare ad pœnam in eodem foro soluendam: quia non minoris autoritatis est lex, quam iudex. Hoc argumentum sine dubio concludit cū omnia fuerint paria: nam sicut iudex potest condemnare reū ad pœnam soluendam: id quod tunc demum facere potest, cum reus est accusatus, defensus, atque conuictus: sic etiam lex potest illum obligare ad pœnam postea quam fuerit accusatus, auditus, & conuictus. Sed è regione quemadmodum iudex nullo modo potest quempiam in-

dicta causa damnare ad aliquam pœnam. Sic etiam lex nequit Lucium vel Titium in foro conscientia obligare, antequam illi audiantur, & conuicti sint.

199 Tertio probat Alfonso opinionem suam dicens, ecclesiam interdum indixisse ieiunia ad expiationem peccatorum: idque facere atque statuere posse sub obligatione peccati mortiferi: & tamen eam legem esse pœnalem, & obligare ad pœnam illam subeundam ex conscientia. Sed hoc longe dissimile est quæstioni proposita: quia licet ea omnia concedamus, ieiunia tamen illa forum conscientia respiciunt, & non magnam pœnam imponunt. Quid quod negari potest, eam legem esse pœnalem.

200 Quarto argumentatur sic. Homo potest se ipsum obligare ad pœnam in foro conscientia soluendam, & sine aliqua iudicis sententia: ergo ecclesia potest illum eodem modo obligare: quia circa pœnas inferendas plus potest superior erga inferiores, quā inferior erga se ipsum. Consequentia huius argumenti falsa esse videtur. Quia quilibet se ipsum obligare potest, præsertim Deo, ad longe plura, maiora & grauiora, quā lex vlla humana eum obligare queat: quod in eis videre licet, qui consilia euangelica profitentur, ad quæ nulla lex inuitum obligare valet in foro conscientia. Accedit eodem, quod quilibet cōtrahere potest in foro conscientia: legi-

De bonis hæreticorum.

giffator autem in foro illo leges da²⁰² re, aut condere nequit.

²⁰¹ Quinto probat Alfonsus opinionem suam argumento quodam, ut sibi videtur, fortissimo: dicens: multa sunt iuris pontificij decreta, que pro certis criminibus imponunt ipso iure suspensionem, aut excommunicationem, aut irregularitatem, in quas pœnas incidunt facinorosi, absque aliqua iudicis sententia: ergo Ecclesia potest obligare aliquem ad pœnam subeundam ante condemnationem. Sed huic argumento recte respondit Caietanus, distinguens pœnam, quæ nullam actionem exigit ad executionem: ab ea pœna, cuius executio aliquam actionem requirit. Prior enim per se solam legem habet plenum effectum etiam si reus non cooperetur ad executionem: Posterior verò aliam executionem requirit: quæ propter nec per se solam legem executioni mandari potest, nec reus in foro conscientie tenetur ad legem in se ipsum exequendam. Quam distinctionem Alfonsi argumenta non destruunt: quia in exemplis ab eo positis, nec lex, potest facere ut reus volens, fame, aut permanens in carcere, moriatur: nec reus ipse ad talem executionem tenetur, ad quam requiruntur multi actus contra ius naturale, diuinum, gentium & ciuile. Alfons. lib. 2. de potesta. legis pœna. capit. 5. Caietanus super Thomam. 2. secundæ quæstion. 62. articu. 3.

Pergit Alfonsus & idem argumentum comprobatur exemplo incestuosi, qui cognouit consanguineam uxoris suæ: cui Celestinus tertius imponit pœnam, ut exigere debitum ab uxore non queat, nec post mortem uxoris aliam ducere possit, nisi prius legibus solvatur. Sed ut incertum est, an in has pœnas incestuosus incidat ipso iure, in foro conscientie: sic illud extra controversiam est, nullum factum esse necessarium ex parte incestuosi ad executionem earundem pœnarum: & ideo Caietani responsio huic objectioni quoque satisfacit. Adde quod omnia hæc argumenta & exempla, longè dissimilia sunt quæstioni propositæ. c. transmissæ. de eo qui cognouit consanguineam uxoris suæ.

²⁰³ Illud autem quod in fine eiusdem argumenti Alfonsus addit, de legibus usufructu & prescriptionis, dicens, eas esse pœnales, & tamen obligare ad subeundam pœnam in foro conscientie, nil profus ad hanc rem facit: quia nullo iure probatur, eas leges esse pœnales: nec aliquam pœnam dominis rerum imponunt: alioquin prescriptio non curreret aduersus eos, qui in ius alterius succedunt, nec aduersus absentes & ignorantes, quibus nullum crimen aut culpa imputari potest: in qua enim lex esset, quæ puniret innocentes. Accedit eò, quod non foret opus omnino, ut prescribens haberet bonam fidem, titulum & possessionem: ea siquidem superflua viderentur.

Titulus.

IX

38

derentur ad punitionem alterius:

²⁰⁴ Sed ut leges illæ pœnales essent, nullum tamen factum ad executionem requirunt. Adde quod verius est, bono publico introductam esse usufructu, ne diu incerta dominia sint: ne lites perpetuæ re publicam turbent: ne bonæ fidei possessores post longissimum tempus priuentur suis possessionibus: ne deseratur agrorum cultura: denique quia domini qui res suas negligunt intra statuti temporis spatium concessum ad eas inquirendas, hi videntur pro derelicto res suas habere, vel earum possessoribus eas concedere, ac proinde nullam pœnam patiuntur. l. i. de usu capio. Plato lib. 12. de legibus Tho. quo lib. 12. arti. 25. Scotus in libr. 4. sent. dist. 15. quæstio. 2. & illic Ioan. Maior. quæstio. 11. & Almainus & ceteri. Abulen. in lib. iudicum capit. 11. quæstion. 38. & 58. & innumerabiles alij.

²⁰⁵ Sexto, ad defensionem sententia suæ Alfonsus etiam illud affert, quod decreto quodam Alexandri quarti cauetur: id est, ut hæretici & fautores, & eorum filij arceantur ab ecclesiasticis beneficijs & officijs publicis: quam pœnam, ait locum habere in foro conscientie, quia in eorum decreto adijcitur, irritum esse & inane, si secus actum fuerit. Posset quidem negari, eam pœnam obligare in foro conscientie ante accusationem & sententiam: quia non ante quisquam damnari de-

bet. Sed etsi id concesserimus, nihilominus tamen nullus requiritur actus ex parte eorum ad executionem. capit. 2. §. hæretici de hæretic. lib. 6.

²⁰⁶ Septimo, probatur opinio Alfonsi alio supra scripti decreti capite, quo filij hæreticorum ipso iure liberantur à patria potestate. Videtur ergo quod illa pœna locum habeat in foro conscientie absque ulla sententia. Cui argumento responderi potest, quod prius quam filius efficiatur sui iuris necesse est ut pater pronuncietur hæreticus: nec illa pœna liberationis requirit aliquem actum ex parte patris, nec obligat patrem ad aliquid exequendum in foro conscientie dicto. ca. 2. §. ultimo.

²⁰⁷ Octauum argumentum fragile est, & vix ad propositam quæstionem applicari potest. Ait enim, clericum concubinarium vitandum esse ab omnibus. In quo non video quam pœnam ipse concubinarium in se ipsum exequi teneatur, imò nec in pœnam illam incurrere videtur in foro conscientie: nil enim propter constitutionem, qua ea pœna imponitur, ipse concubinarium facere cogitur in foro conscientie cap. quæsitum, de cohabi. cleric. & mulie.

²⁰⁸ Nonum argumentum fortius vrgere videtur: nam decretum concilij Lateranensis imponit pœnam clerico, qui per sex menses prætermiserit lectionem officij canonici,

De bonis hereticorum.

vt fructus beneficiorum suos non faciat, sed tanquam iniuste perceptos, in fabricam ecclesiarum, vel pauperum elemosynas eos erogare teneatur. Dubitari tamen probabiliter possit, an illa poena obliget omnino in foro conscientiae ad executionem in se ipsum faciendam: nec enim decretum illud usu receptum est, & vix paucis innotuit. Sed vt concedamus ad eam poenam exequendam clericum esse obligatum ex conscientia: habet tamen decretum illud causam singularem, quia beneficium datur sub ea conditione, & sub onere illo, vt clericus quotidie suis precibus & orationibus intercedat pro populo, & ob eam rem dantur illi fructus: vnde si ipse non facit id, propter quod fructus ei conceduntur, mirum non est si eos restituere teneatur in foro conscientiae, etiam si nulla lex eum specialiter ad eam restitutionem obliget. Sicut is cui praedium relictum vel datum est sub ea conditione, vt aliquid faciat, si non satisfacit voluntati eius, a quo illud accepit, restitutioni quidem obnoxius est: non quia poena aliqua ob eam rem punitur, sed quia praedium habet sine causa, contra voluntatem eius, qui sub ea conditione dedit illud. Sic & clericus, qui altari non seruit, vel non orat pro populo, non facit fructus beneficij suos, non tam virtute legis poenalis, quam ex natura & onere beneficij & officij. Nil mirum ergo si teneatur ad restitutionem

in foro conscientiae, cum fructus non fecerit suos. l. 1. cum seq. de condit. causa dat. l. 2. de conditio. & demonstrationi.

209 Decimo, argumentatur ex diuisione quadam poenarum posita à Bonifacio octauo dicente, aliquos esse priuatos bonis suis per sententiam, alios autem ipso iure: ergo sicut priores obligantur in foro conscientiae, sic & posteriores. Cui responderi potest primo, quod neque illi qui per sententiam condemnati sunt ad poenam, tenentur in foro conscientiae eam in se ipsos exequi nisi forte in sententia hoc illis fuerit praecipuum: quod tamen rarissimum est. Deinde, argumentum soluitur, concessa aequalitate rationis ac diuisionis quantum ad multos effectus fori iudicialis, non tamen quantum ad forum conscientiae, in quo nemo tenetur ad poenam in se ipsum exequendam. Postremo respondetur iuxta communem sententiam, necessariam esse iudicis declarationem in talibus poenis ipso iure impositis & ante quam illa promulgetur, & reus defendatur, non esse illum obligatum in foro conscientiae, quemadmodum alibi plenius ostendimus. Quod autem Alfonso addit, ad probationem eiusdem argumenti, alio quoque loco à nobis confutatum est. ca. 2. de praescriptio. lib. 9.

210 Postremo argumentatur dicens ecclesiam posse condere legem per quam praecipiat, facere aliquid sub poena

Titulus. IX.

39

poena peccati mortiferi: ergo potest condere legem, quae sub poena peccati mortiferi praecipiat, nec reddere poenam aliquam. Cui argumentum respondetur negando consequentiam: quia longe dissimilis est casus iste ab eo, quem assumit in propositione. Potest enim ecclesia praecipere aliquid vsque ad eum iustum & graue, vt obliget ad illud subditos sub poena peccati mortiferi: at verò facinorosum in aliquem obligare ad meram poenam in se ipsum exequendam in foro conscientiae, prius quam accusetur & condemnetur, id quidem videtur iniustum, tam ex parte statuentis, propter defectum iurisdictionis ad condendas leges in foro conscientiae, quam ex parte delinquentis, qui non debet cogi, vt sit accusator simul & reus, testis, iudex, & executor. Tyrannicum esse ait Dionysius libro septimo antiquitatum Romanarum, vt sit quispiam accusator & iudex, idemque poenae arbiter. c. 1. 4. quest. 4.

211 Ex quibus omnibus perspicuum esse poterit, non esse villo pacto legislatori licitum, talem condere legem, qualē in principio huius quaestionis proposuimus: scilicet, quareum obliget in foro conscientiae, ad magnam aliquam poenam in se ipsum exequendam. Nam etsi ad poenam aliquam subeundam lex obligare possit, ad cuius executionem nulla sit actio necessaria, vel ad mediocre aliquam poenam pro satisfactione damni dati, vel pro

aliqua offensa, vel pro peccati expiatione, aut pro causa quapiam simili: non tamen ad poenam magnam obligare poterit reum in foro conscientiae: multoque minus obligare poterit haeticum, ad maximam totius patrimonij poenam offerendam fisco in foro conscientiae. 212 Sed quia vt vulgo dici solet, possibilis est res ampla, & vt ait Apostolus, multa licent, quae non expediunt: fingamus legem fieri posse qua haeticus obligetur in foro conscientiae, bona sua omnia non accusatus offerre fisco: tum quaero, vtrum legislatori expediat, legem eiusmodi condere? Cui quaestioni respondeo, nullo modo talem legem fieri debere. i. ad Corin. capit. 6. & capit. 10.

213 Quod quidem multis argumentis facile probari potest. Primo quia non sunt imponenda subditis onera graua & importabilia, vt est apud Mattheum: nec iugum durum imponi debet super ceruices, quod portari nequeat: quemadmodum diuus Petrus docet in actis apostolorum, & vt Cassiodorus libro quarto variarum inquit, non potest imperari multis, quod nequeant custodire paucissimi. Adde quod lex humana, vt iusta sit, respondere debet legi diuinae, vt post Augustinum libro primo de libero arbitrio reliqui omnes fatentur. Iugum autem domini suauis est, & onus eius leue, vt ipsa veritas per Mattheum inquit: ergo non debet fieri tam dura

ra

ra & grauis lex quam in questione
proposita diximus: quis enim ta-
lem legem ferret? Mat. 23. act. 15.
Mat. 22.

214 Deinde, non sunt condendæ le-
ges nisi de his tantum rebus, quæ
necessariò constituere oportet, vt
pacatus & tranquillùs sit status rei
publice. Vnde Plato libro nono de
legibus inquit: legislator necessita-
te coactus leges imponit; ipse nam
que nullum vellet vsum, necessita-
temq; legum vnquam fore. Et Iso-
crates in areopagico ait, multitu-
dinè & nimis exquisitam legum con-
stitutionem, signum esse mali sta-
tus rei publice: nam dum delicta,
quasi aggeribus obiectis coercere
nitatur, necessario cumulari leges:
decere autem prudentes magistra-
tus non porticus implere legibus,
sed efficere, vt ciues animis in sum
iustitiæ studium habeant. Nam ho-
mines male instituti, leges etiam
exquisitissimas negligere audent.
Quid quod multitudo legum insi-
diari videtur hominibus: quia diffi-
cile est tanta innocentia viuere, vt
de tot legibus nullam vsquã offen-
damus. Diuus quoque Augustinus
libro primo de libero arbitrio hæc
verba scripta reliquit: ea vindican-
da sibi lex populi assumit, quæ satis
sint conciliandæ paci hominibus
imperitis, & quanta possunt per ho-
minem regi: at vero nulla impellit
necessitas, vt lex ista feratur, neque
necessaria est, vt pacatus sit status
rei publice, nec quicquam confert,

ad pacem conciliandam. Denique
non potest per iudicè quamuis ocu-
latissimum seruari. Augusti. libr. 1.
de libero arbitrio cap. 5. Fran. con-
nanus lib. 1. commentario iuris ci-
uilibus cap. 9.

215 Huc accedit, quòd hæresis illa,
quæ nullum habet accusatorem,
qualem proposita lex punire vult
in foro conscientie: illa inquam hæ-
resis occulta ferè semper erit, ac
proinde potius Deo relinquenda
punitio eius est, quàm ab humana
lege vsurpanda: occulta enim ho-
mo iudicare non debet, qui tantum
videt, ac punire potest, quæ appa-
rent: dominus autem occultissima
etiam intuetur & punit libr. 1. regum
cap. 16. cap. si omnia. 6. quæst. 1. cap.
qualiter de accusa.

216 Adde his, quòd nemo cogendus
est, vt se ipsum prodat in publicum
iuxta doctrinam Chrysostomi super
epistolam Pauli ad Hebræos. Lex
verò supra tacta cogeret hæreticum
ad sui prodicionem: quandoquidè
vix bona sua omnia offerre potest
fisco, quin se ipsum simul infamet,
prodat, & perdat: quod quam sit in-
iustum nemo est, qui non planè in-
telligat. c. quis aliquando de pœni.
distin. 1.

217 Accedit Cicero libro secundo
de legibus dicens: verè dici potest,
magistratum legem esse loquentem,
legem autem mutum magistratum.
Nam lex occulta crimina punire
non debet sine accusatore, nec po-
test obligare quenquam, vt pro cri-
mine

mine occulto omnia sua bona non
accusatus offerat fisco: quemadmo-
dum nec magistratus crimen oc-
cultum punire potest, si legitimus
non fuerit accusator: æqualitas e-
nim iustitiæ non est nisi inter duos
vt Aristoteles, Thomas, & ceteri
omnes tradunt. c. de accusat. l. re-
scripto. s. si quis de munere & hono-
ratorum. 25. Aristo. lib. 5. ethi. Tho.
2. secundæ quæst. 63. arti. 3.

218 Hoc quoque redemptor noster,
apud Ioannem capite octauo, do-
cuisse videtur: mulier vbi sunt, qui
te accusabant: Nemo te condema-
uit: nec ego te condemnabo. Vnde
Ambrosius super caput quintum
prioris epistolæ ad Corinthios in-
quit: iudicis non est, sine accusato-
re damnare quenquam: quia & do-
minus Iudam, cum fur esset, scie-
bat: sed quia non est accusatus, mi-
nimè abiicit. Et Scipio minor Ca-
ium Licinium quum prætereunte
vidisset: istum, inquit, hominem e-
go peierasse scio: sed quum illum
nemo accuset, non possum ipse &
accusator esse & iudex: author Plu-
tarchus in apophtegmatibus. Satis
quidem consultum est tranquillita-
ti rei publice, si publica & notoria
peccata non dissimulentur, & ius
suum petentibus tribuantur & accu-
satoribus damna resarciantur: nec
enim debent legillatores, aut ma-
gistratus, tanquam hostes, occulta
peccata præterius & æquum pro-
dere, sed vt patres charitate corri-
pere, vel dissimulare. Quod & re-

cte noster Soto docuit lib. de regen-
do secreto membro. 2. quæstion. 6.
dubio. 1. capit. si quis potestatem. 23.
quæst. 4.

219 Quinimo nec omnia crimina
etiam si publica sint, legibus puni-
re oportet: sed multa interdum iuste
dissimulantur: qualia sunt lupana-
ria, simplex fornicatio, & si quæ
sunt alia generis eiusdem, quia vt
inquit sapiens, qui multum emun-
git, elicit sanguinem. Et Plato libro
septimo de legibus docet, non ex-
pedire, vt singula quæque per leges
statuantur, ne dum cunctis prouid-
ere volunt, in omnibus contem-
nantur. Diuus quoque Augustinus
libro primo de libero arbitrio capi-
te quinto inquit: videtur tibi lex
ista, quæ regendis ciuitatibus fertur
multa concedere, atque impunita
relinquere, quæ per diuinam iustiti-
am providentiam vindicantur, & re-
cte prouerb. 30. c. inter opera de spõ
sali. Alexan. Ales. 3. parte. quæst. 46.
Tho. 2. secundæ quæst. 10. arti. 1.

220 Addendum eodem est, quòd nõ
sunt condendæ leges optimæ ac per-
fectissimæ, sed illæ duntaxat, quæ im-
peritæ multitudini quadrare queant
nam perfectissimæ leges, & quæ op-
lerari non possent, pessimæ censere-
tur: quemadmodum sapienter docet
Alfonfus Tostadus libro de op-
tima politia. Vnde Plato libro
quinto de legibus inquit: illud emã
legillatoribus multa præcipiunt, vt
leges huiusmodi ferant, quales mul-
tudo & populus libenter susci-
pian.

piant. Aristoteles quoque libro 4. politicorum scriptum reliquit, leges omnes ad rem publicam accommodandas esse, non autem rem publicam ad leges esse trahendam. Abulen. nume. 102. politi. 4. capit. 1. Domini. Soto. libr. 1. de iust. & iure. quæstio. 6. arti. 2. cap. 1. 221 Præterea leges iuxta Isidori sententiam, debent esse possibiles, & secundum consuetudinem patriæ, ac subditorum moribus congruentes: quia firmanur, cum approbantur moribus utentium, & abrogantur per contrariam consuetudinem. Vnde Demosthenes oratione contra Timocratem, verum illud, inquit mihi videtur, quod quendam dixisse ferunt, omnes cordatos in ea esse sententia, ut leges nihil aliud esse putent, quam mores ciuitatis. Et Aristoteles libro tertio politicorum, leges quæ moribus, quæ quæ literis continentur, maiorem auctoritatem habent. Quid leges sine moribus vanæ proficiunt, ut canit Horatius. At vero quisque secum reputare poterit, an lex obligans in foro conscientie ad poenam omnium bonorum in seipsum exequendam, possibilis sit, & imperitæ multitudini congruat, & an moribus utentium fuerit vsquam recepta, vel sit vnquam recipienda. Quid quod sine causa necessaria onerare subiectos multis legibus, & eorum conscientias illaqueare, durum est & inhumanum, & species quædam tyrannidis: non secus atq; id ipsum

illicitum esse in præceptis voluntarijs rectè docuit Adrianus pontifex libro quæstionum. c. erit autem cum seq. 4. distin. Adrian. quolib. 6. Aristote. 3. politi. ca. vlti. Flæcus lib. 3. carminum oda. 24. His adijce quod si quispiam dixerit, legem illam obligare vel ad impossibile, meo quidem iudicio non aberrabit. Quia in materia morali nimia difficultas impossibili æquiparatur: durissima verò lex esset, quæ rem cogeret in foro conscientie ad offerenda fisco bona sua omnia: foretque difficillimè vnicuique, vniuersum patrimoniū fisco tradere, se ipsum, domum atque familiam in paupertatem sordidam deijcere: denique sui proditorem esse. Idem Iulianus, s. vlti. de legat. 1. l. continuus, s. illud de verbo obligat. l. cū sane de his quæ deiecc. & effu.

223 Accedit eodem, quod iactura omnium bonorum, solet morti æquiparari: nam ut inquit Aristoteles, patrimoniij dissipatio interitus quidam esse videtur ipsius dissipantis, propterea quod patrimonio ac facultatibus viuitur. 4. ethi. cap. 1. glo. in l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iudicio. & in l. illicitas. s. ne tenuis. de offi. præsi.

224 Iure itaque idem Alfonso fatetur, non esse legem condendam de re nimiam difficili, sicuti nec de impossibili. Cui accedit Plutarchus, in vita Solonis, dicens, deest in ferendis legibus possibilitatis & facultatis

facultatis rationem habere, si quis velit vtiliter in paucos, quam sine vtilitate in multos animaduertere. Demosthenes quoque oratione contra Timocratem inquit, arbitrator igitur confitendum esse omnibus, prauam legem, & multitudini profuturam, primum simpliciter, & omnibus æquè aperte scriptam esse oportere, ne eam alius aliter interpretetur. Deinde fieri posse oportere ea quæ iubeat. Nam si præclare constituta sit, sed aliquid tamen quod fieri nequeat, proponat: id voti potius, quam legis fuerit officium. Alfonso lib. 1. de potestate. legis poena. c. 1.

225 Durities autem prædictæ legis ex eo planius intelligitur, quod si quispiam hæreticus intellectualis, siue purè mentalis, occultè vel submurmurans, pferret hæresim, quauis nullus id audierit, & ille sit emendatus, nihilominus tñ teneretur statim in foro conscientie bona sua oia tradere fisco: quia cōmuni sententia talis hæreticus, ipso iure incidit in excōmunicationē, & in alias poenas aduersus hæreticos statutas. Quod quàm sit graue atque intolerabile, cuius facile pspicuum esse poterit: Alfonso verò putat, ad eam restitutionem hæreticum illum occultum obligatum esse. l. 2. de potesta. legis poenalis. cap. 15.

226 Concludimus ergo ex omnibus ante dictis, quod vel talis lex fieri nō potest, vel certe nullo modo fieri debet: Nā ad ferendā eā legē nul-

la necessitas cogit, nec tolerari posset, nec populus illā susciperet, nec est accommodata reipublice, quia vehemēter emūgit. Quid? quod tali lege magis illaquearetur animæ, quā hæretici ab hæresibus deterrentur: nā qui leges Dei & hominū non formidat, ut hæresim fugiat, is quidē supra dictā legē in foro conscientie nō timebit: essetque lex supuacua, quod esse nō debet. Quid? quod hæreticus qui ad ecclesiā sponte redire voluerit, si nouerit, se teneri ad bonorū omnium restitutionem, is proculdubio in desperationem incidet. Nec enim fuit vllus, aut erit vnquā, qui vltro bona sua oia nō condēnatus offerat fisco: & iuxta Ciceronis sententiā, ea quæ sūt in vsu, vitaq; cōmuni, nō ea quæ finguntur, aut optantur, spectanda sunt. l. post limini. ff. de captiuis.

227 Ex supra scriptis quoque illud, quod tertio loco tractandum proposui, facilè resolui potest: nempe in dubio non esse interpretandū, aut præsumendum, quod legislator voluerit obligare quempiam ad poenā omnium bonorū in se ipsum exequendam. Quia nunquam legislator existimandus est velle, nisi quod possibile, iustum, bonū, & equū fuerit. c. 1. cum seq. 4. distin. l. ex facto. de vulga. & pupilla.

228 Superest, ut iam tandem ad primum illud Alfonso argumentum redeamus: quo suam opinionē ita cōfirmat. Hæreticus ipso iure priuatus est dñio bonorū, ergo nō potest

salua consciētia retinere bona aliēna inuito domino: quia omni iure prohibitum est, vt quispiam ea bona retineat, quæ ad alium pertinet: nec enim multum interest, quantū attinet ad periculū animæ, an iniuste quis detineat, vel alienum inuadat. c. sæpe. de resti. spolia. c. cum secundum de hæreti. lib. 6.

229 Huic argumento multifariam responderi potest: primo, quod hæreticus non est priuatus ante sententiā vero dominio bonorum suorum: quia nec propter heresim, nec propter alia, quātumuis horrenda crimina, priuatur aliquis ipso facto dominio bonorum suorum iure naturali, diuino, aut gentium. Nec enim ius aliquod eorum ostendi potest quo talis priuatio pbari queat: nec dominium bonorum temporalium pendet à charitate vel gratia, vt per peccatum amittatur: sed sicut acquiritur apprehensione, ac iustis causis & titulis: sic etiam e contrario certis ex causis amittitur, quarum nulla est peccatū eius, qui dominium habet: quod verū quidem est, & omnium consensu receptum. Tho. 2. secundæ quæst. 12. arti. vlt. Vualden. tomo. 1. lib. 2. cap. 81. cū seq. Scotus, Gabriel, Almain⁹ & cæteri in lib. 4. sent. distin. 15. Cōrradus de contractibus quæst. 7.

230 Relinquitur ergo quod si dominium bonorum Hæretici per solam heresim transfertur in fiscum, id iure tantum pontificio aut ciuili statutū foret: sed non potest fieri

lex, per quam hæreticus obligetur in foro cōscientiæ, vt ante sententiā teneatur omnia bona sua tradere fisco, vt supra planissimū fecimus. Igitur quibuscunque verbis leges loquantur, nō sunt interpretandæ, vt id statuere velint, quod & iniustum est, & præcipere nequeunt.

231 Age tamen perpendamus attentius duriora verba legis pontificiæ, quibus contraria opinio potissimè nititur: verba legis hæc sunt: bona hæreticorū ipso iure decernimus cōfiscata. Nunquid tanta vis est horum verborum, vt obligent hæreticum in foro cōscientiæ ad restituenda fisco bona sua omnia, priusquam conuincatur & iudicetur? equidem nil tale mihi persuaderi poterit. Nam etsi lex nominatim diceret, iubeo, vt hæreticus teneatur statim in foro cōscientiæ bona omnia tradere fisco: non posset illū obligare, vt in seipsum tam duram pœnā exequi teneretur: ergo multo minus verba illa, ipso iure decernimus cōfiscata, id ipsum efficere poterunt. c. cum secundum. de hæreti. lib. 6.

232 Proinde quamuis lex dicat, vt Vulpianus dixit, statim dominiū bonorum desinat eius esse, qui crimen commisit, & fisco acquiratur: nihilominus tamen id ciuili modo intelligendum esset, vt fiscus eam rem petere possit, non autem vt reus teneatur in foro cōscientiæ illam fisco restituere antequam sententia super crimine promul

promulgetur: & eo magis, quod nō præsumitur legislator voluisse, nisi quod iustum & æquum est, vt & alibi dixi. l. commissa. de publica & vectiga.

233 Vnde illud quoq; manifestè relinquitur, quod si per verba illa, ipso iure decernimus cōfiscata: dominium aliquod in fiscum statim trāsferatur: id accipiendum est, vt sit dominium quoddā ciuile & improprium, & quod non sit aliud, quam ius persequendi in iudicio bona illa: quæ quidem non antea propriè fisci esse poterūt, quam de crimine sit pronunciatum: & fortasse ne tum quidem fiscus eorum dominus erit, nisi & apprehensio subsecuta sit: traditionib⁹ enim & possessionibus dominia rerum acquiri solent, non autem verbis legum. Adde quod Iulius Paulus inquit, qui maiestatis crimine reus factus est, ante damnationē dñs est: l. traditionibus. C. de pact. l. quæsitum est. ff. qui & à quibus.

234 Cōuestiri potest ea sententiā hoc argumēto: ad effectum harum pœnarum, hominis executio necessaria est: ea verò in facto consistit: facta autē per sola verba legū perfici nequeunt: vnde illud Demosthenis, oratione aduersus Midiam, legum vis in quo est? vtrum in eo, si quis affectus iniuria exclamarit, vt ipse accurrant, & præsentia sua optulēt? Nō: literę enim sunt, & scriptura cōstāt, neq; hoc facere possūt. In quo igitur earum vis est? Si vos,

inquit, eas confirmabitis, & semper ratas exhibebitis omnibus earum opem implorantibus: ita & leges per vos firmę sunt, & vos per leges. Adde quod etsi princeps miles dicat, volo vt dominium bonorum Titij sine facto cuiusquam transferatur in Petrum, nunquam per ea sola verba dominium verum erit in illum translatum: & tamen princeps non minorem habet potestatem, quam lex, quippe qui lex viua est & legum conditor, vt alio loco diximus. l. denique. ex quib. cau. maio. l. in bello. §. facte. de capti. & postlimi. reuer.

235 Huc accedit, quod non sufficit, aliquid per legem statutum esse, vt illud statim fiat nemine petente, aut exequente: sed leges magistratibus egent, qui iura reddant, alijque ministris, vt iudicium iussa exquantur. Solius quippe Dei est, velle simul & posse, & facere. Ipse enim dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Quod nec ethnicos quidem latuit. Nam & Mercurius trismegistus in asclepio inquit: voluntas Dei, ipsa summa est perfectio, vt pote cum voluisse & perfecisse vno eodemque temporis puncto compleat. Et post pauca: placitum Dei necessitas sequitur, voluntatem comitatur effectus l. 2. §. post originem. de origi. iuris Plato lib. 6. De legi. in principio. c. 1. §. vlti. de statu regula. lib. 6. gene. cap. 1. Iudith. vltimo. nouella constituta. in principio.

De bonis hæreticorum.

236 Adde quod iudex ipse nil facere debet ad priuatam utilitatem, nisi is, cuius interest, id prius postulauerit, nec lex impartire solet beneficia & remedia sua, parti non petenti. Qua propter verisimile non est, quod legislator velit reum obligare in foro conscientiae ad executionem tam grauis poenae, antequam condemnetur: sed iuxta ordinem iuris fiscus debet illum accusare, & iudex pronunciare sententiam: ac tunc demum reus tenetur poenam subire. l. 4. §. hoc autem. de dam. infecto. l. peto. §. fratre. de legat. 2. l. vlti. §. i. quorum lega.

237 Præterea verba illa, ipso iure, non habent vim tãtam, vt executio statim à legē fiat parte non petente: sed necesse est, vt ab eo postuletur; in cuius fauorem lex ea verba posuit. Quod innumeris ferè exemplis comprobari potest, quorū pauca verbi gratia subijciam. Supplementum legitimæ portionis filij debita, fit ipso iure: quod tunc demum locum habet, cum fuerit à filio petitum. Sic & compensatio fit ipso iure, sed opus est, vt petatur. Similia quoque dici possunt de refecatione illa, quæ fit ipso iure per legē falcidiam, ac de alijs multis: igitur ad eundem modum accipiēda est illa confiscatio bonorum hæretici, quæ ipso iure fieri dicitur: vt tunc scilicet verum effectum habeat, cū fiscus postulauerit, & iudex reum condemnauerit. l. sancimus. C. de inoffi. testa. l. vlti. C. de compensat.

l. linea. ad leg. Falci. Tiraquel. in. l. si vnquam. C. de reuo. donat. verbo, reuertatur nu. 8.

238 Item hæc verba, ipso iure, perinde valent, ac si quispiam dicat: per ipsum ius. Veteres autem iure consulti, ipsum ius per antonomasiam appellare solēt, ius illud antiquissimum duodecim tabularū. Sic vlpianus inquit: seruitutes quoque prætorio iure cōstituuntur, & ipsæ ad exemplum earum, quæ ipso iure constitutæ sunt. Et alibi, siue ipso iure quis vsum fructum habeat, siue etiã per tuitionē prætoris. Et iterū, satis ipso iure munitus est. Et paulo post: non enim ipso iure, sed per conditionem munita est. Et rursus: valebit per tuitionē prætoris, non ipso iure. Sic etiam Caius, inter fideiussores non ipso iure diuiditur obligatio, sed ex epistola diui Adriani. Sic & Iulius Paulus, petere hæreditatē ipso iure poterūt. Demum Iustinianus ait: omnes actiones aut ipso iure cōpetūt, aut à prætore dātur. Ex quib⁹ omnib⁹ alijsq; similib⁹ locis perspicuū fit, horū verborum significatio nē nō semper illā vim habere, quā vulgo putat. l. i. §. vlt. de superficiebus. l. si vsum fructus. §. illud. vsum fructum quemadmodum. caueat. l. in causa. 2. de mino. l. i. quod fal. tuto. auto. l. inter de fideiussore. l. post legatum de his quib. vt indig. §. i. instit. de perpe. & tempo. actio.

239 Sed vt cōcedam⁹ aliū quoque sensum horum verborum interdum inueniri: vt ex eisdē intelligatur vis alicu

alicuius constitutionis; mox & sine hominis ministerio operantis: nihilomus tamen in prædicta lege pontificia, non alia est eorundem verborum significatio, quàm quæ bona hæreticorum per legem illā decernuntur cōfiscata. Sed nō eā vim habent, nec habere quidē possunt, vt propterea teneatur hæreticus in foro cōscientiæ, omnia sua bona ante sententiã offerre fisco. l. 3. §. sciendū. l. cū hic stat⁹. de donat. inter vir. & vxor. l. i. de curato. furio. l. græce. §. i. de fideiussore. l. in suis. de suis & legi. hæredi. l. qui decem. de solut. 242

240 Deinde omnia illa verba; hæreticorū bona ipso iure decernimus confiscata, nil aliud significat, quàm quod ea bona iure ipso delata sunt fisco, & obnoxia confiscationi, & ad fiscū pertinent: sed tamen opus est, vt fiscus ea petat, & hæreticus accusetur; & ordine iuris seruato condemnetur, vel declaretur hæreticus, & bona eius occupentur à fisco. Quod ex his, quæ supra dixi manifestissimū esse potest: & satis probari videtur quodam Callistrati iureconsulti respōso: vbi semel & iterum inquit, bona quædam fisco delata, ipso iure ad fiscum pertinere. 243 in. l. i. ff. de iure fisci.

241 Igitur propter actionem competentē ad petenda hæreticorū bona, intelligi quodāmodo potest, fiscum esse dominum illorū bonorū ipso iure, non tamen propterea statim verus dñs est: sapē enim dominus alicuius rei dici soletis, qui ius

habet ad rem illā consequendam: eo quod iuxta regulam iuris, qui actionē habet ad rem recuperandā, ipsam rem habere videtur. vnde sepius quoque in iure, meū dicitur id, quod mihi lege debetur. l. qui actionem. de regu. iur. l. qui aut. §. apud Labeonem. de his quæ in fraudem credi. l. i. in fine. de eo quod certo loco. l. vt mihi donares. de donat. l. si & me & Titium. si cert. pet. l. i. quodcum eo. l. si pecunia. C. de nego. gestis. l. si fratres. §. idem respondit. 2. pro Socio.

Adde quod, cū eiusdē rei duplex dominium inueniri possit, aliud naturale, aliud ciuile: posset concedi, vt alterum apud fiscum sit, alterum verò apud hæreticum. Nam in seruo dotali maritus habet ciuile dominium, vxor autem dominium naturale: filius quoque viuopatre dicitur quasi dominus bonorum eius: quorum tamen verum dominium apud patrem est. l. 3. C. de iure dot. l. quamuis. ff. eodem titulo. doce ancillam. de rei vendi. iuncta. l. in rebus. C. de iure dot. & l. i. §. si vir. ad Sillaniam. l. in suis. de liber. & posthu.

Quod si quispiam pertinacius urgeat dicens, non esse illa verba interpretanda sic, vt accipiantur improprie: huic ego respondeo, necessariam esse supra tactam interpretationem, vt toraburda videntur, quot ex diuersa opinione sequerentur. Tolerabilius enim, imo etiam rectius

De bonis hereticorum.

& iustius est, ut verba improprie accipiantur, quin etiam ut interdum nil operentur, quam quod operentur absurdum. Quemadmodum sapissime viri docti aiunt, quibus ego vehementer assentior glo. in c. paratus. 23. quæst. 1. in l. vlti. §. in computatione. C. de iure de libe. & illic Alex. nu. 10. Corne. nu. 9. Decius cōfi. 374. Gozadi. cōfi. 88. nu. 9. Ruinus cōfi. 60. lib. 5. Aymo. cōfi. 70. Ripa in l. ex facto. de vulga. & pupi. nu. 9. Salomonius in l. gallus. §. & quid si tātam de libe. & posth. nume. 1.

244 Ex ante dictis quoque aliud Alfonso argumentum facile dissolui potest. Ait enim hereticum retinere non posse bona, quæ ipso iure fisco delata sunt: quia iure diuino prohibitum est retinere alienum: nec esse aliquam legem, quæ concedat expresse illorum bonorum retentionem: quod autem generaliter prohibitum est, & expresse non conceditur, intelligitur denegatum. Hoc inquam argumentum soluitur, quia ut antè dixi, fiscus non est verus dominus illorum bonorum, sed hereticus. Nec lex aliqua est, quæ prohibeat heretico, ne bona sua retineat: quinimo lege canonica prohibetur fisco, ne bona heretici occupet, antequam sententia sit super crimine promulgata. Quod cum ita sit, nec lex vlla præcipiat heretico, ut bona sua offerat fisco, aut ea pro derelicto habeat: relinquatur plane, ut hereticus nondum con-

demnatus: bona sua omnia iuste retinere queat. ca. cum secundum de heretic. libro. 6. l. aufertur. §. in reatu de iure fisci. l. reo de solut.

245 Ne quid tamen dissimulem, alia quoque argumenta in fauorem illius opinionis breuiter hoc loco subiiciam. Primum, quod Augustinus epistola quadam de hereticis loquens, inquit: quamuis res quæque terrena rectè à quoquam possideri non possit: nisi vel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt: vel iure humano, quod in potestate regum est terre: ideoque res vestras falso appellatis, quas nec iusti possidetis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis. Quibus verbis significare videtur, hereticos obligatos esse ad rerum suarum restitutionem. Sed hoc accipiendum est, esse dictum de illis manifestis hereticis, qui per sententiam vel iusto bello indicto, iussi erant amittere res suas. Et nihilominus, non dixit beatus Augustinus, eos teneri ad poenam in se ipsos exequendam in foro conscientiae: sed quod iuste ab eis auferri possunt bona, propter hereticam prauitatem. Augusti. ad Vincentium. epistola. 48. ca. quicumque. 23. quæst. 7.

246 Alterum argumentum sumi potest, ex constitutione illa Bonifacii octaui: qua hereditibus hereticorum dimittantur bona titulo præscriptionis, si ea possederint bona fide spatio quadraginta annorum. Unde colligi posse videtur, quod eorundem

Titulus IX.

44

rundem bonorum dominium verè fisci erat: alioqui non opus fuisset præscriptione tam longi temporis. Cui respondetur, quod non vsu capitur illic verum dominium, sed actio & ius competens fisco excluditur præscriptione. Quod satis in eadem constitutione significatur, vbi bona illa bona hereticorum vocatur. c. 2. de præscriptio. libr. 6. l. 2. §. 1. de religio. & sumpti. fune.

247 Vltimum argumentum est, quod lex iusta obligat in foro conscientiae: lex ergo quæ decernit bona hereticorum ipso iure confiscata, obligat in foro conscientiae, quia lex iusta est. Cui respondeo verissimum esse, quod lex iusta obligat in foro conscientiae, sed non sequitur inde, obligatum esse hereticum ad tradenda fisco bona sua omnia: quia lex id non dicit, & si hoc diceret, iusta non esset. Etenim lex humana suos limites habet obligandi, & sua remedia exequendi. Obligat quidem, ne contemnatur, & ne iudici iuste exequenti resistat reus: obligat in foro conscientiae, ut illic seipsum peccator accuset, ac salutare poenitentiam subeat: non tamen ita lex obligat, ut omni iuris ordine prætermisso hereticus, nemine persequente, in substantiam propriam, in liberos, atque familiam acerbissimum iudicium exequi teneatur. Demum lex iusta obligat quidem in foro conscientiae, sed tamen iuxta metas potestatis, aequitatis & ra-

tionis, seu causæ finalis: quemadmodum rectè docet Adrianus pontifex libro quæstionum quodlibet. 6. Accedit eodem, quod iudicium illud occultissimum inter Deum & hominem, quod forum conscientiae vocant, tantum distat à foro ciuili, quantum cælum à terra: ideoque nil minus legum latores cogitare debent: aut possunt, quam ut in forum illud falcem immittant. In eo siquidem foro solus Deus, & eius vice sacerdos, testis & iudex est, homo verò accusator & reus. Neque aliud illic exigitur, quam spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum, ac damni dati satisfactio. Legales autem poenæ ab accusatoribus petendæ sunt à iudicibus declarandæ, & ab executoribus exigendæ. Nec ordo iudicij exterioris prætermittendus aut peruertendus est. l. prolata. C. de senten. & in locu. cap. forum de verborum significatio. capit. 1. cum sequen. quarta quæstione quarta, Alfonso Tostadus secunda parte defensorij capit. 67.

249 Præterea multi viri doctissimi viderunt, & considerarunt leges illas, quæ poenam ipso iure imponunt, & tamen omnes illi iustissime docuerunt, neminem obligatum esse ad poenam in se ipsum exequendam: quod & nonnulli eorum de hereticis nominatim asserunt, ceteri autem, qui fere

De bonis hæreticorum.

sunt innumerabiles, id ipsum generaliter tradunt. Conradus de contractibus quæstion. 7. conclu. 2. Syluester in summa, verbo, hæresis. 1. quæstio. 8. Fran. Victoria in relectione de indijs. Couar. in lib. 4. decreta. parte. 2. cap. 6. §. 8. num. 10. Domini. Soto lib. 1. de iusti. & iure quæst. 6. arti. 6. gloss. in cap. fraternitas. 12. quæst. 2. Felin. Decius & cæteri in cap. 1. de constit. Thom. & Caieta. 2. secundæ quæstio. 62. ar. 3. Gabriel in. 4. sent. distin. 15. quæstio. 4. Driedo. lib. 1. de liberta. christia. capit. 2. artic. 3. Corne. confi. 119. lib. 2. Syluester verbo, pœna. quæstio. 25. Fortu. de ultimo fine, illatione. 18. Felin. in cap. audiuius de simo. Adrianus quolibet. 6. arti. 1. & alij relati ab Alfonso lib. 2. de potesta. legis pœna. cap. 9.

250 Postremò nobis obijci poterunt duæ leges regie, quæ obligant expressim ad pœnam in foro cõscientiæ præstandam. Quibus respondeo, eas constitutiones duplici ratione tolerari posse: tum quia de quibusdam hominibus loquuntur, quibus officia publica commissa sunt ea lege, ne quid ultra salarium accipiant, alioqui ad pœnas illic statutas teneantur: tum etiã quia suo iuramento se illi astringunt ad eas pœnas soluendas. Quibus casibus dubium non est, quin pœnas illas soluere teneantur: quòd longè distat à quæstione proposita. l. ea. lege. C. de condi. ob causam. C. debitores. de iure iurando. l. vlti. ti. 3. & l. fin. ti.

9. lib. 2. ordinat.

251 Concludimus tandem quod legis lator non obligat nominatim hæreticum in foro conscientiæ, ad offerendum sponte bona sua omnia fisco: nec id facere potest, nec vult, nec velle præsumitur. Vnde sententia nostra non solù crebrior & æquior, sed verior quoque atque iustior est: opinio autem contraria durissima est, ac penè impossibilis. Ea etenim pœna hæreticis pœnitentibus & redire volentibus grandè difficultatem imponit. Nam etsi pontifex maximus eos à crimine absolueret, nihilominus tamen obligati forent ad bonorum restitutionem. Pertinacibus autem parù eadem opinio prodest, quia in sua perfidia viuere ac mori parati sunt, ac proinde nil minus, quam de tali restitutione cogitare solent. Sententia itaque nostra tenenda est, etiam si argumentorum vi, aut stricto iure nimium disputando fortasse subuerti posset: hæc enim equitas suggerit, quæ stricto iuri præferenda est: hanc denique mos publicus comprobauit: & vt eleganter Iulianus ait, multa in iure ciuili contra strictam rationem disputandi, pro utilitate cõmuni recepta sunt cap. peccatum de regu. iuris. ca. sæpe de resti. spolia. Alfon. lib. 2. de potesta. legis pœna. ca. 4. l. 1. §. si quis à principe, nequid in loco publi. c. per venerabilem qui filij sint legi. l. 1. §. item varus de aqua pluui. arce. lita vulneratus. §. pen. ad legē aequi.

Ex

Titulus.

IX.

45

252 Extrema illa quæstio magni momenti est, an bona primogenitorum, quæ vulgo maioratum vocant, propter hæresim possidentis confiscentur? Cui quæstioni priusquam respondemus, illud animaduertendum est: quòd hæc primogenita longè distant ab illis bonis, quæ apud gallos filijs primogenitis deferuntur; ea enim bona libera sunt & nullis vinculis subiecta: nostratès vero, ea bona maioratum vocant, quæ ab aliquo ea lege alligantur, vt integra & indiuidua primogenitis perpetuo deferantur.

253 Tripliciter autem hæc primogenita fieri solent: vel principis concessu, vel regie legis beneficio, vel antiqua successione: de quibus seorsum differendum est. Et in primis illud omni dubitatione caret, quòd ea primogenita, quæ principis concessu sunt, confiscari possunt propter hæresim possessoris. Id enim expressim in ipso principis decreto, declarari solet. Nam quoties rex noster concedit, vt quispiam bona sua posteris primogenitis in perpetuum relinquat, & vt quas velit conditiones adijciat, & præterea dat priuilegium, vt ne bona illa propter aliqua crimina publicari queant: toties excipit crimen hæresis, & læsæ maiestatis, propter quæ permittit, vt primogenita confiscentur.

254 Quinimo si in ipso regis decreto nominatim concessum sit, vt primogenita publicari non queant

propter hæresim & alia maxima crimina: nihilominus tamen confiscari possent, vt Galindus noster rectissimè censuit. Cuius sententia mihi vera videtur: ne ansa delictis atrocioribus relinquatur, ne ve pars magna pœne, quæ talibus debetur sceleribus, facile condonata esse videatur: denique ne ius confiscationis, quod regale est, datum esse censeatur, in præiudiciũ ipsorum principum: præsertim cum eiusmodi decreta & beneficia, facile impetrari soleant, ac sine causæ cognitione iusta. Galin. in disputatione regia cap. 18. l. si vnus. §. illud de pactis cap. 1. quæ sint regalia li. feudo.

255 Nonnunquam relinquuntur hæc bona primogenitis in testamento aut contractu sine decreto principis: quod quidem fieri potest beneficio aut permissu regie legis, quæ generaliter omnibus conceditur, vt qui filios habent, possint inter liberos suos in tertia & quinta bonorum suorum parte, quascunque voluerint conditiones, & quæcunque vincula & onera ponere. Qui vero liberis caret, id ipsum quoque facere potest in omnibus bonis suis regia l. Taurina. 27.

256 Illud autem in cõfesso est, quòd si is qui hæc primogenita instituit hæreticus factus fuerit, priuabitur illico illis & alijs bonis: nisi fortè tradiderit filio possessionem bonorum, vel scripturam primogenitorum: vel id factum sit per contractum onerosum, prius quam ille, qui primo-

F s genita

De bonis hæreticorum.

genita relinquit, in aliquam hæresim incidit: tunc enim ius illud quæsitum alteri, non fisco, sed bonorum domino acquiritur. l. filius familias. §. diuis. 2. delegat. 1. regia. l. Taurina. 17. cap. cum secundum. de hæreti. lib. 6. l. 1. C. pœnis fiscali. credi. præse. lib. 10.

257 Sed hinc magni momenti exoritur quæstio, an primogenita legis regie concessu, sub ea conditione relicta, vt ne propter hæresim primogeniti confiscari queant: si hæreticus factus fuerit eorum possessor, publicari nihilominus possint: quod multi quidem negat eo potissimum argumento, quo supra diximus, bona subiecta restitutioni confiscanda non esse. Nam primogenita restitutioni obnoxia esse videntur. l. statius. §. Cornelio de iure fisci. l. imperator de fideicommiss. liberta. Igneus in. l. vlti. ad Siliani. num. 19.

258 Sed vt mihi quidem videtur contraria sententia verior est: quam & Galindus confirmat, & argumenta non pauca comprobant. Primum, quod nulla lex inueniatur, expressim prohibens, ne primogenita propter hæresim confiscentur. Deinde, quia si publicari possunt maioratus, quanuis princeps nominatim concesserit, vt propter hæresim ea bona non confiscentur: multo magis publicari poterunt, quum priuatus aliquis confiscationem prohibuit. Franc. Galin. in disputatione regia. cap. 18.

259 Ad hæc, regnum defertur primogenito, & in alia primogenita succeditur eodem ordine ac iure, quo in ipsum regnum: sed propter hæresim regis, non solum rex regno priuatur, sed & eius filij a regni successione pelluntur: vt noster Lupus luculenter probat: ergo primogenita pari ratione confiscari possunt. Ioan. Lupus de iure Nauarre parte. §. 7.

260 Deinde à feudo ad primogenita rectè argumentari solemus: vassallus autem propter atrociora crimina non tantum feudo priuatur, etiam antiquo, sed & filij & successores eius ab eodem feudo excluduntur: igitur propter hæresim publicari possunt primogenita: c. 1. §. denique que fuit pri. causa beneficii. amiten. c. 1. si vassal. feudo priu. c. 1. §. si vassallus si de feu. sic. contro. inter Domi. lib. feudo. l. 2. C. de liber. & eorum libe. & illic Bal. & alij Bar. in. l. 3. de interdi. & relega. Bal. in. l. qui se patris. C. vnde libe. Imo. & ceteri in. c. 2. de feudis.

261 Accedit huc, quod primogenitus verè dominus est illorum bonorum, perinde atque aliorum, quæ pleno iure acquisierit. Quid igitur prohibet, quin princeps ea bona confiscare queat, quæ hæretici esse inuenierit: Nam quod verè dominus illorum sit, nemo est, qui negare valeat. Quia dominiū maioratus non est ablatum à primogenito, qui succedit in eum; nec per principem, nec per aliquam legem, nec per eum qui

Titulus.

IX.

46

qui maioratum fecit. Relinquitur ergo, vt simul cum ipsis bonis in primogenitum transeat, alioqui vacaret, ac nullius esset. Præterea, cum princeps facultatem concedit obligandi, permutandi, vendendi, & alienandi maioratum, non dat eo tempore dominium, sed tantum vincula soluit. Adde, quod non minus dominus est, à quo dominium abire potest, quid quod maioratus dominium vsque ad mortem primogeniti durare solet: neque ideo minus dominus est, quod libere alienare non potest: quia nec pupillus, nec is, cui bonis interdictum est, alienare bona sua possunt, & tamen veri domini sunt. l. non ideo, de rei vendica. l. ex asse. ad trebel. l. is cui bonis de verbo. obliga. l. vlti. §. sed quia. C. commu. de lega. Seneca lib. 7. de beneficijs. Oldra. consil. 203. Decius consil. 419. Tiraquel. de retractu conuentionali. §. 2. gloss. 1. nu. 36. nuncupatim Soto in relectione de dominio. & lib. 4. de iustiti. & iure quest. 1. ar. 1.

262 Nec nostræ sententiæ obstat fundamentum supra scriptum contrariæ opinionis: nam bona subiecta restitutioni, quæ alicui, certæque persone relicta sunt, propterea non confiscantur, quia statim ius illi acquiritur, cui bona restituenda sunt, quod longe aliter habet in Hispaniarum primogenitis: quæ quidem proprie non sunt restitutioni subiecta, sed potius ordine successionis legitime à primogenito in primo-

genitum transeunt: nec vnus aliquis alteri restituit, sed iure regio ab vno in alium transferuntur. & hereditario iure deferuntur, vt Oldrado, Alberico & alijs placet, regia. l. Taurina. 45. Oldra. consil. 94. Alberi. in proæ. digesto. Marti. lauden. de primogenitura quest. vlti. Abbas consil. 3. lib. 2. Ioan. Cirierus lib. 3. de primogenitura. q. 2. Iacobus à saa libro de primogenitura, nume. 37.

263 Accedit etiam, quod hi qui maioratus faciunt, non solent iubere, vt quispiam alteri ea bona restituat sed tantum præcipiunt, vt in ea bona primo succedat aliquis, deinde alius, & itidem alij deinceps: ita vt ordine legitimæ successionis ea bona perpetuo maneat in cognatione alicuius: vt proculdubio non tantum sit hæc bonorum restitutio, quam legitima quædam successio: ac proinde longissime distat ab eis restitutionibus, de quibus aduersæ opinionis assertores loquuntur: nec enim veteres vnquam legum latores primogenita nostra viderunt.

264 His adijce quod bona etiam restitutioni subiecta, & alienari prohibita, possunt nihilominus certis ex causis pro communi utilitate, legis auctoritate alienari: possunt quoque legumlatoris arbitrio post aliquod tempus, ab eo restitutionis & prohibitionis onere liberari. Quod olim post quartam generationem desinebat, vt prudenter admodum Iustinianus constituit. Possunt denique

De bonis hæreticorum

nique bona primogenitorum, de creto & indulgentia principum, propter priuatam etiam vtilitatē liberè ac iuste alienari: multo igitur magis confiscari poterunt propter hæresim Domini, in quò quidem magna versatur vtilitas reipublicæ: cuius in primis interest, ne crimina sint impunita. Authen. resquæ. C. commu. De legat. Authen. de restitu. fidei commissi. c. vt famæ. de sent. excommu.

265 Sed neque refragatur nobis lex illa regia, quæ concedit generaliter omnibus, vt in tertia & quinta bonorum parte possint quæcunq; velint vincula & onera ponere. Nā illic nulla facultas datur, vt priuatus queat bona illa perpetuo liberare à periculo confiscationis: nec aliud prorsus addit libertati naturali, qua quisque in re propria moderator & arbiter est: quam quod permittit onerare libros in tertia parte legitima, quæ illis regio iure debetur: & quod ea onera prorogat ultra quartam generationem. regia. l. laurina. 27. l. in re mandata. C. mandati. Authen. de nuptijs. §. Disponat. collatio. 4.

266 Nec est cur quispiam putet, sub ea legis concessione generali, permittum etiam illud esse, vt possit qui libet hanc addere clausulam: vt Maioratus & ea bona prohibita alienari, nunquam confiscari possint, ne pro crimine quidē hæresis, aut læsæ maiestatis, ea enim adiectio non solum otiosa & inutilis,

sed licentiosa etiam, atque temeraria est. Nam quis vnquam priuatis hominibus tantam licentiam concessit, vt legem principibus suis imponere possint, qua regale ius confiscationis eludant, & horrenda crimina magna ex parte impunita relinquant? etiam sub generali concessu nunquam ea permittenda esse videntur, quæ legislator specialiter concessurus non esset. At verò sicuti iam ante dixi, princeps, qui facultatem cōdendi primogenita tribuit, semper excipere solet, vt propter hæresim & læsæ maiestatis crimen ea publicari possint. Nec mihi fit verisimile, vt princeps magni beneficii loco, quibusdam tantum nobilioribus hoc priuilegium cōcedens, expressim denegare solet: id generalibus verbis regie legis concessum esse intelligatur omnibus, tutoribus etiam atque tutoribus: vt queant isti pro libidine bona sua liberare à confiscatione, tametsi eorum successores hæretici fiant, aut proditores. c. in generali. de regul. iuris lib. 6. c. cū inferior. de maio. & obedi.

267 Accedit eodem, quod legumlatorum indulgentia concessum est, vt morientium voluntates eo tempore valcant, quo illi mortui sunt, & quo iam rerum dominium amiserunt, & ab huius mundi incommodis & incommotis liberati sunt: hæc tamen disponendi ac testandi facultas suos modos suosque limites habet: id est, vt ne contra le-

ges

Ticul. IX.

47

ges quidquam disponere, aut tentare audeant. Nemo enim, vt apud Pomponium est, efficere potest, vt leges in suo testamento locum non habeant. At qui contra leges est, vt hæreticorum bona publicari non queant. l. nemo potest. 269 de legat. 1. cap. cum secundum. de Hæreti. lib. 6. Abbas. in rubri. de transactio. Decius in l. eum qui. de iurisd. omni. iudi. quidquid Viglius dixerit in. §. sed prædicta. institutu. de testa.

268 Accedit etiam, quod pars magna pœnæ, impijs & hæreticis debita, in bonorū publicatione consistit: quemadmodum plenius in exordio huius tractatus ostendimus. Illud quoque iustum & a republica est, vt hæreticorum filij non solum perpetua notentur infamia, sed vt parentum bonis, patrimonioque priuentur. Quia parentes in filijs acerbissime puniuntur: ac diuitiæ filiorum, parentum censentur: & quia hæreticorum filij debent paupertate sordere. Quam ob rem à parentū quoque & consanguineorum successione habentur penitus alieni. Quis igitur ferat, vt hæreticorum filij, quos pauperes & infames esse legumlatores iustissime voluerunt: cautionibus priuatorum hominum, in parentum maioratus succedentes, diuitijs & insignibus, alijsque prærogatiuis nobilitentur? Nonne hic priuatorum pactioes iuri publico derogant? nonne hæretici & horū

filij iusta punitioni subtrahuntur? quis ergo tot & tanta absurda, tolerare queat? l. bona fides. depositi. l. isti quidem. quodmet causa. c. vergentis. de hæreti. l. ius publicū de pactis.

Deinde incredibile mihi videtur, quod possit princeps (vt quotidie facit) facultatem dare, vt hæc primogenita obligentur, & alienentur: & tamen ea confiscare non queat, in publicam vindictam, & subiectorum exemplum, ac scelerum debitam meritamque punitionem. Nec placet opinio quorundam existimantium, principem concedere nō posse supra tactam facultatem, præsertim cum primogenita condita fuerint regie legis autoritate: quia par aut maior est ratio, qua princeps eo casu id facere possit, quam quum eius concessu primogenita facta sunt: maiora siquidem ac fortiora concedi solent in indulgentia ab ipso principe data, quam à lege regia. Sed utrobique disputare de principis potestate, sacrilegium est istar. Quid quod odiosum est (ne quid durius dicam) quod ea bona, quæ libera cunctis creata sunt, ita vinculis obligata permaneant, vt eorum commercium pene sublatum sit. Iure igitur princeps ad naturalem statum ac libertatem illa reducere potest: in quò meā quidem sententia rex noster difficilis esse non debet, si modo aliqua iusta vel probabilis causa existat. l. 2. C. de crimi. sacrile.

crile. l. altius. C. de seruit. & aqua. l. 2. si aparen. quis manu. sue. l. si vnus §. quod & in specie. de pactis.

270 Postremo absurdum id ex contraria opinione, præter alia multa, consequeretur: quod possent vniuersi ciues omnium bonorū confiscationem perpetuo prohibere, vt legibus publicorum iudiciorū nullum omnino locum relinquerent: neque posset princeps quempia facinorosum omnibus bonis, aut eorum parte priuare: quo quid absurdius dici, cogitariue possit, ignoro.

271 Supra scriptis quoque argumētis falsam esse quorūdam opinionem existimo, qui concedentes, Primogenita in damnum filiorū confiscari posse: aliud esse putabāt in præiudicium trasuersalium, si Hæreticus filios non haberet. Ma-
ior enim causa confiscationis tūc esse videtur. Nam si a filijs proximioribus auferuntur ea bona, multo magis à cæteris consanguineis auferri poterunt, qui a filijs excluderentur. Adde quod primogenitus hæreticus, qui vere dominus est, in sui locum admittit fiscum, qui cæteros omnes tam filios, quā extraneos excludit. l. si sequēs gradus. ad fillania.

272 Sed inueni viros doctos, qui cōstanter asserabant, bona maioratus tunc saltem publicari non posse, cum eorum origo ex contractu est: vt puta, si in contractu matrimonij primogenita facta fuerint.

Mea tamen sententia par causa est huius casus & illorum: nam si semel in perpetuum bona fuerint obligata, & is ad quem perueniunt, in hæresis crimen inciderit, nil dubito, quin princeps iure suo vtiqueat: quia priuatorū pactio- nibus ius publicum mutari non potest: nec pars illa pœnæ, qua bona sceleratorum publicantur, à priuatis impediri valet: eo accedente, quod non leuior, nec debilior est prohibitio facta in testamēto, quā in contractu: nec magis seruanda sunt pacta, quæ contra leges fiunt, quam testamenta. l. ius publicum. de pactis. c. cū inferior. de maio. & obedi. l. ea lege. C. de condi. ob causam. l. cum. pater. §. libertis. & l. peto. §. vlti. de legat. 2. l. pacta quæ contra. C. de pactis.

273 Vnde superuacanea est illius quæstionis tractatio, an primogenita confiscentur, quum de origine illorum non constat: sed antiqua successione, ac testibus senioribus secundum legem regiā comprobantur. Quia siue à lege, siue à rege origo eorum sit, semper propter hæresim confiscari poterunt. Quid quod antiqua illa primogenita, quorum origo antiquior est hominum memoria, & eam excedit, à regio cōcessu & beneficio plerunque manarunt. Si quidem ante Taurinas leges nemo fere putabat maioratus fieri posse sine decreto Regis. Quinimo sæpe decreto principis præcedente nihilominus

nus ab eodem confirmari solebāt. Cum igitur in his beneficijs principum assidua sit illa exceptio, vt propter hæresim confiscari primogenita possint, relinquitur inde, quod quamuis de ea clausula non constet, nihilo secius adiecta esse censeari debeat. l. quod si nolit. §. quia assidua. de edilit. edicto. l. vi. C. de fide iussori.

274 Est & alia species in qua quidā putant, primogenita eripi posse à periculo confiscationis: cum is qui ea instituit, hac vtitur clausula: quod si quispiam primogenitorū in hæresim (quod absit) inciderit: volo ac iubeo, vt ab hora præcedente hæresim, priuatus sit maioratu, & proximus in proximiorē transeat. Sed nihilominus verum esse existimo, vt eo etiam casu publicari queant: tum quia in fraudem confiscationis ea clausula excogitata est: & priuatorum cautione legibus non est refragandum. Tum etiam quia non sane dispicio, quo iure aut qua ratione id facere possit priuatus: cum & illa hora occultissima & incertissima sit, & rerū dominia non tam facile ab vno euelli, aut in alium transferri queāt, sola hominis voluntate absque aliquo naturali actu. Adde quod homo nequit eam fictionem inducere. l. traditionibus. C. de pactis. l. i. de acqui. posse. l. vlt. ff. de suis & legit. heredi. l. quod bonis. §. primo ad leg. falci. l. si forte. ff. de castren. pecul. vide Ruinum confi-

129. lib. 2. Orosium in. l. in traditionibus. ff. de pactis.

275 Demū eo tantum casu existimo primogenita confiscari non posse, quum iam ius plenè quæsitum erat successorī sequenti: veluti cum relicta sit primogenita illi, vt post mortem alteri ea restituat: tunc enim de hæresi condemnato illo, abter ante pœnam erit: quia ius certum ei quæsitum fuerat. Quod longe secus est, cum primogenita successione perpetua ad incognitos primogenitos transeunt. Et ita superioribus annis seruatum fuisse scimus, inter initia felicissimi principatus Caroli nostri maximi: quo tempore multa primogenita desertorū, seditiosorum, ac proditorum, confiscata fuerunt, nullo habito delectu, inter illa, quæ à lege vel à rege, à contractu, vel ab vltima voluntate originem habuerūt. Quod quidem à christianissimo principe, & iudicibus doctissimis factum non esset, nisi iure quam optimo id fieri posse conuictum habuissent. Et hic est interdum iustissimus finis harum vanitatum, vt quemadmodum ille ait, quæ male parta sunt, male dilabuntur. Ea tamen omnia vera equidem ac iusta nunc esse censeo: sed si falsa doctis videbuntur, sequar authoritatem eorum, mutabo meam sententiam.

*

De cæremonijs Titulus 10.

- 1 Cæremonias ecclesiæ quantopere detestentur Lutherani, & quantus earum fructus sit.
- 2 Cæremonia ab impijs & nefarijs Lutheranorum conuicijs vindicantur, ad ductis ex veteri testamento auctoritatibus quamplurimis.
- 3 Cæremoniarum laus & fructus ex euangelica lege ostenditur.
- 4 Cæremoniarum fructus ex apostolorum & sanctorum patrum traditione declaratur.
- 5 Cæremoniarum dignitas ecclesiæ catholice auctoritate perspicue probatur.
- 6 Cæremonias, ab ipso Deo, ab apostolis, a sanctissimis patribus institutas fuisse, concluditur: & quare in usu sint.
- 7 Cæremonia magni momenti sunt ad deponeñdam superbiam, & ad alia bona innumera.
- 8 Authores qui execrandam hæreticorū opinionem de cæremonijs, scriptis suis confutarunt.
- 9 Cæremonia quid sint, & cur talem quis religionem tenere creditur, qualibus cæremonijs utitur.
- 10 Cæremonia cur tanti momenti sint ad coniectandum, cui quilibet religioni sit addictus.
- 11 Cæremoniarum prauitas hæresis indicium est.
- 12 Iudæi qui sunt genere, aut Mahumetani, si carne suilla aut vino abstineant, cur suspecti habeantur.
- 13 Pseudoprophetas venerantes, videntur eos illorum nomine venerari, a quibus missi putantur.
- 14 Carnes, vinum, & alia huiusmodi qui execrantur, & ab inquisitoribus moniti gustare nolunt, quo numero habendi sint.
- 15 Lutherani, ecclesiæ prohibitione contempta, asserunt licere quibus libet cibis sine delectu uti.



Vtherani, alijq; huius temporis perniciosissimi heretici, vt religionem Christianam funditus euertant, nihil intentatum, nihil incontaminatum, relinquunt. Scilicet hoc meditantur, vt extirpentur ab imis iura, fides, pietas, religionisque vigor. Inter alia autem innumera impia & profana dogmata, hoc quoque miscuerunt: ecclesiæ cæremonias nil aliud esse, quam virus & venenum pietatis: cum tamen cæremonia pietatem maximè promoueat atque conferuent. Tantus quippe est cæremoniarum fructus, vt illis sublatis, cultum diuinum frigescere atque perire necesse sit. Paucissimi enim sunt ad res diuinas percipiendas idonei, nisi ad eas sensuum admniculis conuertantur.

2 Quod si cæremonie venenum pietatis essent, nunquã profecto Deus omnipotens, tam frequenter illas populo suo custodiendas mandasset. Nam si attentiùs vetus testamentum legeris, nullam fere paginam sine cæremonijs inuenias. Vnum tamen locum, aut alterum indicasse sat erit. Ietro ad Moysen in Exodo loquens, inquit. Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent: vt referas quæ dicuntur ad eum, ostendasque populo cæremonias, & ritum

Titulus

X.

tum colendi, viãque per quam ingredi debeat. Et in Deutero. Moyses ipse ad populũ: quæ est alia gens sic incluta, vt habeat cæremonias, iustasque iudicia, & vniuersam legem, quã ego proponã hodie ante oculos vestros: Postremo dauid iam moriturus ad Salomonẽ filium. Confortare inquit, & esto vir fortis, & obserua vt custodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & custodias cæremonias eius, & præcepta eius, & iudicia & testimonia. Exo. 18. Deut. 4. & 3. Regum. 2.

3 Deinde in euangelica lege, qua nouitij hæretici falsò gloriantur, passim cæremonias multas traditas & vtitas inuenies, quib; ipse etiam seruator noster Christus sepe usus est. Nam & genibus flexis, & in faciem procidentem, ipsum orasse, euangelica testatur historia: & suscitaturus Lazarũ eleuatis sursum oculis, voce magna clamauit: Lazare veni foras: & paruulos complexans, & imponens manus super illos, benedicebat eis: & accepto pane benedixit, & fregit, deditque discipulis suis: & alibi præcepit eis, vt baptizaret in nomine patris & filij & Spiritus sancti. Apostolus quoque docet, vt viri capite detecto, mulieres velato orent: aliasque non paucas cæremonias tradit. Et per impositionem manũ Apostolorũ dabatur Spiritus sanctus. & Publicanus veniam petens, percutiebat pectus suũ, & discessit iustificatus. Postremo ne longius abeam,

Iacobus Apostolus ait: infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum. Marci. 7. Lucæ. 22. Mat. vlti. 1. Timo. 2. Acto. 8. Lucæ. 18. Iacobi. 5. & alibi sæpe.

4 Ad hæc Apostoli pleræque cæremonias ecclesiæ docuerunt, & nonnullas in suis canonibus insertas reliquerunt. Sanctissimi quoque & antiquissimi patres omnes ferè cæremonias, quibus hodie vtitur, tanquam ab Apostolis traditas venerati sunt, easque obseruarunt, & scriptis suis celebrarunt: quorum aliquos breuiter hoc loco memorabo. Dionysius libro de ecclesiastica hierarchia. Clemens libro tertio recognitionum. Iustinus philosophus quæst. 107. Tertullianus libro de corona militis. Origenes in librum numerorum homilia quinta: Basilius libro de Spiritu sancto capite vigesimo septimo: Epiphanius in fine operis contra hæreses: Ambrosius sæpe in libris de sacramentis. Hieronymus ad Helidorum in epitaphio. Nepotiani: denique omnes ecclesiæ doctores veteres & recetiores id ipsũ frequētissimè tradiderunt.

5 Præterea catholica Christi ecclesia (quæ colūna est & firmamentum veritatis) cæremonijs in omni diuino cultu & in omnib; sacramentis, semper & vbique vsa est: nec fuit vnquã vlla vera, vel falsa religio,

De cæremonijs

gio, quæ ritibus & cæremonijs profusus carere potuerit. Quod quâuis hæretici verbis negare videatur, factis tamen fateri coguntur. In quo sicut in cæteris omnibus merito deridendi sunt: qui damnantes antiquissimas & sanctissimas ecclesiæ cæremonias, alias ipsi nouas & profanas inducunt:

*Scilicet, oipotēs placitos tot secula virus
Retrahet pater, & mētē sēcrētia vertat:
Quæ noua tempestas? ea ne inconstan-
tia celo?*

Hos hæreticos vel Iamblicus ethnicus mouere debuisset, qui libro de mysterijs, lumine naturalitantum illuminatus, inquit: oportet ritus adorationis antiquos, tanquã sacros conseruare semper intactos, nec demere quicquam, nec aliud quid addere: ferme namque & hoc causa extitit, ut sacra ferè oia debilitata iam sint, propterea quod propter ipsam innouandi cupiditatē, permutata sūt semper & permutari nō desinūt. Hæc ille. c. de nominibus diuinis. Plato quoque in epinomide, loquēs de his rebus inquit, horū omniū legislator, qui vel minimū mētis habeat, nunquam aliquid innouabit: cauebit enim ne ad nouū religionis cultū ciuitatē suā vertat: nec quæ patria lege vel cōsuetudine de sacrificiō firmata sūt, mouere audebit: scire namque debet, mortali naturæ non esse possibile certi quicquã de his cognoscere. Posthumius quoque (vt Liuius lib. 39. auctor est) innu-

merabilia extare dixit, decreta pontificum, & senatus cōsulta, quibus negotium fuit magistratibus datum, ut sacra externa fieri vetarēt, & omnem disciplinam sacrificandi, præterquam more Romano, abolerent. Iudicabant enim prudentissimi viri ois diuini humaniq; iuris, nihil æquè ad dissolendam religionē esse, quã ubi nō patrio, sed externo ritu sacrificaret.

6 Sunt igitur cæremoniæ ab ipso Deo, ab apostolis, a sanctissimis patribus institutæ: ad honorē Dei & hominū vtilitatem inductæ: Illis quippe instruimur, monemur, erudimur: ad sublimiora prouocamur: illisq; præparamur & proficimus in gratia & charitate. Nimirū graui nos mole corporis oppressi, valde quidē egemus, ad somnolēti animi excitationē, cōmonētib; rebus: nã secularibus curis enervata virtus nra, externis & corporalibus incitamentis, siue vocū, seu figurarū indiget, vt animi nri vigor, spiritali operi robustius instet: & cōtēplatio nra, tãto acrius in sublime prouehatur, quãto magis attoniti antea obstupuerimus. Quam ob rē orantes, manus leuamus & nūc stamus, nunc in faciē procidimus, pectus tūdimus, frontē cruce signamus. In administratione sacramentorū, vestibus, vasis, alijsq; rebus sacris vtimur, mulaque alia similia agimus, quæ ad externū Dei cultū pertinet. Quæ quidē vniuersa propter nos ipsos fiunt

Titulus.

X.

50

fiut vt nos moueāt, nos incitet, nos auertāt, nos conuertāt à visibilib; scilicet ad inuisibilia: fidē augeāt, spē confirmēt, & veram inter nos charitatem Deo gratissimam, diligenti anacephalæosi, in diuinorum amorem transferant.

7 Valēt profecto cæremoniæ, vt ceruicē superbā dimittamus, illā subdētes rebus sensibilib; valent rursus, vt per eas, veluti per gradus quosdã ad mysteria diuina eucharinur: valēt demum, vt qui corpore peccauimus, holocaustū etiam de nostris corporibus Dño faciamus, qui & corpus & animā à Dño recipimus. Aufer cæremonias ab ecclesiā, & apud maximā christianorum partem Dei cultum extinctū videbis. Fac ne quisquã orãdo, ad cælū oculos aut manus leuet, ne flectat genua, ne pectus tūdat, ne humi prostratus adoret, ne caput orans detegat ne cū legitur euangelium audiētes erecti stent in pedes, ne eucharistia cū ostenditur populo, oia reuerentiæ & honoris signa exhibeantur, vt quæ id genus cæretera prætermittatur omnia: & intra paucos dies omniē pietatē & quam vocamus deuotionem, quæ ritibus modisque huiusmodi, & excitatur & fouetur, augeturque, penitus extinctum videbis in peccatoribus hominum, & prorsus fūgere Dei cultum. Tolle Dei cultū: diuina munera mentis, vilitatem & sōphiam tolle: fera omnis homo est.

8 / Abeant ergo pestiferi hæretici, & ecclesiæ catholicæ ritus & cæremonias irrideāt, contra Dñm & christū eius, cōtra spiritū sanctū & ecclesiā, cōtra vetus & nouū testamentū, cōtra Apostolos & Apostolicos viros, cōtra sūmos pontifices & sacra cōcilia, cōtra religionis naturā, cōtra consuetudinē hominū, contra sententias omnium: sed Dñs subsannabit eos, & in interitus eorum ridebit. Et quâuis seductores isti, non argumentis sint conuincēdi, sed igne: multi tamen viri docti hanc illorū insanissimā hæresim, scriptis suis liquidò confutarunt. Alber. pighius. l. i. hierar. ecclesiasti. c. vlti. Catharinus secunda clauē scripturarum. Bunderius in compendio concertationis tit. 27. Plenius contra. Britius libris de cæremonijs: confessio polonica, c. 86. & deinceps.

9 Cum autē cæremoniæ sint ritus quidã externi ad cultū diuinū celebrandū: relinquitur inde, quod talē quisque religionē tenere creditur, qualibus cæremonijs vtitur. Vnde si quis Mahumetē, aut eius ossa, cinerem, vel sepulchrum adorauerit, aut se circūciderit, aut mori vel sepeliri voluerit ritibus Iudæorū, aut aliorum infidelium: is proculdubio tali religioni addictus vehementer esse præsumetur: idque vsque ad eodē legumlatoribus & iuris peritis placuit, vt qui talia faciunt, hoc ipso pertinaces hæretici iudicentur, & pro

De cæremonijs

manifestè conuictis habeantur, c. contra christianos. c. filij de hæreti lib. 6. Occam lib. 4. dialogo. c. 5. Archidi. Ioã. And. & Domi. in c. 2. de hæreti. lib. 6. Ioan. de ana. in c. excommunicamus. s. credentes. eo. tit. lib. 5. Lopus, Butri, & Ioa, Imolen, in clem. 1. s. vlti. de vsuris. Siluester in summa, verbo. hæresis 1. quæstio. 7. Fran. squilacen. de fide catho. cap. 15. Nicola. arelata. de hæreti. nota. 5.

10 Cōuestiri ea possunt distinctio-
ne quadam ab Alfonso castro tra-
dita, quæ quidem vera & memo-
ratu digna est, quam ob rem hoc
loco eam describendam duximus.
In quædã peccata natura ipsa pro-
nissimus: puta, in auaritiã gulã,
aleam, venerem, & alia id genus:
& in hæc interdum ruimus præci-
pites, etiam repugnante conscien-
tia, capti tamẽ voluptate, quæ qui-
dem esca est malorum omniũ, sed
interim nil minus credimus, quã
ea licere: nam vt sepe Aristoteles
ait, intemperans quæ mala sunt,
mala ille quidem esse nouit, sed a-
git ea victus & debilitatus, obie-
cta specie voluptatis. Alia sunt
peccata, in quæ natura non fertur,
eo quod nil habeant, quo illam al-
licere queant: qua propter cum ad
peccata eiusmodi voluntas indif-
ferens ac dubia sit, consulit intel-
lectum, qui est voluntati à consi-
lijs, & nil in his agere solet repu-
gnante conscientia, neque spreto
intellectus iudicio: id circo in his

maior est præsumptio malitiæ, ac
maior deliberatio creditur præcef-
sisse, atque longe maior intellectus
error præsumi potest. Aristoteles
libro septimo ethicorum capite
primo, & libro primo magno. mo-
ra. cap. 15. & iterum libro secundo
capite sexto. Alfonso lib. primo
aduersus hæreses cap. 1. & lib. 1. de
iusta hæreti. punit. cap. 1.

11 Hinc patet veritas huius asser-
tionis: ex prauis cæremonijs hære-
sim præsumendam esse: nã ad eas
seruandas nulla est à natura pro-
nitas: quam ob rem vehemens in-
de suspicio nascitur, quod in illa-
rum electione volũtas regitur ab
intellectu, ita vt quod facit, sic esse
faciendum credat. Vnde facile in-
telliges differẽtiam illam, cur ma-
gis præsumatur hæreticus, qui pra-
uis ritibus vtitur, quã qui alterius
generis peccata committit: alio-
qui omnes qui ex quacunque cau-
sa peccarent, hæretici essent, quia
violant Dei omnipotentis legem.

12 Ab eodem fonte nascitur suspi-
cio vehemens aduersus eos, qui cũ
sint ex genere Iudeorum, abstinẽt
à carne suilla, vel ab his rebus, quæ
in leuitico & alijs hebræorum le-
gibus dicebantur immunde. Pari-
quoque ratione vehementer sus-
pecti sunt, descendentes ex ma-
hometanis, qui vinum & suillam
carne execrantur, & qui cæremo-
nias alias conficiunt, quæ maiorũ
suorũ legibus cauebantur: & item
illi qui precatiões Mahometis, aut
Iudeo-

Titulus.

X.

51

Iudeorum recitant, & memoria
retinẽt. Nam ad ea & id genus a-
lia, nulla est pronitas à natura:
quinimo isti contra naturalẽ ap-
petitum ea operantur. Sunt enim
pleraque horũ sapida, & volupta-
tibus, quibus Mahometani vnice
student, valde accommodata: vt nul-
la inde benignior coniectura ca-
pi possit, quã quod ista fiunt ani-
mo hæretico. Similia dici possunt
de ieiunijs istorum, ac de talibus
multis, quorum nullam illi ratio-
nem reddere valent. Leuitici. 11.

13 Eadem dici possunt de his, qui
pseudopphetas adorant. Viden-
tur namque venerari eos nomine
illorum, à quibus missi putantur.
Vnde quũ superioribus annis im-
postor quidam se missum à Mahu-
mete simularet, ac multos ex illi-
gente conuersos palam decepisset:
dubium de nonnullis fuit, qui
tantum conuicti erant, de venera-
tione illi exhibita. Placuit tamen
omnibus, vt hi qui ex genere suo
alioqui suspecti erant, haberentur
ob eam rem suspectissimi. Et sic
uti qui Prophetam recipit in nomi-
ne Prophetæ, mercedem Prophe-
tæ accipiet, & qui recipit iustum
in nomine iusti, mercedem iusti
accipiet: sic etiam qui pseudopro-
phetam recipit nomine pseudo-
prophetæ, dignus est qui mercedẽ
pseudopphetæ accipiat. Mat. 10.
c. accusat. s. ille quoq; de here. 1. 6.

14 Quod si quis piã carnes, vinũ,
aut alia eiusdẽ generis, excretur:

& monitus ab inquisitorib; ea gu-
stare noluerit, is tanquã suspectus
de hæresi, & vt cõtinuax puniri po-
test. Nõ tamẽ ob eã tantũ causam
cõsummatus hæreticus esse cense-
bitur, quemadmodũ quidã falso
putarũt. Si verò crederet aliquis,
nõ licere vesci carnib; aut alijs ci-
bis in vsũ hominũ creatis, is pcul-
dubio pertinax hæreticus esset: sicuti
canonib; apostolorum, & cõcilio
Ancyrano, & vigilij papæ decreto
pleni cõtinetur. In cõcilio quoq;
1. Bracarẽsi hoc decreuerũt patres:
quicũq; in clero cibo carniũ nõ v-
tatur, pro aputãda suspicione Pri-
scillianæ hæresis, vel olera cocta cũ
carnib; p̄gustare cogãtur: q; si cõ-
tẽpserint, necesse est, p̄ suspicione
hæresis hui; vt excõmunicetur, &
ab officio remoueat. c. vi. vbi er-
rat p̄posit. 30. dist. cano. apostol.
50. & 52. cõcilio Ancyrano. c. 14. e-
pistola decretali vigilij ad Euthe-
rum. c. cõcilij Bracarẽsis cano. 32.

15 Demũ Lutherani, quorũ Deo vè-
ter est, vt lautius gulæ indulgeãt, af-
ferũt, licere sine delectu õni loco
& tẽpore, quibuslibet cibis vtĩ, ec-
clesiæ phibitiõe cõcepta: quorũ im-
piũ dogma iãptidẽ dãnãtũ est, &
multi docti viri hac tempestate il-
lud clarissimẽ cõfutarũt. Hierony-
mus. l. 2. aduersus Iouinianũ. Faber
cõtra Lutherũ tracta. 4. in respon-
sione ad arti. 17. Echius in Enchiri-
dio. c. 14. Alfon. aduersus hæreses,
verbo, cibus, Bunderius in com-
pendio concerta. tit. 35.

Decōmuni. hæreti. vitanda Titul. II.

- 1 *Hæreticorum communicatio cur vitanda.*
- 2 *Communicationem hæreticorum qua concilia prohibeant.*
- 3 *Fœdera inter hæreticos & catholicos damnantur.*
- 4 *Communicatione hæreticorum multa adducuntur causa cur christianis interdictum sit.*
- 5 *Hæreticorum consuetudinem cur vitari oporteat.*
- 6 *Hæreticorum verba & colloquia declinare debemus.*
- 7 *Hæreticorum consuetudinem fugiendam esse, apostolorum & sanctorum exemplis comprobatur.*
- 8 *Hæreticis familiariter scribere, nō licet.*
- 9 *Communicantes cum hæreticis plus minusve suspecti sunt habendi, considerata personarum, loci, atque temporis qualitate.*
- 10 *Communicare cum hæreticis quando liceat.*
- 11 *Communicare cum hæreticis neque in testamentis licet neque in contractibus.*



Utris ex causis fugienda est communicatio hæreticorum, ac sæpe catholicis est interdita. Scribit Paulus apostolus in priore ad Corinthios epistola, ne cibum quidem cum illis esse sumendum: & in epistola ad Titum, hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuita. Ioanes quoque Apostolus inquit, si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue, ei dixeritis. Ad hæc pluribus apostolorum canonibus id ipsum vetitum est: aiunt enim canone quodam. Qui cum hæreticis ora-

uerit, cōmuniōne priuetur: si vero hortatus fuerit eos orare, dānetur. Et alibi episcopum aut presbyterum, hæreticorum suscipientem baptismum, dānari præcipimus: quæ enim cōuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infidelibus? & rursus: qui synagogam Iudeorum, aut hæreticorum conuenticulum ingressus fuerit, ut preces cum illis coniungat, deponitor, & a cōmuniōne secluditor. i. ad Corin. 5. ad Tit. 3. Ioā. epist. 2. nu. 16. canon. apostolorum 45. & 46. & 63. & 69. cum seq. vide. l. 53. & 55. & 56. de his qui super religione contendunt C. Theod. Clem. libro 6. de constitutionibus apostolicis, cap. 17.

In cōcilio quoque Laodicensi prohibetur, ne cum hæreticis matrimonia celebremus, nec benedictiones ab eis accipiamus, neque cum eis, aut schismaticis oremus, neque ad eorum falsos martyres, aut execrandas congregatiōes eamus. Et in quarto cōcilio Carthaginensi, interduntur cōuiuia & sodalitates hæreticorum & schismaticorum: & prohibetur, ne cum eis aut oretur, aut cantetur. Quod & sæpe alibi a sanctis patribus vetitum est. c. cum quibus. 24. quest. 3. cap. si quis inquit. i. quest. i. cōcilij Laodicensi. c. 31. cum seq. & 4. cōcilio Carthagi. c. 70. & 72. Cypria. epistola. 3. lib. 1. Contra. Brunus lib. 6. de hæreti. cap. 2.

Qua ratione illa fœdera dānantur, quæ a catholicis cum hæreticis & schismaticis fiunt: nam cum eiusmodi hominibus non solum nulle amicitie

Titulus

II.

52

citæ cōiri, sed ne vlla etiā cōmuniō esse potest. Nec licet inter catholicos & hæreticos pacē his cōditionibus facere, ut catholici cum hæreticis in fide & religione cōmunicent: nec ut hæretici in iudicijs ob sacralia ne conueniantur: nec ut exceptio hæreseos & excommunicationis hæreticis in iudicijs obijci ne possit: nec ut qui bona ecclesiarum ab hæreticis per vim recuperant, fracte publice pacis rei habeantur: Hæc namque cōditiones, & si quæ sunt alie generis eiusdem, inhoneste sunt, & christianis prohibite, quæ admodum eleganter tradit Brunus lib. 3. de legationibus cap. 11.

Multa quidem sunt causæ huius prohibitionis: prima, quia hæretici ab ecclesia abscissi sunt: cum quibus catholici nihil cōmune habere possunt. Quæ enim cōuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infidelibus? Præterea quo modo in vna domo cōuenire possunt fide & moribus diuersi, animisque disertiētes? at ecclesia hospitium vnanimitatis est. (ut inquit Cyprianus) quæ designat spiritus factus in psalmo, dicēs: Deus qui in habitare facit vnanimes in domo, in domo Dei vnanimes habitant, cōcordes & simplices perseverant. Deinde catholici mites, mansueti, & simplices sunt, sicut colubæ, oues, & agni: hæretici contra, superbi, subdoli, seductores: quos Christus lupos: propheta vulpes, coruos, miluos appellat: animalia sanè rapacia, subdola, & ad discor-

diam magis, quam vnitatem nata: quibus certe cum catholica simplicitate nihil profusus cōuenit, ideoque in cōmuniōne cum catholicis esse non debent.

Præterea vitare debemus hæreticos, ne illis cōmunicantes, eorum peccatis inuoluamur. Inquit enim Dominus per Moysen lib. numero. Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinet, ne inuoluamini peccatis eorum. Et Apostolus in epistola ad Titum scribit. Hæreticum hominem post vnā & alteram correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est. Deuita hæreticum, quasi viperam, quasi scorpionem, quasi basiliscum: ne te non solum tactu, sed etiam visu afflatuque percutiat.

Deinde, declinare debemus verba & colloquia hæreticorum. Quia sermo eorum ut cancer serpit, ut pestis inficit, ut lethale venenum animas etiam ipsas morte perpetua occidit. Nam sicut Apostolus ait: corrumpunt ingenia bona, confabulationes pessime. Et in Prouerbis sapiens: peruersus in ore suo portat perditionem, & in labijs suis ignem condit. Et Iuuenalis de alia contagione non ita pestifera loquens satyra secunda inquit. Dat hæc contagio labem: sicut grex totus in agris, vnus scabie cadit, & porrigne porci. Et ut est apud Xenophontem libro primo de factis & dictis Socratis, bonorum hominum conuer-

De communi hæreti vitanda

fatio exercitium virtutis est; prauorum verò destructio. Testatur hoc etiã qui dicit poeta, bona quidem discas à bonis: quod si te misceas prauis, amittes etiã in sitam mentem. Postremo hæretici ipso iure in excommunicationem incidunt: cum excommunicatis autem communicare non licet. 2. timo. 2. & 1. Corin. 15. Prouer. 15. cap. excommunicamus de hæreti. c. excellentissimus. 11. quæst. 3. cum seq. vide Brunum lib. 6. de hæreti. c. 2.

7 Hæc eadem docemur exemplis memoratu dignis: nam dilectus domini discipulus, cum apud Ephesum balneas lauandi gratia fuisset ingressus, & audisset ibi Cherintum, exiit continuo, & discessit nõ lotus, dicens fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in quibus Cherintus lauatur, veritatis inimicus. Eadem cum Ebione hæretico eundem Ioãnem fecisse, author est Epiphanius libro primo contra hæreses. Et ab eodem Apostolo edoctus Polycarpus, Marcioni aliquando cum occurrisset; dicenti sibi, agnoscis nos? respondit, agnosco, agnosco primogenitum satanæ. Tanta tunc Apostoli & eorum discipuli in religione cautela vitabantur, vt ne verbi quidem communionem cum aliquo eorum, qui à veritate deuiauerant, habere pateretur. Quorum exemplorum Irenæus, Eusebius, Beda, Nicephorus, & quidam alij meminerunt: quibus addo exemplum Origenis, qui

nullo pacto, vel pro honoris gratia, vel pro necessitate coniunctionis flecti potuit, vt cum Paulo hæretico, dominæ suæ adoptiuo, saltem in oratione consisteret: ita ei à primâ ætate ecclesiasticæ regulæ obseruantia honorabilis fuit, & hæreticorum societas execrabilis. author Eusebius lib. 6. ecclesiasti. histo. cap. 2. quem vide lib. 4. cap. 14. Epiphanius hæresi. 30. Irenæum lib. 3. aduersus hæreses cap. 3. Bedam super epistolam secundam Ioannis. cap. omnis qui 24. quæst. 1. Nicephorus lib. 3. ecclesiasti. histo. cap. 14. quæ vide lib. 12. cap. 8.

8 Non solum loqui non licet cum hæreticis, sed neque illis familiariter scribere: nam per epistolas cum absentibus, tanquam cum presentibus loquimur, & maiore cum de liberatione scribere, quam verba facere solemus, ac multa literis committimus, quæ coram puderet verbo dicere: epistola enim non erubescit. Par itaque aut maior causa prohibitionis est in scribente, atque in loquente. Turpilius comicus differens de vicissitudine literarum: sola inquit, res est, quæ homines absentes, presentes facit. Cuius meminit Hieronymus epistola ad Nitiam addens: quid est, vt ita dicam, tam præsens inter absentes, quam per epistolas & alloqui, & audire quos diligas? sic igitur prohibitus loqui cum sanctimoniali nec epistolam mittere potest: sic non licet scribere Cardinalibus existentibus

in con-

Titulus

II.

53

in conclau: sic in epistola synodi Sardicensis, de quibusdam episcopis Arrianis dicunt patres, illos in ecclesias luporum instar ingressos, nec episcopos nominandos, nec christianos: nec quamlibet penitus cum eis habendam communionem, nec eorum literas recipiendas nec scribendum eis. Et paulo post: seruate vos fratres charissimi, vt neque scribatis eis neque eorum scripta suscipiatis. Sic demum male audit Erasmus, eo quod epistolas familiares dederit ad Lutherum & Oecolampadium etiam, 10 vbi eos esse hostes ecclesiæ nouerat c. clericus. 81. distin. c. vbi periculum. §. nulli. de electio. lib. 6. Theodoritus. lib. 4. historie tripartite. c. 24. & lib. 2. ecclesiasti. cap. 8. Alphigius. lib. 4. hierar. ecclesiasti. c. 18. Roma. & Corasius in l. 1. nu. 24. de verbo. obliga. idem Cora. lib. 1. Miscella. cap. 24. & lib. 3. cap. 4.

9 Quæ omnia, quod ad rem foresem attinet, eo pertinent, vt pro personarum qualitate, loci ac temporis circumstantijs, habeantur plus minusve suspecti, qui cum hæreticis communicauerint. Vnde propter familiaritatem hæreticorum indicitur interdum purgatio: aliquando verò hi, qui post abiurationem hæreticos comitantur, visitant, accipiunt, vel deducunt, eo ipso relapsi esse censentur: quia ex approbati à se prius erroris consequentia, ea fecisse iudicantur. Hi quoque, qui sunt recenter conuer-

si, fugere omnino debent communionem illorum, qui suam sectam antiquam tenent: qui si secus fecerint, in christianorum seruitutem redigendi sunt, & illi cum quibus prohibitum est eis conuersari, publicis cedibus deputari debet, quemadmodum maiores nostri decreuerunt in quarto concilio Toletano. cano. 60. cap. inter solitudines. de purga. cano. c. accusatus. §. ille quoque. de hæreti. lib. 6. cap. sepe. 28. quæst. 1. & sessione. 19. concilij Basilensis.

10 Aliquando tamen cum hæreticis communicare licet: puta, quum tractatur de salute spirituali, & conuersione illorum. Hoc autem fieri debet seruatis debitis circumstantijs personarum, temporum & locorum: quemadmodum Alexander, Thomas, alijque tradiderunt. Item propter necessitatem communicare possumus cum hæreticis, dum tamen eorum erroribus non consentiamus. Id quod olim catholici, cum hæreticorum factiones præualebant, sepe facere coacti sunt: necessitatis namque (vt ille ait) amarissimæ sunt leges, & truculentæ imperia. Alexan. Ales. 2. parte. quæst. 181. membro. 10. Tho. 2. secundæ quæst. 10. ar. 15. Alberti. in rubrica de hæreti. lib. 6. quæst. 4. Alfon. lib. 4. de iusta hæreti. punit. c. 20. Brunus lib. 1. de legatio. cap. 6. & lib. 6. de hæreti. c. 2.

11 Nec in testamentis, nec in contractibus licet cum hæreticis com-

G 5 ex

De concilijs

municare: nec enim ex testamento quippiam capere heretici, nec ex villo contractu, nec testamenta facere possunt. l. manichæos. C. de

hæreticis. l. 8. l. 30. l. 39. l. 49. l. 56. de his, qui super religione contendunt. C. Theodo. l. cum filius. §. vlti. ff. de leg. ii.

De concilijs

1. Concilium quid sit.
2. Conciliorum plura sunt genera, sed tria potissime memorantur.
3. Concilij vniuersalis autoritas.
4. Concilij vniuersalis autoritas, ex veteri & nouo testamento ostenditur.
5. Concilij vniuersalis autoritas, sanctissimorum patrum testimonijs declaratur.
6. Conciliorum generalium vtilitas.
7. Concilia vniuersalia quæ legitime congregata dicantur.
8. Concilia vniuersalia auctoritate Papæ congreganda, ex lib. i. Machabeorum etiam deducitur.
9. Concilium generale quando conuocari liceat absque auctoritate Papæ.
10. Concilium generale conuocari debet auctoritate Papæ, & acta omnia synodalia eiusdem auctoritate fieri debent.
11. Papa iudicari ab alijs non potest.
12. Concilium vniuersale, neque alius quispiam iudex Papam cõdemnare potest.
13. Papa hæreticus manifestus, an per vniuersale concilium puniri possit?
14. Papam iudicari non posse in terris, probabilis sententia est.
15. Papam nullum hæreticum fuisse, neque in futurum esse posse, pia & erudita Alberti, Pighij, & Hosij sententia est.
16. Concilium sacerdotale quid sit, & quod robur habeat.
17. Concilia sacerdotalia antiquiora & frequentiora sunt quam generalia, nec minus vtilia.
18. Concilia prouincialia quam auctoritatem habeant.
19. Concilia prouincialia quoties singulis annis celebrari debeant.

Titulus 12.



1. **C**oncilium ecclesiasticum nil aliud est, quam iustus conuentus præfulum & episcoporum, ad ecclesiastica negotia tractanda. Definatur autem multifaria à multis, sed in eandem fere sententiam. Sed cum concilia ecclesiastica omnibus notissima sint, non est cur definitionibus immoremur.

2. Sunt autem plura conciliorum genera, sed quod ad propositum attinet, tria duntaxat memorabimus: vniuersale, sacerdotale, & prouinciale. Vniuersale cõcilium est, in quo totius ecclesiæ tractatur negotium, ex omnibus prouincijs conuocatis orthodoxis episcopis. Sacerdotale concilium est, in quo causa, quæ tractatur, vniuersalis est, fidem aut ecclesiasticam obseruationem concernens: sed conuocatio nõ est generalis. Prouinciale est, in quo sub vno metropolitano, vnius tantum prouinciæ episcopi conuenientes, eiusdem prouinciæ negotijs consulunt.

3. Vniuersale concilium, ritè ac rectè congregatum, diuinam auctoritatem habet: eiusque decreta, in his

Titulus

12.

54

his, quæ pertinent ad fidem & mores, pro veris ecclesiæ definitionibus tenendæ sunt: & quisquis illis sciens contradicit, hæreticus pertinax est. Hanc veritatem semper secuti sunt quotquot vnquam fuere catholici: aduersus hæreticos tamen breuiter illam hoc loco probabimus.

4. Primo, ex veteri & nouo testamento: in Deuteronomio & in actis Apostolorum satis constat, concilia rectè congregata auctoritatem habere ab ipso Deo & Spiritu sancto. Deinde vniuersalia concilia catholicam Ecclesiam representant: quæ quidem errare nequit, cum sit columna & firmamentum veritatis. Ad hæc in concilijs generalibus rectè congregatis adest auctoritas sedis apostolicæ, cuius fides deficere nequit. Præterea in his concilijs conueniunt ecclesiæ pastores & doctores, & ex scriptis sacris & ecclesiæ traditionibus & sanctorum doctrinis peraguntur omnia: quæ quidem nec fallere, nec falli possunt. Deinde Christus redemptor noster per Mattheum promisit nobis, futurum se in medio eorum, qui congregati fuerint in nomine suo, tametsi illi nõ sint nisi duo, aut tres. Quis igitur credat, Christum non adesse plenarijs concilijs legitime congregatis?

5. Sanctissimi quoque patres eandem veritatem sapientissime confessi sunt. Diuus Cyprianus, qui de manibus, inquit, conciliorum guber-

nacula extorquent, ecclesiasticæ salutis nauem in scopulos illidunt. Et Augustinus in epistola ad Ianuarium scribit, saluberrimam esse in ecclesia conciliorum generalium auctoritatem. Quod & libro de vnicò Baptismo & sæpe alibi testatur. Et diuus Gregorius libro. i. epistolarum, quatuor prima vniuersalia concilia, sicut sancta euangelia suscipere se ac venerari fatetur. Id ipsum docuit Isidorus libro sexto etymologiarum, & Theodosius apud Nicephorum lib. 16. ecclesiasticæ historiæ, capite. 33. sed & reges Hispaniarum iam olim hæc veritatem professi sunt in concilio Toletano decimo tertio & quinto decimo. Ad extremum patres nostri in professione fidei, quam decimo sexto cõcilio Tolitano inseruerunt, constanter asserunt, illum hæreticum esse iudicandum, qui plenarijs concilijs quoquo modo cõtradixerit: cui sententiæ orthodoxi omnes semper & vbique assentiunt. c. illa. 12. distin. c. canones. c. sicut. 15. distin. Torquemada. lib. 3. de ecclesia. cap. 58. Alfonso tosta. 2. parte defensorij. cap. 68. cum seq. Guido de hæresibus. cap. 6. Roffensis contra lutherum. arti. 29. Gaspar aduersus hæreses. lib. 2. arti. 4. confessio polonica, de fide & symbolo. cap. 24. Canus libro 5. de locis theologiceis. cap. 4. cum seq.

6. Generalia concilia rectè congregata vtilia, & salutaria sunt ecclesiæ, ad extirpandas hæreses, scienda

cienda schismata, & reformandū ecclesiasticæ disciplinæ vigorem. Quibus nisi fidem indubiam adhibeamus, quid certi relinquemus ecclesiæ? Nimirum omnia decreta patrum, omnes sacri canones vacillarent: hæreses damnatæ reuiuiscerent: denique nil nõ esset in religione confusum, dubium, & incertum. In uanū hæctenus summi pontifices, imperatores, principes, & sanctissimi patres laborassent in concilijs conuocandis: frustra fideles omnes hucusque synodis paruissent, & credidissent: ac proculdubio grauissimè decepta foret diffusa per orbem catholica & apostolica Christi ecclesia: quæ oīa impia sūt & absurda. Vide Vincen. lirenen. lib. aduersus hæreses. Niceptorum lib. 16. cap. 35.

7 Ea verò concilia vniuersalia legitimè congregata dicuntur, quæ authoritate Papæ conuocata sunt. Apostoli enim constituerunt, vt nulla generalis synodus fieret præter authoritatem Romani Pontificis: quod asserit sanctus Marcellus in epistola ad episcopos Antiochenos: & Iulius primus aduersus Antiochenam synodum: & Socrates libro quarto historię tripartitę capite nono. Ad hæc Athanasius, alijque patres, qui in Alexandrina synodo conuenerunt, in epistola ad Felicem aiunt, in Nicena synodo ab omnibus episcopis concorditer esse roboratum, non debere absque Romani pontificis senten-

tia celebrari concilia. Idem quoque beatus Damasus episcopis Africanis scripsit. Et Nicephorus lib. 9. ecclesiasticæ historię cap. 5. & lib. 11. cap. 31. hoc denique Lucentius, Pelagius secundus, Nicolaus primus, & patres in septima synodo generali actione sexta, & innumerabiles alij testantur. cap. 1. cum seq. 17. distin.

8 Quod satis probatur libro primo Machabæorum, vbi summi sacerdotes prærogatiuæ memorantur: quarum illa quoque erat, ne quispiam conuocare posset cōuentum in regione sine ipso. Accedunt etiam causæ fortissimæ, quia conuocatio fieri debet ab eo, qui est caput & princeps, & curam habet reipublicæ, & qui potest cogere inuitos: quæ omnia in christiana republica soli Papæ competunt: quo inuito nullo modo licet conuocare generale concilium: alioqui conuocatio esset iniusta, & rebellionis, conspirationisque speciē præ se ferret: nõ secus atque in quacunque alia republica: non enim licet subiectis conuenticula facere, vel de grauioribus rebus decernere absque voluntate, consensu, & authoritate principis. Vnde Nicocles apud Isocratem in symmachico inquit, nullas sodalitates aut cōcilia sine authoritate mea institute: nam huiusmodi conspirationes in monarchijs periculosæ sunt. l. 1. & 3. de collegijs illici. l. 1. cū seq. tit. 11. lib. 8. ordinat.

Inter-

9 Interdum tamen generale concilium conuocari poterit sine authoritate Papæ, sed id fieri non debet nisi propter necessitatem inuitabilem: scilicet cum ob dubiā incertamque electionem est inter aliquos de papatu contentio: tunc enim per cardinales cōuocari poterit: quo sciat vniuersa ecclesia, quem pastorem & rectorem sequi debeat: idemque erit si quis casus forte contigerit generis eiusdem. Gratianus distin. 17. Torquemada lib. 3. de ecclesia. cap. 6. Iacobarius lib. 3. de concilio. Alua quoque de concilijs. cap. 2. Alberpighius lib. 6. hierar. ecclesiasti. cap. 8. cum seq. Gaspar lib. 2. aduersus hæreticos arti. 4. cap. 10.

10 Non solum conuocatio generalis concilij ad summum pontificem pertinet, sed & cetera omnia synodalia eius authoritate fieri debent: alioqui non essent congregata in Spiritu sancto concilia, quæ apostolicæ cathedræ reijcerēt consensum & authoritatem. Quam ob rem semper in omnibus synodis vniuersalibus seruatum est, vt summi pontificis accederet assensus, & ab eo firmarentur decreta synodorum: quemadmodum ex ipsismet actis vniuersalium conciliorum planissimè constat. Et vt Pelagius secundus in prima decre-

nathematis: sola sedes apostolica rescindit, quod præter ordinem congregatio synodica putauerat vsurpandum. Inde factum est, vt in plerisque conciliorum capitulis cum aliquid seruandum decernitur, statim adijciatur, nisi authoritas Romanæ ecclesiæ aliter fieri imperauerit: vel, saluo tamen in omnibus iure sanctæ Romanæ ecclesiæ: vel, saluo tamē in omnibus apostolica authoritate. c. vlti. 25. quest. 1. Alua de concilijs. cap. 3.

11 Quæ cum ita sint, non est cur disputetur, an vniuersale conciliū iudicare possit pontificem summū, qui caput & princeps est conciliorum. Nam Petrus & successores eius constituti sunt ab ipso christo vniuersalis ecclesiæ pastores cū suprema iurisdictionis authoritate: nec vlla in sacris literis inuenitur exceptio, qua iudicari ab aliquo possint. Ad hæc ipsa rerum natura & eius ordo non patitur, vt subditus in præpositum: ovis in pastorem: inferiora membra in caput suum, iurisdictionē habeant. Postremo nullus locus sacre scripture, nulla antiqua traditio ecclesiastica hoc vnquam docuit, aut permisit: Torquemada. l. 3. de ecclesia. cap. 50. Iacobarius. l. 9. de concilio.

12 Quinimo antiqua omnis ecclesiæ traditio habet, nec vniuersale concilium nec alium quempiam iudicem, in papam quantumuis criminofum, condemnationis

tionis sententiam vilo modo ferre posse. Hoc Gelasius in epistola ad episcopos Dardaniae, & Bonifacius Christi martyr testantur, addita ratione, quia cunctos iudicaturus à nemine est iudicandus. Hoc etiã asseritur in concilio Sinuessano, quod prima sedes non iudicabitur à quoquam. In concilio quoque Romano sub imperatore Valentiniano, dixerunt vno ore patres vniuersi, non licere aduersus Romanum pontificem dicere sententiam. Et in concilio conuocato aduersus symachum, omnes praesules pronunciarunt, à se iudicari non posse primae sedis episcopum, sed eius causam Dei iudicio referuari. Quod & in apologia Enodij confirmata in quinta synodo, comprobatum est. Hoc ipsum asseruerunt episcopi in alio Romano concilio coram Carolo magno: hoc etiam Bonifacius docet: hoc denique diuus Bernardus in epistola ad Innocentium secundum, & plerique alij doctissimi tradunt. Nec obstant ea, quae in concilijs Constantiensi & Basiliensi in contrarium asserta videntur: quia nec ab ecclesia recepta, nec à summo pontifice sunt approbata. c. nunc autem. 21. distin. c. patet. 9. quest. 3. cum seq. Pighius lib. 6. hierar. ecclesi. cap. 15.

13 Vulgaris ferè omnium recentium theologorum & iurisperitorum opinio est, papam haereticum manifestum per vniuersale concilium

lium puniri posse: id quod duabus potissimè rationibus comprobant. Prima, quia esse christianum, est conditio simpliciter necessaria, vt aliquis sit caput ecclesiae: haereticus autem praecisus est ab ecclesia, & alienus a religione: & ideò ab vniuersali concilio puniri potest, perinde ac si inuentus esset paganus, iudeus, aut non baptizatus. Altera illorum ratio est, quòd cuique se defendere omni iure licet: ac proinde respublica christiana iure naturalis defensionis potest hostem religionis ab ecclesia pellere, atque etiam punire. c. si papa. 40. distin. & illic prapo. egidi. & ceteri. Torquemada lib. 2. de ecclesia. cap. 93. cum seq. Iacoba lib. 3. de concilio arti. 1. & lib. 8. & 9. Alaua de concilijs cap. 2.

14 Sed quamuis opinio ista rectissimè defendi possit, anceps tamen & aspera est: non enim sacra scriptura, nec ecclesiastica traditio probatur. Vnde probabilis aliorum sententia est, quod iudicari nequeat in terris pontifex summus, ne propter haeresim quidem: sed monendus est, & saepissimè hortandus, vt catholicam fidem teneat. Post haec frequenti oratione Deum interpellare debet ecclesia, vt papam haereticum corrigat, vel amoueat: qui proculdubio seruis suis prospiciet, & vindictam faciet in populo suo: non enim dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Nam vt inquit Iosaphat

libro

libro secundo paralipomenon: cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad Dominum. Torquemada lib. 2. de ecclesia cap. 106. Faber contra Lutherum tracta. 2. textu. 5.

15 Est & alia pia satis & erudita Alberti pighij, & Hosij sententia, qui audacter asserunt, nullum pontificem summum fuisse vnquam haereticum, sed neque in futurum esse posse: quia Christus redemptor noster oratione sua impetrauit, ne vnquam deficeret fides Petri: cuius prerogatiuae participes facti sunt pontifices maximi, Petri successores. Haec de vniuersali concilio: vide pighi lib. 4. hierar. ecclesi. cap. 8. Hosium lib. 2. aduersus prologomena Brentij. Franciscum de fide theoremate. 8. Alfonso lib. 1. aduersus haereses cap. 6. Canum contra lib. 6. de locis theologicis cap. vlti.

16 Sacerdotale concilium est conuentus aliquorum patrum ad aliquem locum, de his quae ad fidem & reformationem status ecclesiastici pertinent, à summo pontifice consulendi causa legitime coactum. Sunt autem ea concilia eiusdem fere roboris, atque vniuersalia: quia eis accedit authoritas summi pontificis: & pastorum atque doctorum ecclesiae consensus: & non minus ex literis sacris haec, quam illa originem habent. Etenim concilia veteris & noui testamenti, sacer-

dotalia verius, quam vniuersalia dici possunt. Quam ob rem cum quaestio aliqua de fide, aut religione difficilis oritur & ambigua, tunc summus pontifex conuocare solet concilium sacerdotum, vna secum in cathedra apostolica Domino ministrantium, hoc est, cardinalium: non nunquam verò aliorum, vel plurium, vel pauciorum, vel distantium, prout pontifex ipse pro rerum qualitate expedire censuerit: & eorum consilio certissimam sententiam profert. Gaspar contra haereses lib. 2. arti. 4. cap. 11. Brunus lib. 5. de legatione. c. 3. Sunt quoque sacerdotalia concilia antiquiora & frequentiora, quam generalia, nec minus ecclesiae vtilia: celebrantur enim commodius & breuius, & sine magno cuiuspiam dispendio: neque in his concilijs episcopi sumptibus, aut itinere longo fatigantur: neque diu ecclesiae pastoribus suis carere coguntur: cum è contrario vniuersalia concilia celebrari non queant, sine magno toti orbis motu, molestia, & impensa. In hoc tamen vtilissima sunt plenaria concilia, quòd in eis notior sit ecclesiae vniuersalis sententia: & quia quod à pluribus queritur, facilius inuenitur: & quia salus erit vbi multa consilia: & quia integrum est iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur: & quia plus vident oculi, quam oculus: & per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur.

De confessis

uelatur. prouerb. ii. cap. vlti. 20. dif. c. prudentiam. de offic. delegat. l. vltim. C. de fidei commif.

18 Concilia verò prouincialia, quę per singulas prouincias celebrantur, multo minoris authoritatis sunt, quam vniuersalia & sacerdotalia: quia solummodo roborantur authoritate metropolitani qui eis præfider: ac proinde inualida censentur ad diffiniendum & constituendum: profunt tamē ad correctionem & exhortationem, & habent authoritatem imponendi & renouandi ea, quę authoritate Romani pontificis statuta sunt. Postremò vtilia sunt ad controuersias inter prouinciales dissoluendas. Quod si per summum pontificem concilia prouincialia examinata & approbata fuerint, exinde pontificiam authoritatem habebunt, secundum modum approbationis & confirmationis.

19 Hęc autem prouincialia concilia, bis singulis annis, aut saltem semel celebrari debent, vt sepiusmè constitutum est: id enim cauetur in epistola Hormisdę ad Episcopos Hispanię: & in secundo &

quinto concilio Aurelianensi, & in quarto ac duodecimo concilio Toletano, & in sexta Synodo generali, & in synodo Zacharię, & in concilio Lateranensi sub Innocentio tertio: in cuius canon e sexto huiusmodi decretum extat: metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis prouincialia non omitterent celebrare concilia, in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum. Quod etiã in alijs multis locis à Gratiano relatis definitum est. Quid autem in causa sit, cur hoc tam sanctè ordinatum, toties repetitum, tam diligenter cautum, in desuetudinem abierit, aliorum est iudicium: equidem vtilissimum fore existimo vt hęc synodi restituerentur pristinę dignitati & rigori: frustra enim in vniuersalibus concilijs necessaria statuuntur, nisi & singulis locis minores conuentus eadem curent sedulo obseruari. c. de concilijs. cū seq. distin. 18. Hermas lib 5. de instauran. religione cap. vlti.

De confessis. Titulus. 13.

- 1 Confessio potissima est probationis species: quippe qua crimina omnia probari possint.
- 2 Confessione sola hæresis probari potest, sed poena ordinaria non puniendā est, nisi aliter probetur.
- 3 Confessio quacunque contra contentē

- reum plenam probationem non facit.
- 4 Confessio non vsque adeo generalis, pro speciali haberi potest.
- 5 Confessionibus quibus natura repugnat standum non est.
- 6 Confessioni non verisimili fides adhibenda facile non est.

Confessiones

Titulus.

- 7 Confessiones suas reuocare nequeunt rei.
- 8 Confessiones reorum, quę possint reuocari.
- 9 Confessionem reuocare potest minor viginti quinque annis.
- 10 Confessio qualibet in continenti reuocari potest.
- 11 Confessio in carcere emissa, nullis præcedentibus iudicijs, reuocari potest.
- 12 Confessus crimen, impunitate sibi à iudice proposita, suam confessionem reuocare potest.
- 13 Confessus aliquid per errorem, id reuocare potest, probato errore.
- 14 Confessionis reuocatio quocunque tempore admittitur in iudicio sanctę inquisitionis.
- 15 Confitens factum, & negans impiam intentionem, an sit audiendus.
- 16 Confitens se Iudeorum, Lutheranorum, & ritus seruasse, & id bono animo se fecisse dicens, puniendus est vt impoenitens.
- 17 Confitens crimen, sed praua id intentione commisisse negans, quādo & quomodo audiendus.
- 18 Probare cur difficile possit reus impictis accusatus se bono animo fecisse.
- 19 Confitens impietatem, & intentionem negans, quando vt impoenitens non damnandus.
- 20 Confessiones quę in auditorio inquisitorum sunt, mistę sunt.
- 21 Confitens suas hæreses, indicare etiam debet authores & consocios illarum hæresum.
- 22 Confitens inquisitoribus hæresim prorsus occultam, occultè ab eis est absoluedus.
- 23 Hæreticum occultum non teneri bona sua fisco tradere, id argumento est, quod occultam prorsus hæresim confitens, bonorum confiscatione non punitur.
- 24 Confitens hæresi non prorsus occultā, quo pacto sit tractandus.
- 25 Reconciliatus ecclesię, qui se hæreticum

XIII.

57

fuisse negat, sed metu confessum esse, ait, quę non commisit, quomodo puniendus.

- 26 Reconciliatus ecclesię, qui se hæreticum fuisse negat, sed metu confessum, ait, quando impoenitens non iudicandus.
- 27 Innocens qui metu aut carceris radio confessus est se hæreticum fuisse, quid facturus sit.
- 28 Innocens qui testes refutare nequit, neque confessionem iustè reuocare, factatur id peccatum parrocho suo.
- 29 Confessionem reuocari non posse, postquam est ab altera parte accepta, multi existimant.
- 30 Confessionem reuocari non posse, cum eam accusator admisserit, an vera sit opinio.



Confessione reorum crimina oia probari possunt, & ea ferè sola est, cui contradici non potest.

Nā cōfiteți protinus illud obijci solet, quod apud Lucā est: ex ore tuo te iudico serue nequā. Inter oēs autem species probationis, cōfessio obtinet principatum: nec em̄ vlla clarior, aut efficacior probatio inuenitur, quā reorū confessio quę admodū Romanus & Alexander docēt. Fortior quidē est quā ea, quę fit per testes, si Felino credimus, qui eā dicit notoriā rem facere. Nec solēnitas probatoria exigitur, vbi adest cōfessio partis, sicut Baldus & ceteri tradūt. Accedit huc Demostenes, oratione cōtra Timocratem, dicens: facinorosos, qui scelera fatentur, sine iudicio puniri leges iubent. Et Iulius Paul⁹ ait, cōfessus pro iudicato est:

H quia

quia quodam modo sua sententia datur. l. 1. & l. 3. ff. de confessis. Luc. 19. Gonsal. de heresi. quaest. 13. Roma consil. 329. Alex. consil. 19. lib. 4. Felinus in c. 1. de exceptio. & in c. cum super de re iudi. Bal. in auth. sed nouo iure. C. si cert. peta. Hipoli. in rubri. de probat. Gratus consil. 61. tit. 2.

2 Quamuis in alijs criminibus sola confessio non sufficiat ad condemnationem, nisi de crimine aliter constet: sola tamen confessione probari potest heresis: quia cum in animo latere soleat, plerumque alio pacto probari nequit: quam ob rem ea sola sufficit ad condemnationem, secundum Baldi, Felini, & quorundam opinionem. Sed nisi alio modo heresis probata sit, non debet poena ordinaria puniri, qui occultam heresim confitentur, ut paulo post dicturi sumus. l. 1. s. item illud ad Sillani. l. 1. s. diuus de quaest. Baldus in l. si quis non dicat. C. de episco. & cleri. Feli. in c. auditis. de prescript. Pözini de lamijs nu. 70. arelata. de heresi. notabi. 2. Carerius in practica. nu. 169.

3 Sed non omnis confessio contra reum contentem plenam probationem facit. Nam neque confessio generalis, dubia & incerta probat: veluti si reus dixerit, ego sum hereticus, nec praeterea declarauerit, quibus sit heresibus infectus, is proculdubio damnandus non est: vrgeri tamen debet, ut certum confiteatur. l. certum. ff. de confessis Bal. consil. 98. lib. 1. Feli. in c. at si

clerici. de iudi. Aymo. consil. 262.

4 Quod si confessio non esset vltima aded generalis pro speciali posset haberi: praesertim si ad aliam esset relata, unde redderetur certa. Verbi gratia, si reus dicat, ego sum lutheranus, & credo ea omnia, quae Lutheranus docuit: quamuis adduci non possit, ut certius aliquid confiteatur, damnari quidem poterit, ut hereticus pertinax. argu. l. affe toto. ff. de heredi. instituen. l. ait praetor. s. 1. de re iudica.

5 Nec standum est confessionibus, quibus natura repugnat: hoc enim ipso, quod quis ea confiteretur errare conuincitur. l. confessionibus. l. si is cuius. s. vlt. ff. de interrogatiob.

6 Nec facile adhibenda est fides confessioni non verisimili: nam confessiones reorum pro exploratis facinoribus habere non oportet, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. Quod autem verisimile non est, id non bene instruet iudicis animum. l. 1. s. diuus Severus. ff. de quaestionibus. glo. & interpretes in l. 1. C. de confes. c. quia verisimile. de praesumptio.

7 Nunc videndum in rei confessionibus suas reuocare queat: ac primum quidem generaliter dicendum est, confessiones reorum retractari non posse: nimis enim indignum est, ut quod sua quisque voce factus est, id reuocet, ac testimonio suo resistat: quam ob rem confessi pro iudicatis habentur. l. generaliter. C. de non nume. pecu. l. 1.

C. de

C. de confessis.

8 Excipiuntur tamen species multae: nam confessio tormentis exorta liberè reuocari potest. Idemque est, cum extorquetur metu imminentiū tormentorum: quemadmodum sub titulo de quaestionibus plenius dicemus.

9 Minor viginti quinque annis reuocare poterit confessionem in integrum restitutione petita. l. certum. s. vlti. ff. de confes. l. 1. nam & postea. s. si minor. ff. de iure iuran.

10 Poterit & in continentem confessionem quae libet reuocari, tanquam aut lapsu linguae, aut sine deliberatione facta. l. Stichus imo Pamphilus. ff. de manu testa. glo. in c. vlti. de iure iuran. lib. 6.

11 Item illa confessio reuocari potest, quam aliquis carcere clausus emisit nullis praecedentibus iudicijs: ea enim iniusto ab eo fuit extorta, & nullius momenti est. glo. & omnes in l. pen. ff. de quaestio. Alciat. in c. 1. de offi. ordina. Beherius. decisione 90.

12 Excipitur & ille casus, cum iudex reo promissit veniam & impunitatem, si crimine fateretur: nam is qui deceptus à iudice confessus est, poterit eam confessionem reuocare: quidquid Collectari⁹ dixit in c. in eos. d. hereticis. Imo. consil. 109. Decius in l. 1. c. de sent. quae pro eo quod inter. Hipobit. in l. 1. s. quaestio. ff. de quaestio. Alciat. in l. ea est natura. ff. de verbo. signifi. Duaren⁹ in l. conuentionum. ff. de pact. ludo. Gomes. in

c. 1. de constitut. lib. 6. Couar. lib. 1. resolut. c. 2. Bossius tit. de confessis.

13 Item qui per errorem aliquid confessus est, errore deposito potest id reuocare: non enim fatetur, qui errat, ut inquit Vlpianus. Et qui iusto errore ductus confitetur, venia dignus est, & poenitere potest, maxime si postea plenius instructus confessionem reuocauerit. Sed is qui reuocat, probare debet errorem. l. non faterur. ff. de confes. l. de etate. s. vlti. ff. de interrogatiob. c. vlti. de confes. l. unde neratius. s. vltimo. ad legem A. qui. l. 1. si quis vltro. de quaestionibus.

14 Verum in iudicio sanctae inquisitionis, quocumque tempore & modo reus confessionem reuocet, quamuis nec afferat causam probabilem, nec satis idoneam, admittitur tamen eius reuocatio: & siue pro eo, siue contra eum, extreme confessioni statatur: hec enim est, quae efficit, ut reus poenitens aut impoenitens esse videatur: & hoc iure utimur.

15 Queri autem solet, an is, qui confitetur factum, sed negat intentionem impiam audiendus sit: & quidem in malis factis praesumitur malus animus: & nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitauerit. & cum in verbis nulla est ambiguitas, non debet admitti voluntatis quaestio. l. si non conuictus. C. de iniurijs. l. Labeo. ff. de suppelle. lega. l. ille. aut ille delegat. 3.

16 Itaque si quispiam ritus Iudeorum aut hereticorum seruauerit, si im-

H 2 pius

17. *pias ppositiones affirmauerit, vel tale aliquid confessus fuerit, id bono animo se fecisse dixerit, puniendus est, ut impoenitens: quia cum plane de crimine constet, is tamen crimen diffitetur. c. contra christianos de hereti. lib. 6. c. 1. de presumptionibus.*
17. *Non nunquam audiendus est, qui negat, se praua intentione fecisse: ei tamen onus probationis incumbit, qui confessionem criminis ita moderatur, ut crimine excludat: & ita omnium sententia receptum est. Bar. in l. autelius. s. idem quesijt. de libera. legata. Feli. in e. cum venerabili. de exceptio. Hippolytus in practica. s. postquam. Salomo. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure prope finem. Bohe. decisio. 164. & 243.*
18. *Ceterum vix fieri potest, ac fortasse ne vix quidem, ut reus, impietatis accusatus, probare queat, se bono animo fecisse. Animus enim nec apparet, nec gernitur: & ea quae in animo latent, iuramento probari non possunt, quando praesumptio stat contra. c. vidua. de regularib. Bar. in l. inter omnes. s. recte. ff. de furt. Alex. in l. 1. s. per procuratorem. ff. de ad qui posse.*
19. *Ergo qui negat intentionem eius improbitatis, quam falsus est, damnari potest, ut impoenitens: excepto, si res dubia fuerit: tunc enim aut purgandus est, aut propter suspicionem reus abiurabit, aut denique torqueri poterit: quod scimus esse usitatum. Lanfran. in c.*

quia contra. de probat. parte, confessiones. Bossius in tractatu criminum, tit. de confessis.

20. *Hae autem confessiones, quae in auditorio inquisitorum fiunt, mistae sunt: quia partem habent sacrae occultaeque confessionis, partem vero iudicialis. Nam & si vltro quispiam confiteatur, nihilominus confessionem in scriptis tradere debet inquisitoribus coram notario, & alijs duobus vel tribus testibus officialibus: & iurare debet, vera ea esse omnia, quae confessus est: & praeterea interrogandus est, de circumstantijs omnibus, personarum, locorum, & temporum: quorum pleraque in sacra confessione locum non habent. C. quem poenitet. de poeniten. distin. 1. & prima instructio. cap. 4.*

21. *Interrogandi quoque sunt de authoribus & conscijs & partibus haeresu: quos oes indicare debet, etiam non interrogati. Vt enim Diuus Hieronymus inquit: sapientes illi in Christo sunt, qui satisfactione poenitentiae, peccata sua vel errores haereseos conuertendo se ad Deum fideliter confitentur, & authores vel criminum suorum vel dogmatum manifestant. Et beatus Augustinus haeretico potest poenitentiae locum, tunc credatur, si & alios, quos illic nouit esse, manifestauerit nobis. Hiero. in cap. Iob. 15. Augustinus deuterio, epistola. 74.*

22. *Qui prorsus occultam haeresim confitetur inquisitoribus, occulte ab eis est absoluedus: nec bona eius sunt confi-*

- confiscanda, nec publice abiuranda. 27. *Quaeritum fuit quid innocens faceret, qui metu testium ac radio carceris, confessus est, se fuisse haereticum? & si quidem innocentiam suam probare possit: non debet negligere famam, sed causam de integro apud inquisitores agere. c. nolo. 12. quest. 1. c. peccatum. de regul. iuris lib. 6. Soto lib. 5. de iusti. & iure. quest. 10.*
23. *Quod magno quidem argumento est, ut occultus haereticus non teneatur bona sua tradere fisco: quandoquidem confessus occultam haeresim inquisitoribus ipsis, bonorum publicationem non patitur. Sed plene de his diximus alibi.*
24. *Si vero haeresis non fuerit prorsus occulta, sed sola rei confessione probatur, absoluedus quidem ille est, & consulendus inquisitor generalis, ut indulgentia principis bona relinquatur sponte confesso.*
25. *Recollatus ecclesiae, qui ait, se nunquam fuisse haereticum, sed metu falsorum testium confessum esse, quae non commisit, is ut impoenitens puniendus est, nisi resipuerit. Calderi. consil. 2. de hereti. & prima instructio. cap. 13.*
26. *Id tamen locum habet, cum is nondum poenitentiae iniunctae satisfecerat: nam iam eam peregerat, temerarius magis est, quam impoenitens; temerarij autem puniendi sunt arbitrio iudicij, & non nunquam fustibus castigandi: addita comminatione grauioris poenae, si deinceps in eandem temeritatem incurrerint. Et hoc iure utimur. l. si duo patroni. s. vlti. de iure iuran.*
27. *Quaeritum fuit quid innocens faceret, qui metu testium ac radio carceris, confessus est, se fuisse haereticum? & si quidem innocentiam suam probare possit: non debet negligere famam, sed causam de integro apud inquisitores agere. c. nolo. 12. quest. 1. c. peccatum. de regul. iuris lib. 6. Soto lib. 5. de iusti. & iure. quest. 10.*
28. *Si vero neque testes refutare, neque confessionem iuste reuocare potuerit: fateatur id peccatum patro suo, & nihil praeterea faciat, ne quid deterius inde contingat: nec enim superuacua tentanda sunt, quae nocere possunt, & non prodesse. l. haec stipulatio. s. vlti. ff. vt legato. nomi. cauea. l. ad probationem dominij. C. de probatio.*
29. *Multiplicant, confessionem reuocari non posse, cum eam accusator admiserit, vel acceperit: siue vt vulgo loquuntur, postquam est ab altera parte accepta. Bal. in l. galus. s. 1. ff. de libe. & posthu. Alex. & Iason. in l. quidquid astringende. de verbo. obligat. Catel. cotta in memorabilibus verbo, confessio.*
30. *Sed quauis ea opinio in alijs iudicijs vera esse possit, in causa tamen haeresis (mea quidem sententia) non est recipienda: Primum, quia nulla lege probatur: deinde quia sollemnia iuris obseruanda non sunt, cum simpliciter & sine figura iudicij res agitur: Postremo, quia quocumque tempore reus veritatem dicere voluerit, confessio eius recipienda est.*

De contumacibus

vt alibi copiosè disputabo. c. vlti. de hereti. lib. 6. Clem. saepe de ver-

De contumacibus,

- 1 Contumaces qui sint.
- 2 Suspectus de heresi qui vocatus subter fugit, aut abest, & excommunicationem per integrum annum negligit, velut hereticus est condemnandus.
- 3 Annus quo quis contumaciter abest quomodo computandus.
- 4 Contumax, nisi post integrum annum à die excommunicationis computandum, tanquam hereticus damnandus non est.
- 5 Contumax suspectus de heresi, an sit citandus in personam.
- 6 Contumax, si latitet, salis est si per edicta solenniter vocetur, vt multorum sententia est.
- 7 Contumax in respondendo, & articulos fidei confiteri nolens in quibus suspectus est, vt conuictus danari poterit.
- 8 Confessio fidei necessaria est est loco & tempore.
- 9 Reus torqueri potest vt respondeat.
- 10 Contumax quocunque tempore compareat, audiendus est.



I Vum secundum apostoli doctrinam, principibus, & iudicibus, obtemperandum sit: hi qui secus faciunt, & contumaciter eis vel resistunt, vel contradicunt, vel non obediunt iusta præcipientibus, iure meritoque multis, & poenis, & pro modo contumaciæ puniri solent: quod in causis civilibus & criminalibus: in foro ecclesiastico & seculari sæpe & vbiq; seruatur. Ad Roma. 13. & 1. Pet. 2. l. 1. si quis ius dicens non

bo. significat. Et que scripsi tit. de peniten. & conuer.

Titul. XIII

obtempe. c. 1. cum seq. de dolo & contuma. Iulius Paulus lib. 5. sententiarum tit. 5.

2 Quã ob causã suspectus de heresi, qui vocat^o ab inquisitoribus, vt de fide respondeat, subterfugit, aut cõtumaciter abest, & propter hoc ex cõmunicatus, animo cõtumaci per annũ in excommunicatione persistit, ex tũc velut hereticus est cõdenandus: quia satis videtur innocentie sue dissidere, qui iudiciũ refugit, & cõtumacia de hereti. lib. 6. & illic interpretes. c. christianis. n. quest. 1. c. decernimus. 3. quest. 9. c. nullus. de presumpcio.

3 Ille aut ann^o cõputandus est, nõ vt ilis (q; aiunt) aut intermissus, sed cõtinuis, perpetuisq; diebus: id em generaliter sic est accipiendũ, nisi forte aliud expressimã cõstitutũ fuerit. l. nõ solum. s. annus. de excusato. glo. in rubrica de varijs & extra ordi. per script. Lapsus. Ioa. Andre. domi. & Francus in. c. cõtumacia. de hereti. lib. 6.

4 Cõtumax igitur danari nõ debet tanquã hereticus, nisi post integrũ annũ, ab eo die, quo fuit propter cõtumaciã ex cõmunicatus. Vnde si intra illũ annũ fuerit mortuus, integri status decedat: nec bona eius ob eã causã confiscabuntur, nec alias hereticorũ poenas patietur: quia constitutio Alexandri

quarti

Titulus

XIII.

60

quarti, quã hereticorũ poenas aduers^o cõtumaces decreta est, exinde illos tanquã hereticos damnat, ex quo per aĩnũ animo cõtumaci sustinent ex cõmunicatiõẽ prædictã, c. cõtumacia. & illic Archid. Ioa. andre. Domi. & Philip. Alberti. in rubri. de hereti. lib. 6. q. 13. nu. 39. q. ex dictiõẽ extũc, aperte colligitur. l. 4. s. de condi. & de monstra. l. pen. de testamẽ. tutela.

5 Sed illud probabilẽ dubitationem habet, an is cõtumax, de quo supra tractauimus, citandus sit in personã, uel satis sit, eum in domũ, aut per edicta citari: multi putant omnimodo necessariã esse citationẽ in faciẽ, vt quis piã ex cõmunicari queat: ergo multo magis vt cõdenetur tanquã hereticus. Que sentẽtia verissima est, planẽ que locũ habet, qui reus inueniri potest. Inno. collecta. Et Abbas in. c. vlti. de eo qui mitti. in posse. Vincent. in. c. ad reprimendũ. de offi. ordi. Bal. in. l. in actionibus. de in litem iuran. Faber in. s. vlti. instit. de poena temere litigan. decisiones rote in nouis. 271. & 367. Paul. in l. 4. s. prætor ait. de dã. infe. roma. confi. 482. Feli. in. c. cum sit romana. de appellat.

6 Quid aut si suspectus latitat? respõdeo, tũc secundũ plurimorũ sententiã, satis esse, si solenniter per edicta vocetur: meo tñ iudicio durũ admodũ, ne dicã iniquũ, atque crudele foret, ppter solã suspitionẽ procedere ad illã tã feuerã sententiã contra nõ citatũ, qui quidẽ,

vt Angel^o ait, si cõtumax est: tutius igitur & æquius erit, vt suspectus in faciẽ citetur: nisi forte probatione plena cõstaret, contumacẽ hereticũ esse: tunc enim tertatus danari poterit, vt Nicephorus in ecclesiastica historia bis factũ fuisse memorat. d. qui matris. accusa. pos. c. quoniã. s. i. vt lit. non contesta. c. perlatũ. Qui filij sint legitimi. c. de illicita. 24. q. 3. Bar. Alex. & ceteri in. l. 4. s. prætor. ait. de dam. infe. Nicephorus lib. 15. cap. 4. & lib. 17. cap. 9.

7 Ille vero qui contumax est respõdendo, & interrogat de fide ab inquisitoribus, confiteri non vult articulos fidei, in quibus suspectus est, merito damnari poterit, vt pertinax & conuictus,

8 Nihil autẽ interest, neget quis an taceat interrogatus, an obscure respondeat, vel non respondeat ad interrogata. Et ita sua tempestate factum fuisse cum quodam schismatico, Bonifacius de vita linis testis locuples est. Simile quippiam actũ fuit cum Photio in octa uã synodo generali: cui ter interrogato, si susciperet statuta sanctorum patrum, & non respondenti verbum, præidentes synodo dixerunt, per silentium non effugies manifestiorem damnationẽ. Et vt in phormio. Tertius inquit, An quisquam iudex est, qui possit nocere? Tua iusta, vbi tute verbum nõ respõdeas?

H 4 est

De credentibus.

est quippe confessio fidei necessaria loco & tempore, vt alibi dicā. Bonifa. in Clem. i. de vsuris. nu. 96. synodo. 8. actione. 5. l. de. atate. 5. qui tacuit. §. quod autem. §. nihil interest. de interrogacionib.

Potest quoque torqueri reus vt respondeat, sicuti Baldus, Iason alijque tradunt. Bal. in. l. accusacionem. C. qui accusa. non possunt. Iaf. in. l. qui aliena. §. celsus. ff. de acquir. heredi. Capicius decisi. 145.

Sed tamen quocunq; tempore contumax comparuerit, audiendus est, quemadmodum in tractatu de absentibus, plenius differui

mus. Poterit autem probare, se nō fuisse contumacem, si forte fuit ita impeditus, vt intra annum comparere nequiverit. Solerq; qualiscunq; causa excusare à dolo: quā facile in hoc iudicio admittendā censeo, ne innocens in diuina causa propter contumaciam fictam, & præsumptionem incertam de tam graui crimine condemnatur. l. 2. cum seq. si quis cautio. l. contumacia. ff. de re iudi. Ioan. Andre. Domi. & Francus in. c. cum contumacia. Brunus lib. 4. de hæret. c. 11. Petrus Rebuffus tracta. de contumacia.

De credentibus, defensoribus, fautoribus, & receptoribus, Titulus 15.

- 1 Credentes qui dicantur, & ipsorum species quot sint.
- 2 Credentium secunda species.
- 3 Credentium tertia species.
- 4 Credentium quarta species.
- 5 Credere hæreticis qui censeantur.
- 6 Hæreticis qui credunt, nulli tamen errori scienter adherent, quo in numero habendi sint.
- 7 Discipuli credentes magistris hæreticis, an sint puniendi.
- 8 Defendentes hæreticorum errores scienter, pertinaces sunt.
- 9 Defendentes hæreticos, ignorantibus illos esse impios, & qui eos scienter, non eorum errores defendunt, quibus pœnis afficiendi sint.
- 10 Defendentes hæreticos, si quo quo modo negotium sanctæ inquisitionis impediunt, quo pacto puniendi sint.
- 11 Fautores hæreticorum in eadem esse causa censendi sunt, cum eorum defensoribus.

- 12 Aduocatus qui scienter defendit hæreticos, & rebellio qui facit illis instrumenta, infamia notandi sunt.
- 13 Fautores hæreticorum quo pacto magistratus, & quomodo priuati homines censeantur.
- 14 Receptatores hæreticorum eisdem pœnis coercantur, quibus defensores & fautores.
- 15 Receptatores hæreticorum tanquam hæreticos puniendos esse. Baldus & multi putant.
- 16 Receptatores quo pacto puniendos esse sentiat Plato lib. 12. de legibus.
- 17 Hæreticos, qui coactus per vim, aut illos nesciens, receptat, non censetur hæreticis fauere.
- 18 Receptor vtrum teneatur probare ignorantiam, an accusator eius scientiam.
- 19 Receptor qui iure iurando affirmauerit, se, quem receperat, hæreticum esse ignorasse, absolui debet: nisi scientia pro-

Ticulus

XV.

61

- ria probetur.
- 20 Receptans scienter hæreticum consanguineum, non excusatur omnino à pœna receptoris.
 - 21 Receptor filius patris hæretici, aut vxor viri, aut frater fratris, vel leuissimè, vel puniendi non sunt.



Vidam sunt hæreticorum discipuli, qui fauent, eos sequuntur, defendunt, & receptant: de quibus, quia catholicis nocent, & valde suspecti sunt, breuitate solita hoc loco pauca perstringemus. Primi eorum sunt, quos credentes nominare solemus: quorum non vna tantum species est. Quidam enim explicitè credunt hæreticis, scientes eos deuiare à fide catholica: qui quidem non tantum credentes hæreticis, quam hæretici dicendi sunt: hi namque pertinaces hæretici verè dicuntur, qui damnatis hæresibus scienter adherēt, quia non sunt parati ad suscipiendam correctionem ecclesiæ, cuius doctrinam eo ipso contemnūt. Digni autem sunt hæreticorum pœnis, non solum qui docent hæreses, sed etiam hi, qui consentiunt docētibus. Ad Roma. i. & c. pen. de hæreti. Torquemada. 2. parte summa de ecclesia. cap. 21. Brunus lib. i. de hæreti. cap. 4.

Alij sunt hæreticis credentes, qui adherent quibusdam erroribus contrarijs alicui catholice veritati, quam explicitè credere non

tenentur, sed tantum implicitè: & hi non sunt hæretici reputandi, quia ignorantes decipiuntur imagine quadam veritatis. De qua re loquens Augustinus in exordio libri de vtilitate credenti ait: credēs hæreticis est homo imaginatione quadam veritatis ac pietatis illus. Si verò isti crediderint hæreticis contra catholicas veritates, quas sciunt, vel explicitè scire tenentur: hi proculdubio hæretici sunt censendi, & pœnis hæreticorum coercendi. Etenim, vt Cicero inquit, libro de amicitia, improbis pœna statuenda est: nec minor verò ijs, qui sequuti sunt alterū, quam ijs, qui ipsi fuerint impietatis duces.

Sunt & alij, qui quamuis nullam hæresim in specie credant, de hæreticis tamen bonam habent opinionem, credentes illos esse viros bonos, & rectè de fide sentire, quam ob rem generali quadam credulitate assentiūt illis: qui quidem exinde efficiuntur hæretici, ex quo in sua mala credulitate pertinaciam habuerint, & admoniti illos hæreticos esse, nihilominus in sua opinione persistunt. Nā vt sat est generaliter & vniuersè credere, atque fateri catholicam fidē, vt quispiam habeatur catholicus: sic e contrariò sat est, generaliter credere, vera esse, quæ manifestus hæreticus credit & docet, vt is male credulus censeatur hæreticus: alioqui credulitas, vt ait Cicero, error est magis quam culpa, & qui-

H 5 dem

de in optimi cuiusq; mentē facili-
mē irrepit. Paludan⁹ in lib. 4. sent.
distin. 13. quæst. 3. Alfon. lib. 1. de in-
sta hæreti. punit. cap. 17.

4 Alij credūt hæreticis, quos vi-
ros bonos & catholicos esse putāt,
nec vllū errorē eorū explicite cre-
dunt, nec pertinaciam habent: &
hi nec hæretici sunt, nec poenā me-
rentur. Nā vt scribit Prosper in e-
pistola ad Augūstinū de reliquijs
Pelagianæ hæreseos: simpliciōres
quique apud quos magna est de
probitatis contemplatione reue-
rentia, hoc tutissimum sibi æsti-
mant, quod audiunt eos, quorum
authoritatē sine iudiciō sequuntur,
asserere. Et vt quidā rectē inquit,
magnæ cuiusdā authoritatis do-
ctrinæq; magistrū sequi, quādiu &
vitē in meritō cōmēdatur, nec aper-
ta ecclesiæ censura perstrictus est:
vtique probabilem excusationem
recipit, & venia misericordiaque
dignū est: cū verò iam detracta il-
li persona est, sub quā sefellerat,
incautosq; deceperat: cum iam pa-
lā est, lupū esse; qui se ouem aut pa-
storē simulauerat: qui ad illū iam
palam rabientē ferocientēq; vltro
occurrūt, necesse est, aut cæcos esse
aut lymphaticos, nec venia digni
sunt, nec misericordia. Quā sen-
tentiam Leo magnus & cæteri oēs
docēt. c. dixit Apostolus. 24. quæst.
3. c. 1. 29. quæst. 1. Leo sermone. 4. de
epiphania Domini. Vincen. liri-
nen. lib. aduersus hæreses. Silue-
ster in sumā, verbo hæresis. 1. quæ-

stio. 7. Pighius lib. 1. hæretar. eccl. c.
5. paluda: & castreſis locis pnotatis

5 Præſumuntur & illi hæreticis
credere, qui cū eis conuerſantur,
& nimiam familiaritatē habēt: &
hi qui libros eorū frequēter legūt,
& sermones assidue audiūt: & qui
eos laudant, & venerantur: & qui
alia faciūt, quæ ad eorum religio-
nem & ritus pertinent. Nā huius-
modi factis, non secus atque ver-
bis animi affectum demonstrāt.
Hęc tamen omnia ex circumſtan-
tijs personarum, & rerum, loco-
rum & temporum estimāda sunt.
Archid. in. 1. quicunque de here-
ti. lib. 6. Torquemada. 2. parte
summæ de ecclesia libro quarto,
capite vigesimo primo. Alfonſus
lib. 1. de iusta hæreti. punit. cap. 17.
Brunus lib. 1. de hæreti. cap. 4.

6 Qui autē hæreticis credunt, sed
nulli errori sciēter adherēt, quā-
uis aliquo modo cēſeantur hære-
tici, non tamen puniuntur poenis
hæreticorū: sed hi sunt qui in excō-
municationē incidūt: in qua si per-
ſiſtorint, & intra annū satisfacere
contēpserint, ex tūc ipso iure sunt
infames, nec testari possunt, nec
ex testamento capere, nec in iudi-
cio quempiam conuenire, nec sen-
tentiam ferre, nec patrociniū
prestare, nec instrumēta cōficere,
nec alios actus legitimos facere.
Quod si clerici fuerint, ab omni
oficio & beneficio deponuntur,
nec ministrantur eis ecclesiastica
sacramēta, nec sepulturę tradūtur:

nec

nec eorum elemosinæ aut obla-
tiones recipiuntur: & qui commu-
nicāt illis, excommunicantur: &
tandem omnibus priuilegijs pri-
uantur: quemadmodum quibus-
dam constitutionibus prolixius
cauetur. Sed mea sententia vtilius
erit, vt breuius aduersus istos pro-
cedatur, tanquam contra suspe-
ctos: vt vel abiurent, vel se purgēt,
vel tormentis subijciantur, vel si
opus fuerit, aut ecclesiæ reconci-
liētur, aut in ignem mittantur. c.
excommunicamus. §. credentes.
de hæreti. constitu. credentes. C.
eodem tit. Brunus lib. 5. de hæreti.
cap. 15.

7 Præterea discipuli, credentes
magistris hæreticis, interdum ex-
culari possunt, sæpe etiam puniē-
di sunt. Illi enim excusationē ha-
bent. Qui errant a magistris dece-
pti, circa veritates illas, quas expli-
cite credere non tenentur: dum ta-
men parati sint assentiri cognitæ
veritati: sed qui sequuntur magi-
stros aduersus illas veritates, quas
explicitē credere tenentur: hi pro-
culdubio nullam habent excusa-
tionem. Alioqui non peccassent
illi, qui Arrio, Sabellic, Luthero,
cæterisq; hæresiarchis crediderūt:
quo quid absurdus dici, cogitari-
ue potest (alia multa in eandem
sententiā Thomas & cæteri theo-
logi tradunt. Tho. quolib. 8. arti.
14. & colib. 3. arti. 10. Henrici Gan-
dauen. quolib. 4. quæst. 33. Torque-
mada. 2. parte de ecclesia lib. 4. c.

17. Adria. in lib. 4. sent. fol. 83. Con-
rad. de contractibus quæst. vlti.

8 Defensores hæreticorum, sicuti
credentes, varij sunt. quidam e-
nim scienter defendunt errores hæ-
reticorum, & hi hæretici pertina-
ces sūt: de quibus Urban⁹ ait, q. a-
liorū defendit errorē, multo dāna-
bilior est illis, qui errant: quia non
solum errat, sed etiam alijs offen-
dicula erroris præparat, & confir-
mat: vnde quia magister erroris
est, non tantum hæreticus, sed e-
tiam hæresiarcha dicendus est. Et
in primo concilio Bracharēsi hoc
decretum extat: qui hæreticorum
figmenta sequitur, vel defendit, a-
nathema sit. Et vt inquit Isidorus,
qui consentit peccantibus, & de-
fendit alium delinquentem, ma-
ledictus erit apud Deum & homi-
nes, & corripietur increpatione
seuerissima: & alius sanctorū ait,
si quis peccantem defendit, acrius
quàm ille qui peccauit coercea-
tur. c. qui aliorum. 24. quæst. 3. & in
decretis consilij primi Bracharen-
sis cap. 17. & c. qui cōsentit. ii. quæ-
stio. 3.

9 Alij defendunt hæreticos, igno-
rantes illos esse impios: & hi pro-
mensura culpæ coerceri debent,
non tamen hæretici sunt. Alij de-
fendunt scienter hæreticos ipsos,
sed non errores eorum, & hi pa-
tiuntur easdem poenas, quas cre-
dentibus hæreticis, impositas esse,
paulo ante cōmēmorauit. Sed non
omnes defendentes hæreticos in
eadem

De creden. defen. fauto. & recepta.

eadem culpa sunt: quam ob rem alij leuius, durius alij puniri debet. Sunt enim qui defendunt verbis, alij factis: quidam in iudicio, alij alicubi: quidam cum armis, alij sine armis: quorum causa diuersa facit rem dissimilem. Occam lib. 7. dialogo. cap. 65. Alfon. lib. 1. de iusta hereti. punit. cap. 17.

10 Sed qui defendentes hereticos, impediunt quoquo modo negotium sancte inquisitionis, puniendi sunt iudicum arbitrio, iuxta quantitatem culpe. Et quamuis exempti sint, aut alioqui priuilegijs muniti, possunt nihilominus ab inquisitoribus excommunicari, & per brachium seculare coerceri. Statuta quoque hereticos defendentia, vel hoc negotium impedienda, iniqua sunt, & nullius momenti, & per censuram ecclesiasticam reuocanda. c. accusatus. s. vlti. de hereti. lib. 6. c. vt officium. s. vlti. c. statutum. i. eodem tit. Torquemada. 2. parte de ecclesia. lib. 4. cap. 21.

11 Fautores hereticorum eodem iure censentur cum defensoribus, & per omnia eis exequatur. Proinde quid quid aduersus defensores diximus, id omne defauctoribus quoque dicendum est. Is enim verè defendit hereticos, qui eis fauet, nec vllus fauet illis, qui non eos hoc ipso defendat. Sunt autem fautores, qui quolibet modo fauent hereticis, verbis, aut factis, vel eos excusando, vel occultando, vel alimētis, aut pecunia iuuando, vel

alij iniustis defensionibus eis fauendo. Cuilibet autem eorum dici poterit hoc, quod libro secundo paralipomenon legitur: impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris: idcirco iram Domini mereris. Ioan. Torquemada prædicto cap. 21. lib. 2. paralipo. cap. 19.

12 Aduocatus autem, qui scienter defendit hereticos, & tabellio qui facit illis instrumenta, hoc ipso notatur infamia. Et lege regia constitutum est, vt is qui in sua iurisdictione defendit hereticos, & monitus, atque excommunicatus, intra annum non satisfacit ecclesie, exinde sit infamis, & omni officio ac dignitate priuatus, bonis que publicatis exulet. Quod ipsi quadam constitutione regni Sicilie ferè cautum est. C. si aduersus. de hereti. regia. l. vlti. tit. 26. parte. 7. in constitu. Sicilie rubrica. 2.

13 Aliter censentur fautores, hi qui magistratus gerunt: aliter homines priuati. Nam ex omissione sola magistratus censentur fautores, quando hereticos non comprehendunt, nec puniunt: non enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare: & qui crimina, quæ poterit emendare, non corrigit, ipse committit. Vnde Seneca in troade, qui non vetat, peccare, cum possit, iubet. Quam ob rem Theodosius imperator constituit, vt nulli iudicum liceat, delatum ad se impie-

Titulus.

XV.

63

impietatis crimē, minori aut nulli coercioni mandare, nisi ipse id pati velit, quod alij dissimulando concesserit. Priuati verò non censentur fautores, omittendo ea, quæ ad eorum officium non pertinent: nisi fortè à magistratibus aliquid eis fuerit mandatum aduersus hereticos, & sine causa id facere noluerint. Sed fautores priuati etiam homines dicentur, qui ex officio tenentur hereticos indicare, vel comprehendere. Et cum id facere possint, dissimulant. c. qui potest. 23. quæst. 3. cap. qui vitijs 23. quæst. 8. cap. ita corporis. r. quæstio. 3. c. negligere. 2. quæst. 7. c. error. 83. distin. c. sciētis. 86. dist. Godofre. in l. 8. quicunque. in ff. C. de hereti. Ioan. Torquemada supra dicto cap. 21. Brutus, lib. 1. de heretici. c. 4. l. 56. in fine de his, qui super religione contendunt. C. Theod.

14 Receptores hereticorum, iure pontificio eisdem poenis coercentur, quibus defensores & fautores: nec enim aliud facit, qui receptat, quam defendere atque fauere. Honorij autem & Theodosij lex ait, quisquis hereticos fugientes propositam vltionem, occultandi causa suscepit, sciat & patrimonium suum fisci nostri compendijs aggregandum, & scēpenam, quæ his proposita est, subiturum. Quod idem alij quoque legibus ciuilibus ferè constitutum est. Iure autem regio aliter puniuntur: nam qui receptat scienter hereticum, patitur

publicationem domus in qua illum recepit, & fisco ecclesie deferatur: nisi fortè domus illa fuerit alterius: tunc enim decem libris auri mulctatur: quas nisi protinus soluat, luit poenam fustibus caesus: quæ ad modum legibus septipartitis plenius continetur. Qui verò receptat hereticos, damnatos fugitiuos, vel eos non iudicat iudicibus, morte punitur, bonis etiā publicatis: quorum pars tertia iudici, altera tribuitur accusatori, tertia fisco regio. c. excommunicamus. in s. credentes de hereti. l. 44. de his, qui super religione contendunt. C. Theod. l. 1. C. de his, qui latro occultat. l. 1. & 2. ff. de receptato. regia. l. 5. tit. 26. parte. 7. lex pragmatica. 7. llo

15 Alij quoque poenis receptatores puniuntur iure ciuili, & alij iure Sicilia constitutionibus. Baldus autem & multi putant, receptatorem hereticorum puniendum esse tanquam hereticum: quia, vt aiunt, crimē alienum facit suum. Sed mea sententia puniri debet arbitrio iudicis poena extra ordinaria iuxta qualitatem culpe, legum tamen disciplina seruata: quia vix eadem causa esse potest diuersorum receptatorum: causa autem, vt ille ait, facit rem dissimilem. l. 1. de receptato. l. pen. c. ad leg. iuli. de vi publi. rubrica. 2. constit. Sicilia, & illic Matthæ. Bal. in l. 1. C. de his, qui latro occulta.

16 Sed prætereundus non est Plato ille diuinus, qui libro duodecimo

De creden, defen. fauto. & recepta.

mo de legibus huiusmodi leges de receptoribus tulit: si quis rem furto sublatam sciens receperit, in eadem culpa sit, qua ille, qui furatus est. Qui exulem, seu quemvis huiusmodi fugientem susceperit, moriatur. Quippe quem ciuitas amicum sibi vel hostem decreuerit, eundem sibi quisque similiter existimare debet. Et Iulius paulus libro quinto receptorum sententiarum. tit. 3. inquit: receptores latronum eadem poena afficiuntur, qua ipsi latrones: sublatis enim susceptoribus, grassantium cupido conquiescit.

17 Ille autem qui receptat hæreticum, ignorans illum hæreticum esse, non incidit in supra scriptas poenas, quia non fauet hæreticis, nec peccat in ecclesiam catholicam: quod & in alijs quibuscunque receptoribus iure receptum est: ignorantia enim excusat illos: quemadmodum & illi excusationem habent iustam, qui per vim coacti sunt hæreticos, aut alij facinorosos recipere: l. 1. C. de deserto. & occultato. libro duodecimo, & illic interpretes. l. 3. ff. de in cen. ruina, naufragia. Platea in. l. omnes pro fugi. de agrico. & consil. libro vndecimo. Bar. in. leg. prima. s. ultimo. de recepta. Signorol. consil. 125. Areti. consil. 122. Barto. Soci. consil. 262. lib. 2.

18 Quæri autem solet, vtrum receptor teneatur probare ignorantiam, an accusator eius scien-

tiam? Alfonso noster putat, receptori hoc onus incumbere, vt se innocetem & à culpa immunem ostendat. Quod ego tunc demum recipiendum censo, quum verisimiliter præsumi possit, receptorem sciuisse hæresim eius quem occultauit: puta quia publicenotum erat, quod ille hæreticus erat: vel quia erant amici, vicini, consanguinei, vel quippiam simile. Alfon. lib. 1. de iusta hæreti. punit. capite decimo septimo. Sed & si pupillus. s. de quo palam. de instituto. c. cum oporteat. de accusat. l. si vicinis. C. de nup. l. octau. vnde cognati. l. de tutela. C. de in inter. resti. mino. Alex. in. l. titius. s. Lucius de libe. & posthu. Feli. in. c. literis de præsumpt. Decius consil. 445. Ripa, & Alciat. in. leg. prima, si cert. peta. Godofre. in leg. quarta. prope finem. C. de hæreticis.

19 Alioqui enim regula notissima iuris est, quod in facto alieno præsumitur ignorantia, & onus probandi contrarium incumbit alleganti scientiam: quod & in receptatore locum habere aiunt Accursius, Bartolus & alij. Nec obstat præsumptio illa quæ oriri videtur contra receptorem, eo ipso quod aliquem occultauit, nã qui male agit odit lucem, & se abscondere solet: quia nemo tam perditus est, qui planè fateatur, quod se ipsum occultat, quia hæreticus est: imò fingere solent omnes,

Titulus

XV.

64

nes, quod metu creditorum latitant, vel saltem ob leue aliquod crimine. Quam ob causam tutius est, ne dolum & crimen de receptatore præsumamus, sed misericordes simus, & omnia in partem benigniorem interpretemur: & nisi scientia probetur, aut vehementer præsumatur: nos eum receptorem absol-uamus, qui iure iurando confirmauerit, se illud ignorasse. l. verius. de probat. Roma. consil. 403. Decius in. c. à nobis. de except. glo. & Bar. in. l. 1. s. vlti. de recepta. Platea in. l. 1. de deserto. & occulta. lib. 12. Roma. consil. 473. decisio rota. 415. Care. de Hæreti. nu. 170.

20 Demum qui receptat scienter consanguineum hæreticum, non excusatur omnino à poena receptoris. glo. in. c. excommunicamus. s. credentes de hæreti. c. legi. 23. quæst. 8. cap. si infidelis. 28. quæst. 1. Gonsa. de hæreti. quæst. 13. & Grillan. de hæreti. quæstio. 9. & idem Ludo. care. nu. 168.

21 Mea tamen sententia si filius receptauerit patrem hæreticum, aut vxor virum, aut frater fratrem, vel puniendi non sunt, vel certè poena leuissima coercendi sunt. Nam & si isti hæretici sint, nihilominus tamen iure naturæ coniunctissimi sunt: nec potest quisquam eos de-

ferere, nisi prorsus humanitatem exuerit: plurimum autem tribuendum est affectioni naturali: nec aliquid humanum à nobis alienum esse debet. Sit quantumuis hæreticus pater, maritus, frater: nihilominus pater est, maritus est, frater est. Nec enim iura naturalia deleri possunt hæresibus: quinimo hi, qui consanguineos hæreticos receptant, non sunt seuerè admodum puniendi: nec enim par est eorum delictum, & illorum, qui nihil ad se pertinentes recipiunt. Crendendi quidem sunt isti receptare consanguineos, tanquam consanguineos, non autem tanquam hæreticos: nã vt ait Cicero in Lælio, cum propinquis amicitiam natura ipsa peperit: causa verò naturalis potètiore & honestior est: quam ob rem illa semper consideranda & præferenda est. l. vlti. de receptato. & illic interpretes. l. qui cum vno. s. vlti. ff. de re milita. l. 3. de tutelis. c. requisisti. de testamen. Ripa. in. l. ex facto. de vulga. & pupi. Feli. in. c. cum quidam de iure iuran. Hippoly. in. l. diuus. de parrici. & consil. 119. Aymo crauetta consil. 309. Tiraquel de poenis, causa 20. & 21. Albericus, Igneus, & qui eos retulit. Gigas. lib. vlti. de crimine lesæ maiestatis quæst. 5.

De custodia rerum,

Titul. XVI.

1 Probatio sufficiens requiritur: vt aliquis ob crimen hæresis in carcerem

mittatur.
2 Rei de hæresi, quare non ita facile in carcerem

- cerem conijci debeant.
3. Hæreticus manifestus quando a priuato homine comprehendi possit.
 4. Inquisitor sine episcopo, & episcopus sine inquisitore, hæreticum in custodiam mittere potest.
 5. Carcer reis assignandus est, pro criminibus & personarum qualitate.
 6. Carcer poenitentium, qui ad perpetuum carcerem damnantur, qualis esse debeat.
 7. Carceris hæreticorum custodes, quot & quales esse debeant.
 8. Carceris custodes quot hodie in vnaqueque prouincia ponantur.
 9. Custodes carceris quales eligendi.
 10. Custodes carceris quid coram episcopo & inquisitoribus iurare debent.
 11. Carcerem hæreticorum nemo officialium solus, neque ipsemet iudex ingredietur: & quis & quomodo eos alloqui possit.
 12. Carceribus secretis hæreticos coerceri quantopere expediat, vt Plato multis retro seculis præsentit.
 13. Inquisitores quo pacto bis singulis mensibus vincetos teneantur visitare, & carcerem commodum unicuique assignare.
 14. Carceri iure civili ad quid habeatur.
 15. Carceri iure pontificio ad quid habeatur.
 16. Iulius Cæsar, & Cicero eius sententiam exornans, quid olim de illis faciendum censuerint, qui cum Catilina coniurarunt.
 17. Carceri perpetuo qui damnari non debeant.
 18. Vxorem propter hæresim ad perpetuum carcerem damnatam, an maritus alere illic teneatur.
 19. Vxorem propter hæresim ad perpetuum carcerem damnatam illic a marito sustentari dabile, sententia verior est.
 20. Carceris perpetui poenam minuire vel commutare, ad quem pertineat.
 21. Carceris perpetui poena quomodo soleat aliquando condonari.
 22. Carceris irremissibilis poena, quando remitti soleat.

23. Fugientes e custodia quo pacto puniri debeant.
24. Fugiens e carcere, ad quem perpetuo erat damnatus: puniri debet tanquam relapsus, vt multi sentiunt.
25. Fugiens e carcere ad quem perpetuo erat damnatus: impoenitens non relapsus habendus est.
26. Fugere e carcere an is licite possit, qui iniuste damnatus est, & ille etiam qui ad mortis poenam iuste condemnatur?
27. Fugere e carcere ruptis vinculis & foribus effractis, an liceat ei, qui iuste morte affici potest.
28. Carcere & vinculis ruptis licite aufugere posse reum, censet Caietanus.
29. Presbyteri in carcerem quando conijciendi.
30. Confessarij copia quando facienda ijs, qui in carcere ob crimen hæresis detinentur.
31. Testamentum an facere possint, ad perpetuum carcerem damnati?



VT reus aliquis in custodiam mittatur, antecedere solet cognitio summaria criminis: qua inspecta iudex præcipit executori, vt reum comprehendat: idque est, quod lex ait, annotare requirendum reum, id est, decernere & in acta referre ac præscribere, vt reus requiratur. Cæterum pro crimine hæresis nemo mittendus est in carcerem, absque sufficienti ad eam probatione: qua antecedente nihilominus deliberandum est, quemadmodum quarta instructione Toletana cauetur. c. 6. Sali. in l. 2. C. de exhiben. reis. l. 1. s. diligens. ff. de fugitiuis. l. 1. de requi. reis

- reis. Gonsa. de hæreti. quæ. n. Hippolyt. in practica. §. constate. Paul. parisius consi. 147. lib. 4. Blancus in l. vlti. de quæst. Duarenus lib. 1. anniuersariarum disputationum. cap. 8.
2. In alijs autem criminibus facile potest iudex aliquem in carcerem mittere: quia custodia momentanea leuis præiudicij est: at pro crimine hæresis graue est, in carcerem conijci: etenim durior est infamia, quæ propter eam oriri solet, quam aliorum quorundam criminum poena. Quam ob rem prudentissimè à maioribus nostris constitutum est, vt nullus condatur in carcere pro leuioribus criminibus, & ex quibus hæresis non planè colligitur. Hoc amplius decretum est epistola quadam senatus, vt non ante mittatur in carcerem reus, qui alioqui fuerit homo religiosus, quam senatores ipsi consulantur, missa ab illis criminum in formatione. §. instruct. hispalen. cap. 4.
 3. Quamuis autem comprehendere reos, & eos in custodiam tradere, solius executoris sit: neque id priuatis hominibus liceat, ne occasio sit maioris tumultus faciendi, nihilominus tamè Gofredus, Hostiensis, & Albericus aiunt, hæreticum manifestum à quocumque priuato comprehendere posse, quia hostis communis est. Quod equidè sine delectu admittere periculosum, fore existimo: tum propterea scadalum tamen etià quia reus aduersus priuatum se defendere potest: postremo, quia facile iudicibus indicari valebit: non est igitur id permittendum cuilibet, nisi cum bellum fuerit contra hæreticos indictum, vel nisi fortè fugiat hæreticus & copia iudicis desit. l. nō est singulis. de regu. iuris. Gofre. in summa tit. de hæreti. & ite Hosti. in. §. qualiter deuentur. Alberi in rubri. C. de hæretici. nu. §. l. ait. prætor. §. si debitorem quæ in frau. credito.
 4. Inquisitor sine episcopo potest hæreticum in custodiam mittere, & illum vincire compedibus, catenis, vel manicis ferreis: quod pari iure fieri potest ab episcopo sine inquisitore: sed tamen alter sine altero nequit hæreticum danare ad perpetuum vel temporalè carcerem. Clem. 1. §. 1. & §. duro. & §. sanc. de hæreti.
 5. Cæterum non omnibus reis idem carcer assignandus est: nam leuius custodiri debet qui leuius deliquit. Vnde pro qualitate criminum & personarum possunt iudices iubere, vt reus domum suam, vel alterius, vel ciuitatem (vt plerumque affolet) cum suburbij, pro carcere habeat. Et poenitentibus præcipere queunt, vt monasteria, hospitalia, vel domos religiosas pro carcere habitent, sub aliqua poena in eos exequenda si inde fugerint. l. diuus. de offi. præsi. l. 1. ff. de custo. reo. Ias. in. l. si pecuniam. §. vlti. de condi. causa data. 3. instructio. Valdolitana cap. 10.
 6. In singulis prouincijs eligi debet aliqua domus, in qua habitent poenitentes damnati ad perpetuum carcerem: & illic debent suis manibus victum quærere. Solet quoque permitti aliquibus eorum, vt per totam ciuitatem

De custodia reorum

uitatē eleemosynā petant. Carcer autē mulierū separatus esse debet à carcere hominū, quia periculosa est seruū cōmixtio. 3. instruct. Val-
doli. c. 14. & quarta Toletana. c. 27. l. qm̄. C. de custo. reorū. Iacob de aluaro. & And. de isernia. in. §. cre-
dētes de statu. & consue. lib. feudo.

7 Duo sunt cōstituēdi cuiuscunq; carceris hereticorū custodes, indu-
strij, & fideles: vnus ab episcopo, alter ab inquisitoribus. Quilibet autē custodū habere potest mini-
strū idoneū. Præterea in vno quoq; cōclauī esse debent duæ clauēs di-
uersæ, quarū singulas vnusquisque custodū habeat: quas possunt mini-
stris suis cōmittere, vt vinctis con-
ferant necessaria. Nec potest con-
uenire inter episcopū & inquisito-
rem, vt vnus tantū sit custos carce-
ris quia hoc nō satis tutū videtur,
nec id lege illis permittitur, nec est
eorum causa vel fauore constitu-
tum. Clem. 1. §. sane. de hæreti. & il-
lic glo. Zenzeli. & Bonifa.

8 Hodie tamen vnus tantū custos carceris in vnaquaque prouincia ponitur, electus ab inquisitore ge-
nerali, qui nō debet ministrare vin-
ctis alimēta: sed vir aliquis idoneus eligendus est ab inquisitoribus in
id ministeriū, vt 4. instructiōe To-
letana cauetur: eū vulgo dispēsato-
rē vocāt. Custos autē carceris ac di-
spēsator nihil vinctis tradere debēt
ex his rebus, quæ illis mittuntur à
consanguineis, vel domesticis, ni-
si prius consuluerint inquisitores:
quæ admodū decreto quodā sena-

tus cōtinetur. 4. instru. Toleta. c. 26

Cum autē custos huius carceris plurimū possit vinctis nocere: pro-
uidendum est solerter, vt viri boni ad hoc munus eligātur: est quippè horū officium, Aristotele authore, maximè reipublicæ necessariū, & viri probi recusare illud solēt: im-
probis verò non rectè committitur, qui custodiri magis debent: quam alios custodire: quis autem custodiet malos custodes? Aristotele. libro 6. politi. cap. 8.

10 Custodes carceris corā episco-
po & inquisitoribus iure iurando promittere debent, quòd in custo-
diendis reis curā & solitudinē fi-
delem adhibebūt: & quòd neuter eorū alloquetur eos, nisi corā altero custode: & quòd nil subtrahent ex alimētis, nec ex his rebus, quæ vinctis deferuntur: quòd etiā iurare debēt ministri eorū. Vnde relin-
quitur, carcerē hereticorū secretū esse debere, vt nullus cum eis collo-
quatur. Quod quidē vsq; ad eòdē ne-
cessariū est, vt vix erui possit veritas in his causis, nisi hoc diligēter fue-
rit seruātū. & ita reb^o ipsis quotidie perspicuū fit. Cle. 1. §. porro. d. here.

11 Rectè igitur maiores nostri qui busdā instructiōnū capitulis decre-
uerūt, vt nullus officialiū, nec ipse-
met iudex, carcerē solus ingredia-
tur, nec loquatur cū vinctis, nisi co-
rā altero ex officialibus, idq; iussu in-
quisitorū antecedēte: quòd se ita seru-
aturos, oēs iurare tenētur: & vt
nemo videat, nec alloquatur vin-

ctos,

Titul.

XVI.

66

ctos, præter eū, qui necessaria mini-
strat: qui eligendus est fidelis & pro-
bus: & iurare debet, se non reuela-
turū secreta: qui etiā scrutandus est,
ne mandata vel epistolas vinctis af-
ferat. Viri tamen religiosi debēt in-
terdum cum eis colloqui de rebus
spiritualibus, vt conscientijs eorū
consulant: sed hoc fieri debet ma-
dato inquisitorum. 4. instructiōe
Toletana cap. 16. & 17. & instru. 3.
Valdolitana cap. 5.

12 Prefectò miratus sū tot ante se-
culis, hæc expedire, præuidisse Pla-
tonē: is enim lib. 10. de legibus, de
custodiendis illis, quos hæreticos
esse putabat, legem huiusmodi tu-
lit: impij secretis carceribus medi-
terræcis coerceantur: & nullus cū
ipsis ciuiū colloquatur, præter ali-
quos viros, qui ad monentes, ad sa-
lutē animæ colloquantur. Cibum
autem illis à iudicibus præfinitum
serui afferāt. Hæc ille: præsentis ho-
mo diuin^o hoc ipsū valde expedi-
re, quòd & nos hodie vtilissimum
esse, re ipsa compertum habemus:
Magnū sanè detrimentum (vt per-
hibēt) sentit Portugallia: regnum,
propterea quòd superioribus an-
nis carcerem hereticorum apertū
habere tentauit: nam plurimi eo-
rum fugerunt, & pauci compre-
henzorū veritatem confessi sunt.

13 Inquisitores autem bis singulis
mēsis tenentur visitare vinctos,
& ab eis sciscitari, an illis necessa-
ria ministrentur, & an bene vel se-
cus habeāt. Sic Honorius ac Theo-
dosius constituerunt, vt iudices o-

mnibus dominicis diebus produ-
ctos reos è custodia videant, inter-
rogēt ne his humanitas clausis per-
corruptos carcerē custodes nega-
tur virtualē substantiā non haben-
tib^o faciāt ministrari, libellis duo-
bus aut tribus diurnis, vel quot exi-
stimauerint, cōmentariēnsi de cre-
tis, quorū sumptibus proficiunt a-
limoniē pauperū. Inquisitorū quo-
que prudentiā relinquitur, vt car-
cerem cōmodum vnicuique reo
assignent, & vt prouideant, ne vin-
cti inuicem colloquantur, nec si-
mul plures in eodem cubiculo cu-
stodiantur nisi fortè aliquos coha-
bitare, vtile fore intellexerint. l. 7.
tit. 3. lib. 19. C. Theodosiani. 3. instru-
ctio. Valdolitana cap. 5.

14 Carcer iure civili ad continen-
dos & custodiendos hominēs, nō ad
puniendo habetur: id eoque eodē
iure cautū est, ne quis liber homo
ad vincula perpetua damnetur: ne
ve intra septa carceris subtracti au-
dientiæ longa tabe consumantur:
quòd innocentibus miserum, no-
xijs non satis seuerum esse cognō-
scitur. l. aut damnatum. §. solent. & l.
mandatis. de pœnis. l. i. i. i. credibile.
C. eodem tit. l. i. de custo. reo.

15 Caterū pōtificio iure carcer nō
solū ad custodiā habetur, sed etiā
ad pœnam. Nam cum sacri cano-
nes ecclesiastica mansuetudinē
mortis pœnā irrogare non queāt,
consequens est, ne crimina sint im-
punita, vt pro grauioribus delictis
pœnā perpetui carceris imponāt:

I 2 quæ

De custodia reorum.

quæ quidē grauissima est, & morti comparatur. Et hæc inter alias hereticorū pœnas iure pontificio aduersus hereticos ad ecclesiā redeūtes iustissimè statuta est, clericis prius degradatis. C. tuæ de pœnis c. quamuis eo. tit. lib. 6. & l. omnes C. de pœnis. c. pen. de here. c. l. eodē tit. lib. 6. Brunus. lib. 5. de hære. c. 12.

16 Iulius Caius Cæsar astutè olim censuit, eos, qui cū Catilina contra Romanā rempublicā coniurationem fecerant, nō esse occidendos, sed publicatis eorū pecunijs ipsos in vinculis per municipia perpetuo habēdos: cuius sententiā caute Cicero exornans, verba, quædā addidit, quæ perpetuo hereticorū carceri nō male quadrare videtur: inquit enim: intelligit Cæsar mortem à dijs immortalibus: non esse supplicij causa constitutā, sed aut necessitate naturæ: aut laborum & miseriarū quietē esse: itaq; eam sapientes nūquam inuiti, fortes etiā sæpe libenter appetuerunt: vincula verò, & ea sempiterna, certe ad singularem pœnam nefarij sceleris inuenta sunt. Sallustius in coniuratione Catilinæ. Cicero in eundem Catilinam oratione quarta.

17 Tametsi autē iure pontificio hi, qui post deprehensionē, ab hæresi ad fidē catholicā redeunt, condēnandi sunt ad perpetuū carcerem: quibusdā tamē instructionū capitulis rigor ille iuris temperatus est: nā qui sponte ad ecclesiā redeunt antequā sint accusati, non debent

ad perpetuū carcerē damnari: sed neq; illi, qui statim post capturam de se ipsis, atq; de alijs, quos hereticos esse sciunt, confessi fuerint integre veritatem, illis quoq; pœna perpetui carceris potest ab inquisitoribus condonari, qui puro corde redierint priusquā dicta testimonia redeunt, ac tunc demū confitentur, cū vident se esse cōuictos, hi iure quā optimo pœna perpetui carceris coercēdi sunt. c. pen. §. 1. de hæreti. prima instructio: hispalen. cap. 8. & cap. 11. cum seq.

18 Si vxor propter hæresim dānata sit ad perpetuū carcerē, maritus eā illic alere non tenetur, si modo vera est Ioannis lupi de hac re sententia: quæ quidē non nullis rationibus prima fronte fulciri posse videtur: nam eo casu marita culpa sua indotata est, ppter hæresim publicata dote: quo casu maritus nō tenetur vxorē alere, vt fert multorū iuris peritorum opinio. Deinde vt vxor à viro perere alimenta queat, opus est, vt cum viro habitet atque laboret eique seruiat, & in officio sit: quæ omnia facere nequit carcere inclusa. Sunt & alia pro illa opinatione argumenta debiliora, quæ sciens pretereo, Lupus in rubri. de donatione inter virum & vxorem. §. 64. l. vlti. C. ad velleia. Roma. consi. 517. Alex. in l. quod in vxorem. de nego. gestis. Lupus in c.

Titulus

XVI.

67

in. c. per vestras. §. 49. Bohe. decisio. 22. l. sicut patronus. de ope. liberto. & illic glo. Alex. consi. 133. lib. 4. Soci. consi. 286. lib. 2. Gratus consi. 57. lib. 1. Tiraquel. in prima. l. connubia. nu. 26.

19 Sed verior mihi videtur contraria sententiā: quia iure naturali, diuino, gentiū, pōtificio, & civili, vir alimēta debet vxori: presertim si diues ille sit, & illa pauperrima: qualē utrūq; in proposita questiōe ponimus. Nulla autē lege vir ab ea obligatione liberatur, ppter vxoris hæresim, nisi fortè ob eā causā diuortiu perat: neq; nos de marita hæretica loquimur, sed de conuersa & pœnitēte. Quid quod vir vxorē etiā indotatā alere tenetur, iuxta veriorē & equiorē sententiā, sicuti noster Leyua rectè tradit. In humanū quidē est, vt vxor maritus denegat alimenta, quinā modo crudelē id esse censeo, & sceleratū etiā & nefarium. Postremo vxori, mea quidem sententiā, domus viri nō nunquā assignāda est pro perpetuo carcere: tū vt simul cū viro habitet, eiq; seruiat: tū etiā vt quos Deus cōiugit, nō separet homo. l. aduersus. C. de crimi. expila. hæredita. authen. præterea. vnde vir & vxor. Chrysosto. in epist. ad ephē. sermone. 20. Cumā. consi. 175. Alex. consi. 78. lib. 5. & consi. 26. lib. 6. Matt. eodē affli. neapoli. decisio. 10. Couar. Leyua. in lib. 4. decreta. parte. 2. cap. 7.

20 Quāuis autē constitutione Bo-

nificij octauī cōcessum sit inquisitorib; vt simul cū episcopis possint minuere, vel cōmutare pœnā perpetui carceris: hodie tñ ad solū inquisitorē generalē hoc pertinet: quia etiā solus habitū publicę pœnitentię tollere potest, quāuis pœnitēs dānatus sit, vt in perpetuū eo vtatur. c. vt cōmissi. §. nec nō. de hæreti. lib. 6. quinta instr. hispalen. c. 7. & quarta Toletana cap. 9. l. acta. §. de amplianda. ff. de re. iudi.

21 Solent præterea pœna perpetui carceris post lapsū triēnij, plerūq; remitti, si eo tēpore victi humiles & veri pœnitētes fuerint. Nā vt Iustinianus ait: ad mediocrē purgationē peccatorū, & ad virtutis augmentū, sufficit triennialis tēporis testimoniū. Quod ipsum Plato de impijs pœnitentibus iā olim ferè decreuit, excepto quod pro triennio quinquennū præfiniuit. Inquit em̄ libro. de legibus: impius, qui post quinquennū in carcere trāsactū, modestior factus fuerit: ille in posterū vna cū modestis habitet. Authē. de Monachis. §. si verò. c. legem. §. 3. dist. c. si seruus. §. 4. dist. c. de viro. 12. q. 2. Alciat. lib. 2. præsumptio. cap. 7.

22 Vbi autē pœnitenti imposta est pœna carceris irremissibilis, remitti solet post octo annos, benignitate sola id suadete: nā decennū saltem exigebatur iure civili, nisi ad aliam considerationem confugas. l. in metallum. ff. de pœnis. l.

De custodia reorum.

hereditaria computationi. ad leg. falcidiam.

23 Si verò quispiam in carcerem fuerit coniectus propter suspicionem hæresis, & post aliquod tempus è custodia fugerit, de pœna eius distinguendū est. Nā si ruptis vinculis, aut foribus effractis fugerit, durius puniendus est: sin autē custodis negligentia euaserit, mitius coercebitur, vt Vlpianus censuit. Vulgò autē dici solet, fugiens è carcere pro confesso habetur, & crimē pro quo vincētus erat, fateri videtur: sed id iure cōmuni mihi nō probatur: legibus tamen regis planius id ipsū constitutū est. Meo quidem iudicio seuerè admodū. Quā ob rē moribus receptū est, vt si honestior sitis, q̄ è carcere fugit diligentius custodiatur, & puniatur durī⁹ propter fugā: si autē vilior sit, fustibus cœdatur, & iterū causa eius tractetur, nec fateri crimē propter fugā cœseat. Quod si cōprehēdi nō possit, tūc procedatur cōtra illū, tanquā cōfessum: & in crimine hæresis tanquā contra contumacē & impœnitentem. l. de effracto. & expilato. l. in eos. de custo. reo. regia. l. 13. tit. 29. parte. 7. Bal. in. c. cū dilectus. de ordi. cognit. Cūma cōsil. 105. Feli. in. c. nullus. de præsumptio. Igneus in. l. 3. §. subuenitur. & in. l. lege. ad Sillani. Ripa. in. l. admonendi. de iure iuran. nu. 170. Bohe. decisio. 215.

24 Verū ille, qui dānatus erat ad perpetuū carcerem, & ab eo fugit,

hoc ipso relapsus habetur, & oīs audiētia est illi denegāda: quia, vt aiūt, videtur fictè conuersus, & simulatè cōfessus, & in errorem pristinū recidisse. Hęc est multorū opinio meo iudicio crudelis & falsa & quę nullo iure, aut vrgēte ratiōe probari potest: eā tamē sequuntur Archidiaconus, Dominicus. & in gēs agmē. Archi. Ioa. And. Dñi. & Anchara. in. c. vt cōmissi. §. nec nō. De hære. lib. 6. Ioa. de ana. & Feli. in. c. pe. eodē tit. lib. 5. Squillacē. de fide catho. c. 27. glo. in. l. i. tit. 26. parte. 7. Arelata. de hære. notabi. 5.

25 Ego verò ab illorū opinione vehementer dissēntio: quia is, qui è carcere fugit, impœnitens est, nō relapsus: id eōq; si pœnitere velit, audiendus & recipiendus est. Quippè relapsus nō est, nisi qui iterū in hæresim labitur: quod vel ex ipso relapsi nomine quiuis facile intelliget. Ille autē qui fugit, nullā hæresim fuga ipsa cōmittit: nec iudices præsumere, aut fingere, debēt quempiā esse relapsū, quem lex nominatim relapsū esse nō dicit. Itaq; quādiu ille in fuga fuerit, & iniuncta pœnitentiæ nō satisfecerit, condēnari poterit, tanquam impœnitens: si verò vel ipse redierit, vel cōprehensus fuerit, & paratus sit ecclesiæ satisfacere, tūc maiore pœnitentiā coercendus propter fugā, sed tamen ecclesiæ gremio benignè excipiendus est. l. aut damnū. §. quisquis. ff. de pœnis.

26 Non solum is, qui iniuste dānatus

Titul.

XVI.

68

tus est, potest è carcere licitè fugere, sed etiā ille, qui ad mortis pœnam iuste cōdēnatur à iudice: quia nemo tenetur id facere, ex quo mors consequatur: quod faceret vincētus, si maneret in carcere, cū fugere posset: tamen si aliud lōga & elegāti disputatiōe defendat Socrates apud Platonē in critone: non tñ debet resistere iudici iuste sententiā exequēti. Et hęc est recepta sentētia theologorū vt Almain⁹ testatur: vterq; Thomas. 2. secundę. quæst. 69. Archid. in. c. cū homo. 23. quæst. 5. Ancha. & Imo. in clem. pastoralis. de re iudi. Almain⁹ tracta. de suprema potestate laica. quæst. 3. c. 1. Driedo lib. 1. de libertate christiana. pag. 226. Couar. lib. 1. varia. resolu. cap. 2.

27 Plusculū dubitatiōis habet, an liceat ei, qui iuste morte affici potest, ruptis vinculis, & forib⁹ carceris effractis fugere? multi em̄ consentiūt, id nullo pacto licere: quia iudici quodā modo resisteret in his, in quib⁹ habet potestātē: & iniuriā illi atq; reipublicę faceret, publicā custodiā violādo. Nā quē ad modū licitū est, per alienū agrū trāsire sine iniuria vel dāno dñi: non tñ licet sepē illius, vt quispiā agrū ingrediatur, demoliri: sic vincētō licitū est è carcere fugere, sed non licet illi vincula rūpere, aut fores effringere: quæ sentētia probabilis est, & plures habet authores. Hēri. Gāda. quolib. 9. arti. 25. Ioan. maio. in. lib. 4. sent. distin. 15. quæst. 22. Siluester in summa, verbo, fu-

gere. Almain⁹ prænotato cap. 1. Couar. eodem cap. 2.

28 Caietanus tñ contrariā opinio nem tuetur, dicēs vincula frangere aliud esse, quā resistere aut pugnare: nec magis facere iniuriam iudici, aut reipublicæ illū qui ruptis vinculis euasit, quā eū, qui dānat⁹ ad bestias, occiso leone fugit. Nec verā esse supra scriptā similitudinē: quia in diruptiōe sepis agitur de dāno dñi: hic autem non est quæstio de dāno rupti carceris, sed vtrū hæc fractio redigatur ad fugā, uel potius ad repugnātiā. Hęc ille, subtilius iudicio meo, quā verius: quia multa absurda, & rei publicæ noxia ex hac opinione sequerētur: quæ facile quiuis intelligere poterit. Vide Angel. in summa, verbo, fugere. Bohe. Decisio. 215. Domini. Soto. lib. 5. de iusti, & iure quæst. 6. arti. 4.

29 Illud autē animaduertendū est, presbyteros nō esse in carcerē cōijciēdos, nisi aduersus eos duo vel tres testes dixerint testimonium: quia nec accusatiō cōtra illos est recipienda nisi sub duobus aut tribus testibus, vt Paulus Apostolus inquit: & diuus Thomas ius illud singulare esse ait, in honorē presbyterorū. 1. Timo. 5. & inibi Thomas. c. accusatio. 2. q. 7.

30 Ijs autē qui sunt carcere clausi, copia cōfessarij faciēda nō est, excepto, si plenè iudicib⁹ hæreses cōfessi fuerint, aut in extremū vitę discrimē venerint. Tūc em̄ absoluedi

De defensionibus reorum

à confessorio, & ab inquisitoribus reconciliandi sunt ecclesiae, & in loco sacro secreto sepeliendi, donec sententia publicè proferatur.

31 Vtrum damnati ad perpetuū carcerem testamentū facere possint? Multi quidem id negant: sed cōtraria sentētia mihi magis pro-

batur: quia non est ille seruus pœne, sed agit illic pœnitentiam: nec iure aliquo cautum est, vt testamentum facere nequeat. Abbas in. c. tuę. de pœnis. Bal. in. l. i. C. de sacrosan. eccle. Bertrandus confi. 194. lib. i.

De defensionibus reorum, Titul. XVII.

- 1 Defensio quid sit, & quomodo hæreticis pertinacibus denegetur.
- 2 Defensio prima & potissima reorum innocentium, qualis sit.
- 3 Innocens constantissimè negare debet obiecta crimina.
- 4 Veritatis & innocentiae vis.
- 5 Negare tantum obiecta crimina, quare innocentibus non sit defensio sufficiens.
- 6 Defensio optima quæ sit.
- 7 Reus negans factum, quo pacto id probare queat.
- 8 Reus, si pluribus & melioribus testibus probet, se nihil eorum fecisse aut dixisse eo loco & tempore, quo crimen commississe accusatur, absolui debet.
- 9 Defensio etiam magna est, testes refutare.
- 10 Defensiones aliæ, quibus rei omnino excusantur.
- 11 Excipere ea, quæ exceptione non indigent, cur iuris periti non nunquam soleant.
- 12 Hæresis à furioso dicta impunita cur esse debeat.
- 13 Hæretici qui in furorē incidit, quomodo peragenda sit causa.
- 14 Infantes, si quid impium dicant, cur puniendi non sint.
- 15 Senex decrepita ætatis, qui suæ mentis compotes non fuerint, eodem in loco atque infantes & dementes habendi sunt.

- 16 Dormientes eodem in numero reponendi sunt cū infantibus & dementibus.
- 17 Ebrietas, quando ab hæresi excusari possit.
- 18 Referentes aliorum hæreses, quando puniri non debeant.
- 19 Lingua lapsus puniri non debet.
- 20 Hæreticus non est, qui errat sine pertinacia contra aliquam veritatem fidei, quam explicitè scire non tenebatur.
- 21 Rusticitas nimia ab hæresi excusare potest.
- 22 Iocus & facetia quando ab hæresi excusari possint.
- 23 Iocus & facetia impuè sonas, impiè præteriri non debent.
- 24 Stilponis & Theodori facetiæ de Minerva.
- 25 Peccata omnia in tres classes distribuit Diuus Augustinus.
- 26 Pueri & impuberes, cur vix hæretici cēseri debeant.
- 27 Senes summa senectute confecti, pueri censendi.
- 28 Mulieres cur facilius excusari, & mitius puniri debeant, quàm viri.
- 29 Hæretici non sunt, qui coacti aliquid impium patrauerunt.
- 30 Mortis metu, vel alterius mali, qui impium quidpiam dicit aut facit, mitius puniendus.
- 31 Mortis metus excusare eum non potest, qui fidem abnegat.
- 32 Mortis metu fidem abnegare, quàm impium.

Titulus XVII.

69

- 33 Metu deficientium à fide par culpa non non est, nec pœna eadem.
- 34 Mortis & tormentorum metu, an timore infamiae vel exilij, vel minoris mali quis deficiat, multum interest.
- 35 Hæresis qua in re differat ab alijs criminibus.
- 36 Hæreticus non est, qui victus supplicij Deum sermone tenus abnegat.
- 37 Mortis metu Deum verbis tantum abnegans, quid facere debeat, ne hæreticus censatur.
- 38 Mortis metu lapsi, si statim respiscant, humane recipiendi sunt.
- 39 Martyrium temere appetendum non est.
- 40 Episcopus quando non debeat fugere mortis periculum.
- 41 Hæreticus non est, qui magna animi perturbatione quidpiam hæreticum dixerit.
- 42 Perturbationum animi potentissima quæ sit.
- 43 Amoris furore percitus, licet hæreticum aliquid dicat, defendi nonnunquam potest.
- 44 Amore nimio insaniens, si imaginem amicæ suæ adoret, aut quidpiam simile committat, defendi etiam potest.
- 45 Incontinentiæ binæ species numerantur ab Aristotele.
- 46 Dolor inexpectatus & repentinus ab hæresi nonnunquam excusat.
- 47 Ira vix & impetus.
- 48 Ira inflammata, licet hæreticū aliquid dixerint, hæretici tamen censendi non sunt.
- 49 Peccata quæ sine electione ab inuictis committuntur, digna sunt clementia & venia.
- 50 Semiebrius si blasphemias aut hæreses dixerit, puniendus est, mitius tamen.
- 51 Inquisitor, si suspectus sit, magna reorū defensio esse poterit.
- 52 Inquisitor apostolicus, cum apud Hispanos recusatur, arbitri non eliguntur, vt de suspitione cognoscant.

- 53 Renuntiatio, qua reus defensionibus suis renuntiat, nullius momenti est.
- 54 Renuntiatio rei, quando ex nonnullorū sententia, robur habere credatur.
- 55 Inquisitores quo pacto se gerere soleant cum reis, qui defensionibus suis renuntiant.
- 56 Testes in causa reorum de hæresi, qui non admitti debeant.
- 57 Consanguinei reorum, vtrum defensiones allegare possint, & ad earum probationem admitti.
- 58 Probare probitatem suam, & actus religionis ab eis factos, contrarios erroribus obiectis, reis quid utilitatis afferat.



HA Ereticis pertinacibus omnis defensio de negata est: rei tamē nondum plenè conuicti iustis defensionibus vti possunt: nec enim defensionis facultas vllinquam prohibenda est. Vt autem Aristoteles libro tethoricæ ad Alexandrum ait, defensio est delictorum & iniuriarū quæ vel in accusationem, vel in suspicionem venerint, dissolutio. l. defensionis. C. de iure fisci lib. 10.

Prima reorum Innocentium, eademque potissima defensio est, negare crimina falsò illis obiecta. Vt enim Fabius lib. 3. c. 8. inquit, longè fortissima tuēdi se ratio est, si quod obijciatur, negari potest: nā accusatore non probante, reus & si nihil præstiterit, absoluedus est: vt habet iuris regula vulgaris & peruagata. l. qui accusare. C. de edendo. l. actor de probatio.

3 Innocens verò constantissimè negare debet obiecta crimina, ne se ipsum iniuste cōdemnet, & falsum pro testimonio dicat. Nam & si præceptum diuinum sit, falsū testimonium non dices aduersus proximum tuum: non ideò tamē si aduersus se ipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc se putauerit crimine alienū: quia regulam diligendi proximum à se met ipso accepit: quoniam quidem scriptū est, diligēs proximū tuū sicut te ipsum. & cætera, quæ diuus Augustinus persecutus est, libro primo de ciuitate Dei. cap. 17. c. si non licet. 23. q. 5.

4 Constantē cum efficiant innocētia & veritas: iustus enim quasi leo confidens absque terrore erit: ut inquit in prouerbij Sapiens. Et Cicero pro Milone: magna vis est conscientia iudices, & magna in vtranque partē: ut neque timeant, qui nihil commiserint: & poenā se nper ante oculos versari putēt, qui peccauerint. Et in oratione pro Cælio: O magna vis veritatis, quæ cōtra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque ficitas omniū insidias, facile se per se ipsam defendat. Et Plautus, quæ nō deliquit, decet audacē esse & cōfidenter pro se, & proteruē loqui.

5 Verum & nocentes, & improbi manifesta etiam crimina per sepe inficiari solent: vnde illud Demostenis oratione de falsa legatione scitis utique hoc, ex quo na-

ti sunt homines, & iudicia exercētur, neminem vnquam, qui crimen fateretur esse condemnatū: sed frontē perfricāt, negant, mentiuntur, causas comminiscuntur, omnia faciunt, ne poenas luāt, alijs ergo defensionibus opus est ut ab improbis testibus tuta sit innocētia.

6 Ea igitur defensio erit optima, si reus probare poterit, se nihil eorū, de quib⁹ accusatur, dixisse, aut cōmisisse. Quod & Aristoteles docuit, libro rhetoricæ ad Alexandrū, dicens: defendendi species tribus preceptis cōstat. Aut em̄ defensori ostendendū est, se nihil eorū, quorū accusatur, patrauisse: aut si cogatur fateri, & cætera. Et Fabius loco prenotato: longe fortissima tuēdi se ratio est, si quod obijcitur negari potest. proxima, si non, id quod obijcitur, factū esse dicitur.

7 Sed quia valde difficile est, ne dicā impossibile, id probare directō: cū negātis factū, nulla sit directā probatio, quia quod nō est, nō habet causas cognitiōis & probationis: id est nō potest aliquo sensu cognosci, nec testis potest reddere causā per aliquē sensū corporeū, qua bene cōcludat, se id nosse, necesse est, ut tēpus & locus perpetrati criminis assignetur, quo reus probare queat, se ab eo loco per id tēpus abfuisse: id em̄ causas habet cognitās, & quæ facile probari possunt: ut rectissimè docuit Alfōsus tostādus in 2. parte defensorij. c. 77. c. qm̄ cōtra. de pbat. c.

bonę

bonæ. de electio. l. optimam. C. de contrahen. stipulatio. c. ex tenore: de testib.

8 Reus ergo absolendus est, cū probauerit pluribus testibus & melioribus, quod ex eo loco & tempore, nihil eorum ab eo dictū est aut factum, de quibus testes accusatoris testimonium dixerint: addita ratione, quia id nec dici, nec fieri potuit, quin ipsi testes audissent, aut vidissent. Decius consil. 24. Ripa. in. l. in illa. ff. de verbo. obligat. Feli. in. c. tertio loco de probat. Ruinus consil. 145. lib. 5. Decius in. l. l. C. de. bo. posse. secun. tabu.

9 Magna itē defensio erit, si reus testes refutauerit: nam si probare potuerit, accusatoris testes inimicos esse, aut ab inimicis pecunia subornatos, aut contra reum cōiurasse: Nulla eis fides habenda est. c. per tuas. de sino. c. in fidei fauorem. de hæreti. lib. 6.

10 Sunt & alia reorum defensionē, quibus omnino excusantur: de quibus diuis meus Seneca prudenter, ut solet, inquit: multa quāuis non excipiantur, intelliguntur: scriptum legis angustum, legis interpretatio diffusa est, quædam tā manifesta sunt, ut nullam exceptionem desiderent. Quid inter est legē excipere, ne fraudi sit ei, qui per insaniam patrem pulsauerit? cum illi non supplicio, sed remedio opus sit. & cætera. declamat. 4. & controuersia. 27.

11 Sed quamuis hæc ita sint, iure consulti tamen, dubitationis tollendę gratia, hæc eadem excipere solent. Cū autem hæresis crimē sit magnum: quod errore intellectus, & pertinacia voluntatis perficitur: vbi hæc desunt, nec hæresis erit: peccata enim omnia, nisi voluntaria sint, peccata dici non possunt: quam ob rem neque punienda sunt. c. i. cum seq. 15. quest. 1. l. fædissimam. C. ad leg. iuli. de adulte.

12 Hinc est, quod hæresis à furiosidicta, impunita esse debet: idēque erit, si ab infano, a mente, fanatico, & furijs seu dæmonibus agitato, dicatur. ij enim omnes & id genus alij, nec errorem intellectus habent, nec pertinaciam voluntatis. l. diuus. ff. de offi. præsi. l. vlti. ff. de administra. tuto. c. alios quos cum seq. 15. q. 1. l. infans. ff. de ficarijs. Tiraquel. de poenis. causa. 2.

13 Quid si hæreticus incidat in furorem? causa quidem bonorum peragi poterit, aut curatore bonis dato, aut certē vocatis eius hæredibus, ipse tamen custodiendus est, donec ad sanam mentem redeat: nec damnari potest ante quā in furore moriatur: quia fortē presipiscet, & ecclesie reconciliabitur. l. patre furioso. ff. de his qui sui vel alio iuris sunt. Bal. Alex. & ceteri in. l. furiosum. C. qui testamē. face. possunt. Tiraquel. de poenis. causa. 3.

Infans

De defensionibus reorum

- 14 Infans quoque si quid impium dixerit puniendus non est: quia aetas, quae dicit, non intelligit. Et infantes innocentia consilij tuerur. l. i. C. de falsa mon. l. infans. ff. ad leg. corne. de fica.
- 15 Idem iuris est, in senibus aetatis decrepitae, qui suae mentis non fuerint compotes: hoc enim Plato libro nono de legibus, furiosis & infantibus sapienter exaequat: senes quippe decipiunt, cum debilitate nimia confecti sunt, ut Casiodorus tradit libro de anima.
- 16 Eadem & in dormiente dicimus: nec id superuacaneum est: nam persape multi dormientes, non solum loqui, sed ambulare etiam, alia quae facere visi sunt: quod illis euenire solet, quorum sensus exteriores somno ligati sunt, interiores liberi atque soluti. clem. i. de homici. l. i. §. ad piscimur. ff. de atqui. posse. l. i. ff. de autho. tuto. Aristotele. lib. 5. de genera. cap. i. Albertus in commento libri de somno & vigilia. Barto. Sybilla in speculo peregrini. quaest. prima decadis cap. 8. quaest. 2. Pet. Crinitus lib. ii. cap. vlti. In. l. 3. §. hoc autem ff. ad fillania. Alberti. de assertio. catho. quaest. 36. Tiraquel. de pccnis. causa. 5.
- 17 Ebrietas quoque ab haeresi excusare potest, tunc scilicet, cum omnino mentis priuauit: nesciunt enim ebrii quid loquantur, qui nimio vino indulgent, & sepulti iacent. Ideoque qui per vinum delin-
- linquiunt, ij apud sapientes iudices, venia donantur. c. sanè. c. inebria uerunt. 15. quaest. i. vide Athan eu lib. 10. cap. 15.
- 18 Qui refert aliorum haereses, nisi dolo malo id faciat, puniendus non est: dolus autem non praesumitur, excepto si ex circumstantijs aliud sit verisimile. Vidi ego multos suspectos homines, qui testibus conuicti, illud in ore habebant: referendo diximus, non afirmando: sed nihil eis profuit istud per fugium. l. qui iniuria. ff. de fureis. l. obligationum substantia. ff. de obligat. & actio.
- 19 Nec is, qui lapsu linguae aliquid haereticum dixerit, haereticus censendus est, praesertim cum se in continentem correxerit: nec enim lubricum linguae ad poenam facile trahendum est: quia ut ecclesiasticus inquit, est qui labitur lingua sua, sed non ex animo. Et ut ait Augustinus ream linguam non facit nisi rea mens. l. famosi. ff. ad leg. iuli. maiestatis. Stichus in Paphilus. ff. de manu. testamen. l. si ita scriptum. de haeredi. institu. c. homines. 22. q. 2. ecclesiastici. 19.
- 20 Is etiam haereticus non est, qui errat sine pertinacia contra aliquam veritatem catholicae fidei, quam explicitè scire non tenebatur: & eo magis, si ab aliquo deceptus fuit, cui credere tenebatur. c. dixit Apostolus. 24. quaest. 3.
- 21 Nimia quoque rusticitas excusare potest ab haeresi, etiam si in

Titulus XVII. 71

- ijs rusticus erret, in quibus nulla esset prudentium defensio. Aliud erit seruandum in rusticis sagacibus, qui ingenio valent: & in eis, de quibus diu^s Gregorius inquit, multos obtusi sensus homines cernimus, & tamen eos in malis actibus astutos videmus: propheta quoque testante, qui ait, sapientes sunt, ut faciant mala: bene autem facere nesciunt. Grego. lib. 14. in Iob. cap. 27. glo. recepta comuniter in l. Athleta. §. de rusticis. ff. de excusatio. tuto.
- 22 Iocus autem & faceria efficere nonnunquam possunt, ut dieterium aliquod impie sonans, ne sit haereticum, defendi queat. Videlicet, cum repente, celeriter, inconsulto & ex occasione ac sine deliberatione dictum fuerit: nec id aliam ob causam, nisi ut qui illud dixerit, facerius esse videatur, praesertim cum suspectus non erat insullus & ineptus ille. l. obligationum substantia. ff. de obligat. & actio.
- 23 Sed & si haereticus non sit is, qui talia temere effutiuit: puniendus tamen est, ut maledicus, & temerarius. Pessimi enim exempli res est, cum diuis aut rebus diuinis iocari. Quãobrem suspectus quidem efficitur, qui dieteria impia per iocum dixerit, ut rectè tradit Gerso, addito versiculo memorabili:
Non patitur ludum fama, fides,
oculus:
Quod si ludus noxius & perniciosus iure punitur: si merito vituperatur ab omnibus iocandi genus intempestiuum, illiberale, petulas, & obccenum: multo maiore vituperatione & punitione dignum est iocandi genus irreligiosum, contumeliosum, flagitiosum, impium & haereticum. Gerson parte. 2. tractatu. vlti. l. nam lusus. ff. ad leg. aquilia. in futu. §. vlti. ff. de furtis. Cicero lib. i. offi. Fabius lib. 6. cap. 4. Gellius lib. 14. cap. vlti. Chrysostomus in epistola ad ephesios sermone. 17. & in posteriore ad corin. homi. 2. & in cap. Matthaei. 2. homilia. 6.
- 24 Laertius libro. 2. Stilponem, auiunt, maxime facetum, dixisse, Minervam non esse Deum. Quare cum in arium pagum pertractus fuisset, nihil inficiatum, ferunt, imò rectè se locutum asseruisse: non enim Deum esse, sed deam: Deos quippe mare esse. Arcopagitas tamen nihil placatiore factos, iussisse continè ipsum vrbe excedere: quo etiam tempore Theodorum iurgio dixisse, vnde hoc nouerat stilponem amota palla ipsam inspexerat.
- 25 Diuus Augustinus peccata omnia in tres classes distribuit: Alia inquit, sunt peccata infirmitatis, alia imperitiae, alia malitiae, infirmitas contraria est virtuti: imperitia sapientiae: malitia bonitati. Peccata malitiae defendi non possunt de errore & ignorantia alibi dixerit: superest: ut de peccatis infirmitatis aliqua perstringam. Augusti. lib. 83. quaestionum, quaest. 26.
- 26 Pueri & impuberes vix haereticum esse

ci esse possit, nisi forte malitia eorum
 aetatis defectum suppleat. Fragile
 enim, & infirmum est eorum con-
 silium, & errare facile queunt: pre-
 fertim cum seducti fuerint a paren-
 tibus suis. Et quamuis perfecti hæ-
 rici esse credatur, mirum tamen puniendi
 sunt: & miscratio aetatis ad me-
 dio cræ poenâ iudicæ deducere de-
 bet. l. l. auxiliu. §. in delictis. ff. de
 mino. c. dixit Apostolus. 24. quæst.
 3. Tiraquel de poenis. causa. 7.

27 Senes quoque, qui summa senec-
 tute confecti, ad ingenium pue-
 rorum redierunt, in eadem causa
 sunt: rursus namque poena est quis-
 quis confenuit. Et hoc magis, cum
 simplicitas coniuncta est cum se-
 nec tute, & tanta nequitia: §. dist. l.
 si quis ingravescente. §. ignoscitur.
 ff. ad filiana. Clemens Alexandri-
 nus lib. 6. Stromatum. Tiraquel de
 poenis, causa. 8.

28 Mulieres ferè, ut pueri & leuis
 sententia sunt: facilius ergo excu-
 sari possunt, & mitius puniri debet,
 quam viri: & ignorantia defendi so-
 let, in ijs præcipue, quæ explicata fi-
 de scire non tenebantur: in cæteris
 enim excusatione non habet. Quin
 imò lutheranorum vxores & filia
 pudicitia, ut audio, cum religione
 abiecerunt: nam sublatò pudore sa-
 cræ confessionis, omnes ferè impu-
 dicæ pariter & impiæ factæ sunt:
 ei indignantur. 32. quæst. 6. l. quis-
 quis. §. ad filias. C. ad leg. iuli. maie-
 sta. l. 2. in fine. ff. de iure fisci. Tira-
 quel, de poenis causa. 9.

29 Qui autem vi coacti sunt, ma-
 ius imponere sacrificijs idolorum,
 aut simile quippiam facere, pro-
 culdubio heretici non sunt: princi-
 pium enim extrinsecus est adhibi-
 tum: neque aliquid adhibenti at-
 tulerunt, qui coacti sunt. Quam
 ob rem in concilio Antyrano de-
 creuerunt patres, ut hi ad comuni-
 onem admitterentur. c. 3. l. fœdifi-
 ciam. C. ad leg. iuli. de adulte. c.
 sacris. de his, quæ vi met. ve. causa
 fiunt. c. presbyteros. §. dist. 1. A. l.

30 Sed cum aliquis metu mortis,
 vel alterius mali, impium quippiam
 dicit aut facit, is quidem ponien-
 dus est pro modo culpa, sed mi-
 tius. Nam & si id facere nolisset, ma-
 luit tamen facere, quia talia pati: & in
 ipso positum fuit principium commouen-
 datum partium, quas actibus eius modi
 perficendis: quasi instrumenta adhi-
 buit: itaque voluntarius fecit. 3. e-
 thi. cap. 1. l. si mulier. §. si metu. ff.
 quod met. causa. l. si patre cogente.
 ff. de ritu nuptia. c. merito. 15. q. 1.
 Cyprianus epistola secunda lib. 1.
 Augusti. super lib. numero. quæst.
 24. Tho. 12. quæst. 6. Tiraquel. de
 poenis, causa. 36.

31 Nec metus mortis excusare po-
 test eum, qui fidem catholicam ab-
 negavit. Sunt enim quedam (ut
 Aristoteles ait) partim ita fœda, partim
 ita flagitiosa, nemo ut ad ea
 impelli iure possit, potiusque oppete-
 da mors est gravissimis toleratis
 cruciatibus, & ut præclare inquit Cicero,
 præter culpam ac poenam, homini acci-
 dere

dere nil potest, quod sit horribile
 aut pertimescendum. 3. ethi. cap. 1.
 Cicero lib. 5. familiarium epistola
 vltima.

32 Maximum esse scelus istius im-
 pietatis, palam est, inquit enim ser-
 uator noster: nolite timere eos, qui
 occidunt corpus, animam autem
 non possunt occidere. Et paulò post.
 Qui negauerit me coram homini-
 bus, negabo & ego eum coram pa-
 tre meo, qui in cælis est. Et per E-
 saiam dicit Dominus, nolite time-
 re opprobrium hominum, & bla-
 sphemias eorum ne metuatis: ego
 ego ipse consolabor vos. Quis tu
 ut timeres ab homine mortali, &
 oblitus est Domini factoris tui? Et
 Paulus ait, Si negauerimus, & ille
 negabit nos. Et Origenes, qui de-
 negat fidem in persecutionis tem-
 pore, omnia euacuauit, nudus re-
 pentè & inanis effectus est, & oēs
 iustitiæ eius, quas fecit, non com-
 memorabuntur. Mat. 10. Lucæ. 12.
 Esaia 51. Paulus. 2. Timo. 2. Orige-
 nes in lib. iudicum. homilia. 7. c.
 non solum. 11. quæst. 3.

33 Non omnium, qui metu defi-
 ciunt, par culpa est, nec eadem poe-
 na eorum esse debet. Aliter enim
 peccant sapientes, & graues viri,
 aliter qui medio officio tenentur:
 aliter humiliores & fragiliores ho-
 mines: nec exigitur eadem virtus
 in his, atque in illis. Nec enim ad
 virtutes heroicas perinde tenentur
 fragiliores atque perfectiores. Ita-
 que grauius delinquit principes,

episcopi, clerici, monachi, nobi-
 les, theologo, philosophi, sapientes,
 & fortes, quam plebei, mulieres &
 reliqui. Seuerius ergo puniri debet
 c. Lotharius. 31. quæst. 2. capit. eos
 quos de consecrat. dist. 4. cap. hoc
 ipsum. 33. quæst. 2. l. si quid vendi-
 tor. ff. de edili. edicto. l. isti. quidem
 quod met. causa. c. ne quis. 22. quæ-
 stio. Salomon. in. l. r. ff. de legib.

34 Plurimum refert, vtrum quis-
 piam deficiat metu mortis & tor-
 mentorum, an timore infamiæ,
 vel exilij, vel etiam minoris mali.
 Nunquid eadem est causa eius, (in-
 quit Ambrosius) qui sponte negat
 & eius quem tormenta inclinaue-
 runt ad sacrilegium? nūquid Chri-
 stus ipse Athletas suos, quos vide-
 rit grauibus panisper cessisse sup-
 plicijs, sine venia patitur perma-
 nere: venia quidem tunc locus est,
 cum ea quis facit, quæ non sunt fa-
 cienda, ijs impulsus omnibus, quæ
 & humanam naturam longè mul-
 tumque superant, & nemo possit
 sustinere. Et hæc Aristotelis, Cy-
 priani, & sapientium omnium sen-
 tentia est. 3. ethi. cap. 1. Cyprianus
 sermone, de lapsis. c. potest fieri de
 poeniten. distin. 1. c. cum dilectus,
 de his quæ vi. met. ve. cau. fiunt.

35 Sed inter hæresim & alia crimi-
 na hoc interest, quod ea metu com-
 missa, nihilominus perfecta sunt:
 hæresis verò non ante perficitur,
 quam pertinax cōsensus accedat.
 Nec enim hæresis in dictis aut fa-
 ctis, sed in intellectu & voluntate con-

De defensionibus reorum.

consistit: atqui, cetera potest homo nolens, credere verò non nisi volens. Vnde fieri potest, vt aliquis victus supplicij, sermone neget Deum, & corde adoret. Et vt inquit Cyprianus libro de duplici martyrio: quum tyrannus dicit, abnega Christum & immola Ioui, & esto amicus noster, aut morere: saepe lingua negat, corde reclamante: & manus adolet thus, cum animus intus adoret Christum. Quamquam hoc

quoque grauissimum est crimen: tamè aliquam impietatis culpam eleuat humanæ naturæ imbecillitas. c. potest fieri. de pœnitentiâ dist. 1.

36 Quinimo qui tali metu lapsus est, & corde non dicebat à fide catholica, is nec hæreticus fuit. Nec hæreticorum pœnis affici debet. Cyprianus lib. de duplici martyrio. Ambrosius lib. 1. de pœnitentiâ. cap. 3. Alex. Ales. 1. parte, quæst. 183. Alberti. in rubri. de hæreti. lib. 6. quæst. 13. Brunus libro. 1. de hæreti. capite 4.

37 Sed vt verisimile sit, quod is non consensit, nec hæreticus, nec apostata fuit: opus est, vt doleat, & metu cessante statim redeat, agatque pœnitentiam. Nam si diu tacuit, & non reclamauit, utique consensisse ac ratum habuisse videbitur. 3. ethi. cap. 1. concilio Ancyrano, cap. 3. l. 2. C. de his. quæ vi metus causa gesta sunt Salomo. in. l. 1. ff. de legibus.

38 Circa eos verò, qui post lapsum confestim redeunt, aliquid huma-

nitatis debet ostendi, & benignè recipiendi sunt: quemadmodum à sanctis patribus identidem decretum & vñitatum est. Nam vt inquit Lactantius lib. 5. diuina institutio. cap. 13. multo firmior est fides, quâ reponit pœnitentia. concilio Niceno canone. 11. Arelaten. si. cap. 11. Ancyrano cap. 6. Cypria. sermone, de lapsis, Nicepho. lib. 6. ecclesiasticæ historiæ cap. 2. & 5.

Obiter autem admonere volui, martyrium non esse temerè appetendum: ait enim redemptor noster, cum persequerentur vos in ciuitate ista, fugite in altam. Quod exemplo quoque docuit, cum se abscondit à Iudæis, & abiit in regionem iuxta desertum in ciuitate Ephrem. vt est apud Ioannem capite vndecimo. vbi Theophilactus inquit: in condemnationem Iudæorum se cedit dominus: interim & nos docens, ne nos temerè periculis ingeramus etiam pro pietate: sed stemus quidem fortiter deprehensi, non deprehensi autem ne in volutarium periculum propter incertum euentum irruamus. Et Eusebius libro quarto ecclesiasticæ historiæ cap. 15. memorans, Cointhum quendam, natione Phrygè, bestias ceteraque tormenta sponte lacessisse, ac tandem fracto animo defecisse: quæ res, inquit, eum ad martyrium procacia potius & temeritate, quam deuotione profecisse declarat: ipse namque se iudicij ingesserat. Itaque victus exemplum

Titulus.

XVII.

73

emplum euidens omnibus dedit, cautius in rebus talibus & circumspectius agendum: quia non temeritas, sed fides & modestia coronatur. Mat. 10. Nazanze. in vita Basilij. Ambro. lib. 1. offi. cap. 37. Chryso. in episto. ad hebræ. homilia. 5. & ad populū Anthio. homilia. 67. Clemens Alexan. lib. 4. stromatū. Sozome. lib. 6. tripartite. cap. 22. Nicepho. lib. 10. histo. eccl. c. 16. Theophyla. in Mat. c. 10. & in Lucā. c. 22.

40 Excipitur tñ episcopus ab ea regula: nam fugere non debet, si eius fuga nocitura sit ecclesiæ, ne mercenarius potius, quā bonus pastor esse videatur: sicuti diuus Augustinus ad Honoratū scripsit. Et Ambrosius cū à Iustina arriana, Valentiniani matre, de ecclesia iuberetur exire: ego, inquit, spote hoc non agā ne lupis ouium septa contraderē videar, atque blasphemantibus Deū: hic si placet, occide, hoc loco mortē prona volūtate suscipiā. Author Paulus diaconus lib. 12. rerū Romanarum. Quod si nihil sit profuturus & episcopus ipse fugere potest. Nec moueat quenquā, quod fugatimidi hominis esse putetur: nā & Paulus ille, qui certus erat, quia nec mors, nec vita, nec angeli, nec principatus nec virtutes, nec alia creatura, poterat eū separare à charitate Dei, ille inquā Paulus, Athleta Christi fortissimus, modo per fenestrā, modo per murū fugiens, è manibus tyrannorum euasit. Fugit & Athanasius, fugerunt & alij multi

sanctissimi, constantissimi & sapientissimi viri: pudendo Tertulliani errore, libro, de fuga in persecutione. Ioā. 10. Augusti. episto. 180 ad Roma. 8. posteriore ad Corin. c. 11. act. 9. c. pœn. & fin. 7. quæstio. 1. Tho. 22. quæst. 124.

41 Sed iā ad propositum reuertamur. Qui magna animi perturbatione comotus aliquid hæreticū dixerit, is proculdubio hæreticus non est. Nisi ea fortè concurrant, quibus perficitur heresis. Sunt autem perturbationes, vt ait Cicero, turbidi animorum, concitatiq; motus, auerfi à ratione, inimici mentis vitæque tranquillæ, vel sunt commotiones animi, quæ rem consilio & ratione videre non sinunt.

42 Omnibus ex animi perturbationibus, vt inquit Cicero, nulla vehementior est, quā amor: addit Gerson, nulla violentior nulla rapacior, nulla denique minus finis animā sui iuris esse. Diotima quoque apud Platonē, magnū demōnē vocabat amorē: & Hieronymus lib. 1. aduersus Iovinianū scribit, amor formæ rationis obliuio est, & infamiæ proximus: amor non consilio, sed furore ducitur: turbat consilia, altos & generosos spiritus frangit: à magnis cogitationibus ad humillimas trahit, quæ rulos iracundos, temerarios, dure imperiosos, seruiliter blandos, omnibus inuitiles facit. Hæc ille. Amor igitur præsertim improbus, & furor est & insania. Gerson sermone de san-

De defensionibus reorum

cto Bernardo. §. vlti. & inibi interpretes instit. de successio. sublati.

43 Itaque si furore amoris aliquis perturbatus, offensione scilicet, aut zelotypia, vel desperatione, verba dixerit hæretica, defendi non nunquam poterit, ne hæreticus esse credatur. Nam & zelotypia: ut ait Chrysostomus, violentissimus affectus est: & qui talia dixit, velut ebrius non ut hæreticus puniendus est. Chryso. in cap. Mat. i. homilia 4. Tiraquel. de pœnis causa. 4.

44 Idemque erit, si quis piã amore nimio infaniens, amicẽ imaginẽ adoraret, aut aliqua verba emisit, quẽ idololatriã sonent. Est em̃ hoc propriũ eius, qui vehemẽter amat, ut horreat metuatque: deinde inspiciẽs dilectã, ut eã tanquã Deum colat, & nisi vereretur insanie crimen, sacra amatẽ non aliter, quã Dei statuẽ faceret quẽadmodũ eleganter Plato diuinus tradit in phædro. Adde quod ex sententia Socratis Tibullus & Ouidiũ cõcinũt: *Iupiter omnipotẽs peruria ridet amãtũ.* Quod tamen tanquã rem seriam damnat Cyrillus libro sexto contra Iulianum.

45 Sed notanda distinctio est, quã Aristoteles posuit lib. 2. magnorũ moralium cap. 6. Incontinentiã, inquit, binã sunt species: vna quidẽ prorumpẽs & improuisa, & confestim proueniens: veluti cum speciosam mulierem viderimus, & confestim afficiamur: & ab affectu erupit impulsus ad aliquid per-

petrandũ, q̃ fortasse non expediat. Altera verò velut quẽdã imbecillitas, quẽ cum ratione auertente insurgit. Prior igitur nõ admodũ sub reprehensionẽ cadere videtur, quando quidẽ etiã virtutis studiosis potest euenire, callidis & ingeniosis: secunda autẽ frigidis & melancholicis: tales nimirũ reprehendendi. ex hac igitur sententiã, illi nonnullã defensionẽ habẽt, qui amore occæcati sine deliberatione delinquũt: hi verò nullã, qui amoris prætextu aliquid præmeditatũ committũt. ac de his quidem Propertius ait:

Non semper placidus peruiros ridet amantes Iupiter.

Et Plautus in aulularia: *Nimis vile est vinũ atque amor: si ebrius atque amanti impunẽ facere quod lubeat, licet*

46 Ij quoque defendi possunt, qui in expectato & repentino dolore impietate aliquã dixerint: ut enim Plato in timeo, inquit, dolores admodũ vehemẽtes, morborũ animẽ omnium grauissimi sunt iudicandi. Et mox, qui dolorẽ vitare obnixẽ conatur, neque cernere, neque audire rectẽ quicquã potest: sed rabie furit, & in eo habitu cõstitutus, minime rationis est cõpos. Et Fabius, dolor sepe egit in laqueos, in precipitia cõpulit, & cruciatus laborãtis animẽ vulneribus emisit. Et Plutarchus in oratione consolatoria, quũ multẽ sint animæ perturbationes, omnium quã grauissima est dolor: multi em̃ dolore in furorẽ, nonnulli in incurabiles egritudines redacti

memo-

memoratur: sibi ipsis quidã præ dolore mortẽ consciuerunt. Mulieres igitur, quã improuisa inopinataq; morte maritorũ aut filiorum commotæ, aliquid impium repente dixisse, conuictę fuerint: nec hereticę sunt, neque seuerius puniendę: nisi adulteriũ. §. imperatores. ff. ad leg. iul. de adulter. Grachus. C. eo de iur. Tiraquel. de pœnis, causa. 1.

47 Ira furor breuis est, inquit Horatius. & Cato senior irascentẽ a furioso tẽpore solũ distare dicebat, & Aristoteles, ira nonnullos in furorẽ & insaniam adigit. & Chrysostomus, ira fera est vehemẽs & furibunda. Et mox, inter irã & insaniam nihil differt, sed breuis quidã dæmõ est, imo quã qui dæmonio vexantur grauior. Et Cicero lib. 4. tusculanarũ quæstionũ, quid est quo nõ progrediatur eodẽ ira, quo furor: itaq; iratos proprie dicimus existere de potestate, id est, de cõsilio. de ratioẽ, de mẽte. 7. ethi. cap. 3. & 6. Chrysosto. in Ioan. homilia. 47.

48 Quæ oĩa eo pertinent, ut ij, qui ira incõsulta hæreticũ aliquid dixerint, nõ prinus censeantur hæretici. Hæresis em̃ ab electione est: Ea verò quẽ proficiscuntur ab ira, nõ diiudicatur ex electione fieri: quia non ille incipit, qui facit, sed is qui prouocauit ad irã: ut Aristoteles tradit: benignius ergo cũ his agendũ est. c. hæresis. 24. quæst. 3. ethi. 5. c. 8. l. si ex plagiis. §. 1. ff. ad leg. aquil. l. quidquid calore. de regu. iur. Tiraquel. de pœnis. causa. 1.

49 Et generaliter ea duraxat pecca-

ta digna sũt clemẽtia & venia, quã sine electione ab inuitis fiũt, secus verò si antecessit deliberatio. Diuinus quidẽ Plato lib. 9. de legibus inquit, per irã facit. & qui subito absq; voluntate interimendi interficit, ita ut confestim post impetũ penitentia sequatur: & qui contumelia lacefsiti, ideoq; in vindictę cupiditate persequerantes, postea volentes interfecerunt, nec penitentia ea fecisse: alteri cõdes cõsultõ, altera incõsultõ cõmissa dicitur: maiora verò supplicia illis decet imponere, qui cõsulto per irã delinquũt: illis cõtra, qui repete & incõsulto, leuioia. Et Cicero, in omni iniustitia per multũ interest, utrũ perturbatiõne aliqua animi, quẽ plerumque breuis est & ad tẽpus: an cõsulto & cogitato fiat iniustitia: leuioia sunt em̃, quã repentinõ aliquo motu accidunt, quã ea, quẽ meditata, quã preparata inferuntur. §. ethi. c. 8. Demosthenes oratione aduersus Midiam. Cicero lib. 1. offi. & lib. 2. de inuentione. Tho. 2. quæst. 24. l. Grachus. C. ad leg. iul. de adulter.

50 Et quãuis delicta ab ebrijs commissa, inter crimina nõ sint ponenda, cũ ad imperiũ vini admissa esse videatur, ut diuus Ambrosius scribit in libro de Elia & ieiunio, is tñ qui semiebrius blasphemãt, aut hæreses dicit, puniendus quidẽ est, sed mitius, pro modo voluntarij & scãdali. l. omne delictum. §. per uinum. ff. de re milita. l. respiciendũ. §. delinquant. de pœnis vtrique

De defensionibus reorum

Thomas. 22. quæst. 150. arti. vlti. Tiraquel. de pœnis. causa. 6. Albertinus de assertionib. catho. quæstione 36.

51 Magna reorum defensio esse poterit, si fortè inquisitor suspectus sit, vt reijciatur, propositis in eū iustis reiectiōis, siue recusationis causis. Veluti si inimicus sit, si coniurauit in reos, aut si tale quippiam probari possit: nec enim ob causas leuiiores recusatio admittenda est. argu. c. per uas. de simonia. Card. in Clem. 1. de hæreti. Angel. in summa, verbo inquisitio. 5. 5. Parisius consil. 2. lib. 4. c. vlti. 3. q. 5. Rebuffus tracta. de recusationib.

52 Sed in Hispania cū inquisitor apostolicus recusatur, non eliguntur arbitri, vt de suspiciōe cognoscant: ne iudicium eludatur, & causa fidei catholicæ differatur: sed in senatu causa recusationis summam cognita, vel recusatus reijcitur: vel friuola & frustratoria recusatione repulsa, inquisitor iudicare iubetur. Neq; id iniuria: quia sicut proceditur appellatione remota, sic etiam sprete friuola recusatione procedi poterit. c. super eo. 2. c. cum speciali. de appellationib. & inibi interpretes.

53 Quid autē si reus defensionibus suis renuntiet, dicatq; se habere rata testimonia, nec uelle vt repetantur testes? & cōmuni sententiæ receptum est, hāc renuntiationē nulli esse momēti: quia nō est audiendus reus perire festinās. l. nō tantū. ff. de

appellat. glo. omnibus probata in l. pactū inter hæredem. ff. de pact.

54 Pleriq; tñ excipiūt eā speciē à iudicibus vsitā, cū reus id ipsum fatetur quod testibus cōprobatum est, tunc eū superuacuum esse uidetur iterū testes producere. Bal. in. l. si accusatorib. C. de accusat. Paul. Qroscius, & ceteri in dicta l. pactū.

55 Verū vt cunq; in alijs iudicijs res habeat, inquisitores nostri id seruari nō debēt. Primo, quia ueritas aperiōr erit publicatis reo testimonijs, & ab eo sigillatim probatis: deinde, vt iustus sit actorū processus, & reus ipse ac testes semel atq; iterū interrogētur: postremo, quia sepe reus solēt reuocare suas cōfessiones: quā ob rem oportet, vt cōuicti sint: adde q; miti agitur cū cōfesso, quā cū conuicto. c. non dicatis. i. quest. 1. c. assertio. de præsumptio. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstionib. Tiraquel. de pœnis. causa. 30.

56 Cōsanguinei reorū integri testes nō sūt ad probandas defensionē: quia eorū interest, reos absolui quorū infamia ad eos vsq; porrigitur, si fuerint impietatis hæresiq; dānati: nō sūt igitur admittēdi cōsanguinei, neq; affines aut familiares, sed alij testes integri & fide digni. l. 1. & 2. ff. de liber. causa. c. filij. de hære. li. 6.

57 Sed est quæstionis, vtrū reorū cōsanguinei defensiones allegare possint, & ad earū probationē sint admittēdi: & cū rei uiuūt & atate habēt, ipsi per se loquētur: nec ab alijs defēdi possūt: sed audiēdi sunt cōsanguinei.

Titulus.

fanguinei dūtaxat vsq; eo, vt inquisitores instruūtur: & si quid ab eis fuerit prolatum, quod reo prodesse queat, id officio iudicum inquirendum.

58 est: & ita senatus consulto cauetur. Solent rei probare probitatem

De defunctis

1 Mortem iustorum ecclesia laudare, cū soleat improborum, uero & hæreticorum memoriam damnare.

2 Reis uita defunctis, in alijs criminibus ab hæresi, crimen cū pœna extinguitur.

3 Cadauera reorum de alijs criminibus ab hæresi, cur puniri non soleant.

4 Cadauera punitorum in sepulta relinquenda non sunt.

5 Cadauera & ossa hæreticorum punienda cur sint.

6 Hæreticus, post mortem condemnatur, ac si uiuus esset.

7 Corpora hæreticorum non sunt inter christianorum corpora sepelienda.

8 Corpora hæreticorum inter christianorum corpora non esse sepelienda. Ias. & aliorum exemplis comprobatur.

9 Sepultura ecclesiasticæ priuatio, ab hæreticorum excommunicatione descendit.

10 Ossa & cineres hæreticorum, & non solum cadauera, sepultura priuari debent.

11 Hæretici defuncti memoria, & fama iure damnatur.

12 Defuncti hæretici memoria quando damnanda sit.

13 Defuncti, qui suspectus de hæresi lite procedente obiit, quo pacto causa tractanda sit.

14 Defunctus hæreticus accusari potest rest atque damnari, etiam post quadraginta annos.

XVIII.

75

suam, & actus religionis ab eis factos, contrarios & aduersos erroribus obiectis. Quod quidem prodesse potest ad præsumptionem hæresis diluendam. c. pen. de præsumptio. Bertrendus consil. 37. libro secundo,

Titulus XVIII.

15 Defuncti memoriam qui defendere possint coram iudicibus.

16 Filius uiuo patre hæretico, cur ad eius defensionem non admittitur.

17 Citandi sunt presentes & certi ad defuncti defensionem: absentes uero & incerti edictu generaliter uocandi.

18 Bonis defuncti publicaris, an teneantur successores ad fructuum restitutionem.

19 Processus contra defunctum breui tempore fiat.

20 Defuncti causa ab instantia iudicij absoluit, si aduersus eum alij testes super hæresi, deniq; tractari poterit.

21 Mortem sibi consciscere, non licet christianis.

22 Mortem sibi consciscere quā horrendum & execrandum facinus sit.

23 Mortem sibi consciscere, cur non liceat.

24 Mortem sibi uoluntariam inferre, nulla auctoritas est, qua christianis concedatur.

25 Occidere se ipsum quis prohibetur, diuino illo præcepto, non occides.

26 Occidere se ipsum contra naturalem inclinationem est.

27 Occidendo se ipsum iniuria fit reip. & Deus leditur.

28 Occisor sui multo magis peccat, quā miles qui in iussu ducis à statione discedit.

29 Occidere se ipsum nequaquam licet, nisi id Deus specialiter præceperit.

30 Mortem sibi inferre non licet, multa tamen licent, ex quibus mors uel sequitur, uel acceleratur.

Occidem

- 31 Occidentes se ipsos in carcere ubi propter heresim coercebantur quales censi sunt.
- 32 Confessio illorum recipi non debet, qui post plenam confessionem sibi manus inferunt.
- 33 Defunctorum hereticorum causa quomodo sit tractanda, colligitur ex octava sessione Concilij Constantiensis.



Icuti pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius; ut propheta regi ait: sic mors prauorum & impiorum execranda & detestabilis est. Et sicuti durat sepe memoria iusti cum laudibus: sic nomen impiorum putrescit, & eorum est immortalis infamia. Quemadmodum igitur sanctorum mortem ecclesia catholica quotidie celebrat: sic & impiorum & hereticorum danare solet memoriam, ut & iusti latentur, & confundantur iniqui. Psal. 115. Prouer. 10.

- 2 In alijs criminibus, reis vita functis, crimine cum poena extinguitur: quia preuenti sunt a summo iudice Deo, & vocati ad maximam eius tribunal: & ut inquit Vlpianus, is qui in reatu decedit, integri status decedit: extinguitur enim crimen mortalitate, & reus morte crimine liberatur. l. i. cum seq. C. si reus vel accusator. l. is qui in reatu. ad leg. iulii. maiesta. l. contra pupillum. §. is qui ad maius. de re iudi. l. si poena. ff. de poenis. c. ex epistola. c. quorundam. 23. distin. Tho. 2. secunda. que-

stione. 104. arti. 5.

3 Sed neque cadauer puniri solet, quia sensu & anima caret, ac poene capax non est. Vivos castigare decet, non mortuos, ut apud Stobaeum est, qui Sophocle refert, ita dicentem: quid iuuat mortuos, qui amplius non sunt, affligere? Fabius quoque ait: mortem quidem finem esse, nec saeuitiam ultra fata procedere: illumque valde crudelem iudicat, qui a deo hominem exiit, ut ibi poenam querat, ubi sensum doloris non inueniat. Postremo totius hominis crimen in solo cadauere iniuste punitur: quia ut Plato in Alcibiade inquit: non est homo hoc, quod videmus fragile & terrenum: sed animus est, sed intellectus, qui omnem ambitum caeli, omnem decursum temporis excedit. Et iterum in Axiocho, soluta simul hac compage, animoque rursus in proprium restituto locum, relicto istud corpus terrenum, atque rationis expers, amplius nequaquam animal immortale, mortali inclusum munimento. & cetera in eadem sententiam. Proclus quoque prope finem libri de anima & demone ait: hominem esse animam corpore utentem: corpus vero non partem hominis, sed instrumentum esse. Et Ouidius lib. 3. de trinitibus: Hector erat tum cum bello certabat, & idem tractus ab aemone non erat Hector equo. Quibus consentanea tradiderunt, Mercurius, Lactan-

- Lactantius, Ambrosius, & alij. Stobaeus sermone. 122. Fabius declamatione. 12. Mercurius trismegistus in Asclepio. Lactan. de officio Dei. c. 20. Ambro. lib. 6. exameron. c. 6. cum seq. Celsus li. 2. lectio antiqua. c. 17.
- 4 Sed neque punitorum cadauera insepulta relinquenda sunt, sed cognatis, vel quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt: ut Vlpianus, Iulius Paulus, Diocletianus quoque atque Maximianus, crudeles alioqui, tradiderunt. Accedit eodem lex illa Deuteronomij: quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus a Deo est, qui pedet in ligno: & nequaquam contaminabis terram tuam, quam dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem. Quae locum eleganter explicat Hieronymus in tertium caput epistolae ad Galatas. Quam ob causam nonnulli putant peccare iudices, qui corpora punitorum sepeliri vetant: quod equidem verum esse censeo, nisi forte ad terrorem id pro magnis sceleribus receptum sit moribus, aut legibus constitutum: est enim hoc inhumanum, crudele, & horrendum. l. i. & vlti. de cadaue. punito. l. obnoxios. C. de religio. & sumpti. fune Deutero. c. 21. Siluester verbo sepultura. quest. 10. Ioan. maio. in lib. 4. sent. distin. 45. quest. 4. Couar. lib. 2. varia. resolut. cap. 1. nu. 11.
- 5 Sed quamuis in plerisque alijs criminibus haec ita sint: in crimine tamen

haeresis propter atrocitatem eius, & reipublicae documentum, non solum ad viuente hominem, sed etiam ad cadauer, ad sepulchrum, ad ossa & cineres, ad memoriam & famam poena peruenit. Quod quidem iustissimum est, ut non modo corpora multorum, sed etiam plurimorum animae saluae fiant. Nam si iure ac merito ab ultimo participio, ut Fabius ait, exigitur poena trans hominem: quanto rectius ab haeretico grauior poena exigenda est, qui suam primum animam, deinde familiae suae, postremo totius reipublicae, perpetua morte studet occidere. Fabius decla. 6.

6 Itaque aduersus haeticum inquiratur etiam post mortem: & si de eius haeresi plane constiterit, condanatur ac si viuus esset: bona quoque illius publicantur, & ab haeredibus auferuntur: & insuper declaratur excommunicatus: & iterum excommunicatur, quod attinet ad operationes viuentium, ut pro eo non fiant preces, neque oblationes, neque in loco sacro sepeliatur. c. accusatus. §. in eo. de haereti. lib. 6. c. a nobis. 2. de sent. excommuni. c. sane profertur. 24. quaest. 2. l. manicheos. c. de haereti. Alfonsus lib. 2. de iusta haereti. punit. cap. 19. cum seq.

7 Corpora igitur haeticorum, defensorum, & receptatorum non sunt inter corpora christianorum sepelienda. Quinimo qui scienter ea ecclesiae sepulturae tradiderit, excommunicationis sententiae subiacebit: & ab illa non est absoluedus, donec proprijs manibus haeticorum corpora

K 4 publi

De defunctis

publicè effodiat, & extrahat, & eorum ossa exuat atque projiciat: quod tamen tunc fieri debet, cum à fidelium corporibus discerni possunt. c. sicut de hæretici. capite. 2. eodem. tit. libro. 6. prima instr. Hispalem. cap. 20. cap. sacris. de sepultu.

8 Sic etiam Iosias occidit omnes sacerdotes hæreticos, & eorum ossa commisit igni: & aliorum hæreticorum ossa de sepulchris tulit, & combusit ea. Et Irene augusta effodit ossa Socii sui hæretici, & combussit illa: quod merito à catholicis viris laudatur. Plato quoque diuinus huic sententiæ legibus suis accedit, libro decimo statuens, impios vita functos extra regionis fines insepultos eijciendos. Qui autem, inquit, eos sepelierit, impietatis crimine à volente accusetur. lib. 4. regnum. cap. 23. & lib. 2. paralipo. cap. 34. Nicephorus. lib. 17. ecclesiasti. histo. cap. 27.

9 Poena hæc priuationis ecclesiasticæ sepulturæ ab hæreticorum excommunicatione descendit: non enim alij sepeliendi sunt in sacris locis, quàm hi qui in religione christiana initiati, & in vera fide, & poenitentia decedunt. Vnde à sepultura ecclesiastica excluduntur omnes infideles, pueri nec dum baptizati, hæretici, excommunicati, & qui in manifesto peccato, de quo non egerunt poenitentiam, moriuntur: veluti qui sibi ipsis consciscunt mortem, qui furti, rapinæ, aut usu-

rarum damnati fuerunt, de quo satisfacere noluerint: nam hi à communione fidelium excludendi fuerunt: & quibus in vita non communicamus, iisdem nec post mortem communicare debemus. Postremo indigni sunt ecclesiastica sepultura, hi pro quibus orare non licet: non enim præcipue ob aliam causam corpora defunctorum in sacris locis sepeliuntur, quàm ut hi, qui eadem loca ingrediuntur, Deum pro illis precentur: quàm ob rem sepulchra mortuorum dicuntur monumenta, quia monent viuorum mentes, ut defunctorum recordentur, authore Augustino libro de cura pro mortuis agenda c. cum graua. 13. quæst. 2. capite ex parte. c. sacris de sepultu. Clemen. 1. eod. tit. Alfon. lib. 2. de iusta hæreti. punit. c. 18. Brunus lib. 4. de cæremonijs. cap. 2. & cap. 7.

10 Non solum hæreticorum cadauera sepeliri non debent, sed neq; ossa, neque cineres eorum: quia eadè omnino ratio prohibitiõis, in his, atq; in cadauerib; est. Adde quòd olim corpora defunctorum cremari solebant, sed ossa & cineres sepeliebantur. Alia multa de sepulchris, & ritibus sepeliendi ac de alijs id genus, plures ante nos frequentissimè tradiderunt. Dionysius de ecclesiasti. hierar. c. 7. Ambrosius & Nausea lib. de Thobia cap. 1. Chrysostomus in Genesim homilia 66. Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei cap. 12. & iterum libro de

Titulus.

XVIII.

77

de cura pro mortuis gerenda. Plato libro 12. de legibus Lactantius libro 6. diuina. instit. cap. 12. Plutarchus in vita Lycurgi. Stobæus sermone. 120. Cælius lib. 17. lectio. antiqua. cap. 19. cum seq. Thomas. 2. secundæ quæst. 32. Abulen. Leuitici. 10. quæst. 10. & vlti. Titelmanus in ecclesiastem cap. 6. Gerson parte. 2. tractatu de sollicitudine ecclesiasticorum conclu. 6.

11 Memoria & fama hæretici defuncti iure damnatur, ut supra diximus. Vnde in concilio Constantiensi patres huiusmodi sententiam protulerunt. Concilium pronuntiat hæreticum Ioannem uicleff. ac memoriam eiusdem condemnat, & mandat exhumanari ossa ipsius, & cremari. sessione. 8. & cap. accusatus. §. in eo. de hæreti. lib. 6. l. Manichæos. C. eod. titu.

12 Procedi tamen contra memoriam defuncti non debet, priusquàm de illius hæresi planè cõstiterit per legitimas probationes, quæ ad cõdemnationem sufficient. Quod prudenter admodum quarta instructione Toletana cauetur: cui accedit & illud, quod Guillelmus occam libro quarto dialogorum rectè censuit, non esse accusandùm defunctum propterea quod aliquam hæresim dixerit, vel scripserit: nisi ante constiterit de pertinacia eius: quia non sequitur necessarib; illum hæreticùm fuisse, qui dixit vel scripsit hæresim. Adde quod plenior, clariorque probator exi-

genda est contra defunctum, qui se defendere nequit, quam contra hominem viuum: quæ ratione plura iuris solennia necessaria esse in contractibus viuentium, cunctis legumlatoribus equum visum est. 4. instr. Toleta. cap. 7. Occam lib. 4. cap. 20. Aristoteles problemat. 3. parti. 29. Bal. in. c. 1. §. si quis. si de inuesti. inter do. & vassa. lis oriatur lib. feudo.

13 Si verò quispiam suspectus de hæresi mortuus fuerit lite pendente: rectè iudices poterunt causam peragere, ut vel absoluant eum, & eius heredes, vel famam & memoriam condemnent, bonis etiã publicatis: non tamen imponere debent hæredibus poenam pecuniariam propter solam suspicionem, quia morte suspitio extinguitur. l. 1. C. ex delictis defuncto. & illic Bal. c. accusatus. §. porrò. de hæreti. lib. 6. Egidi. bellame. decisione. 677. & 680. loa. de Ana. in. c. si quis episcopus de hæreti.

14 Nonnulli putant, hæreticum defunctum accusari non posse post quinquenniũ, quia post hoc tempus legibus ciuilibus non licet accusare apostatã. Verior tamen sententia est, quòd accusari potest atque damnari hæreticus etiam post quadraginta annos: & ea tantum bona non confiscantur, quæ spatio quadraginta annorum fuerint bona fide ab hæresibus possessa. l. 2. & ibidem glo. & Bar. C. de apostata. c. vlti. de præscript. lib. 6. prima in-

- struct. Hispalen. cap. 20. Felinus in c. cum nobis. de prescriptio. Brunus lib. 5. de hereti. cap. 17.
- 15 Filij, & successores, & alij omnes quorum interest, vocandi sunt ad memoriam defuncti defendenda: hi enim audiri debent, quibus nocere potest sententia, ne indicta causa damnentur. Sed hoc amplius aiunt Albericus & Egidius, quemlibet sine delectu audiendum esse, qui velut memoriam & famam defuncti defendere. Quod equidem non omnino reiiciendum cenfeo, si modo probabilis causam defensionis, quisquis ille sit, attulerit: nam & unicuique Deus mandauit de proximo suo: & natura inter omnes homines cognationem quandam constituit: & in omnibus rebus praesertim fidei & religionis, omnes sumus fratres in Christo. Postremo humanitatis ratione cuiuslibet appellatio pro homine ad mortem damnato admitti solet, nec quarimus cuius interfit: multo ergo rectius admittenda pro defuncto defensio est, qui se defendere nequit.
- c. filij. de hereti. libro sexto. prima instructio. Hispalen. capite vigesimo. l. nam ita diuus de adoptio. Egidius decisio. 678. & 679. Alberi. in rubri. C. de hereticis. l. ut vim. de iusti. & iure. leg. non tantum. de appellat. l. ad dictos. C. eodem tit.
- 16 Ceterum viuo patre filius non admittitur ad eius defensionem, quamuis ipsius filij plurimum interfit. Quod ideo fieri solet, quia

pater se ipsum defendere longe melius poterit, cum certior sit de veritate causae. Demum principaliter tractatur de damno patris, ad filium autem peruenitur ex consequentia: quo casu filius non est audiendus, nisi forte pater esset mente captus: qui loco absentis & mortui habetur. glo. Alex. & ceteri in. l. de vno quoque. de re iudi. glo. vlti. in. c. quamuis pactu. de pactis lib. 6. Alex. & alij in. l. saepe. de re iudi.

17 Qui autem praesentes & certifuerint ex his, quorum interest, citandi sunt ad defuncti defensionem: absentes vero & interiti vocandi sunt generaliter edictis, vel praconijs secundum consuetudinem provinciae. Si vero non comparuerit, qui defunctum defendere velit: iudices defensorem idoneum eligent. Prima instructio. Hispalen. cap. 20. c. vlti. de electio. lib. 6. Egidius decisio. 679. l. si eo tempore. C. de remisi. pigno.

18 Quaestio est, an publicatis bonis defuncti, teneantur successores ad restitutionem fructuum? & aequius est, ut non teneantur, si bonae fidei possessores fuerint, nisi ad fructus perceptos a tempore litis contestatae: hoc enim aequum est, & multis iuris capitulis continetur. Quamuis autem prima instructione Hispalensi generaliter caueatur, ut bonis defuncti publicatis auferantur bona cum fructibus a quocunque successore: id tamen accipiendum est, de malae fidei posses-

- possessoribus, vel de fructibus perceptis post motam litem, ut paulo ante dixi. l. sed & si lege. s. i. cum seq. de peti. heredi. l. terminato. C. de fructi. & lit. exp. prima instructio. Hispalen. cap. 20. l. non est nouum. de legib.
- 19 Illud quoque iudices obseruabunt, quod quarta instructioe Toletana prudenter cauetur: ut processus contra defunctum breui tempore fiat, legis reiectis ambagibus: & ut in causa non supersedeat propter defectum probationum: nisi forte sit verisimile, quod intra breue tempus alij testes superuenerint: Si vero plena probatione defunctus conuictus non fuerit: protinus absolendus est ab instantia iudicij, & bona successoribus libere dimittenda. c. accusatus. s. porro. de hereti. lib. 6. 4. instructio. Toletana. c. 7.
- 20 Si vero postquam defunctus fuerit absolutus ab instantia iudicij, superuenerint aduersus eum alij testes, tractari de nouo causa poterit, & alterius instantiae testimonia vim suam integram seruant, ut cum istis coniungi queant ad plenam haereticis probationem. Nam etsi perempta instantia pereant acta ordinataria, quae instantiam illam respiciunt: ut datio fidei iussoris iudicio sisti, citatio, litis contestatio, & si quae sunt generis eiusdem, ea tamen acta, quae ad causam magis, quam ad instantiam pertinent, perempta instantia, nihilominus vim suam habent, ut in alia instantia noceant

eidem reo, eiusque successoribus. Quae quidem vera est & recepta, & usu etiam comprobata sententia. Bar. in. l. cum lite. iudi. solui. Hosti. Abbas & Felinus in. c. causam. que. i. de testi. Alex. consil. 58. lib. 2. Ias. Alciat. & ceteri in. l. is apud quem. C. de edendo.

21 Ante quam de eis differam, qui propter haereticam vincti, mortem sibi consciuerunt, quod saepe ab his, fieri contingit, quos totos demon possedit: non erit alienum breuiter nunc aliqua de hac execranda morte perstringere. Fuit quippe multorum perniciosus error, sed eorum, qui verum Deum ignorarunt, existimantium, quod spe vitae melioris, aut pro gloria adipiscenda, vel terrore vitae, vel pro dedecore, vel dolore fugiendo, liceret unicuique mortem sibi consciscere. Vtique adeo autem haec insania apud quosdam inualuit, ut Plinius dicere non dubitaret, esse id optimum, quod homini dedit natura in tantis vitae peccatis. Vnde Chrysippus, Empedocles, Zeno, Cleantes, Lycurgus, Demosthenes, Themistocles, Anibal, Cleomenes, Brutus, Cato utriusque, Marcus Antonius, alijque multi, qui viri fortes, prudentes & sapientes habebantur, mortem sibi ipsis nefariam consciuisse traduntur: contra quos verissima rectius philisophantium sententia est, nulli unquam id licuisse, nec esse hoc viri sapientis, aut fortis. Nam ut apud Curtium est libro quinto historie

storiae Alexandri: fortium virorum est, magis mortem contemnere, quam odisse vitam. Quod & Pythagoras, Plato, Aristoteles, & ceteri omnes docent. Plato in phedone & lib. 9. de legib. Aristo. lib. 3. ethicorum. cap. 7. & lib. 5. cap. 11. & illic Buridanus quaest. 28. Alciatus lib. 4. parergon. cap. 4.

22 Hoc amplius habet christiana philosophia: non solum id non licere, verum etiam horrendum, & execrandum facinus esse, mortem sibi aliqua ex causa consciscere, quia locus salubri poenitentia non relinquitur. Quam sententiam Origenes, Chrysostomus, Hieronymus, Augustinus, & vniuersi theologo comprobant. Origenes lib. 2. in Iob. prope finem: Lactan. libro 3. diuina institu. c. 18. Chryso. in Epistolam Pauli ad Galat. Cypria. lib. de duplici martyrio. Diuus Petrus apud Clementem lib. 7. recognit. hiero. epistola ad Paulam. Theophylactus in Matthaeum. cap. 27. Augusti. lib. 1. de ciuitate Dei. c. 17. cum seq. C. si non licet. c. placuit. 28. quaest. 5. Alex. Ales. 3. parte quaestione 34. membro. 2. Thomas. 2. secundae quaest. 64. arti. 5. & innumerales alij.

23 Sunt autem huius sententiae fundamenta fortissima, verissima, & euidentissima. Primum quod homo non est vitae Dominus, sed solum Deus vitae largitor: iuxta quod ipse in Deuteronomio inquit, ego occidam, & ego viuere faciam: &

alibi Sapiens ait, Tu es Domine, qui vitae & mortis habes potestatem. Grauissime igitur in Deum peccat, qui quod eius solius est, usurpat violentissime. Deutero. cap. 32. sapientiae cap. 16.

24 Deinde nulla est autoritas, (vt ait Augustinus,) quae christianis in qualibet causa ius voluntariae necis attribuat: nec enim frustra in sanctis, canonicisque libris, nusquam nobis diuinitus praecipitur, praemissumue reperiri potest, vt vel ipsius adipiscendae immortalitatis, vel vilius carenti, cauendiuemalicausa, nobis met ipsis necem inferamus. Quod quidem non fuisset omissum, a summo Deo legislatore nostro, si id vilo modo liceret. Augusti. lib. 1. de ciuit. Dei. c. 20.

25 Accedit eodem, quod in diuino illo praecipitur, non occides, quo non alia quam hominis occisio prohibetur, euidentissime includitur, neminem se ipsum vnquam occidere posse. Nam qui alterum occidere prohibetur, multo magis prohibitus est, ne sibi ipsi mortem consciscat. Nec enim qui se occidit, aliud quam hominem occidit. Quinimo sui ipsius homicidia magis contra charitatis ordinem peccat, quam occisor alterius: charitas quippe ab illo incipere debet, qui habet eam. Vnde praecipitur diuinum dicit, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et ecclesiasticus inquit, Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit. Martianus quoque

que iure consultus puniendum esse illum ait, qui sibi manus intulit: quia is qui sibi non pepercit, multo minus alij parceret. Contra hos, vt ait Seneca, inuentum est, vt aliquid post mortem timerent. Nihil non ausus fuit, qui se potuit occidere. l. preses. C. de seruit. & aqua ecclesiasti. 14. l. vlti. de rebus eorum. Tho. 2. secundae quaest. 26. & ceteri theologo in lib. 3. sent. distin. 28. cum seq. Seneca declamatione quarta.

26 Praeterea se ipsum occidere, facinus est horrendum, & contra naturalem inclinationem, aduersus quam quid quid sit, peccatum est, sicuti apud omnes theologos satis constat: dedit enim natura ipsa, vt ait Cicero, virtutum omnium initia, eandemque rebus omnibus eam vim inferuit, vt appetant sui conseruationem, & resistent corruptioni. Quod experientia docet, & Aristoteles tradit libro secundo de generatione. Vnde vim atque iniuriam propulsare omni iure cui libet concessum est. l. vt vim. de iusti. & iure.

27 Ad haec is qui se occidit, iniuriam facit reipublicae, cuius membrum erat, quod temere auctoritatis priuata, imò satanica, praecidit iniuriam reipublicae. Nec tantum sibi ipsi & vniuersae reipublicae iniurius est, qui nefandum hoc facinus perpetrat: verum etiam Deum ipsum grauissime laedit, seruum eius occidendo contra Domini & creato-

ris voluntatem atque praecipitum. Vnde Plato in phedone sapienter ad modum ait, nefas esse, hominem sibi met manus afferre: nec aliter irasci Deum, si id faciat, quam Dominum, si quod se mancipiorum occiderit. Iosephus quoque inquit libro tertio de bello iudaico: qui Dei depositum ex corpore proprio eiecerit, maxime peccat. Nam qui corporis vincula dissoluit, quae lege diuina innexa sunt, is proculdubio legem Dei subuertit: non enim licet animam soluere, nisi ei, qui ligauit, qui posuit thesaurum istum in vasis fictilibus. Iosephus lib. 3. cap. 14. plenius aegesippus lib. 3. de excidio Hierosolymitano. c. decimo septimo.

28 Accedit etiam, quod militiae defertor, qui a statione discedit in iussu ducis, capite puniendus est: sed multo magis delinquit vitae defertor, qui ab huius vitae militia in iussu Dei discedens, seruum eius occidit, & illius opus dissoluit: ergo maiori supplicio, & execratione maiore dignus est. Quamobrem Pythagoras recte vetat, iniussu imperatoris, id est, Dei, de praesidio & statione vitae decedere. Summus enim hic omnes velut in acie, loco vnicuique suo ab imperatore Deo assignato: nec aliud est vita hominum super terram, (auctore Iob) quam militia: & vt est apud Apostolum, colluctatio nobis omnibus est aduersus carnem, & mundum, & contra principes tenebrarum: & facti sumu

sumus spectaculum mundo, angelis & hominibus. Præclare igitur Cicero in sōnio Scipionis inquit: pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis. Nec in iussu eius à quo ille est nobis dat⁹, ex hominum vita migrādum est: ne munus humanum a signatum à Deo, defugisse videamur. Quod & Macrobius illic post Plotinum comprobatur. l. non omnes. §. desertor. de re milita. Pythagorę sententiam retulit Cicero lib. de senectute. Macrobius lib. i. de somnio Scipionis.

29 Quod si quo casu liceret sibi ipsi mortem consciscere, tunc esset maximè, cum homo absque peccato est: puta post baptismum, vel statim post iustam pœnitentiam: sed tunc minus id licet, quia maius peccatum est occidere innocentem: ergo nullo casu licet. In summa illud fortissimè credendū est, nulli unquā licuisse sibi inter manus inferre, nisi sōns ipse iustitiæ Deus specialiter hoc, aut præceperit, aut certissima inspiratiōe suaserit: quæ ratione rectè defenditur. Sāson, & laudatur ab Eusebio martyres quidam: & Hyeronimus ait, nō licere propria perire manu, absq; eo ubi castitas periclitatur. Quod si qui leguntur sibi alijs ex causis, fortiter consciuisse necem, aut infirmitas erat, morte quærens dolorum finē, aut ambitio, aut dementia. Id enim & Deo displicet. Et gentium etiam legibus prohibetur, ut ele-

gātēr Cyprianus inquit libro de duplici martyrio. c. si non licet. c. non est nostrum. 23. quæst. 5. Chryso. in Ioan. Homilia. 84. Ambrosius libro tertio de virginibus. Eusebius libro octavo histo. ecclesiasti. capite duodecimo, & capite decimo septimo cap. displicet. 23. quæstione quarta. Paulus diaconus libro decimo quinto de gestis Romanorum; cum loquitur de dūgna. Nicepho. libro septimo capite duodecimo. cum proxi. & capite vigesimo primo. Callimach⁹ in vita Attilæ.

30 Multa tamen licent, ex quibus mors vel sequitur vel acceleratur, sed præter intentionem inferendi sibi mortem: licet enim se non defendere ab interfectore: licet panē alteri largiri in extrema famis necessitate: licet damnato ad mortē, nō fugere: licet egros visitare tempore pestis, licet nauigare tempore periculo: licet in bello iusto plari: licet abstinentia vitā breuiorē reddere: aliaq; multa id genus licent: in quibus & si mors interdū sequatur, id tamen euenit præter intentionem morientis: de quibus omnibus ante nos multi, multa dixerunt: Gerson parte secunda tracta. de non esu carniū. Bartholo. Sybilla in speculo peregrinarum quæstionum decadis primæ capite quinto quæst. 2. Fran. victoria relectione de fortitudine. Couar. lib. i. varia. resolut. capite 2. l. cum autem. §. malus. de edilit. edic. l. peculium §. si

§. si ipse. de pecu. l. lege Cornelia. 32 §. vlti. de sica. c. maritum. 33. distinctione capit. tertio de corpo. vitia. Seneca episto. 24. Gellius lib. 15. notium attica. cap. 10. Valerius maximus. lib. 7. cap. 7. Basilus lib. de virginitate. Eusebius lib. 6. histo. eccle. cap. 6. Plutarchus lib. de claris mulieribus cap. 11. Tiraquel. de nobilitate cap. 31. nu. 520.

31 Hi autem, qui propter hæresim vincti, se ipsos in carcere occidūt, credendi sunt conscientia criminis mortem sibi consciuisse: nisi fortè aliud hæredes eorum ostendere potuerint: quibus nihil probantibus, illi puniētur perinde, ac si eorum hæresis fuisset plenè probata. Nec id mirum videri debet, cum etiam hi, quorum nullum aliud crimen probatur, ob hoc rāmē solum, quod sibi ipsis mortem consciscunt: omni execratione digni censentur: & pro illis ecclesia non recipit oblationes, neque facit commemorationes, neque cum psalmis eos sepelit, legibus quoq; ciuilibus bona eorum publicatur, & hæredem non habent, & intestabiles sunt. glo. Bar. & alij in. l. vlti. C. de iure fisci lib. 10. & in. l. vlti. de bonis eorum. Gonsalus de hæreti. quæst. 22. cap. placuit. 23. quæst. 5. & 2. concilio Aurelianen. canone. 14. & concilij altisiodorem. canone. 17. l. si quis filio. §. eius de iniusto ru pro. l. parricidij ad leg. ponpe. de parrici. regia. l. 24. tit. 1. parte. 7. Couar. lib. 2. varia. resolut. cap. 1.

Et quamuis post plenam confessionē sibi manus intulerint rei, non erit eorum confessio recipienda: nam & Iudas confessus fuit crimen, sed quia laqueo se suspendit, neque confessio, neque pœnitentia quidquam ei profuit. c. Iudas. c. nihil. cum seq. de pœnitentia distinctione 3.

33 Ad postremū, ordo procedendi contra hæreticos defunctos colligi potest ex his, quæ crassa Minerua scripta sunt in octaua sessione concilij Costantiensis hoc verborum tenore: quia autoritate sententiæ, & decreti Romani concilij, & mandato sedis Apostolicæ, datis dilationibus debitis, processum fuit super condemnatione Ioannis Vuicleff & suæ memoriæ, edictis propositis, denuntiationibusque, ad vocandum omnes, qui eundem, vel eius memoriam defendere vellent, si qui penitus existerent, nullus comparuit, qui eundem, vel eius memoriam defenderet: examinatis insuper testibus super impœnitentia finali, pertinaciāque dicti Vuicleff, per commissarios deputatos, seruatisq; seruandis, pro vt in tali negotio postulat ordo iuris, & eius impœnitentia & finali pertinacia per euidencia signa testibus legitimis comprobata, fuit legitimè facta fides: propterea instante procuratore fiscali, edictoq; proposito ad audiendā sententiam ad hanc diem: hæc sancta synodus declarat, & diffinit, eundem

De denunciatione

eundem Ioannem Vuicleff. notorium hæreticum fuisse: & pertinacem in hæresi decessisse, anathematizando ipsum, pariter & suam memoriam condemnando: decernitque eius corpus & ossa, si ab alijs fidelibus corporibus discer-

De denunciatione

- 1 Denuntiare quid sit apud Iurisperitos.
- 2 Hæreticos etiam occultos quibus catholicus indicare iudicibus tenetur.
- 3 Lex sacra quid illum facere præcipiebatur, qui ab alio sollicitabatur, ut dijs alienis seruiret.
- 4 Legis huius verba obseruanda.
- 5 Hæreses esse idola, aiunt diuus Hieronymus & Augustinus.
- 6 Hæreticos occultos indicandos esse, qui authores censeant.
- 7 Authores alij qui censent hæreticos occultos indicandos esse.
- 8 Leonis magni verba, quibus persuadet occultos hæreticos indicari debere.
- 9 Authores ethnici ex quibus elicitur indicandos esse hæreticos occultos.
- 10 Correctionem fraternam non esse necessariam ante denunciationem, cum quis hæreticus occultus est, qui authores censeant.
- 11 Correctionem fraternam quando censeant nonnulli adhibendam.
- 12 Hæretici occulti cur corrigendi nõ sint, sed statim ad iudices deferendi.
- 13 Hæreticum corrigere, priusquam iudicibus indicetur, nulla lex iubet.
- 14 Pauli doctrina, qua docet hæreticum hominem post vnam & alteram correctionem deuita: quomodo interpretanda.
- 15 Hæreticum occultum corrigere, & non prius indicare, charitatis lex non patitur.
- 16 Hæreticos qui non indicauerint inqui-

ni possunt, exhumari, & procul ab ecclesiæ sepultura iactari, secundum canonicas & legitimas sanctiones. Et iudices interrogati, an ita placeret? Responderunt, quod placeret. Et approbauerunt omnia prædicta.

Titulus XIX.

istoribus, qua poena afficiendi

- 17 Index seu denunciator hæreticis, alijs sectibus annumeretur.



Denunciare (apud Iurisperitos) indicare, manifestare, ac deferre est, atque denunciatores pro indice vel delatore usurpant.

- 2 Omnes catholici hæreticos, etiam occultos iudicibus indicare tenentur: quia impietas perniciofa est vniuersæ reipublicæ, atque omnium interest, religionem christianam inuiolatam esse.
- 3 Sacra lex ait: si tibi persuadere voluerit frater tuus, vel filius, vel vxor, vel amicus, clam dicens: eamus & seruiamus dijs alienis, non acquiescas ei, nec audias, nec parcat ei oculus tuus, ut miserearis & occultes eum: sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Deutero. 13.
- 4 Obserua legis verba: nam dogmatistes ille clanculum persuade-

re vo-

Titulus XIX.

81

re volebat, & tamen lex iubet, ut indicetur, & non occultetur. Indicandus autem iudicibus erat, ut ex alia lege satis constat: ait enim: cum reperti fuerint apud te vir aut mulier, qui seruiant dijs alienis, & hoc tibi fuerit nunciatum, audiensque inquiseris diligenter, & verum esse repereris: lapidibus obruentur, & cætera. Deuterono. 17.

5 Atque eæ quidem leges (quod ad nunciationem iudici faciendam attinet) in republica christiana proculdubio seruandæ sunt. Nec quisquam putet, eas leges de apostatis duntaxat & idololatriis loqui: nam diui Hieronymus & Augustinus hæreses, aiunt, esse idola: & Vincentius Iirinensis, aliena ab ecclesia dogmata, deos alienos esse scribit: ut sub titulo, de idololatria, referam.

6 Quod autem hæretici occulti, iudicibus sint indicandi, magni in primis & præclari viri, authores sunt. Hieronymus: sapientes illi in Christo sunt, qui satisfactione poenitentia peccata sua, vel errores hæreseos, conuertendo se ad Deum fideliter confitentur, & authores vel criminum suorum vel dogmatum manifestant. Augustinus hæretico petenti poenitentia locum, tunc creditur, si & alios, quos illic nouit esse, manifestauerit nobis. Et hæc a libi quoque retuli.

7 Ambrosius: in causa Dei, ubi communionis periculum est, etiã

disimulare, peccatum est non leue. Leo magnus: manichæos ubique latentes, vestris presbyteris publicate: magna est enim pietas proderet latebras impiorum, & ipsum in eis, cui seruiunt, diabolus debellare. Ambro. 2. offi. cap. 24. Leo sermone. 4. de collectis.

8 Idem Leo, sermone quarto de ieiunio decimi mensis illud quoque dilectissimi obsecrans moneo, ut si cui vestrum innotuerit, ubi habitent hæretici, ubi doceant, quos frequentent, & in quorum societate requiescant, nostræ sollicitudini fideliter indicetis: quia parum prodest vnicuique, quod protegente Spiritu sancto, ab istis ipse non capitur: si cum alios capi intelligit, nõ mouetur. Contra communes hostes pro salute comuni, vna communis debet esse vigilantia: ne de alienis membri vulnere, etiam alia possint membra corrumpi: & qui tales non prodendos putant, in iudicio Christi inueniantur rei de silentio, etiam si non contaminentur assensu. Assumite igitur religiosa sollicitudinis zelum, & contra sæuissimos hostes animarum, omnium fidelium cura confurgat. Ideo enim misericors Deus quandam nobis partem prodidit hominum noxiorum, ut manifestato periculo excitaretur diligentia cautionis: Non sufficiat, quod actum est, sed eadem inquisitio perseueret: quæ hoc auxiliante Deo

L confe-

consequetur, ut non solum qui recti sunt, incolumes perseverent, sed etiam multi, qui diabolica seductione decepti sunt, ab errore reuocentur. Hæc ille.

9 Et ut Ethnicos quoque memorem: Charondas cataneus in proœmis legum, inquit. Honestum habeatur indicare illum, cuius quis facinorum conscius est, ut respublica salua sit, multos habens bonæ suæ constitutionis custodes. Is verò qui indicat, quamquã de genere sibi proximis, bonus & pius aestimetur: nihil enim est, quã patria coniunctius. Et Plato libro decimo de legibus: si quis impiè quippiam agit, vel loquitur: qui fortè præsens fuerit, deos defendat, magistratibus significet: quorum qui primi audierint ad iudicium harum rerum secundum leges deferant. Quod si quis magistratus audierit, nec detulerit: ipse impietatis reus fiat: & qui velit, pro violatione legum prosequatur.

10 Ex quibus omnibus perspicuum est, hæreticum, quantumuis occultum, protinus esse iudicibus indicandum, neque opus esse ut antecedat fraterna vlla correctio: id enim nec legibus commemoratis cautum, nec ab vllis eorum, quos iam ante laudavi, relatum est: & multi præterea Theologi & Iurisperiti magno consensu tradunt necessariam non esse correctionem fraternam ante hanc denunciationem. Vterque Thomas 2.2.

quæstio. 33. & quæstio. 70. Aluarot. in. 5. credentes. de statut. & consuetu. lib. feudo. Alberti. lib. de secreto. nu. 82. Alfon. libro secundo. de iusta hæreti. punit. cap. vigesimo quinto, Soto lib. de ratione regendi secretum, membri secundi, quæstione 4.

11 Quidam autem putant, eo saltem casu fraternam correctionem fieri debere, cum hæreticus fuerit sanabilis, & corrigens vir doctus sit & magnæ autoritatis: ita ut ferè compertum sit, quod per solam illam correctionem hæreticus resipiscet, ac nulli nocebit: sed tamè nihilominus aiunt, non esse fidentum huic correctioni: sed tutius esse, ut ad inquisitores deferatur. Nonnulli ex ante commemoratis, & Canus libro duodecimo de locis theologicis cap. nono versus finem.

12 Cæterum, ut mihi quidem videtur, semper hodie in Hispania hæretici occulti statim ad inquisitores apostolicos deferendi sunt, nulla præcedente correctione fraterna. Id enim iustissimis edictis præceptum est autoritate apostolica, sub pœna excommunicationis: & quicumque illis non paruerit, peccatum non leue committit. Adde quod, hæretici subdoli sunt, & metu pœnæ fingunt, se esse correctos: & perarrò solus vnus hæreticus reperietur. Quo fit, ut etiam si ille tibi corripienti resipuisse forsitan videatur: alios tadicibus

men, quos hæreticos esse nouit, iudicibus non indicabit.

13 Tum illud addo, nullam esse legem, quæ iubeat, hæreticum corrigendum, priusquam iudicibus indicetur. Nam textus ille euangelij: Si peccauerit in te frater tuus, & cætera: de peccato, contra hominem corripientem commisso, loquitur, non autem de omni peccato, ac multo minus de peccato in Deum, quod corripiens condonare non potest. Et ita sensus literæ ipsius perspicuè docet, salua ratione recti sermonis: & eo sensu verba illa interpretantur vtraque glossa, Hieronymus, Chrysostomus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Beda, Rabanus, Theophylactus, Basilii, Gregorius, Tostadus, Faber-Armachanus, vterque Thomas, & Patres concilij Colonienfis, & Bernardinus Areualus, qui hos omnes, aliosq; collegit, libro de fraterna correctione, conclusione secunda.

14 Nec obstat illa Pauli doctrina: hæreticum hominem post vnã & alteram correctionem deuita: quia Paulus apostolus non ad quoscunque sententiam illam dixerit, sed ad Titum episcopum: ad què ex officio attinebat, Hæreticum corripere, & per sententiam excommunicationis vitare. Vnde verbum illud, deuita, significat, fac deitari ab alijs, ne per eum cæteri inficiantur, ut Nicolaus ly-

rannus ac diuus Thomas ibidem interpretantur. Itaque apostolus de correctione à præpositis facienda loquitur: ad quos quidem pertinet, hæreticos admonere atque corripere: deinde si correcti non fuerint ab ecclesiæ communione separare. Et hanc quoque veterum theologorum intelligentiam illius loci esse, idem Bernardinus, vir summa religione, magnaque doctrina & autoritate præditus, testis locuples est. eodem libro conclu. 6. proposit. 6.

15 Superest igitur, ut hæreticus sola charitatis lege corrigendus esset: atqui charitas bene ordinata bonum commune præfert bono particulari: bonum religionis bono temporali: denique bonum animæ bonis corporis & externis: ergo hæreticus, etiam occultus, tametsi resipuisse videatur, protinus ad inquisitores apostolicos, omiffa correctione fraterna, deferendus est: non tantum, ne alios sibi similes faciat: sed etiam ut criminum participes retegat, & ut ipse conuertatur & ab excommunicatione absoluat. Ille hæreticum occidit, qui hæreticum eum esse patitur: cæterum nostra correctio viuificatio est, ut hæresi moriens, viuat catholice fidei. Quod & alibi ex diuo Hieronymo retuli.

16 Hi ergo qui sub prætextu correctionis fraternæ occultos hæreticos non indicant inquisitoribus, & hi

De disputatione

etiam qui id alijs consulunt, vt occultatores hæreticorum, & qui officium sanctæ inquisitionis impediunt, iustis pœnis afficiendi sunt, præcipuè improbi consultores: vt malum consilium pessimum sit consultoribus.

17 Index siue denunciator alijs te-

De disputatione

- 1 *Disputandum publicè non est cum hæreticis pertinacibus.*
- 2 *Disputandum non esse publicè cum hæreticis ex Pauli epistola ad Titum colligitur.*
- 3 *Disputationem cum hæreticis alibi Paulus improbat.*
- 4 *Disputationes cū hæreticis vitandas esse docent etiam Tertullianus & alij sancti homines.*
- 5 *Lutheranorum mos cum argumētis conuincitur.*
- 6 *Disputare publicè de fide Catholica, & de ijs quæ semel definita sunt, multis cōstitutionibus atque decretis prohibitum est.*
- 7 *Disputare cum hæreticis quādo liceat.*
- 8 *Disputantes cum hæreticis quo pacto se gerere debeant.*
- 9 *Disputare quomodo debeāt inter se Viri Catholici.*
- 10 *Scribentium in hæreticos laus.*



VM hæreticis pertinacibus non est publicè disputandum, quia non sunt parati ad suscipiendam sanam doctrinam, sed contentionibus querunt occasionem, vt suas

stibus annumeratur, quia priuatum eius non interest hæreticum indicare, nisi vt vnus è populo christiano: quo casu integrum est indicis testimonium: & ita utimur. Abbas & Feli. in. c. in omni de testib. Alberti. libro de secreto. nu. 177.

Titulus. XX.

hæreses probabiles vulgo reddant. Ideo Paulus prohibet hanc disputationem dicens, noli verbis contendere, ad nil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Et ad Corinthios scribens inquit: si quis videtur esse contentiosus, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. Petrus quoque apostolorum princeps apud Clementem libro tertio recognitionum inquit, nil est difficilius, (adde etiam nec periculosius & inutilius) quàm de veritate apud permixti populi multitudinem disputare. Et rursus idem libro octauo apud eundem ait: in his, quæ humanis argumentis de fide, aut rebus diuinis tractantur, firmum nil esse potest: quis enim sermo est, qui non recipiat contradictionem? & quæ argumentatio est, quæ non possit alia argumentatione subuerti? & inde est, quod ad nullum finem scientiæ & agnitionis per huiusmodi disputationem peruenire homines possunt, prius-

Titulus

XX.

83

priusque fines vitæ inueniunt, quæ quæstionum: oportet igitur in captiuitatem redigere intellectum in obsequium Christi, & non humanis ratiunculis & argumentis herere. 2. Timo. 2. & prioris epistolæ ad Corin. cap. 2. & posterioris ad eosdem cap. 10.

- 2 Hoc quoque ad Titum scribēs Paulus non obscure prohibet, inquiens, hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuitā, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & peccat, cum sit proprio iudicio condemnatus. Post correptionem dixit, non post vnam & alteram disputationem: nec enim est nobis cum illo disputandum, quem vitare debemus, quem scimus esse subuersum, & suo ipsius iudicio damnatum. Quæ Apostoli verba diuus Hieronymus interpretans, inquit: quare autem post primam & secundam correptionem deuitandus sit, reddit causas dicens, quod subuersus est eiusmodi, & peccat, cum sit à semetipso damnatus: qui enim semel bisque correptus audito errore suo non vult corrigi: errare existimat corrigentem: & è contrario se ad pugnas & iurgia verborum parans, cum vult lucrifacere, à quo docetur. Propterea verò à semetipso dicitur esse damnatus: quia fornicator, adulter, homicida, & cætera vitia, per sacerdotes de ecclesia propelluntur: hæretici autem in semetipsos

sententiam ferunt, suo arbitrio de ecclesia recedentes: quæ recessio, propriæ conscientiæ videtur esse damnatio. Eadem quoque verba explicans alibi Ambrosius, & hæreticum Iudæ conferens ait: ipse enim se damnat hæreticus, cum de ecclesia ipse se projicit, & de cœtu sanctorum nullo compellente procedit: ipse enim ostendit quid mereatur à cunctis, qui suo iudicio separatur à cunctis. Ipse inquam se damnat hæreticus, quia cum omnes criminosi, episcopi sententia projiciantur de confortio christiano, hæreticus cuncta præueniens, sententia suæ voluntatis abijcitur: tali inquam hæreticus, quali Iudas pœna damnatur, vt idem sui, & reus sit sceleris, & iudex sit ultionis. epistola. ad Titum capite tertio, & illic Hierony. Ambrosius sermone. 50.

- 3 Eandem disputationem improbat alibi Apostolus dicens, si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ superbis, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones blasphemie, suspitiones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantes quæstum esse pietatem. Sunt quippè hæretici isti, cum qui-

De disputatione

bus disputare prohibemur, de quibus idem Apostolus alia in epistola scribit, mali homines & seductores, qui proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes. Sapientissimè igitur maiores nostri in decimo quarto concilio Toletano dixerunt: caueamus hereticorum muscipulas: non nobis inanum questionum tendicula preparemus, quibus inanis gloriæ cupidi, discutere audemus, quæ summa sunt: nec enim quæ sunt diuina discutienda sunt; sed credenda: non enim se Deus discutere iubet, sed credere. Credimus ergo non sensibus nostris, sed indubitatis conciliorum priscorum dogmatibus. 1. Timo. vlti. & 2. ad eundem capite tertio. concilio Toletano decimo quarto, capite 10.

4 Ad hæc, Tertullianus libro de præscriptionibus aduersus hereticos, eleganter docet, vitandas esse disputationes istas, post alia dicens, quod huiusmodi disputationibus, non modò non conuertuntur heretici sed audaciore etiam redduntur: & in ipso congressu firmos quidem fatigant, infirmos capiunt, medios cum scrupulo dimittunt. Chrysostomus quoque in Mattheum scribit, malitia frequenter quidem vincitur, nunquam autem placatur. Audi ergo homo fidelis, qui contra hereticum, libenter contendis. Si pharisei victi placati non sunt: & tu certando contra hereticum potest

cum placare, cum vinceris? nunquid fortior Christo es, & quos ille non placauit, tu placabis? Et Sifinius, apud Socratem libro nono historiae tripartitæ, imperatori Theodosio prudentissimè consuluit, vt ne cum hæreticis disputari permitteret, quia disputatione non solum schismata non vinceret, sed etiam hereses ad contentiones maiores adduceret: vnde Paulo post cognouit imperator confusionem hereticorum, & quòd in disputatione solummodo, & non in antiquis expositionibus confidebant. Et vt inquit Augustinus contra Faustum, non disputare amant heretici, sed quoquo modo superare impudentissima pertinacia, vt congregent quæ non pepererunt. Ad postremum, diuus Bernardus eleganter & verè super canticum inquit, nec rationibus conuincuntur heretici, quia non intelligunt: nec authoritatibus corriguntur, quia non recipiunt: nec flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt. Probatum est mori magis volunt, quàm conuerti: horum finis interitus: horum nouissima incendiū manet. Prætereo multa in eandem sententiam, quæ Gregorius, Leo magnus, alijq; tradiderunt. Chrysostomus, in Mat. homilia 42. operis imperfecti Col. 8. libro nono. histo. tripart. cap. 19. Augustinus libro decimo tertio contra Faustum capite duodecimo. Bernardus super canticum homilia. 66. Gregorius libro octauo

Titulus.

XX.

84

octauo moralium, cap. secundo: Leo tribus epistolis. 48. & 73. & 76. Nicephorus libro octauo, eccle. histo. capite. 13.

5 Cum lutherani, alijq; huius temporis hæretici, argumentis deprehendantur, mirum est vt se expediant dicendo: nam sicuti quidam eleganter scripsit, primùm lingua implacabiles sunt, deinde more parthico fugitiuam pugnam exercent, iaculantur verba, clamant, vociferantur, viros se euangelicos dicitant, cæteros sophistas obstreperos, boues cyprios, asinos anthronios, sues boeticas, pecora archadica: ne multa, fungos & lapides appellant. Quod si verbis diuinæ scripturæ eos premas, statim mendosum esse codicem, sinistreq; versum, homines atque deos ingenti clamore testantur: quærent exemplaria græca, ex græcis in hebraica, ex hebraicis in chaldaica desultoria leuitate desiliunt. Quæ si paululam aduersa animo reperiant, còtinuò deprauata esse omnia quæ runtur, lacera, hiulca, dissidentia, lacunosa: typographos maledictis incessunt, accusant etatem, characteres emendant, hisq; flexibus totam scripturæ veritatem eludunt. Quæ cū ita sint, ne in concilijs quidem vniuersalibus est cum hereticis disputandum: nã vt noster Sepulueda quadã in epistola scribit, religionis morūq; summã in huiusmodi controuersia paucorum doctorum hominū disputationi, &

quasi certamini æquatis vtinque classibus, pontificis maximi voluntate permitti, nonne simile est, ac si quos capitalium & manifestorum scelerum reos, quos liceat iustissimis legib; grauissimè & cū summa authoritate damnare, summus magistratus sic suam causam gentes audiat, vt crimina planè confessi, in leges receptas, sacrosanctasque argutè disputent, & cum iustitia & innocentia virtutes omnes in discrimen vocent? eademque de vetere sua, paternaque possessione, iudicibus quoque damnatis, pellere nitantur? Adde quòd isti principia fere oia theologica negant: & contra negantes principia disputandum non esse, perspicuum est. Canus lib. 3. de locis theologicis cap. 2.

6 Multis constitutionibus atque decretis prohibitum est, ne quispiam publicè de fide catholica disputare audeat: nec ea, quæ semel definita sunt, iterum in dubium reuocet. Nam iniuriam facit legumlatori, qui semel iudicata & rectè disposita reuolueret & publicè disputare audeat. Quòd si decreta salubriter, cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quoque prorsus errores stabile persisteret ecclesie constitutum: ac semper ipsdem furoribus reciduis omnis integra definitio turbaretur, quæ admodum Gelasius ad episcopos Dardaniæ sapienter scripsit. Non igitur verbis & disputatione agen-

De disputatione

dum est cum pertinacibus impijs, sed vinculis & carcere & igne. l. 3. C. de summa trini. l. 2. de his, qui super religiōe cōtendunt. C. Theodo. actio. 3. & 6. consilij chalcedonen. c. 2. §. 1. de hærēti. lib. 6. regia. l. 46. tit. 5. parte. 1. cap. maiores. 24. quæst. 1. Eusebius lib. 12. præpara. euange. cap. 1. Ficinus libro de religione christiana cap. 3. Brunus lib. 6. de hærēti. cap. 8. Alberti. lib. de agnoscen. assertio. catholi. quæst. 13. Sepulveda epistola. 31. Godofre. in. l. vlti. C. de hærēti.

7 Interdum tamen licet cum hærēticis disputare, vt gloria Dei manifesta fiat, & veritas catholice fidei defendatur: postremò vt hærētici confundantur, & conuertantur. Quamobrem Paulus ad Titum scribens ait, oportere vt episcopus doctus sit, vt exhortari sciat in sacra doctrina, & eos qui contradicunt arguere possit. Vnde ipsemet Paulus, sicut in actis apostolorum traditur, cum Iudæis & Gentibus ardētissimè disputauit: verum ea disputatio fieri debet coram doctis tantum viris: & necessaria sūt ad eam rem, causa, locus, tempus, modus, & alię circūstantiæ iustæ. Quemadmodum Hermas & Brunus luculenter docent. Ad Tit. 1. actio. 17. Hermas lib. 2. de instauran. religio. cap. 7. & deinceps. Brunus lib. 3. de hærēti. cap. 12. cum seq. Bernardus super cantica sermone. 64.

8 Illud autem videtur esse præci-

puum in his, qui disputare debent cum hærēticis, vt non solum argumentorum subtilitate, sed etiam fidei simplicitate nitatur: ea enim ipsos etiam disputantium animos potenti quadam virtute rapit & impellit: quod exemplis memorabilibus confirmat Ruffinus lib. 10. ecclesiasticæ historiæ cap. 3. Nicepho. lib. 8. cap. 15. & lib. 15. cap. 23. & historiæ tripartitæ lib. 2. cap. 3. & deinceps Brunus lib. 3. de hærēti. capite. 12.

9 Viri autem catholici, vt eruditiores ac disertiores fiant, licite inter se disputare possunt, de quibuscunque rebus: quia eorum intentio iusta est, & habet circūstantias debitas. Non tamen vocare debent in dubium veritates fidei, nec publicè disputando defendere propositiones hærēticas, aut scandalosas, nec illas, quæ vires excēdunt audientis populi, & in quib⁹ errari facile potest. In summa publicè disputandum non est, de rebus diuinis irreligiosè aut pertinaciter, nec scurriliter aut precaciter: nec ita vt iuxta Publij Mimi senariolum, nimium disputando veritas amittatur. Quod Origenes sapienter admodum improbat: Cicero libro secundo de natura deorum inquit: mala & impia consuetudo est contra deos disputandi, siue ex animo id fiat, siue simulatè. Origenes in exodum homilia. 10. Macrobius libro secundo. saturnalium. Gellius lib.

17. cap.

Titulus

XIX.

85

17. cap. 14. Pet. crinitus lib. 2. de poetis latinis cap. 24.

Sed quamuis nō semper liceat cum hærēticis disputare, semper tamen laudabile est, contra hærēticos piè, doctè, ac prudenter scribere: quod sanctissimi & eruditissimi viri cum magna ecclesiæ utilitate, multis voluminibus semper fecerunt. Beatos ille putauit eos, quibus deorum munere datum esset, aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimos verò, quibus vtrunque ego autem il-

De diuinat. & reuelat.

- 1 Quid sit diuinatio, & quo modo per naturam haberi non possit.
- 2 Proponuntur causæ præcognitionis rerū futurarum.
- 3 Præcognoscere futurorum euentum, solius Dei est.
- 4 Præterita & futura præcognoscere opus Dei est, & humana prudentia captum excedit.
- 5 Natura suæ subtilitate, & longa rerum experientia, aliqua euentura demones prænoscent.
- 6 Dubitandum non esse, vaticinia, incantationes, diuinationes per demones hominibus concedi.
- 7 Quo pacto pestiferas diuinationis artes demones docere solent.
- 8 Quibus noxijs artibus demones, hominibus curiosis illuserint.
- 9 Quibus in rebus vani homines diuinabant.
- 10 De diuinationibus inquisitores apostolici cognoscere nequeunt.
- 11 Cum rebus sacris diuinatores abutuntur, ipsorum cognitio ad iurisdictionem inquisitorum pertinet.
- 12 Qui demones vocant ad cognoscenda

los iudico longè beatiores, qui pro fide catholica tuenda, & extirpandis hærētib⁹, piè atque eruditè scripserunt. Cetera quæ hic dici possent, apud alios fusius frequenter inuenies. Plinius tacito libro sexto epistolarum. Stobæus Sermone de imprudentia. Gerson de laudibus scriptorum. Alex. 2. parte quæst. 140. Tho. & Cayeta. 2. secunda quæst. 10. arti. 7. ecchi. in enchiridio capite 28. Alfon. libro primo de iusta hærēti. punit. cap. 19. cum seq.

Titulus XXI.

- futura, tanquam hærētici ab inquisitoribus sunt puniendi.
- 13 Aduersus eum qui demonem inuocat, ad tentandam pudicitiam mulieris, tanquam contra vehementer suspectum inquit poterit.
- 14 Qui ea quæ sunt homini cognitu impossibilia, in spectatione siderum diuinant, puniri possunt.
- 15 Qui presentia vel præterita occulta reuelant puniendi sunt.
- 16 Sacrificijs paganorum vtentes, & qui haruspicem, aut hariolum, consulunt, acerbiori supplicio sunt puniendi.
- 17 Inuehitur Pacuius in eos qui linguam auium intelligunt.
- 18 Quidquid dixerint physiognomonici, circulatorum vates, manuspicæ, putandum est falsum.
- 19 Homines res futuras præfagientes, nequaquam consulendi sunt.
- 20 De pœna quam Deus ponit, magis ariolis, aruspicibus.
- 21 Quibus supplicijs debeant puniri, vaticinatores qui se Deo plenos assimulant.
- 22 Illicita perscrutantes, finem alienæ salutis inquirentes, quæ pœna puniantur.

L 5 Quibus

- 23 Quibus poenis inquisitores debeant afflicere diuinatores.
- 24 Suspecta debent esse reuelationes fatui, aut improbi, vt in exemplo demonstratur.
- 25 Quibus de causis reuelationes, maiori ex parte mulieres quam homines habere soleant.
- 26 Reuelationes illa, quae sacra scriptura non probantur praesertim cum supernaturales sint: suspecta esse debent.
- 27 Adducuntur aliquot signa quibus pseudo propheta cognoscatur.
- 28 Quibus signis cognoscantur, reuelationes quae a Deo proueniunt.
- 29 Reuelationes inutiles a Deo non sunt, ideo pseudo propheta examinandi & puniendi sunt.



Hrysippus diuinationem esse definit, vim cognoscentem, videntem & explicantem signa, quae a dijs hominibus portenduntur. Et Cicero diuinationem est inquit, earum rerum, quae fortuita putantur praedictio atque praesensio. Sed haec fallax prophetia, est iniusta usurpationem cognitionis futurorum euentuum, vel praeteritorum, aut praesentium occultorum: & enunciatio eorum, quorum notitia per naturam haberi non potest, nec ab ipso Deo reuelata est. Cayet. in summa. verbo diuinationem. Alфонsus lib. 1. de iusta haereti. punit. cap. 13.

2 Causae autem futurorum tripliciter se habent. Quaedam enim producant suos effectus semper & necessario: quam ob rem praenosci possunt ex consideratione suarum

causarum: & hoc modo praedicunt astrologi eclipses futuras: aliae vero causae producant effectus non semper, sed plerumque: & ideo illarum effectus praenosci non queunt certo sed probabiliter: quemadmodum astrologi per considerationem stellarum praedicunt nonnunquam pluuiam vel siccitatem: & medici ex signis morborum plerumque cognoscunt mortem egroti, vel sanitatem.

3 Aliae sunt causae quae non habent operationes certas & uniformes, & ideo effectus harum praenosci non possunt per considerationem causarum, nec praesciri queunt, nisi in se ipsis considerentur: quod solius Dei est, qui vt inquit Paulus epistolae ad Romanos cap. quarto vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt. Quamobrem nemo potest usurpare cognitionem futurorum euentuum, nisi demonis arte. Augusti. lib. 10. de ciuita. Dei capite duodecimo. & libro vndecimo, capite vigesimo primo: Alex. ales. 2 parte quaest. 84. Thomas 22. quaestio. 95. & opusculo. 26. de iudicijs astrorum. plenius Michael medina libro 2. de recta in Deum fide cap. 1.

4 Multa hominis afflictio (inquit ecclesiastes cap. 8.) quia ignorat praeterita, & futura nullo scire potest nuncio. Et Esaias cap. quadragesimo primo, annuntiate quae ventura sunt, & sciemus quia dii estis vos: & Isocrates oratione contra sophistas: omnibus perspicuum esse

esse arbitror, futurarum rerum praenotionem non esse nostri ingenij, sed humanae prudentiae captum vsque adeo excedere, vt Homerus, opinionem sapientiae maximam consecutus, etiam Deos interdum de futuris deliberantes introduxerit. Et Chrysostomus in euangelium Ioannis homilia. 18. hoc vel maxime Dei opus est, quod neque daemones imitari possunt, quamuis maiorem in modum adnitantur. In miraculis enim saepe sub veritate umbra decipi possumus. Praedictio futurorum immortalis Dei duntaxat opus est. Quod si quando daemones aliquid praedixerunt, stultum & incautum vulgus deciperunt: eorum namque vaticinia passim falsa deprehenduntur. Et inibi Theophylactus cap. 1. maxime potens est Prophetia, & efficacior miraculis ad alliciendum quosdam ad fidem: daemones enim etiam possunt miracula simulare, & apparenter facere: praescientiam autem futurorum, & praedictionem euidentem nullus habet, neque angelus, & quanto minus daemones? addo Pacuianum illud: si qui, quae euentura sunt, praevideant, equiparent Ioui.

5 Dixerit fortasse quispiam, si daemones futura non praevident, qui fit, vt nonnunquam diuinatores euentura praedixerint? nam ea quae daemones ignorant, non possunt docere diuinatores. Cui respondet beatus Augustinus, libro de diui-

natione daemonum: quod naturae suae subtilitate & longissima rerum experientia, & nonnunquam bonorum angelorum reuelatione, praenoscunt daemones aliqua euentura, quae suos discipulos ad eorum & aliorum perditionem docere solent. c. sciendum. 26. quaest. 4. Lactantius libro secundo diuina instituta. cap. 17.

6 Igitur dubitari non potest, quin daemones sint authores diuinationum: quod & Plato non ignorauit, qui fatetur in conuiuio, vaticinia, incantationes, diuinationes & magiam, per daemones hominibus concedi, atque id ipsum Apuleius confirmat, libro de Deo Socratis. Et Origenes in librum Iob, inquit, diabolus est author diuinationis, & naturae subtilitate atque agilitate nonnunquam futura reuelat. Maleficia, auguria, diuinationes, phylacteria, & incantationes, diaboli sunt seductiones: demonum sunt irrisiones: idololatriae sunt scelerum animorum infatuatio, atque cordium scandalum. Vide illum lib. 1. in Iob, Colof. 40. & super numeros homilia. 13.

7 Pestiferas autem diuinationis artes daemones docere solent eos, quos vident esse curiosos praescienti futurorum euentus: nam vt Basilius inquit, concione habita in lacis: multiformes sunt diaboli versutiae: ad quod procliuiorem viderit, ad illud proprijs inescationibus utitur. Et vt Leo, Isidorus, Bernardus & alij

& alij tradunt, ex ea parte hominē diabolus tentat, ex qua cum per ex crescentem humorem facile ad vitia inclinari conspicit. Leo sermo ne. 7. in natiuitate Domini. Isidorus lib. 3. de summo bono capite 5. Bernardus lib. de ordine vite prope finem Chryso. in priorē Pauli episto. ad Thessalo. homilia 9.

8 Vnde factum est, vt mille noxijs artibus demones hominibus curiosis & prauis illuserint, pollicentes futurorum cognitionem varijs modis: per peluim enim fiebat vaticinatio, quam lecanomantiam appellant: accipiebant vaticinantes peluim aqua plenam, & carminibus quibusdam adhibitis demones in peluim atrahebantur, & in ipsa vnda oberrantes exilem sibilū infusurrabāt, quo futura prenoscipossent. Hi enim spiritus vocem pretenuem emittunt, quo ipsi demones minus intelligantur, & obfcuritate rei facilius hominum votis imponant. Pet. crinitus lib. 6. de honesta disciplina cap. 11.

9 Diuinabāt quoque vani & impij homines per ignem & fumum, per aues, per colloquia mortuorū, per arreptitios, per iudiciariam astrologiam, per magiam, per fortilegia, & per mille alia inania signa. Sed ea omnis diuinatio ex operatione demonum prouenit: vel quia expressē demones ad eam re inuocantur, vel quia illi se ingerūt vanis inuestigationibus, vt mentes hominum erroribus imbuantur

& vanitatibus implicētur. Augusti. sermone. 241. de tempore. c. igitur 26. q. 4. Alex. ales parte. 2. q. 185. Tho. 2. 2. quæst. 95. Cælius lib. 2. lectio. antiqua. cap. 13. cum seq. Barro. sybilla in speculo peregrina. quæstionum decadis. 3. cap. 9. quæstio. 2. Michael medina lib. 2. de recta in Deum fide cap. 7.

10 Inquisitores apostoloci de diuinationibus cognoscere nequeunt, nisi hæresim sapiant manifestē: sed ipsos diuinatores relinquere debent suis iudicibus puniēdos. Hoc tamen sic accipiendum est, vt tūc demum diuinatores ab inquisitoribus non puniantur, cum illi sola animi leuitate diuinant: id enim non tan hæresis est, quam phrenesis. c. accusatus. §. sane de hæreti. libro sexto.

11 Nam si sacramentis aut rebus sacris diuinatores abuterentur, aut nefarijs precibus demones inuocarent, aut funesta sacrificia illis offerrent, aut pacta cum eis facerent, ad iurisdictionem inquisitorum pertinerent: tum quia ista hæresim sapiunt: tum etiam quia vt Alexāder theologus inquit, hi qui talia committunt, facile à demonibus trahuntur ad infidelitatem. Alex. ales parte. 2. q. 184. cap. igitur. 26. q. 3. & in summa eiusdem causæ. q. 5. Cayeta. 2. 2. q. 95. arti. 3. Alfon. lib. 1. de iusta hæreti. punit. c. 13.

12 Hi quoque qui demones inuocauerint ad cognoscenda futura, puniēdi sunt ab inquisitoribus tanquam

quam hæretici, quia demonibus tribuunt id, quod solius Dei est. Et vt ait Gratianus, est quoddam genus culturæ idolorum ex demonum consultationibus futura prædicere. Nam qui futura ex demonū consultatione, vel quibus libet prestigijs inuenire laborant, hidiuinitatis iura creaturis attribuūt. Futura enim prenoscere solius Dei est, qui in sui contemplatione etiā angelos interdum illa præscire facit. Vnde Esaias inquit, priora & nouissima annunciate mihi, & dicam, quod Diu estis. In summa. 26. quæst. 5.

13 Sunt autem qui dicant, non fore hæreticum eum, qui dæmonem inuocaret ad tentandam podicitiam alicuius mulieris, vel ad aliud facinus nō alienum à potestate demoniorum: nam vt aiunt, si se dæmoni non subiciat, nec hæresim misceat, cum non habeat intellectus errorem, non erit hæreticus. Sed quamuis hæc ita sint, tamē aduersus eum inquiri poterit, tanquam contra vehementer suspectum: ea enim ad apostasiam & infidelitatem pertinet. Vterque Thomas. 2. 2. q. 95. cum seq. Fran. picus lib. 4. de rerum prænotione cap. 7. Oldra. consil. 210. Domi. & Philip. in. c. accusatus. §. sane. de hæreti. libro 6. Aquilacen. de fide catho. cap. 8. cum seq. Alfon. lib. 1. de iusta hæreti. punit. cap. 13.

14 Astrologi, & hi qui syderum & natalium dierum inspectione di-

uinant ea, quæ sunt homini cognitu impossibilia, suspectissimi sunt de societate demonum expressa vel tacita: quam obrem cōprehendi & puniri possunt ab inquisitoribus. Nam & si nonnunquam vera prædicant: id tamē Deus fieri permittit ad tentandos eos, quos ita erudiri opus est, vel decipi iustum est. c. sed & illud. 26. q. 2. cap. igitur. q. seq. Eusebius libro 14. præparat. Euangelicæ cap. 4. Augustinus libro 2. de doctrina christiana capite 21. Gerson in trilogio astrologiæ propositione. 11. cum seq. & in tractatu de respectu caelestium syderum. Ioan. Picus libris contra astrologos. Alciat. in. lib. de verbo. signifi. Casseneus in catalogo, parte. 10. consideratione vlti.

15 Illi præterea puniēdi sunt ab inquisitoribus, qui præsentia, vel præterita occulta reuelant, quæ ab eis tunc naturaliter sciri non poterunt, ea enim dæmone suggerente nouerunt. Hi ferè sunt, qui diuinant, vbi sit res aliqua furto subtracta, & qui eodem die quo aliquid gestum est in longe distantibus locis, id ipsi enunciant ac si præsentis fuissent: qui quidem interrogandi sunt ab inquisitoribus, vnde talia nouerint, & confessi vel conuicti coercendi sunt, vt socij demoniorum.

16 Extat lex Theodosij in codice Theodosiano, sub titulo de sacrificijs paganorum, cuius hæc sunt verba: ne quis mortalium ita faciendi

De diuinat. & reuelat.

clendi sacrificium sumat audaciam, ut in inspectione iecoris, extorumque praesagio vanæ spem promissionis accipiat, vel quod est deterius, futura sub execrabili consultatione cognoscat: acerbioris enim imminebit supplicij cruciatus ei, qui contra vetitum praesentium vel futurarum rerum explorare tentauerit veritatem. Et alia lex ait, nemo aruspice[m] consulat, aut mathematicū, nemo Ariolorum, Augurum & Vatum praua confessione conticescat. Chaldei ac Magi & cæteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuò diuinandi curiositas. Etenim supplicium capitis feret, gladio ultore prostratus, quicumque iussis nostris obsequium denegaue- rit, l. nemo. C. de maleficis.

17 Contra hos fallaces diuinatores inquit Pacuuius: istos qui linguam auium intelligunt, plusque ex alieno genere sapiunt, quam suo, magis audiendum, quam auscultandum censeo. Et Blondus libro primo Romæ triumphantis, sordidissimos fuisse, ait gentium deos, qui in iecorum & viscerum stirquilinio sua occultauerunt consilia, hominibus ab infans sacrificulis manifesta. Et Cicero lib. 2. de diuinatione retulit vetus illud Catonis admodum scitū, qui mirari se aiebat, quod non rideret Aruspex, Aruspice[m] cum vidisset. Quota enim

res queque euenit prædicta ab istis? aut si euenit quippiam, quid afferri potest, cur non casu id euenit.

18 Multa quidem vanissima dixit Artemidorus, sed hæc rectè scripsit: quæcunque dixerint Pythagorici, Physiognomonici, talorum vates, ignium vates, circulo- rum vates, cribrorum vates, formispices, manuspices, peluium vates, mortuorum vates, ea omnia falsa, & nullo fundamento nixa putare oportet. Nam ipsorum artes tales sunt: atque ipsi ne minimum quidem vaticinationis sciunt: verum prestigij illudentes & defraudantes, exuunt ac denudant obuenientes. Vani sunt atque deceptores hi omnes, & quid quid tandem dixerint, mentiuntur. Hæc ille libro secundo de somniorum interpretatione. cap. 74.

19 Phauorinus philosophus (ut apud Gellium est) horum omnium insaniam confutauit, & tandem nullo pacto ad eundem eos, aut consulendos esse, huiusmodi argumentis lepidè concludebat. Aut aduersa euentura dicunt, aut prospera. Si dicunt prospera & fallunt, miser frustra spectando: si aduersa dicunt, & mentiuntur, miser fies frustra timendo: si vera respondent, ea que sunt non prospera: iam inde ex animo miser fies, antequam è fato fias. Si foelicia promittunt, ea que euentura sunt: tum planè du- erunt incommoda & specta-

tiote

Titulus.

XXI.

88

tio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam deflorauerit. Nullo igitur pacto vtendum est istiusmodi hominibus res futuras praesagientibus. Quamobrem Eusebius quoque docet inutilem prorsus esse diuinationem. lib. 4. de præparatione euangelica cap. 2. Gellius lib. 14. cap. 1. Crinitus lib. 8. de honesta disciplina cap. 9.

20 De pœna istorum in Leuitico cap. 20. legitur: anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Et paulo post: vir siue mulier, in quibus phytoneus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super illos. Et Phylol. lib. 1. de monarchia inquit, Moyses veritatis amator atque magister, cum sciret, idololatriam non mediocriter foueri prauis diuinationibus, totum hoc genus auersatur maxime, diuinos cunctos arcens in perpetuū à sua republica, sacrificos, expiatores, aruspices, prodigiorum procuratores, incantatores & sortilegos. Omnes enim hi coniecturis ducuntur in speciem probabilibus, easdem res aliter atque aliter interpretando: tum quia subiectum eorum non habet naturam stabilem, tum quia ipsi carent ratione accurata examinandi conceptus suarum mentium, impietatis appa-

ratus isti sunt: quare? quia qui attendit his & obsequitur, credens hinc pendere bona malaque, contemnit authorem rerum omnium: nec intelligunt, se vitæ curas committere incertissimis alituū motibus per aerem vtrò citroque volitantium, & reptilium è terræ cauernis quærendi sibi causa proreptantium: item visceribus pecudum, cruori & cassis anima cadaveribus collapsis, vt mutantur in deterius. & cætera.

21 Iulius Paulus libro. 5. receptarum sententiarum, titulo, de vaticinatoribus, inquit, vaticinatores, qui se Deo plenos assimulant, idcirco à ciuitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad spem alicuius rei corrumperetur, vel certe ex eo populares animi turbarentur: ideoque primo sustibus casti ciuitate pelluntur, persequentibus autem in vincula publica conijciuntur, aut in insulam deportantur, vel centè relegantur. Et post aliqua: qui de salute principis, vel de summa reipublicæ, mathematicos, ariolos, aruspices, vaticinatores, consulit, cum eo qui responde- rit, capite puniuntur. non nisi in

22 In codice legum Theodosij extat lex notatione digna, cuius hæc sunt verba: si quispiam spirantia: exta consulere audebit, ad exemplum maiestatis, reus licita cunctis accusatione delatus, excipiat sententiam competentem, etiā si nihil contra salutem principum, aut

de

de salute quaesierit. Sufficit enim ad criminis molem naturae ipsius leges velle rescindere, illicita perscrutari, occulta recludere, interdicta tentare, finem quaerere salutis alienae, spem alieni interitus polliceri. Legibus quoque regijs poena capitis huiusmodi scelera coercentur. l. 12. titu. de paganis libro 16. C. Theod. l. 3. cum sequentibus. C. de malef. regie leges septipartitae tit. 23. parte 7. & titu. 4. libro octauo ordinatio.

23 Inquisitores autem penis iuris pontificij diuinatores istos afficiet, anathemates, penitentia quinque menses, dignitatum suspensione, monasterij carcere, verberibus, alijsq; supplicijs proinde cuiusque crimen postulare videbitur. 26. q. 2. cap. illud. cum seq. cap. 1. & deinceps. 26. q. 5. cap. admoncant. cum seq. 26. questio. 79. q. 1. m. 1. p. 1. m. 1. p. 1.

24 Nec desunt diuinatores fatui aut improbi, qui diuinas reuelationes habere se dicunt, aut fingant: quae quidem prudentissimo cuique debent esse vehementer suspectae: nec enim bonorum angelorum sunt reuelationes sed pessimorum daemonum illusiones. Cuius rei superioribus annis cordubae visum est exemplum cunctis seculis memorandum. Quaedam enim puella ex agro cordubensi, a teneris vnguiculis in cenobio arctissimo & religiosissimo eiusdem ciuitatis inclusa, tanta sanctitatis specie fulgebat, vt ab omnibus putaretur esse sanctissima. Quae multa

retur esse sanctissima. Quae multa indies vera praedicebat, & multa passim signa faciebat, & continuis penes reuelationibus affluebat: vsq; eo, vt ciues meos cordubenses, viros quidem sagaces & cautos, per triginta, & eo amplius annos, mire suspensos sui admiratione teneret. Nec eos duntaxat fefellit, sed omnes fere christiani orbis principes eadem simulatione decepti: donec tandem graui valetudine affecta, demonem illum, cuius pestifera societate omnia illa faciebat, omnipotentis Dei gratia reuelauit, ne populo christiano diuitias illuderet. Ipsa quoque ab inquisitoribus comprehensa & ad sinum ecclesiae restituta, in aliud cenobium detrusa, vitam pie ac religiose transegit.

25 Plerumque has reuelationes habere solent mulieres fatuae vel improbae. Cuius rei tres causas afferre solent. Vnam, quia feminae humiliores sunt, quam viri. Humidum vero aptius est ad suscipiendas figuras & impressiones atque imaginationes. Alteram, quia mulieres minus prudentes sunt, quam viros, cum fingitur eis vanae speciei & apparitiones atq; visiones, non habent fortitudinem aut constantiam ad resistendum. Tertiam, quia magis quam viri affectibus abundant: & vt Aristoteles tradit, libro, de somno & vigilia: hi qui sunt in passionibus ad modicam similitudinem mouentur, & facile

facile credunt id esse verum, quod illis ita esse apparet. Quod non ignorantes daemones saepius foeminis, quam viris, vanas reuelationes suggerunt. Barto. sibylla in speculo peregrinarum quaestionum, decadis primae cap. 8. quaest. 2.

26 Richardus de sancto victore suspectas esse ait, reuelationes illas, quae sacra scriptura, aut ratione manifesta non esse probetur, praesertim cum supernaturalia vel occultissima reuelata fuerint. Tum illud addo, non diuinas eas reuelationes, quae inutiles sint, vel de rebus leuioribus & ad salutem animarum non pertinentibus. Nec enim verisimile est, Deum talia reuelaturum. Richar. in minore Benjamin cap. 81. & in canticorum expositione capite 21.

27 Duo traduntur in Deuteronomio, quibus Pseudopropheta cognosci possit. Primum quod in nomine Domini propheta praedixerit, & non euenerit: hoc Dominus non est loquutus. Alterum est, quum portentum quod Propheta loquutus est, euenerit: sed tamen ille a lege Dei recedit: tunc enim falsus Propheta est: quia impossibile est, Deum mentiri: nec Deus impijs futura reuelat. Deuteronomio decimo octauo & cap. 13.

28 Diuus quoque Petrus (apud Clementem libro quarto recognitionum) ait, quod a vero Deo

dicitur, siue per Prophetas, siue per reuelationes diuersas, semper verum est. Quod autem a daemionibus praedicitur, non semper verum est. Idem apud eundem libro tertio: ille qui a malo est, signa quae facit, nulli profunt: illa vero quae facit bono, hominibus profunt. Et Chrysostomus, siue quis alter, in Matthaeum homilia decima nona, operis imperfecti: si quis inutile fecerit signum, falsus Propheta est, quia non facit, vt alios aedificet in fide, sed vt se ostendat in opere.

29 Ex quibus omnibus, alijsque multis perspicuum est, astrologos istos qui futura praedictes, sepe mentiuntur, a demonibus esse deceptos. Tum etiam reuelationes inutiles, quae nemini profunt, a vero Deo non esse. Igitur ab inquisitoribus examinandi & puniendi sunt pseudoprophetae, & frequentes reuelationes cohibendae: quia non nisi sanctissimi viri paucas reuelationes habuisse produntur. Vide tractatus Gersonis, de probatione spirituum, de examinatione doctrinarum, parte secunda, consideratione tertia, de distinctione verarum visionum a falsis: Gasparem libro primo aduersus hereticos capite

vigesimo nono

*

M Qui

- 1 Qui contempserit ea quæ à sanctissimis & sapientissimis doctoribus concordis sententia scripta sunt, is iure hæreticus censeatur.
- 2 Quid debeat facere catholici si se aliqua ecclesiæ particula, ab vniuersalis fidei communione præciderit.
- 3 Qua ratione maiorum sententia congreganda sint, cum aliquid prophanum in ecclesia erumpere cœperit.
- 4 Memorantur diuisiones ministratiõnũ, quas Apostolus posuit prima epistola ad Corinthios.
- 5 Ad quid Deus ipse ecclesiæ, doctores dedit in opus ministerij.
- 6 Quibus signis cognoscant fideles quam doctrinam debeant sequi, & ubi Christus (qui veritas est) sit.
- 7 In illis qui ecclesiam catholicam defendunt, spiritus sanctus loquitur.
- 8 Proculdubio credendum est, fideles sanctam ecclesiam defendentes in inspiratione spiritus sancti loqui.
- 9 A maiorum sententia non est recedendum, dum in ecclesia aliquid prophanum insurgerit.
- 10 Adducuntur multorum sanctorum sententiæ ad probandum non esse deniandum à sententia maiorum.
- 11 Veram religionem apud eos querendam esse, qui christiani catholici, & integritatis custodes nominantur.
- 12 Amplectendam esse conciliorum & sanctorum sententiam multis exemplis comprobatur.
- 13 Quæ tradita sunt nobis à sanctis apostolis & à localibus concilijs, seruanda & custodienda esse.
- 14 Laudantur sancti doctores, quos catholici sequantur in ecclesia procellis.
- 15 Vnanimem esse viam certam & tutam sanctorum authorum ad conuincendos hæreticos, demonstratur.
- 16 Sanctorum doctorum authoritas & miracula multis exemplis comprobata, laudantur.
- 17 Qua de causa sacrosancta ecclesia catholica sanctorum doctorum doctrinam,

- in iuste comprobauerit.
- 18 Indubia fides & authoritas sanctis doctoribus est tribuenda, etenim sacra scriptura explanatione sancti spiritus in spiratione argunt.
 - 19 Omnis controuersia ad scripturam pertinens excitata, non aliter explicanda est quàm ecclesiæ luminaria exposuerunt.
 - 20 Quantum in religione, viris sapientissimis & sanctissimis tribuendum sit.
 - 21 Validissimum esse argumentum ab authoritate sapientum, Et ob eam causam sanctis doctoribus maximam fidem esse adhibendam.
 - 22 Sanctis doctoribus apostolicisque viris, per quos Deus ecclesiæ luminavit: magna cum ratione fides est tribuenda.
 - 23 Sanctis ecclesiæ doctoribus, qui pleni sunt spiritu sancto, non autem schismaticis credendum est.
 - 24 Apud catholicos, plus valet authoritas cuiuslibet sancti doctoris quàm omnium hæreticorum.
 - 25 Probatum esse catholicam fidem, quàm sancti doctores vno ore consentiunt.
 - 26 Improbis hæretici prauis rationibus innitentes audiendi non sunt, & ubi sancti doctores ibi Christus & veritas est.
 - 27 Quibus rationibus hæretici procaces sanctorum patrum doctrinam & authoritatem eijciant.
 - 28 Quibus modis dum aliquis errauerit eius error agnoscat.
 - 29 Ob quam causam hæretici deuitadi sint, sancti doctores sequendi & amplectendi.



Vid quid sanctissimi & sapientissimi doctores ecclesiæ concordis sententia docuerunt & scripserunt, id omne credendum est ecclesiæ traditione esse: proinde quisquis eorum consensum continet in scripturarum interpretatione, aut in doctri-

in doctrina aliqua, quæ ad fidem aut mores pertineat, is iure ac merito censeatur hæreticus.

- 2 Vincentius ille Lirinensis, libro aduictus hæreses, sapienter admodum & consideratè scribit, quid faciet christianus catholicus, si se aliqua ecclesiæ particula ab vniuersalis fidei communione præciderit. Quid utique, nisi vt pestifero corruptoque membro sanitatem vniuersi corporis anteponat? Quid si nouella aliqua contagio nõ iam portiunculam tantum, sed totam pariter ecclesiam commaculare conetur? Tunc item prouidebit, vt antiquitati inhæreat, quæ profus iam non potest ab vlla nouitatis fraude seduci. Quid si in ipsa vetustate, duorum aut trium hominum, vel certè ciuitatis vnus, aut etiam prouinciæ alicuius error deprehendatur? Tunc omnino curabit, vt paucorum temeritati vel inscitie, si qua sunt vniuersaliter antiquitus catholicæ ecclesiæ decreta præponat. Quid si tale aliquid emergat, vbi nihil huiusmodi reperiat? Tunc operã dabit, vt collatas inter se maiorum consulat interrogetq; sententias: eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus & locis, in vnus tamen ecclesiæ catholicæ communionem & fidem permanentes, magistri probabiles extiterunt. Et quidquid nõ vnus aut duo tantum, sed omnes pariter vno eodemque consensu, aperte, frequenter, perseveranter, tenuisse, scripsis-

se, docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat, absque vlla dubitatione credendum.

3 Et post plura idem Vincentius inquit, cum primum mali cuiusq; erroris putredo erumpere cœperit, & ad defensionem sui sacrae legis verba furari, ea que fallaciter & fraudulenter exponere, statim interpretando canoni maiorum sententiæ congregandæ sunt: quibus illud quodcunque exurgerit nouitium, ideoque profanum, & absque vlla ambage prodatur, & sine vlla retractatione dānetur. Sed eorũ duntaxat patrum sententiæ conferendæ sunt, qui in fide & communiõe catholica, sanctè, sapienter, constantè viuentes, doceres & permanentes, vel mori in Christo fideliter, vel occidi pro christo feliciter meruerunt. Quibus tñ hac lege credendum est, vt quidquid vel oēs, vel plures, vno eodemq; sensu manifestè, frequenter, perseveranter, velut quodam consentiente sibi magistrorũ concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo, ratoque habeatur. Hos ergo in ecclesia Dei diuinitus per tempora & loca dispensatos, quisquis in sensu catholici dogmatis vnum aliquid in Christo sentientes contempserit, non hominem contemnit, sed Deum.

4 Hæc aut probatur euidentissimè in priori epistola ad Corinthios: vbi Apostolus memorans diuisiones illas gratiarum, ministratiõnũ, &

De doctoribus ecclesiae

operationum, quas operatur vnus & idem Spiritus sanctus, diuidens singulis prout vult. Et quosdam inquit, posuit Deus in ecclesia: primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores. Vides Doctores ab ipso Deo in ecclesia positos, vt verbo & exemplo, sermone & scriptis doceant, pascantque fidelem populum. Quibus ipse dedit sermonem sapientiae & scientiae, & interpretationem scripturarum. Nec fieri vilo modo potest, vt hi omnes errent, quos Deus omnipotens, (ne nos erraremus), duces nostros, magistros, & praeceptores constituit. Alioqui non ad docendum, sed ad seducendum, non ad edificandum, sed ad destruendum positi ac missi essent. quo quid magis impium dici, fingiue potest? 1. Corin. 12.

5 Ad hoc idem Paulus in epistola ad Ephesios ait: & ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij in aedificatione corporis Christi: vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Hos nimirum doctores Deus ipse dedit ecclesiae, in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi: hoc est, vt ministrent Spiritum sanctum ceteris, & ecclesiam, quae corpus Christi

est, verbo illius edificet. Hoc autem Christus instituit, vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae: hoc est, vt his doctoribus fidem habeamus, & verè credamus in eis spiritum sanctum loqui: vitemusque ceteros, qui doceant his contraria: nisi velimus esse tanquam paruuli, semper dicentes, & nunquam ad scientiae veritatem peruenientes: semper fluctuantes, & omni vento doctrinae circumacti: quales hodie videmus esse lutheranos, & ceteros haereticos omnes. ad Ephe. 4: Roffen. contra Lutherum veritate. 6. Cathari. in secunda clau scripturarum.

6 Accedit eodem, quod veritas per Mattheum docet, his verbis: Si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilae. Docens redemptor noster fugiendas esse nouitates, & singularitates haereticorum, in super nobis ostendit, quam doctrinam sequi debeamus: nempe illam ad quam congregantur aquilae. Nam vbicunque illae congregantur, ibi veritas est, ibi Christus, & ibi corpus ecclesiasticae unitatis: quae est illarum concors sententia, idem totius corporis sensus est. Sed quae tandem sunt illae aquilae? Qui in carne praeter carnem viuunt, aut vixerunt. Quorum est, & fuit quamuis hic peregrinantium,

Titulus.

XXII.

91

regnantium, in caelis conuersatio. Quorum omne studium, omnis meditatio, omnis voluntas in lege Domini, quam & vita & moribus expresserunt. Qui signa inhabitantis in se Dei spiritus, euidentia ediderunt. Vbicunque ille aquilae congregantur, illic certum habere, esse corpus illud, cui associari, cui consentire debeas, & in quo Christum & salutem quaerere. Significantur ergo per illas aquilas, doctores sancti, qui altius ceteris volant. Et ipsum iustitiae solem acutius, & certius irreuerberatis luminibus intuetur. Matth. 24. Pignus lib. 1. hierar. eccle. cap. 5. Pagninus in isagogis ad mysticos sacrae scripturae sensus lib. 1. cap. 8.

7 Praeterea, conuestitur haec sententia ex verbis illis eiusdem veritatis per eundem euangelistam dicentis: non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Quae verba enarrans Augustinus lib. quarto de doctrina christiana, inquit: si ergo loquitur in eis Spiritus sanctus, qui persequentibus traditur pro Christo, cur non & in eis, qui tradunt discentibus Christum? Damascenus quoque ait, per spiritum igitur sanctum, & lex, & prophetae, & euangelistae, & apostoli, & pastores loquuti sunt, & doctores. An ad solos apostolos dixit Christus, non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis? An non praeter a-

postolos, quosdam, vt inquit Paulus, prophetas instituit, alios vero euangelistas, alios pastores, & doctores?

8 Deinde, Petrus apostolorum princeps in epistola canonica scripsit, Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Quod si certissime scimus euenisse, quando non dum Spiritus sanctus missus nobis erat, quid factum esse putabimus postquam in hoc negotium specialiter datus est? Nonne Dominus fecit sanctos enarrare oia mirabilia sua, quae confirmauit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua? 2. pet. 1. ecclesiasti. 42.

9 De his quoque sanctis doctoribus illud Salomonis accipere oportet, verba sapientum sicut stimuli, & quasi clauis in altum defixi, quae per magistrorum consilium data sunt a pastore vno. Quem locum tractans Hieronymus, inquit: exceptis his verbis, quae ab vno pastore sunt data, & a concilio atque consensu prolata sapientium, nil facias, nil tibi vendices: maiorum sequere vestigia, & ab eorum auctoritate non discrepes. Sunt quidem sanctorum doctorum verba firma, & immobiliter vera, sicuti Dionisius ait, & quae ab vno summo pastore Deo procedunt & per doctorum a Deo inspiratorum concilium, id est, vnanimen consensum tradita sunt. Quemadmodum Titelmanus explicat, & eleganter differit Virueus noster aduersus lutheri do-

De doctoribus ecclesie

gmata philippica prima. Ecclesiastes cap. vlti. & illic Hierony. Dionisi. & Titelma.

10 His accedunt quam plura sacrae scripturae testimonia, quae sanctorum doctorum auctoritatem haud obscure nobis commendant. Quale est illud Salomonis in pro- uerbis: ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Et illud item ecclesiastici, ne despicias narrationem presbiterorum sapientium, & in pro- uerbis eorum conuersare: ab ipsis enim discas sapientiam, & doctrinam intellectus. Non te pretere- rat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt a patribus suis: quoniam ab ipsis discas intellectu- tum, & in tempore necessitatis dare responsam. Et apud Danielem: qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates. Et in Deuteronomio: omnes sancti in manu Dei sunt: & qui a propinquant pedibus eius accipient de doctrina illius. Qui autem alij post apostolos, sunt in fide patres nostri: qui alij presbiteri & seniores sapientes: qui alij fulserunt quasi splendor, & erudierunt plures: Postremo qui alij sancti appropinquauerunt ita pedibus Dei, & de doctrina illius tam affluenter acceperunt, quam sacri doctores ecclesiae: qui semper effulserunt in ecclesia tanquam lu-

minaria magna: quorum ad huc lumen ita praefulget nobis, ut in eo ambulantes inpingere non possimus. Prouer. 22. ecclesiasti. 8. Dani. 12. Deuteronomo. 33.

Præterea doctoribus ecclesiae credimus, non ut hominibus, sed ut sanctis & illuminatis à Deo, & multis miraculis approbatis. Et qui humiles fuerunt, ac trementes sermones Dei, & mundi corde, secundum spiritum ambulantes, ea docentes, quae Spiritus sanctus dedit eloqui illis. Quos eruditissimos, sapientissimos atque uerissimos fuisse constat. In quorum mēte multiplicata fide, semper totius christiani populi fides complicata continebatur. Quod si apud eos solos quaerenda est uera religio, qui christiani, catholici, uel orthodoxi nominantur, id est, integritatis custodes, & recta sectantes, ut est apud Augustinū: & haec est religio mandata & immaculata apud Deum, uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo, ut Iacobus apostolus testatur. Apud quos alios quaerenda est ueritas, quam apud unanimes sententiam sacrorum doctorum, qui in his omnibus, praestantiores & eminentiores cunctis semper & ubique fuerunt.

12 Hanc insuper ueritatem concilia sacra saepe nobis iam olim tradiderunt. Ac primum, ueteres Hispani maiores nostri in secundo concilio Hispalensi, dixerunt: oportuit senten-

Titulus

XXII.

92

sententias subnecti sanctorum patrum qui in sacris literis ingenti gloria refulserunt, ut etiam eorum traditione per pateat ueritas. Deinde recensentur illic uerba Hilarij, Ambrosij, Nazanzeni, Basilij, Athanasij, Augustini, Cirilli, Leonis, & Fulgentij, quorum testimonijs concludunt quaestione dicentes, haec quidem, quae tam diuinae scripturae, quam etiam sanctorum patrum eloquia docuerunt, decretis nostris breuiter inserta protulimus. Et in concilio quodam Toletano decreuerunt, ut sanctorum uirorum doctrinis assentirent omnes: quia omne inquit, quod contra illos sapitur, à rectae fidei regula abhorre sentitur. Vbi & illud adijciunt, non esse amplius cum illis contendendum, qui ab eorundem patrum dogmatibus ausi fuerint dissentire. 2. concilio Hispalen. canone. 13. & concilio Toletano. 15. cap. 4.

13 Et in septima synodo generali actione prima: hoc decretum extat: qui doctrinas sanctorum patrum, & traditionem catholicae ecclesiae contemnunt, execratio. Et in fine quintae actionis, lectis fragmentis scriptorum ecclesiasticorum, tota synodus proclamauit: diuinae loquorū patrum doctrinae nos correxerunt: ex illis haurientes, fidem & ueritatem potati sumus: illos insequentes, mendacium persequuti sumus. Et actione sexta inquit Epiphanius, gloriosos doctores, uita monumenta ecclesiae dicere possumus. Et paulo post,

quo modo ea, quae sancti patres non probauerunt, nos qui circa finem seculorum occurrimus, & indigni sumus, ut discipuli eorum uocemur, recipiemus? haec ille tomo quinto. Accedit octaua synodus generalis canone primo his uerbis: regulas quae sanctae, catholicae, & apostolicae, tam à sanctis apostolis, quam ab orthodoxis uniuersalibus, nec non & localibus concilijs, uel etiam a quolibet de illoquo patre, ac magistro ecclesiae traditae sunt, seruare, ac custodire profiteamur: quibus & propriam uitam, & mores, & omnem sacerdotij catalogum regamus.

14 Ostendimus haecenus ex literis sacris, & sanctis synodis quanta sit, & esse debeat auctoritas sanctorum doctorum: nunc autem ab ipsis met patribus eandem ueritatem doce- bimur. Ac primum diuus ille Hieronymus in commentarijs ad librum Iob, inquit. Sancti doctores ecclesiae nubes esse dicuntur, qui aquas euangelij portat populis effundendas, & gubernandas à spiritu sancto deferunt, ut irrigentur terrae populorum, & de hac caelesti pluuia, uirtutum fruges spirituali operatione multiplicentur. Et paulo post: hi sancti à spiritu sancto ita distincti sunt gratiarum donis, tanquam sydereis luminaribus. Et in Daniele ait, periculosum esse, de magistrorum ecclesiae iudicare sententijs, & alterum praeferre alteri. Et alibi de Hilario

M 4 loquens

loquens, inquit, Hilarius beatus antistes, & ut ita dicam, inter procellas mundi magnus sustentator ecclesiae. Deinde Augustinus libro secundo contra Iulianum pelagianum de Ireneo, Cypriano, Basilio, Ambrosio, aliisque sanctis doctoribus scribens, ait: isti episcopi sunt, docti, graues, sancti, veritatis acerrimi defensores: in quorum ratione, eruditione libertate, quae tria bona iudicibus tribuuntur, non potes inuenire quod spernas. Hos excellentiores suos dispensatores per diuersas aetates temporum, locorumque distantias sicut Deo placet, atque expedire iudicat, ipse dispensat. Et post paululum: catholicam fidem in lacte suxerunt, in cibo sumpserunt, cuius lac & cibum paruis, magnisque ministrauerunt, quam contra inimicos apertissime, atque fortissime defenderunt. Talibus post apostolos, sancta ecclesia plantatoribus, rigatoribus, aedicatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Hiero. in Iob cap. 26. in Dani. cap. 9. & in psal. 57. Nicephorus lib. 12. cap. 15. Vincentius lirinensis lib. aduersus haereses fol. 7. & 49. Canus libro. 7. de locis theologicis cap. 3.

15 Ad haec Alexandrinus apud Theodoritum in historia tripartita ad Alexandrum constantinopolitanum scripsit: sicut nos diuinae scripturae docent, vnum sanctum spiritum confitemur, qui repleuit & veteris testamenti sanctos ho-

mines, & noui sacratissimos praecipitantes. Longum esset omnia persequi, quae sancti doctores in laudem maiorum suorum, & in commendationem autoritatis eorum tradiderunt: qua sola saepe multa profana haereticorum dogmata confutarunt. Est enim eorum sententia vnanimis, via certa & tuta ad conuincendos hereticos, & in ecclesia firmum Spiritus sancti magistrum. Quod verbis & factis testatur Basilius, Hieronymus, Eusebius, Leo, Bernardus, & innumerabiles alij. lib. 1. histo. triparti. c. 14. Basilius libro contra Amphilochoium. Hiero. contra Heluidium. Eusebius lib. 5. ecclesiasti. histo. c. de libellis. 20. distin. c. sunt quidam. 25. quest. 1. Bernar. episto. 77. Leo, Agatho, & alij relati a Martino Aiata libro de diuinis & ecclesiasti. traditio. tit. de publico catho. eccle. magisterio Gaspar quoque lib. 2. aduersus haereticos arti. 6. Canus. lib. 4. de locis theologicis cap. 4.

16 Miracula item maxima, plurima, atque verissima, (quae signa sunt euidentia diuinae voluntatis) horum doctorum autoritate haud obscure comprobant. Hi enim sacri doctores, ut est apud Damascenum, illuminatricem Spiritus gratiam adepti: tum miraculorum virtute: tum sermonis gratia, obscuratos illuminarunt, & errore deuos conuerterunt. Et ut Logolij verbis utar in elegantissima ad lutherianos oratione: horum etiam iam vita de-

functo-

functorum gratia, & mortuos reuixisse, & caecos oculorum usum recepisse, & varijs ex morbis laborantes, furijque etiam exagitatos mortales multos, potestati, valetudinique suae restitutos esse, exploratum habemus. Cur autem Deus omnipotens hos patres, & ecclesiae doctores, tot tantisque miraculis approbavit, & illustravit: nunquid ut nos deciperet? nunquid, ut illi nos seducerent, & in multas haereses praecipitarent? absit: imò ut nos docerent, & in viam veritatis reducerent. Ricardus de sancto victore libro primo de trinitate, cap. 2. inquit: nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus: Domine si error est, à te ipso decepti sumus? nam ista in nobis tantis signis & prodigijs confirmata sunt, talibus quae non nisi per te fieri possunt certè à summæ sanctitatis viris sunt nobis tradita, & cum summa & authentica attestacione probata, te ipso cooperante & sermone confirmante sequentibus signis.

17 Præterea oves Christi vocem eius cognouerunt semper in his sanctis doctoribus: quorum doctrina perpetuo spirat vnctionem illam Spiritus sancti: qui loquutus est, & quotidie loquitur per os sanctorum

doctorum. Ad extremum, sacrosancta catholica ecclesia, quae cum sit columna & firmamentum veritatis, nec fallere, nec falli potest: horum scripta probavit: horum quoque doctrinis perpetuò membra eius instruuntur & illustrantur: hos ipsos doctores tanquam iustos & legitimos filios ipsa suscipit & amplectatur. Hos compertum habemus, nil credidisse aliud, quam quod credidit catholica Christi per orbem ecclesia, cuius extiterunt membra non vulgaria, imò praecipua, imò columnae quaedam. Proinde quidquid vno sensu & consensu hos tenuisse inueneris: eum catholice ecclesiae, verum & catholicum sensum, veram sententiam, veram fidem, absque vilo scrupulo teneas. Cum hos audis, ecclesiam audis. *Horum concordem sententiam, puta ecclesiasticam esse traditionem.* Vide Alber. pighium libro. 1. ecclesiasti. hierar. c. 3. & lib. 2. cap. 7. & lib. 6. cap. 3.

18 His igitur sanctis doctoribus, quemadmodum in ceteris omnibus, sic etiam in interpretatione sacrae scripturae, in dubia fides & autoritas tribuenda est. Non enim naturaliter acquiritur intelligentia scripturarum, sed donum Dei est, & viris sanctis diuinitus conceditur. Nam ut Hieronymus in proemio commentariorum in Oseam inquit: in explanatione sacrae scripturae, Sancti Spiritus inspiratione agemus, ut cuius instinctu scripta

M 5 est

De doctoribus ecclesiae

est eius reuelatione p̄adatur. Quis autem, nisi mentis inops, negare possit, sacros ecclesiae doctores p̄ ceteris omnibus abundantiorē spiritum sapientiae & intellectus habuisse? Hi namque pars magis eximia ecclesiae semper fuerunt: qui non solum eruditione, verum etiā vitae sanctimonia, velut sydera quaedam effulserunt: quibus ceteri fideles in sensu scripturarum vnicē fidem habuerunt, tanquam viris Spiritu sancto plenis, qui nobis succum, & latentem in sacra scriptura spiritum exhibuerunt. Qui non à semetipsis interpretationes acceperunt, sed secretis inspirationibus Sancti spiritus illustrati, dubia scripturarum nobis aperuerunt. Quorum doctorum, ut inquit Augustinus, illustris doctrina est & memorabilis & venerabilis cōfessus atq; consensus. lib. primo cōtra Iulianum pelagianū. Gaspar libro primo aduersus haereticos capite quinto, & libro secundo arti. 2. capite decimo quarto, Canus libro. 7. de locis theologicis cap. 3.

19 Inde illud est, quod in sexta synodo generali diuinitus tradiderunt patres, his verbis: si ad scripturam pertinens aliqua controuersia excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quam quomodo ecclesiae luminaria, & doctores suis scriptis exposuerunt: & maiorem ex his laudem assequantur, quam si quae à se dicuntur, com-

ponant. Per p̄dictorum enim patrum doctrinam, populi ad eorū, quae sunt bona & exoptanda, & inutilia ac reijcienda, cognitionem venientes, vitam in melius componunt. Et in concilio Lateranensi sub Leone decimo, p̄cipitur concionatoribus, ut euangelicam veritatem & sanctam scripturam, iuxta declarationem & interpretationem doctorum, quos ecclesia, vel vsus diuturnus approbavit, p̄dicent & explanent: nec quicquam eis contrarium, vel dissonum adijciant. Nouissimē patres in concilio tridentino, ad coercenda petulantia ingenia decreuerunt, ut nemo suae prudentiae innixus, contra vnanimen consensum patrum scripturam sacram interpretari audeat sexta synodo generali canone decimo nono concilio Lateranensi sessione vndecima concilio Tridentino sessione. 4.

20 Quod si peritioribus, & prudentioribus, & magis expertis, in quacunque scientia & arte plurimum tribuendum est: si grauior & validior est, (quemadmodū pro Plancio dixit Cicero) decem virorum bonorum sententia, quam totius multitudinis imperitiae. Si non secus debent omnes vsu peritorum, maiorumque natu, ac prudentum, fidem adiungere sententijs, ijs etiam quae probari nō possunt, quam ijs quae sunt ratione conclusae, nam quoniam vsu & exerci-

tatione,

Ticulus

XXII.

94

ratione, quasi aspectum quendam sunt adepti, facile rerum causas & principia cernunt: ut ait Aristoteles libro sexto ethicorum. Quantū in religione tribuendum esse putabimus viris sapientissimis, sanctissimis, & Spiritu sancto plenissimis? impossibile sanē est, ut inquit in Timeo Plato, deorum filijs, id est sanctis, fidem non habere, licet nec necessarijs, nec verissimilibus rationibus eorum oratio confirmetur. Vide Augustinum lib. de vtilitate credendi. cap. 12. Aristoteli libro 6. ethico. cap. 11. Boetium lib. 1. topico. l. semel. C. de re milita. lib. 12. & illic Bar. Lucam & alios.

21 Hipocratis auctoritati acquieuit antiquitas ut est apud Iulium Paulum. Et Cicero de Platone loquens libro primo tusculanarum quaestionum, inquit: ut enim rationem Plato nullam afferret (vide quid homini tribuam) ipsa auctoritate me frangeret. Vnde Salomonius hanc insipienter ait, validissimum esse argumentum ab auctoritate sapientum, vbi ratio naturalis deficit: & eorum sententijs standum, alioqui non esset differentia inter sapientem & eruditum. Quae cum ita sint, ac de prophanis hominibus non omnino peritis, passim recipiantur à multis. Quid dicere possumus, de sanctissimis ecclesiae doctoribus, qui proculdubio sunt omnium christianorum, atque omnis memoriae clarissima lumina? quorum fuerunt pectora

sacro spiritu plena: & qui nouerūt ea, quae ut inquit Hieronymus, doctus Plato nesciuit, quae Demosthenes ignorauit: l. septimo mense. de statu homi. & illic Salomo. & in. s. responsa prudentum. instit. de iure natu. gent. & ciuili.

22 Ad postremum, accedit ratio viua quidem & spirans: nam Spiritus sanctus missus est, ad illuminandam Christi ecclesiam, & ad docendam omnem veritatem. Cū autem facie ad faciem loqui non soleat: relinquitur ut per aliquos viros ecclesiam illuminauerit, atq; erudierit. Sed id fieri non debuit, nisi per instrumenta imense bonitati spiritus congruentia: ergo per sanctos doctores, apostolicos viros, id factum esse perspicuum est. Nam ut Nazanzenus ait, manifestum est, quod in dignos nequaquam gratia tangit, nec organum improbū & plane dissonū. Quoniam in animam maleficam non ingreditur sapientia. Sicut e contrario daemones quaerunt organa digna, per quae operentur, quemadmodum Origenes tradit homilia quinta in Mathaeum: & Sozomenus libro primo historiae tripartitae capite decimo quarto. cap. 12. Ioan. 14. & 16. Nazanzenus oratione. 4.

23 Ex quibus omnibus euidentissimum fit, sanctis ecclesiae doctoribus, non autem haereticis aut schismaticis credendum esse. Illi enim sacro spiritu pleni sunt, & fuerunt: hi vero

De doctoribus ecclesie

hi vero extra ecclesiam, positi Spiritu sancto priuati sunt: & ut nullo alio vitio teneantur, certe non possunt non esse superbissimi, qui suas hæreses patrum decretis & ecclesie traditionibus ante ponant, Dominus dat sapientiam & ex ore eius scientia & prudentia: sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deum: error & tenebræ peccatoribus concreta sunt. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quoniam à Deo perfecta est sapientia. Sapientia enim Dei astitit laus, & in ore fidei abundabit, & Dominator dabit eam illi. Et in maliuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplina effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sine intellectu. Sapientia sincera est, & idcirco nil inquinatum in eam incurrit, & in animas sanctas se transfert, & amicos Dei & prophetas constituit. Unde anima viri sancti enuntiare solet veriora, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Anima beneuola, & quæ sentiat quod iustum sit, melior est quouis sophista indagatrice, ut Sophocles inquit. Prouer. 2. ecclesiasti. 11. & 15. & 37. Sapientia. 1. & 7.

24 Abeant ergo lutherani, & hæretici omnes pestiferi, sanctas contemnant animas, & proprias adinventiones sequantur. Apud nos enim, qui catholici sumus, plus va-

let autoritas cuiuslibet sancti doctoris, quam hæreticorum omnium, quotquot vnquam fuerunt, aut futuri sunt conuentus. Sed inquit lutherani, nos sacras literas pro nostris opinionibus adducimus. Ac si non id ipsum veteres omnes hæretici dixerint: vel non sint sacrae literæ à sanctis doctoribus longè melius & verius, quam ab istis interpretata. Quod si hos cum illis conferre libet, quis tam perditus, ut dubitet Ambrosium præferre luthero? Hieronymum Ocolampadio? Augustinum Bucero? Chrysostomum Melanctoni? lucem tenebris? sanctissimos impijs? credimus sanctis, inquit Augustinus, famæ celebritate, consensione, veritate roboratis. Vos autem hæretici & tam pauci, & tam turbulenti, & tam noui, nemini dubium est, quin nil dignum autoritate præferatis. libro de utilitate credendi cap. 14.

25 Et libro primo contra Iulianum Pelagianum, confutans illius hæreses sanctorum doctorum sententias, idem Augustinus, post alia inquit, audis omnes vno corde, vno ore, vna fide ad ipsum dicere, & hanc esse catholicam fidem non dissonante contestatione firmatam. Vbi catholicam fidem illam esse ait, quam sancti doctores vno ore consentiunt. Et libro secundo contra eundem, de eisdem sanctis loquens, ait. Quod inuenierunt in ecclesia tenuerunt, quod didicerunt,

docue-

Ticulus

docuerunt: quod à patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt. Confirmat hoc Basilius in epistola quæ est ad Antiochenam ecclesiam, his verbis: fidem verò nos neque ab alijs scriptam nobis recentiore suscipimus, neque ipsi mentis nostre germina tradere audeamus, ne humana cõmentata existimentur esse verba religionis. Sed quæ à sanctis patribus edocti sumus, ea interrogantibus nos annunciamus. Hi sunt magni & clari homines, qui doctrinæ, iudicij, & sanctitatis laude semper floruerunt: qui sanctissimi, & eruditissimi, & maximi omnium christianorum sapientes semper iudicati sunt. Morum mentiumque rectores integerrimi: qui rempublicam christianam, post apostolos & euangelistas, tam præclare fundatam (quam videmus esse catholicam) nobis reliquerunt. Quorum vitam & mortem Deus omnipotes multis magnisque miraculis illustrauit. Quorum æternam memoriam, virtutes & opera, ecclesia catholica iure ac merito consecrauit.

26 Hos tantos viros, sacrosque doctores contemnunt impudentissimi huius temporis hæretici, & sæpe illos maledictis incessunt, propterea quod, contrarij sunt operibus atque doctrinis eorum, & quia semper illi hæreticos confutarunt, & persecuti sunt. Ut enim Leo magnus tractatu contra hæresim Eutichetis inquit, nūquam potuit

XXII.

95

hæretica impietas sic latere, ut non à sanctis patribus nostris, & semper deprehensa sit, & iure damnata. Item ex Lutheri pestifero dogmate aiunt opus non esse doctoribus ad sacras literas interpretandas: sed meli⁹ esse, ut suo quisque sensu interpretetur illas. Quo quid sit absurdius vel tenebrosius dici vel fingi potuit? Verum de hoc alibi fusius hæreticis occurremus. Nos interim sacros doctores sequamur, quorum quidem consensus est concors ipsius ecclesie sensus: cuius illi sunt columnæ quædam, & membra præcipua, præ ceteris donata abundantiori mensura spiritus, & subtiliori quodam sensu prædita, ita ut in illis vniuersi corporis ecclesiastici sensus præcipue vigeat vbi cumque; hi cõgregantur, ibi Christus est, & ibi veritas.

27 Vanissimis & stupidissimis rationculis mouetur hæretici ut sanctorum patrum doctrinam & autoritatem reiiciant. Quas omnes confutat per singula Gaspar. Sed illa videtur esse potissima, quia inquit homines fuerunt, & aliqui eorum interdum errarunt. Homines fuerunt, quis negat? sed homines sapientissimi, sanctissimi, & spiritu sacro plenissimi. Errarunt quidem interdum aliqui eorum, sed omnes simul errasse quis credat? errasse quosdam illorum in quibusdam fatemur: diuina tamen dispensatione ob id errare permisi sunt, ut homines fuisse eos cognosceremus:

De doctoribus ecclesie

sceremus: & quidquid rectè dixerunt, à Deo accepisse, à se ipsis verò quidquid aberrarunt. Suis quippè ingenijs relictis, nonnunquam in errores aliquot inciderunt, cum tamen certum sit, quod in ceteris fulgore diuini spiritus illustrati, non nisi saluberrima dogmata, ad maximum ecclesie commodum tradiderunt. Adde quod interdum errata vtilitatem afferunt, quando illis homines erudiuntur & cautiores fiunt. Quemadmodum docet Xenophon libro sexto rerum grecarum. Non est igitur impium aliqui sancto doctori probabiliter contradicere, sed ab vnanimi patrum sententia pertinaciter dissentire. De qua re non sat rectè sensisse videtur Arnaldus Albertinus, vir alioqui doctus & pius. c. ego solus. 9. distin. Guido de heresibus capite. 7. Rossensis contra Lutherum veritate. 7. Gaspar lib. 1. aduersus hereti. c. 7. cum seq. Alberti. lib. de agnoscen. assertio. catholi. quest. 15. & q. 30. confessio Polonica, de fide & simbolo cap. 19.

28 Cum autem aliquis eorum errauerit, cognosci facile potest error, ex mutua collatione scripturarum, ex ecclesie catholice traditionibus, & Romanorum pontificum decretis: & vt inquit Augustinus, per sermonem sapientiorum peritiorum, per grauiorem episcoporum auctoritatem, doctiorumque prudentiam, & per concilia licet reprehendere, si quid à veritate deuiatum

est. Si verò plures inter se dissentiant, maiori & saniori parti stabitur, id est illi, quæ non numero tantum vincat, sed etiam auctoritate, & zelo, & merito, quemadmodum eleganter differit Brunus. Maior quidem pars (vt est apud Ciceronem) eo fere deferri solet, quo à natura ipsa deducitur. Augusti. lib. 2. de baptismo contra Donatistas. c. 3. apud Gratianum in. c. quis nesciat. 9. distinctio. Brunus lib. 5. de delegatio. c. 16. Cicero libro. 1. offi. Gaspar lib. 2. contra hereti. arti. 6. cap. 7.

29 Postremò, quis sic insaniat, vt sacris doctoribus credendum esse non putet, hereticis autem putet? Quasi verò & ij non sint homines, & errare non queant. Hos corripiendos ac deuitandos esse, docet Apostolus: illos verò sequendos esse præcipiunt scripturæ diuinæ, sacra concilia, & ecclesiastica traditiones: quorum auctoritatem vera miracula comprobant, & vniuersi christiani semper & vbiq; suscipiunt. Qui quidem tam viuentes, quam mortui clarissimis effulserunt miraculis. Quorum cineres & ossa per sacras ædes in summa veneratione habentur. Libri eorum leguntur & approbatur ab omnibus. Heretici contra, nullis miraculis claruerunt: nulla eorum cineribus habita veneratio: eorum dogmata per viros catholicos semper sunt confutata, detectaq; plena mendacibus, fallacijs, atque vennis. Et

nis. Et

Titulus.

nis. Et tamen heretici vsque adeo stupidi sunt, vt sanctissimos & sapientissimos viros contemnant, & sequantur istos procaces, atque prophanos. Nunquid Deus post apostolos & euangelistas, non posuit in ecclesia pastores & doctores, ne vnum quidem vsque ad Lutherum, Bucerum, & Melanctho-

XXII.

96

nem? O mirabilem insaniam. O pectora hereticorum alto errore confusa. Quid tandem? moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. nume. 23. Rossen. contra Lutherum. arti. 30. Driedo. lib. 4. de dogmati. ecclesiasti. cap. 1. Alfon. lib. 1. aduersus hæreses cap. 7.

De dominis temporalibus. Titul. XXIII.

- 1 Puniendos esse qui illam continent, quæ sapientissimi ac sanctissimi doctores scripserunt: credendum est.
- 2 Quid sit regis munus, & propter quam rationem heretici sint puniendi.
- 3 Christiani principes in animum ducere debent, vt hæreses tollant.
- 4 Principes & superiores maximam suorum curam habere debent, nã pro se & pro peccatis populi tenentur reddere rationem.
- 5 Quomodo pijs principes qui ecclesie catholice faberint, & impios persecuti fuerint à Deo mercedem suscipiant.
- 6 Munus sacerdotis est hereticos admonere, laicis verò conuenit eosdẽ punire.
- 7 Ad pontifices pertinet laicos admonere vt fidem teneant, principum autem est præpositis ecclesia obedire.
- 8 Quibus pœnis affici debeant domini temporales, qui aduersus hereticos, inquisitoribus non auxiliantur.
- 9 Qui seruare noluerint in territorio suo constitutiones pontificias in hereticos latas quomodo puniantur.
- 10 Ponuntur duæ constitutiones regia, quibus ponitur quomodo se debeant habere inquisitores cum illis, qui hereticos receptauerint.
- 11 Si reges aut principes christiani facti sunt heretici, subiecti, vasalli, & serui quoque liberi ab eorum dominio

manent.

- 12 Reges & principes heretici grauius quã alij delinquant, & ideo maiore supplicio sunt digni.
- 13 Durissime puniendi sunt heretici principes, & omnes qui alios inficere possunt auctoritate sua.



Imperatores, Reges, Duces, Comites, alijque principes & rerum domini, diligenter providere debent, vt hæreses extirpentur, & heretici puniantur: ne sub eorum imperio impiorum augeatur improbitas, & piorum pax atque securitas perturbetur. Quod si facere neglexerint, arctissimam Deo rationem proculdubio redituri sunt: à quo traduntur illis ad regendum prouinciæ, quasi iudicibus ab imperatore, vt est apud Hieronymum in Ezechielem capite 28. O fortunatam Hispaniam, piorum principum prouisione in fide catholica tam præclare fundatam,

tam, & à cunctis hæresibus puram & expurgatam. Vt quod iam olim cecinit Claudianus, multo id aptius nunc dicere possim,

Quid dignum memorare tuis Hispania terris

Vox humana valet?

Diues equis, frugum facilis, pretiosa metallis,

Principibus sæcunda pijs.

Hæc ille versibus persecutus est, ceteraque verissimè.

2 Regis officium est, vrbes atque homines fœlices & beatos facere, vt Socrates, Xenophon, Aristoteles, Iamblicus, ceterique tradiderunt. Vita autem beata efficitur virtute non impedita, vt consentiunt omnes. Atqui nulla fœlicitas esse potest vbi hæretici sunt impuniti, vbi pullulant hæreses, vbi fides catholica impiorum nouitatibus exagitur: virtutes enim magno pere impediuntur impietate. Xenophon lib. 3. de factis & dictis Socratis. & lib. 2. & 8. de cyropedia. Aristotel. 8. ethi. cap. 11. Iamblicus epistola ad Dyoscolium.

3 Quamobrem christiani principes cogitare debent, Deo se reddituros esse rationem propter ecclesiã, quam à Christo tuendam suscipiunt, vt Isidorus ait, libro tertio de summo bono: nam siue augeatur pax & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur: ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiã tradidit. In qua si iustitiam seminauerint,

mercedem accipient fidelem. Si verò disciplinam, quã ab eis Deus exigit, non apprehenderint, tunc euenturum certo sciant, quod eis minitatur: nempe vt irascatur Dominus, & pereant ipsi de via iusta. Animum enim inducere debent, vt hæreses tollant, sicuti Hieremie præcipitur: constitu te super gentes & regna, vt euellas & destruas, & disperdas & dissipas, & ædifices & plantes. Isidorus lib. 3. cap. 53. c. principes. 23. quæst. 5.

4 Paulus apostolus in epistola ad hebræos capite vltimo, præcipiens illis, vt præpositis obediant, ipsi enim, inquit, peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Et Origenes super librum numerorum homilia vigesima: principes non solum pro suis proprijs arguuntur delictis, sed & pro populi peccatis coguntur reddere rationem. Si fortè non docuerint, non commonuerint, neque solliciti fuerint arguere eos, qui initium culpæ dederint, vt ne contagio dispergeretur in plures. Prætereo plurima, quæ in eandem sententiam Nazanzenus, Thomas, alijque tradiderunt. Nazanze. oratione. 30. in fine Theophilactus in Matthæum cap. 24. Tho. lib. 3. de regimine principū. c. 3. Cælius lib. 8. cap. 1.

5 Nec solum in futura vita condignam à Deo mercedem accipient pijs principes, qui ecclesiæ catholice fauerint, & impios persecuti fuerint: sed etiam in hoc mundo prospera

prospera eis omnia & fœlicia euentient. Id quod omnibus ferè seculis rebus ipsis compertum est, & Cyrillus confirmat, in exordio libri de recta fide ad Theodosium, dicens. Gloriosa in Deum pietas regijs honoribus immobile fundamentum est. Et impij reges miserac mali, male pereunt. Contra vero pietatis cultores sine labore vincere solent, & aduersarijs præualere. Quod & olim contigisse cultoribus & violatoribus religionum, Cicero ipse libro secundo de natura deorum testis locupletissimus est. Quin etiam Aristoteles libro quinto politicorum capite vndecimo inquit, curandum esse, vt reges Deum, religionemque semper egregie colere videantur. Nam minus iniuriã homines à talibus hominibus metuunt, cum principè religiosum esse, ac Deum vereri putant, minusque insidiantur ei, qui Deum auxiliare habere videatur. Clemens libro. 1. de constitutionibus apostolicis: lege regum libros, vt intelligas, quot reges iuste vixerunt, eos à Deo auctos fuisse, & ijs promissionem vitæ æternæ apud ipsum permansisse. Quot verò reges à Deo defecerunt, rebellione sua breui tempore interijisse, iusto iudicio Dei, & vitæ eius priuatos fuisse, pro requiete æternum supplicium consecutos. Omitto Augustinum, Thomam, & alios. leg. 1. tit. de iudejs lib. legum nouellarum Theodosij. l. 16. de episcopis

& clericis. C. Theodo. Augusti. ad Bonifacium epistola. 50. Tho. lib. 2. de regimi. princip. cap. vlti. epistola inter claras. C. de summa trinitate. Nicepho. lib. 7. cap. 42. Brunus lib. 3. de hæreti. cap. 9. Aiala in fine operis, de diuinis & ecclesiasticis traditionibus.

6 Sacerdotum quidem est, admonere & corripere hæreticos, sed principes & laici iudices eos punire debent. Arma enim ecclesiæ aduersus pertinaces hæreticos nihil fere profut, nisi à principibus laicis manu militari iuuetur. Sacerdotis vt ait Chrysostomus, tantum est arguere, liberamque præstare admonitionem, non mouere arma, non clypeos vsurpare, non vibrare lanceã, nec arcum tederè, nec iacula mittere, sed tantum arguere, ac liberã præstare admonitionem. homilia 4. de verbis Esaie, vidi Dominum c. conuenior. 23. quæst. 8.

7 Itaque ad officium Pontificum pertinet, admonere diligenter principes laicos, vt catholicam fidem in primis teneant, & subiectorum hæreses puniant. Principum autem est, præpositis ecclesiæ obedire. Sic Anastasius papa, Anastasium imperatorem admonuit. Sic Leo ille magnus Leonem imperatorem contra hæresim Eutichetis incitauit. Sic Nestorius episcopus Constantinopolitanus, ante quam à vera pietate transuersus ageretur, in prima eius concione,

N propa-

De dominis temporalibus

propalam apud populum, ad imperatorem verba dirigens, decata tam illam emisit vocem: da mihi, O imperator, terram ab hæreticis liberam & puram, & ego tibi cælum reddam. Tu mihi hæreticos extirpa, & ego tibi per sis delēdis adero. Quinetiam arguendi & excōmunicandi sunt principes negligētes, qui hæreticos punire noluerint. Sicut Marcellus papa Maxentiū corripiebat, & Gelasi^o Anastasium, Gregorius septimus Henricum quartū excōmunicauit: & Honorius tertius Federicum secundum. Vide Nicephorum lib. 14. ecclēsticæ historiæ cap. 31. Brunū lib. 3. de hæreti. cap. 8.

8 Hinc ortæ sunt illæ pontificum sacratissimæ leges, quibus præcipitur dominis temporalibus vt auxilientur inquisitoribus aduersus omnes hæreticos. Quod si contumaces aut negligentes in auxilio ferendo fuerint, excōmunicentur, & honore priuentur, & eorum territorium interdicto ecclēstico subiaceat. Præterea vt iure iurando promittant, quod hæreticos in suo territorio cōmorari nō sient. Si verò ab ecclēsia moniti, ea facere noluerint, vt excōmunicentur & cōtumaces post annū Papæ indicentur: vt ex inde Pontifex maximus declarat, subiectos absolutos esse ab eorum dominio, & prouincias illorū permittat catholicis occupandas. Sed in Hispania inquisitores proscri-

bent illos, & manu regia comprehenduntur, & puniuntur. c. ad abolendam. §. penulti. c. excommunicamus. §. moneantur. de hæreti. athen. Si verò. C. eodē tit. constitut. statuimus. de episcopali auden.

6 Tales quoque sunt leges constituentes, vt qui seruare noluerint in territorio suo constitutiones pontificias contra hæreticos latas, hi tanquam infames & hæreticorum fautores ac de impietate suspecti, omni honore atque officio priuentur. Illud item prudentissimè cautum, vt rerum Domini obediant episcopis & inquisitoribus, & ab eis moniti, vt inquirant, comprehendant, & custodiant hæreticos, fautores & receptatores ac defensores eorum. Et vt reos protinus puniant, cum fuerint curiæ seculari relictī. Illa demum iustissima constitutio est, quæ vetat ne domini rerum impediunt inquisitores, nec defendant hæreticos, nec de hæretica prauitate cognoscant. Si secus fecerint, vt in sententiam excōmunicationis incurrant, & excōmunicati per annum, ex inde damnentur vt pertinaces hæretici. c. vt officium. §. vlti. c. vt inquisitionis in princip. & §. prohibemus. de hæreticis. lib. 6.

10 Ab eodē fonte natæ sunt duæ constitutiones regie. Quarum priore cauetur, vt qui in territorio suo receptauerit hæreticos, is ius omne amittat, quod ab eisdem

Titulus.

XXIII.

98

dem debebatur ei: & præterea restituat omnia bona, quæ hæretici secum attulerint. Postiore constitutum est, vt sicut in prouincijs regie iurisdictionis, sic etiam in aliorum territorio inquisitores in hæreticos inquirant, & dominos ipsos iurare cogant in fidei fauorem prout iure tenentur: & contumaces atque inobedientes pro sua iurisdictione puniant. Hæc & talia reges nostri verè catholici pro sinceritate fidei constituerunt. Nam (vt apud Xenophontem est, libro octauo de pedia Cyri) hæc quoque ita habent, quemadmodum item alia: quæ do princeps melior est, puriora iura constituit: quando verò deterior, nequiora. Demosthenes quoque oratione secunda contra Aristogitonē dixit, eas vrbes maximè florere videmus, in quibus legumlatores optimi extiterunt. Nam vt quæ in corporibus oriuntur infirmitates, medicorum inuentis curantur: sic animorum immanitas legumlatorum prudentia exterminatur. 2. instruct. Hispalen. cap. 7. & instructione. omnium prima cap. 21.

11 Si reges aut alij principes christiani facti sint hæretici, protinus subiecti & vasalli ab eorum dominio liberantur: serui quoque & liberti ipso iure liberi fiunt. Nec ius hoc recuperabunt, quamuis postea reconcilientur ecclēsiæ. c. vlti. de hæreti. & illic Gofre. Ioan. And.

Ostien. Cardi. Abbas & ceteri. Brunus lib. quarto de hæreti. cap. decimo quarto.

12 Quinetiam digni sunt maiore supplicio reges & principes hæretici, quam ceteri homines. Tum quia grauius ipsi, quam alij delinquunt, tum etiam quia multò magis exemplo suo nocent. Attestatur mihi Cicero libro tertio de legibus, post alia dicēs: vt vitij principum infici solet tota ciuitas, sic emendari & corrigi continentia. Et paulo post: nec enim tantū mali est peccare principes (quanquā est hoc magnum per se ipsum malum, quātum illud, quod permulti imitatores principum existunt. Ego autem nobilium vita victuque mutato, mores mutari ciuitatum puto. Quò perniciosius de republica meretur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem: nec solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo, quā peccato nocēt.

13 Iure igitur ac merito Scythæ regem suū Scylem occiderunt, propter externos ritus: quia bacchanalibus sacris externis initiatus erat, vt est apud Herodotum in melopomene. Scripsit enim verissimè Plato, quales in republica principes essent, tales reliquos solere esse ciues. Quod Cicero diuinitus scriptum esse fatetur, libro primo epistolarum familiarium. Et Sapiens pro-

De ecclesia

uerbiorum. 28. inquit: regnantibus impijs, ruinæ hominum. Et ut in corporibus, sic in imperio, grauis- simus est morbus, qui à capite diffunditur, ut ait Plinius libro quarto epistolarum. Turbato Herode, turbata est omnis Hierosolyma cū illo. Et plerumque componitur orbis regis ad exemplum. Nec solū exempla regentium subiectos mouere, sed & cogere quodammodo solent. Vnde Paulus Petro apostolorum principi sapiētissimè dixit, cogis gentes iudaizare. Tanti fecit eius exemplum, quia supremus erat ecclesiæ pastor, ut non tantum suadere, sed cogere etiā videretur

Cogebat autem non docentis imperio, sed cōuersationis exemplo, quemadmodum diuus Hieronymus quadam in epistola ad Augustinum scripsit. Ut ergo qui bene præsent, duplici honore digni sūt: sic etiam iudicium durissimum fiet in his, qui male præsent. Quāobrem durissimè puniendi sunt hæretici principes, & hi omnes qui alios inficere possunt auctoritate sua. Quia ut Fabius aiebat, perniciosissimus est malæ rei maximus quisque author. declamat. 3. sapientia. 6. Tiraquel de pœnis, causa. si. nu. 97.

De ecclesia

- 1 Quid sit ecclesia & vnde dicatur.
- 2 Quotupliciter ecclesia solet accipi, & in qua acceptione hic sumatur.
- 3 Qua ratione ecclesia vna sit, & in quo consistat eius vnitatis.
- 4 Quibus rationibus ecclesia sancta dicatur.
- 5 Qua ratione ecclesia dicatur catholica.
- 6 Ob quas causas ecclesia catholica nuncupetur.
- 7 A quo tempore ecclesia in cœperit, & in quibus temporibus incrementum & augmentum assumpserit.
- 8 Qui ab ecclesia catholica recedit & ad altera iugitur, proculdubio nō saluabitur.
- 9 Proponitur qualisnam sit hæreticorum ecclesia, quæ nō vna sed multiplex est.
- 10 Qualem dixerint hæretici veteres & recentiores suam ecclesiam esse. Quorū opinio cæca esse probatur.
- 11 Quomodo intra ecclesiam boni & mali contineantur, & misceantur, exemplis probatur.
- 12 Interrogandos esse lutheranos an ecclesia à temporibus apostolorum vsque ad lutherum fuerit ut illos conuincamus.

Titulus XXIII.

- 13 Hæretici lutherani negare non possunt, ecclesiam Christi semper durasse, & nunquam lutheri dogma docuisse, ex quo colligitur eos deceptos esse.
- 14 Procaces hæretici deuotandi sunt tanquam pestis, isti nāque in ecclesia vna non sunt: & ad catholicam ecclesiam quæ vera docet, festinandum est.
- 15 Omnium ecclesiarū matrem ac magistrā esse ecclesiam Romanam, & ad eam confugiendum esse.
- 16 Qui vera volunt audire ea amplectantur, quæ primitiua ecclesia per patrum successionem ad nos vsque transmiserit.
- 17 Ecclesia Romana radix est ecclesia catholica, nec ab illa vnquam hæresis aliqua sumpsit exordium.
- 18 Ecclesia Romana lumen catholica & apostolica fidei exhibet, quod si in illa aliquid (quod absit) fuerit extinētū credendum est finem rebus aduenisse.
- 19 Probatum auctoritate sanctorū authorum, ecclesiam Romanam matrem esse omnium ecclesiarum, & nunquam in fide errasse.

Con

Titulus XXIII.

99

- 20 Concluditur cum omnibus patribus concilij Lateranensis dicentibus Romanā ecclesiam omnium errorum expertē esse.
- 21 Nequaquam licere ab ecclesia Romana recedere, cui primas partes non dare impietatis summum genus est.
- 22 In ecclesia illa esse permanendum, quæ fuit ab apostolis fundata, & vsque ad hunc diem durat.
- 23 Omnia ea quæ de Romana ecclesia dicta sunt, illi competere existimandum est, quia ibi sedes apostolica voluntate diuina erat permanens.
- 24 Proponuntur rationes propter quas non fuit conueniens, apostolicam sedē Hierosolymis collocari.
- 25 Ecclesia catholica in rebus fidei errare nō potest, quia ab spiritu sancto regitur.
- 26 Planè lutheranorum hæreses confutantur ecclesiæ traditionibus.
- 27 Probatum multis rationibus & auctoritatibus æqualem esse auctoritatem traditionis ecclesiasticæ & scripturæ.
- 28 Memoratur aliqua testimonia doctorū ecclesiæ, vno ore confitentium eandē esse auctoritatē traditionis & scripturæ.
- 29 Traditiones ecclesiasticæ eandē vim retinent cū scripturis, & ita sunt obseruanda sicuti à maioribus sunt tradita.
- 30 Nominantur authores qui teneant auctoritatē traditionis & scripturæ esse æqualem: & loci etiam indicantur.
- 31 Adducuntur innumeri cōciliorum loci ad probandum quod debeant seruari ecclesiæ traditiones.
- 32 Hæreticum esse traditiones ecclesiasticas contemnere, antiquis ecclesiæ consuetudinibus probatur.
- 33 Multa reperiuntur in ecclesia suscepta & custodita per traditionem apostolicam, quæ literis apostolorum non inueniuntur scripta.
- 34 Antiqua consuetudo non minorem vim habet quàm scripta lex, idē qui eam contemnit, ecclesiam contemnit, & hæreticus contumax est.
- 35 Adducuntur nonnulla argumenta in hæreticos impudentissimos, qui negabant

consuetudines ecclesiasticas necessariō nō esse tenēdas homini christiano.

- 36 Multa quæ ad nostram religionem pertinent missa fecerunt euangelistæ, neque eius integram historiam tradiderunt.
- 37 Probatum rationibus & auctoritatibus, euangelistas non scripsisse oīa quæ ad ecclesiæ institutionem & sacramenta pertinent: nam maxima pars unctiōni Spiritus sancti reseruata fuit.
- 38 Quomodo cognoscamus, qui libri sint canonici, & spiritu sancto spirante conscripti, ecclesiæ traditionibus.
- 39 Sacre literæ nō habent auctoritatē ex suis scriptoribus sed ab ipso Deo, & eis credimus propter ecclesiæ traditiones.
- 40 Insaniūt hæretici auctoritatē ecclesiæ traditioni detrahere conantes: nam labefactant omnia vnde credita pendēt.
- 41 Queritur vtrū hæretici de ecclesia sint.
- 42 Hæretici licet ad ecclesiam pertinere videantur, vere tamen non sunt de ecclesia, nam qui non manent in vnitatis fidei non sunt in ecclesia Dei.



Ecclēsia, græcā vox est; latinè multitudinē, cœtum, aut conuentum significat: multitudinē inquam, non qualemcunq; sed conuenientē, & conciliatā in vnā aliquā societate. Et quāuis variæ sint formę humanarū societatum, & variatē illarū nomina: vbi tñ inter se cōueniūt homines ad finē supernaturalē assequēdū in fide cultuq; Dei, ac religionis, & spe salutis inde adipiscendæ, eiusmodi hominū societas in scripturis diuinis, & ecclesiasticis scriptoribus, ecclesia solet appellari. Est ergo ecclesia cōmunitas, & collectio, seu respu-

N 3 blica

blica Christi fidelium, ordinata ad finem supernaturalem. Est autem ecclesia visibilis hominum cœtus, à Christo Domino & apostolis collectus, in hunc usque diem perpetua successione cōtinuatus, in vna fide apostolica sub Christo capite & eius in terris vicario, pastore, ac summo pontifice agens. His enim notis ab ecclesia satanæ secernitur. Torquemada lib. 1. de ecclesia. cap. 1. Canus lib. 4. de locis. theologis cap. 2.

2 Varijs modis nomen ecclesiæ accipitur: vel pro domo Deo dicata: vel pro vniuersitate christianorum, vel pro vniuersitate vnius nationis, aut prouinciæ: vel pro episcopis, aut præsentibus ecclesiæ: vel pro clericis & ecclesiasticis viris: & interdum dicitur ecclesia impiorum & malignantium, & ecclesia satanæ. Nos tamen in præsentia, de ecclesia tantum loquemur, quæ est vniuersitas, seu collectio fidelium, & quæ rectam de Deo fidem seruat, & vera religionem verum Deum colit, & adorat, & ab eo salutem suam expectat. Ioan. Torquemada eodem lib. 1. cap. 2.

3 Hæc autem ecclesia, (vt iuxta Nicenam professionem credimus, & constanter asserimus) vna est, sancta, catholica, & apostolica. Vna est, sicut in canticis legitur, vna est colūba mea, perfecta mea, vna est matri suæ. Hæc eadem ecclesia constat ex omnibus fidelibus, non solum præsentibus, verū-

etiam præteritis & futuris: alioquin tot fingeremus ecclesias, quot secula. Vnitas autem ecclesiæ consistit in multis: in vnitatem capitis, fidei, sacramentorum, spei, charitatis, spiritus viuificantis, beatitudinis, & rectoris atque potestatis præfidentis. Quorum pleraque complectitur Apostolus in epistola ad Ephesios, inquiens: vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocatiōis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Cætera verò ex alijs locis scripturæ diuinæ fusiis ante nos plurimi collegerunt. Atque hæc quidem via est certissima qua ecclesia catholica discernitur a conuentibus hæreticorum: ea enim vnica est & in vnitatem consistit: sectas verò hæreticorum varias dispersasque & sibi semper constat esse contrarias. Ad Ephe. 4. Clemens Alexan. oratiōe Stromateon. Cyprianus tracta. de simplici prælato. Optatus lib. 2. contra Parmenianum. Chryso. in priorem epistolam ad Corin. homilia. 1. Augusti lib. de fide ad Petrum cap. 43. Leo epistola. 16. & 18. Torquemada lib. 1. de ecclesia. c. 6. c. loquitur. cum seq. 24. quæsti. 1. C. Nouatianum. cum seq. q. 1. confessio Polonica, de fide & symbolo. c. 25. Medina lib. 5. de recta in Deum fide cap. 13.

4 Sancta dicitur ecclesia, quia spiritu sacro sanctificata, quia munda a corruptione: quia firmata lege diuina: quia Christi sanguine

ne respersa: quia cultui veri Dei dedicata: quia sancta est in votis, in sacrificijs, in ministerijs, in cæremonijs & obseruationibus: quia virtutibus, gratijs, & spiritualibus bonis diues & fecunda est: quia optimis, iustissimis, & sacratissimis legibus regitur, & gubernatur: quia scientiam sanctorum habet, & notitiam diuinitatis: quia sacramenta habet, quibus homines sanctificantur. Postremo sancta rectissime dicitur, quia columna est, & firmamentum veritatis, & corpus Christi, qui caput eius est, ad Ephe. 1. & 5. ad Colossen. 1. & 1. Timo. 3. Torque. eodẽ lib. 1. c. 9. Pelagius de plactu eccl. lib. 1. arti. 63. confessio Polonica, de fide & symbolo. c. 21.

5 Catholica id est, vniuersalis dicitur ecclesia, quia nullo certo loco, nulla regione, aut patria, nulla gente, natione, aut populo, nullo denique tempore conclusa aut circumscripta est: sed generaliter extendens palmites suos in orbem vniuersum: in tempora quælibet præterita, præsentia, & futura: secundum seriem successionis nascentium, & decedentium continuata, sub vno duce inuisibili Deo, in vnitatem fidei & religionis: est ergo catholica, quia toto orbe diffusa: quia in finem usque seculi permanebit: quia ex omni gente, natione & populo: quia ex omni sexu & conditione constat: quia generalem doctrinam habet visibilium & inuisibilium, cælestium

atque terrestrium: quia habet præcepta vniuersalia: Demum quia generaliter sanat omnia peccata. Isidorus lib. 1. de officijs. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu ecclesiæ arti. 63. Torque. lib. 1. de ecclesia. c. 13. Alber. Pighius lib. 1. hierar. ecclesiasti. cap. 1. Hosius lib. 5. aduersus prologomena Brentij confessio polonica, de fide & symbolo, cap. 22. & 23. Michael Medina lib. 5. de re-cta in Deum fide. cap. 13.

6 Apostolica quoque dicitur ecclesia multis ex causis: primo, quia in Apostolis initium habuit secundum tempus gratiæ reuelatæ. Ad hoc, quia superædificata est ab Apostolis, dicente Paulo, superædificati estis super fundamentum apostolorum. Deinde quia apostolorum fidem, prædicationem documenta, & authoritatem retinet, & obseruat. Præterea quia religionis ritus, & institutiones, obseruationes, atque traditiones apostolicas habet atque custodit. Post hæc, apostolica dicitur, quia ad exemplum cælestis Hierusalem æstigiata, & ordinata est. Ad extremum apostolica rectè nominatur, quia cathedram habet apostolicam, quam Deus esse voluit in ecclesia, quæ ab apostolis Petro & Paulo glorioso martyrio consecrata est. Pelagius lib. 1. de planctu ecclesiæ arti. 63. in fine. Ioan. Torque. lib. 1. de ecclesia cap. 18. confessio Polonica de fide & symbolo cap. 27.

7 Incepit autem ecclesia à primis

De ecclesia

illis parentibus humani generis: qui post diuini mandati preuaricationem à clemētissimo Deo spē veniæ acceperunt in sanguine mediatoris Dei & hominum Christi agni immaculati, pro salute humani generis offerendi: in qua fide qui conuenerunt, ad hanc ecclesiam pertinuisse dicuntur. Ea verò ætates habuit & incrementa, vsq; ad Saluatoris nostri aduentū, quo tempore ad ætatem perfectam peruenit: vbi fundator atque sanctificator ecclesię natus est in ea: qui completis nostræ redemptionis mysterijs, persolutisque veteris Adę peccatorum debitis, reuersus ad patrem, apostolorum suorum ministerio, ex omni, quæ sub cælo est, gente, natione, populo, talem sibi congregauit, & ordinauit ecclesiam, qualem in veteri synagoga adumbrauerat: Et hæc est illa catholica nostra & apostolica Christi ecclesia: nec alia est ab illa veteri, sed & hæc, & illa veluti quedam ciuitas magna fundata est super Christum, quem patres expectauerunt, propheta prædixerunt, apostoli aduenisse prædicauerunt, Ioannes verò demonstrauit presentem. Augusti lib. 10. de ciui. Dei cap. 25. & epistola. 49. Pelagius lib. 1. arti. 64. Torquemada lib. 1. cap. 22. Thoposculo de symbolo apostolorū. Alber. Pighius lib. 1. hierar. ecclesi. cap. 1. Gaspar lib. 4. contra hæreticos disputatione. 1. cap. 7.

8 Hæc ergo illa est vniuersalis ec-

clesia mater christianorum verissima: extra quam nullus omnino saluatur. Vnde Cyprianus tractatu de simplicitate prælatorum, verè atque eleganter scripsit: quisquis ab ecclesia segregatur, adulterè iungitur, à promissis ecclesię separatur, nec pertinet ad Christi præmia. Qui relinquit ecclesiã Christi, alienus est: profanus est: hostis est: habere iam non potest Deum patrem, qui ecclesiam non habet matrem. Si potuit euadere, qui extra arcam Noë fuit, & qui extra ecclesiam foris fuerit, euadet. Quam sententiam Tertullianus quoque docuit libro de oratione, & Augustinus subinde, ac reliqui catholici omnes id ipsum vno ore consentiunt. Epiphanius item ait, mater nostra catholica ecclesia, vna & innocens columba, portus pacis serenus ac tranquillus, lætitiæ spiras Cyprum vineę, & botrum ferens nobis benedictionis, quotidie largiens sanguinem Christi, meracū veritatis. Credere igitur constantissimè debemus quidquid credit & docet catholica Christi ecclesia, quę Paulo apostolo teste, columna est, & firmamentum veritatis. Intra ecclesię murum inexpugnabilem continere nos debemus: contra quem quisquis arietauerit, (vt sapienter admodum Augustinus dixit) ipse potius confringetur. c. quoniam vetus. 24. quęst. 1. cū seq. c. 1. de summa trini. Chryso. sermone de pentecoste Augusti. de

mori-

Titulus.

XXIII.

101

moribus ecclesię. c. 30. & in enchiridio. 39. Torquemada lib. 1. cap. 21. & cap. 40. Pighius lib. 1. hierar. eccle. c. 5. confessio Polonica, de fide & symbolo, cap. 14. Michael Medina lib. 5. de recta in Deū fide cap. 11. Sed age iam videamus, qualis nam sit recentium hereticorum ecclesia: nūquid vna? minime gentium: est enim plurimis heresibus scissa. Nunquid sancta? nequaquã. Quid enim sancti esse potest hæreticis violata & amissa fide? Nūquid catholica? non: quia vniuersalis nō est: non tempore, non loco, non populo. Nunquid apostolica? nihil minus. Nam quid quęso apostolicum habet? Non cathedram, non successionem, non doctrinam, non traditionem vllam apostolorum: est ergo Lutherānorum ecclesia, nō sanctorum, sed in malignantium: nō vna, sed varia & multiplex: non sancta, sed impia: nō catholica, sed priuata: non apostolica, sed apostolica, atque satanica. Abeant igitur post adinventiones suas prauis homines, & seductores: nos interim vnam, sanctam, catholicam, & apostolicam sequamur ecclesiam: & eius nos filios esse gloriemur. vide Franciscum Sonnum lib. 2. tractatu. 8. Sed inquit hæretici, apud se solos esse quandam ecclesiam iustorum, & prædestinatorum, quæ sola est spōsa Christi. Dixerūt id ipsum olim Donatistæ, Nouatiani, Rutheni, & Armenij: sed cæca prorsus & stupida est illorum omnium

opinio, & iam pridem ab ecclesia catholica confutata: non enim occulta est, & imaginaria & incerta catholica Christi ecclesia: sed cunctis semper & vbique cognita, & ciuitas super montem posita, quę (vt apud Matthæum est) abscondi non potest, nec includi quidem in domibus Lutherānorum, aut in deserto sacramentariorum, aut in penetrabilibus Anabaptistarum: sed per omnes gentes toto orbe terrarum diffusa est: quemadmodum luculenter probat Augustinus multis testimonijs diuinæ scripturæ, legis & prophetarum, euangeliorum, & apostolorum libro de vnitare ecclesiæ cōtra Petilianum epistolam, & lib. 13. contra Faustum cap. 13. & eleganter Hosius lib. 3. aduersus prologomena Brentij. Confessio polonica, de fide & symbolo cap. 20. Canus lib. 4. de locis Theologicis cap. 3.

11 Nec tantum bonorum, aut iustorum ecclesia militans est: verum etiam intra ecclesiam, boni simul & mali vnitare fidei, & sacramentorum communionem miscentur. Quod ex euangelijs apertissime constat, vbi regnum cælorum, id est ecclesia, dicitur esse simile sagine misæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: & comparatur decem virginibus, quarum quinque erant fatuæ. Quod apostolus quoque manifestissimè docuit in prior epistola ad Corinthios, vbi vocat illos ecclesiam Dei, quos paulo post, de multis peccatis reprehendit.

N s dit.

dit. Præterea incertissima foret ecclesia iustorum in hoc mundo, cum sciat nemo vtrum odio vel amore dignus sit. Postremo esset quidem absurdissimū dicere, quod septies in die iust⁹ est in ecclesia, & septies extra illam, quando quidem septies in die cadit, & resurgit. Sed istam hæreticorum impiā insaniam ecclesia catholica iam olim damnauit, & ab omnibus catholicis viris vno ore confutata est. Origenes eam refellit in Hieremiam homilia. 3. & in Ezechielem homilia. 1. Hieronymus aduersus luciferianos. Augustinus episto. 48. Et libro de vnitae ecclesie. cap. 13. & lib. 1. de ciuita. Dei cap. 35. & lib. 18. cap. 42. Vualdensis in doctrinali tomo. 1. lib. 2. cap. 8. Torque. lib. 1. de ecclesia. cap. 3. & cap. 55. cum seq. Faber contra Lutherum tracta. 1. textu. 9. Pighius lib. 2. hierar. ecclesi. cap. 1. confessio Polonica. cap. 21. Pet. Soto in defensione catholica confessionis cap. de vna visibili & certa ecclesia. Hermas lib. 4. de instau. religiōe. c. 6. Viruesius Philippica vltima. Alfonso lib. 6. aduersus hæreses in principio. Martinus Aiala lib. 1. de diuinis & ecclesiasticis traditio. assertione. 5. c. hæc autem. c. quidam. 23. q. 4.

12 Quæramus iam à Lutheranis, vtrum fuerit vlla vnquam in terris ecclesia Christi, à temporibus apostolorum vsq; ad Lutherū? Quod si negauerint, rem omnium absurdissimā facient: & mententur pro

caicissimè contra Christum dominum dicentem, ego vobiscum sum vsque ad consumationē seculi: & vbicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ego sum in medio illorum. Loquentur præterea mendacium impudētissimum contra millia milliū clarissima scripturarum testimonia. Nunquid obliuisci potuit Christ⁹ ecclesie spōsæ suæ dilectissimæ, per mille quingentos annos: nunquid spiritus sanctus missus ad docendam omnem veritatem, derelinquere potuit per tot cōtinuos annos ecclesiam, quā Christus Deus noster suo pretiosissimo sanguine redemit? Absit ab animis fidelium tam prodigiosa fictio: nam vt Leo ille magnus iam olim de Manicheo scripsit, & nos hodie de Luthero multo aptius dicere possumus, nō potuit promissio domini tanta per ætatum interualla differri: nec ille spiritus veritatis, quem mundus non accepit impiorum, ita septiformem illam donorum suorum continuit largitatem, vt tot ecclesie generationes, sapientia & intellectu, consilio & fortitudine, scientia & pietate, atque ipso Dei timore fraudaret, donec prodigiosus iste turpium mendaciorum signifer nasceretur.

13 Si vero confessi fuerint lutherani, quod negare non possunt, ecclesiam Christi semper durasse, ac duraturam esse vsque in finem seculi: tum ab eisdem quæremus, an fuerit vnquā ecclesia catholica apud

Genti

Gentiles, vel Iudæos, vel hæreticos, vel Mahumetanos: an potius apud Christianos: non poterunt, non respōdere, apud Christianos semper fuisse. Tū rursus instabimus, quæretes ab eis, an fuerit seculū aliquod, aut breuius fortasse tempus, in quo docuerit catholica ecclesia profana lutheri dogmata: profecto nō aliud nobis ostendere poterunt, quam tritas illas veteri prouerbio calendas græcas. Vsque ad hunc diē sine ista doctrina mūdus Christianus fuit, vt Hieronymus in epistola de erroribus Origenis scriptum reliquit. Augustinus quoque libro de vera religione inquit: neque in confusione paganorum, neque in purgamentis hæreticorum, neque in lāguore schismaticorum, neque in cecitate Iudæorum querenda est religio: sed apud eos solos, qui Christiani, catholici, vel orthodoxi nominantur: id est, integritatis custodes, & recta sectantes. Et post paululum: tenenda est nobis Christiana religio, & eius ecclesie cōmunicatio, quæ catholica est, & catholica nominatur, non solum à suis verum etiam ab omnibus inimicis. Hæc ille cap. 5. & cap. 7.

14 Cum igitur lutherus & alij omnes hæretici, nō sint in ecclesia vna, sancta, catholica, & apostolica: sed in ecclesia satanæ atque malignantium: deuitandi sunt, tanquam pestes: & iuxta doctrinā Augustini, ad finem ecclesie catholice, quæ solaveritatem docet, omni cursu festi

nandum est. Et quemadmodū Alexandrinus ait, sicut nos diuine scripture docent, vnum sanctum spiritum confitemur, qui repleuit & veteris testamenti sanctos homines, & noui sacratissimos præceptores, in vnam & solam catholicam, apostolicamque semper ecclesiam: quæ & inuincibilis est, licet omnis mūdus aduersus eā pugnet, & victrix totius aduersæ impietatis existit.

Ad extremum cum Augustino cōtra epistolam Manichei, quam vocant fundamenti, vnusquisq; Christianus sapienter admodum dicere poterit: multa sunt, quæ in gremio catholice ecclesie me iustissimè tenent. Tenet consensus populorum, atque gētium: Tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascebas oues suas post resurrectionem dominus commendauit, vsq; ad presentem episcopatum successio sacerdotum. Adde etiam, tenet apostolice & ecclesiastice traditiones. Tenent vniuersalia concilia: Tenent sanctissimi doctores atque pastores ecclesie. Tenet postremo ipsum catholicæ nomen: quod non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes hæretici, se catholicos dici velint: quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorū, vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Augusti. lib. de fide con

tra

tra Manicheos cap. 45. & contra epistolam fundamenti cap. 4. Alexandrinus apud Theodorum lib. 1. histo. triparti. cap. 14.

15 Hæc autē catholica ecclesia multas ecclesias cōplectitur, vt ex Pauli epistolis, & Ioannis Apocalypsis constat. Sed earum omnium caput, mater, & magistra est ecclesia Romana propter cathedram apostolicam, quam dominus illic esse voluit. Ad eam igitur in causis fidei confugiendum est, quia catholica est, & nullam vnquam heresim fouit, imo destruit hereses omnes. Et vt Anacletus epistola tertia scripsit, Romana ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro primatum obtinuit: & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assequuta est. Et paulo post inquit, Petrus, & Paulus eodem tempore, & vno die, sub Nerone principe passi sunt, & ambo sanctam Romanam ecclesiam sua morte consecrarūt, & alijs omnibus suo venerādo triumpho prætulerunt.

16 Ad hoc, Irenæus vicinus temporibus apostolorum, libro tertio aduersus hereses, volens ostendere, quæ sit vera doctrina apostolica, inquit, traditionē apostolorum toto orbe manifestam, in omni ecclesia adest perspicere omnibus, qui vera volunt audire: eam videlicet, quā primitiua ecclesia per successionem continuam patrum & episco-

porum trāsmisit ad nos. Sed quoniam per omnes ecclesias discurre, prolixum esset, & operis infiniti, ex omnibus maximam & antiquissimam atque omnibus cognitam, Romæ à gloriosissimis duobus apostolis Petro, & Paulo fundatam, eligens, eius fidem, traditionemque, quam habet ab apostolis annunciatam, & per successiones episcoporum ad nos peruenientem indicantes, confundimus omnes, qui quoquo pacto, vel per sui complacentiam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, fidem, præter quam oportet colligunt. Et antiquissim⁹ author Septimius Tertullianus eandem authoritatem ecclesie Romanæ frequenter extollit. Irenæus lib. 3. c. 3. Tertullianus lib. de præscriptionibus aduersus hæreticos. & lib. 4. aduersus Martionem.

17 Cyprianus quoque libro primo epistolarum inquit: nauigare audent, & ad Petri cathedram, atque ecclesiam principalem, vnde vnitatis sacerdotalis exorta est, à schismaticis & profanis literas ferre, nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides, apostolo prædicante, laudata est: ad quos perfidia habere non potest accessum. Et iterum libro quarto fatetur, ecclesiam Romanam esse matricem & radicem ecclesie catholice. Postremo, in expositione symboli apostolorum inquit, in ecclesia vrbis Romæ, nec heresis vlla illic sumpsit exordium, &

mos

mosibi seruatur antiquus. lib. 1. epistola. 3. & lib. 4. epistola. 8.

Deinde Maximus orientalibus populis quadam epistola suadet, vt 18 veram fidem approbantes, in ecclesiam Romanorum, tanquam in solem respiciant: & ex ipsa lumen catholice, & apostolice fidei recipiant. Et Lactantius libro septimo diuinarum institutionum, tunc aduenisse finē rebus humanis prædicat, quum lumen Romane ecclesie fuerit extinctum. Et sanctus Gelasius primus canone quarto inquit: quāuis vniuersę terrę, per orbē catholice & apostolice constitutę ecclesie, vnus thalamus Christi sit: tamen sancta Romana ecclesia, nullis synodis constitutis, ceteris ecclesijs prælata est: sed euangelica voce domini & saluatoris nostri, primatum obtinuit. Et Nicolaus primus scribens Mediolanensibus ait, nō ergo que libet terrena sententia, sed illud verbum, quo factum est celum & terra, per quod deniq; facta sunt omnia, Romanā fundauit ecclesiam: illius certē priuilegijs fungitur, cuius autoritate fulcitur: c. quamuis 21. dist. 1. lactan. lib. 7. cap. 25. Chryso. in episto. 2. ad Thessa. homilia. 4.

Deinde Lucius primus epistola prima, & Felix primus epistola ad Benignum, & Eugēnius apud victorem libro secundo de persecutione vandolica, & patres in sexta synodo generali, actione quarta fatentur vno ore omnes, quod ecclesia

Romana mater est omnium ecclesiarum, & nunquam errauit in fide. Et in præfatione Nicene synodi traditur, ecclesiam Romanam, nullis synodis decietis, sed voce domini primatū obtinere. Sanctus quoque Marcellus inquit, sedes Petri iubente domino Romā translata est: quod & Egesippus narrat, & Faber contra lutherum retulit. Sanctus item Iulius ait, ecclesiam Romanam domini ore sacratam, & exaltatam esse. Pius quoque sanctitate pariter atq; martyrio clarus, omnibus ecclesijs hæc verba scripsit: Christus hanc apostolicam sedem, omnium ecclesiarum caput esse præcepit. Quibus accedūt vigilius, Pelagius secundus, Alexander secundus, Eulalius episcopus Carthaginensis & ceteri catholici omnes. Faber tractatu. 5. textu. 23. Vigil. epistola ad Eutheriū. c. 7. Eulalius epistola ad Bonifacium secundum. c. relatum. 11. quest. 1. Raynoldus lib. 3. ad Henricum octauum regē Angliæ, cōfessio Polonica, de fide & symbolo, cap. 28.

Concludamus ergo cum patribus concilij Lateranensis sub Iulio secundo, dicentibus, sancta Romana ecclesia, fidei magistra, veritatis alumna, omnium eriorum expert, vnica & immaculata, diuina institutione, sanctorum autoritatibus, conciliorum, canonumq; omnium testimonio ecclesiarum cūctarum primatum obtinet. Illud profecto mirabile est: quod cum omnes fere

natio

nationum & prouinciarum ecclesiarum, etiam illarum quibus ipsimet apostoli præsuerunt, multis hæresibus semel atque iterum ac sæpius infectæ fuerint, Romana tamē ecclesia fidem catholicam puram inuolatamque semper & ubique seruauit. defecit Achaia, ubi Andreas: Asia ubi Ioānes: India, ubi Thomas: Persis, ubi Simon & Iudas: Ethiopia, ubi Matthæus: Hierosolyma, ubi Iacobus: Græcia, ubi Paulus: Phrygia, ubi Philippus docuit: Postremo ceteræ quibus alij præsuerunt: Roma semper in fide accepta, stabilis & inuolata permansit.

21 Nunquid propter Lutherum, & ceteros impios stupidos homines, cæcos & miseros, recedemus protinus ab ecclesia catholica atque Romana? Nunquid, ut ait Augustinus, dubitabimus nos eius ecclesie condere gremio, quæ à redemptione generis humani, ab apostolica sede per successiones episcoporum, frustra hæreticis circum latrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiā miraculorum maiestate dānatis, culmen authoritatis obtinuit? cui nolle primas partes dare, vel summæ profecto impietatis est, vel præcipitis arrogantie. lib. de utilitate credendi cap. 17.

22 Vbi sunt ecclesie illæ, quæ iam olim ab ecclesia Romana defecerunt? in cuius manu sunt omnes ecclesie Asiæ, atque Africæ, & illæ tam multæ, quæ in magna Europæ parte floruerunt? Nū-

quid non est demolitus eas aper de sylua, & fera pessima depasta est? cuius si causam diligenter, prudenterque perquisieris, non aliam unquam inuenies, quam quod ab ecclesia Romana & Petri cathedra se diuiserunt. Ad postremū, audi Hieronymū in fine operis aduersus Luciferianos dicentem: breuem tibi apertamque animi mei sententiam proferam: in illa esse ecclesia permanendum, quæ ab apostolis fundata, usque ad diem hanc durat. Si cubi audieris eos, qui dicuntur Christiani, non à domino Iesu Christo, sed à quoquam alio nuncupari, ut puta, Martionitas, Valentinianos, Moteses, siue Campates: scito non ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam. Ex hoc enim ipso, quod postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros apostolus prænuntiavit. Hæc vir ille sanctissimus: qui eadem sententia nobis ostendit, lutheranos, sacramentarios, & anabaptistas, vel ex nomine solo hæreticos, & non Christianos esse iudicandos. Vide Fabrum contra Lutherum tractatu. 5. textu. 18. Pighium lib. 4. ecclesiasticæ hierarchiæ. 4. Bartholomæum Latomū aduersus Bucerum controuersia de authoritate ecclesie prope finem.

23 Hæc autem omnia quæ de Romana ecclesia diximus, existimanda sunt ex eo manare, quia illi sedes apostolica uoluntate diuina permansura erat: idem prorsus futurum in quacūque alia ecclesia, ubi eandem

eandem sedem dominus esse uoluisset: non enim elegit Deus gentes propter locum, sed locum propter gentes. Quæ uero causa fuerit, qua Roma omnibus alijs ciuitatibus in ea re fuerit prælata: non est nostrum prorsus scire. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Non tamen desunt humanæ coniecturæ satis quidem probabiles & uerisimiles, quas Leo ille diuiniſsimus tradit, sermone primo de natiuitate apostolorum Petri, & Pauli, dicens: beatissimus Petrus princeps apostolici ordinis, ad arcem Romani imperij destinatur: ut lux ueritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. Ut sicut Roma fuerat magistra errorum, eodem modo fieret magistra ueritatis. lib. 2. Machabæ. cap. 5. cap. beati. 2. q. 7.

24 Et si enim Hierosolymis ponenda uideretur apostolica sedes: eo quod in ea Christus crucifixus, mortuus, & sepultus, resurrexit: aliud tamen placuit sapientiæ diuinæ: ideo fortasse, quia in uisionem mortis Christi Hierosolyma erat funditus euertenda: tum ut cæca illa & carnalis peruicacia Iudæorum confunderetur, expectatum Messiam suum regnaturum in illa Hierusalē. Dein de translata lege, & sacerdotio translato, consequens etiam fuit, ut & locus apostolicæ sedis transferretur. Quam ob rem apostolorum prin-

ceps spiritu sancto plenus, ibi reliquit successores, ubi eorum præsentia ædificandæ ecclesie plus prodesse posset. Nam cū Roma caput esset imperij, ab ea fides catholica in uniuersum orbem melius diffundi poterat. Postremo, uoluit Christus, ut Romanam ecclesiam duo luminaria cæli morte clarissima consecrarent: & ut sanguis multorum martyrum ibidem effunderetur copiosissimè, ubi sedes apostolica permansura erat: ut gloriaretur uniuersalis ecclesia, quoniam gloria loci cōgruit excellentiæ præsentis. Gratianus. 2. q. 6. & iterum. 9. q. 3. & rursus. 24. q. 1. Chrysolto. in epistolam ad Romanos. sermone ultimo. Torquemada lib. 1. c. 17. Guido de hæresibus græcorum. c. 3. Armacanus de erroribus Armenorum lib. 7. c. 15. & cap. 25. Faber contra lutherum tractatu. 10. textu. 20. & 25. Echius lib. 1. de primatu Petri. ca. 18. & lib. 3. cap. 6. Gaspar lib. 2. aduersus hæreticos arti. 3. cap. 7.

25 Hæc autem ecclesia catholica in rebus fidei & morum errare non potest, quia regitur spiritu sancto, qui nunquam illam deserit. Et Christus Deus noster, qui caput est ecclesie, adest semper & aderit ei usque ad consummationem seculi. Præterea, ut apud Matthæum est, portæ inferi, id est, hæreses & errores, non præualebunt aduersus ecclesiam. Et Paulus ad Thimoteum scribens ait, ecclesiam esse columpnam & firmamentum ueritatis. Vnde relinquitur

tur planè, quod si possibile esset, ecclesiam in aliquo errare: qui sequeretur illam, nequaquam erraret: quia error ille insuperabilis esset. E contrario autem si possibile esset hæreticos non errare: qui tamen sequerentur illos contra ecclesiam, non possent non errare. Quod quidem tam est impossibile ecclesiam errare, quam hereticos in hæresibus non errare Ioan. 14. Matth. 27. ad Ephe. 4. Matth. 16. & 1. Timo. 3. Torque. lib. 2. de ecclesia. cap. 91. Tostadus parte. 2. defensorij cap. 21. cum seq. Gaspar lib. 2. arti. 3. cap. 1. Canus lib. 4. de locis theologicis. cap. 4. Michael Medina lib. 5. de recta in Deū fide. cap. 12.

26 Illud quoque verissimū est, quo solo vniuersæ lutheranorum hæreses planissimè confutantur: quod ecclesie traditiones, in rebus fidei & morum, quamuis scriptæ non fuerint, non minoris sunt auctoritatis, quam ipsa scriptura sacra. Est autem traditio ecclesiastica, doctrina Christi, vel apostolorum, vel discipulorum, viua voce tradita, & continua fidelium successione à patribus in filios transfusa, & consuetudine peruetusta firmata. Quæ licet in libris sanctorum patrum scripta sit, nihilominus tamen traditionis nomen retinet, vt rectè docet noster Aiala. lib. de diuinis apostoli. Ecclesiasti. traditio. in principio.

27 Veritas huius propositionis patet euidentissimè, quia multa alia

fecit & docuit Iesus, præter ea, quæ in euangelio continentur: & plura docuerunt & prædicauerunt apostoli, ab eodem seruatore & ab spiritu sancto edocti, quam quæ sacris literis comprehensa sunt. Cum ergo doctrina viua voce tradita non minoris sit auctoritatis, quam si literis diuulgetur: relinquitur inde, quod æqualis est auctoritas traditionis & scripturæ: quod multis etiam locis sacrarum literarum perspicuum fit. Ac primum quidem Paulus scribens Thessalonicis, inquit, fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Deinde ad Timotheum scribit, tu ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu: & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt alios docere. Postremo, in actis apostolorum legitur, quod Paulus perambulabat Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta apostolorum & seniorum. Et paulo post, cum Paulus & Timotheus pertransirent ciuitates tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab apostolis & senioribus, qui erant Hierosolymis. Ioan. vlti. 2. Thessa. 2. & 2. ad Timo. 2. Act. 15. cum seq.

28 Eandem quoque veritatem sancti omnes pastores & doctores ab origine nascentis ecclesie vno ore fatentur. Quorum aliqua testimonia breuiter hoc loco memorabo.

Primo,

Primo, sacer ille Dionysius c. 1. eccle. hierar. testis est, apostolos partim scriptis partim non scriptis institutionibus multa nobis tenenda tradidisse. Ad hoc, Irenæus lib. 3. aduersus hæreses, docens sumendam esse veritatem ecclesiasticæ traditionis: quod, inquit, si neque apostoli quidam scripturas reliquissent nobis, non oportebat, ordinem sequi traditionis, quæ tradiderunt his, quibus committerentur ecclesias. Et Origenes in proemio libri primi de principiis ait: seruanda est ecclesiastica prædicatio per successionem ordinem ab apostolis tradita, & usque ad præsens in ecclesijs permanens: & illa sola credenda est veritas, quæ in nullo ab ecclesiastica traditione discordat. Multa præterea magnus Basilius in eandem sententiam docet libro de spiritu sancto, inter alia dicens: dogmata, quæ in ecclesia prædicantur, quædam habentur ex doctrina scripto tradita, quædam rursus ex apostolorum traditione in mysterio, id est, occulto tradita, recipimus: quorum vtraque parè vim habet ad pietatem. Et in homilia contra Sabellianos inquit, te pacatum reddat traditio. Dominus ita docuit apostoli prædicauerunt, patres obseruauerunt, confirmauerunt martyres. Sufficiat dicere, sic edoctus sum. Irenæus lib. 3. c. 4. Basilius cap. 27. & 29.

29 Chrysostomus quoque in posteriore epistola ad Thessal. inquit. Hinc patet quod non omnia per epistolam tradiderunt apostoli, sed multa etiam sine literis: eadem verò fide digna sunt tam illa, quam ista: itaque traditionem quoque ecclesie fide dignam putamus: traditio est, nihil quaras amplius. Vbi & vulgarius & Ge-

nadius id ipsum confirmat. Item Epiphanius libro contra hæreses ait: termini nobis positi sunt, & fundamenta, & edificatio fidei, & apostolorum traditiones, & scripturæ sanctæ, & successiones doctrine, & vndiquaque veritas dei munita est. Et alibi, oportet traditionem vti, non enim omnia à diuina scriptura accipi possunt: quia propter aliqua in scriptis, aliqua in traditione sancti apostoli tradiderunt. Et Hieronimus epistola ad Lucinum: ego illud te breuiter admonendum puto, traditiones ecclesiasticas, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt. Et post pauca monet, vt vnaqueque pertinencia præcepta maiorum, leges apostolicas arbitretur. Et Aug. in varijs locis operum suorum asserit, non minus construngi catholicam ecclesiam vniuersali traditione maiorum, quam auctoritate scripturarum. Chrysostomus & ceteri in 2. ad Thess. 2. Epiphanius hæresi. 55. & 61. Aug. lib. de fide christiana. & lib. 11. contra Faustum, & ad Ianuariam epistola 118.

30 Et ne describendo verba singulorum, ultra quam satis est morer, nomina tantum auctorum & locos indicasse sufficiat: Eadem igitur sententiam docet beatus Petrus in epistola 1. Clemens: Ignatius epistola ad Heronem: Tertullianus lib. de corona militis, & rursus libro de ieiunio: Origenes homilia quinta in librum numerorum: Cyprianus epistola octaua libri secundum: Athanasius lib. de spiritu sancto. Hieronimus aduersus Luciferianos: Nazarenus oratione quadam posita inter opera Gregorij nissenis: Vincetius Lirinensis libro aduersus hæreses: Eusebius lib. 3. eccle. histor. cap. 36. Rufinus in expositione sym-

O boli:

De ecclesia

boli: Damasco. lib. 4. de fide Orthod. cap. 13. & 17. Ambro. Theophylact^o, Innocentius primus, Calix. Nicol. So crates, & alij relati à Martino Aiala libro de diuinis & ecclesiasticis traditionibus tertia parte, assertione decima: addo Hosiū lib. 4. aduersus Brentiū: Canū lib. 3. de locis theologicis.

31 Ad hæc, veritatē hanc multis cōcilijs maiores nostri posteris tradiderūt. In secūda synodo gñali aiunt: oportet nos ecclesiasticas traditiones, siue scripto, siue cōsuetudine in ecclesia, retētas, seruare. Et in epistola synodali cōciliij Alexadrini: quia prima salus est, rectē fidei regulā custodire, & à patrū traditione nullaten^o deuiare. Et in septima synodo gñali actione prima, qui doctrinas scōrum patrū, & traditionē catholicā ecclesie cōtēnunt, execratio. Et in diffinitione eiusdē synodi, fatemur aut vnanimiter, nos ecclesiasticas traditiones, siue scripto, siue cōsuetudine valētes, retinere velle; & catholicē ecclesie, in qua spūs sc̄tus inhabitat, traditionem obseruare. Et post pauca, si quis traditiōes ecclesie, siue scripto, siue cōsuetudine valētes, nō curauerit, anathema. Demū in q̄rta sessione cōciliij Tridētini, sic decreuerunt patres: sacrosctā cecumenica Tridētina synodus, traditiones ipsas, tū ad fidē, tū ad mores pertinētes, tāq̄ vel ore tenus à Christo, vel à spū sc̄to dictatas, & cōtinua successiōe in ecclesia catholica cōseruatas, pari pietatis affectu ac reuerentia suscipit, ac veneratur. In summa oēs sancti pastores & doctores nō aliud, ex quo Chri-

sti ecclesia est instituta, senserūt: nō aliud à maioribus acceperūt: nō aliud posteris tradiderūt: & tā audēt Lutherani traditiones ecclesiasticas cōtēnere, irridere atq; dānare, idq; sub p̄textu euāgelij & scripturarū. O infelix audacia: o mentiū impiarū temeritas.

32 Paria dicemus de cōsuetudinibus antiquissimis ecclesie, quas quidē cōtēnere prorsus hereticū est: vim enim ecclesiasticę legis habēt, & sine dubio de traditione apostolica manarūt, vt Tertullian^o inquit libro de corona militis. Vñ Paulus apostolus scribēs Corinthijs, cōsuetudinē ecclesie tāq̄ legē fortissimā obijcit cōtētis; quod illic Theophylactus & ceteri obseruarūt. Neq; alijs armis Hieronym^o confodit vigilatiū irridētē venerationem reliquiarū, & vsum cererū, q̄ ecclesie cōsuetudine. Quod & Aug. subinde cōfirmat: qui scribēs Casulano, inq̄t: in his reb^o, in qb^o nil certi statuit scriptura diuina, mos populi Dei, & instituta maiorū pro lege tenēda sunt. Et iterū ad Ianuariū quadā in epistola scribit, illa verò, quę nō scripta, sed tradita sunt, custodimus: quę aut toto orbe terrarū obseruātur, datur intelligi, vel ab ipsis apostolis, vel ex plenarijs cōcilijs (quorū est in ecclesia saluberrima autoritas) cōmendata, atq; statuta retineri. Et aduersus Donatistas, paruuli baptizati ponūtur in numero credētū: & hoc solū ex cōsuetudine ecclesie antiqua, canonica fundatissima. 1. cor. 11. Augustinus epistola. 86. & 118.

33 Origenes quoq; in epistolā Pauli ad Rom. ecclesia inquit, ab apostolis traditionem

Titulus

ditionē suscepit, etiā paruulis baptis-
mū dari. Et Aug. li. 2. de baptismo cōtra Donatistas, quā consuetudinē credo ex apostolica traditione venientē, sicut multa nō inueniuntur in literis eorū, neq; in cōcilijs posteriorū: & tñ quia per vniuersam custodiūtur ecclesia, nō nisi ab ipsis tradita & cōmendata credūtur. Et rursus, superius ostēdim^o, paruulū credere, & inter baptizatos cōputari: hoc habet autoritas matris ecclesie, hoc fundatissimē autoritatis obtinet canō: cōtra hoc robur, contra hūc inexpugnabilē murū q̄ quis arietauerit, ipse poti^o cōfringetur. Casianus quoq; inquit, oportet nos autoritati patrū, cōsuetudiniq; maiorum, vsque ad nostrum tempus pertantā annorum seriem protelatę, etiam non p̄cepta ratione, credere: eamq; vt antiquitus tradita est, iugi obseruatiā, & reuerentiā custodire. Ad extremū Leo ille sanctissim^o sermone secundo de ieiunio p̄tecostes ait, dubitandū non est, dilectissimi, oēm obseruantia ch̄rianā, eruditionis esse diuinę: & q̄d quid ab ecclesia in cōsuetudinē est deuotionis receptū, de traditione apostolica, & de sc̄ti spūs pro dire doctrina: qui nūc quoq; cordib^o fidelium, suis p̄sident institutis, vt ea oēs, & obediēter custodiāt, & sapiēter intelligāt. Origenes in epist. ad Roma. lib. 5. c. 6. Aug. lib. 2. c. 7. Casian^o collatione. 21. ca. 12. Gratianus dist. 11. Gaspar lib. 2. aduersus hereticos art. 5.

34 Accedit eodē, q̄ vetustissima consuetudo iustū initiū habuisse creditur nec minorē vim habet, q̄ scripta lex:

XXIII.

106

quod cū ita sit in cōsuetudine ciuiliū rerū, ab imperito, rudiq; populo plerūq; introducta, q̄d futurū putam^o de cōsuetudinib^o ecclesie, à viris selectioribus, Deoq; dicatis, à prelatis, & religiosis, doctissimis & sc̄tissimis, obseruatis: Quarū plurimas ante mille trecentos, & eo ampli^o annos, viguisse cōstat: vt iure ac merito credatur ab ipsis apostolis ex ch̄i doctrina, & spūs sc̄ti vnctiōe originē habuisse. Vñ p̄ Hieremiā dicit dñs, stete sup vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quę sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriū animabus v̄ris. Quisq; has igit cōsuetudines cōtēnit ecclesia ipsam cōtēnit, & hereticus pertinax est. Hiero. 6. l. diuturna. l. de quibus. de legibus. Fran. picus lib. de fide theoremate. 6. Roffen. contra Lutherū, veritate. 10. Pighius lib. 1. hierar. ecclesi. cap. 2. Alfonso lib. 1. aduersus hereses cap. 5. Hermas lib. 9. de instau. religio. cap. 9. cum seq.

35 Ex quibus omnibus relinquatur planē, doctrinas, traditiones, & consuetudines ecclesiasticas, necessario tenendas esse homini Christiano, & si non deducantur apertē ex sacris literis: cuius contrarium asserunt impudentissimi heretici, malitia cęci: qui solis sacris literis arbitrio suo, id est, pessimo intellectis, ac deprauatis, stari volunt: quibus alio loco a nobis plenius occurreretur: interim tamē aduersus illos cursim argumenta quedā perstringemus quibus planissimē cōfundi queant. Ac primum quidem, nō est minoris autoritatis doctrina

De ecclesia

voce plata, q̄ scripta. Adhuc, Christi³⁷ Deus n̄ ita ecclesie catholice semper adest, quemadmodum euangelistarum tempore: quod si dei p̄uidetia ecclesie sue nō p̄sident, nil est de religione satagendum, ut Augu. dicebat libro de utilitate credendi. Accedit etiam, quod par est ecclesie autoritas, & scripturarum. Præterea redemptor n̄ apostolis atq; discipulis p̄cepit, ut p̄dicaret, ut doceret, nō aut ut scriberet: quo factum est ut cū pauca nobis scripta reliquerint, p̄dicatione t̄n euangelica totum orbem repleverint: multa docentes, quæ non sunt sacris literis p̄dita. Demum lex ipsa euangelica viuavoce primū tradita est, nō aut scriptis: nil enim scripsit Christus, nil scribendum mādauit. Hermas lib. 9. de instauranda religione c. 5. & deinceps Gaspar lib. 4. aduersus hæreticos disputatione secunda.

³⁶ Accedit eodē, q̄ nō oīa, quæ ad religionem nostrā pertinet, scripserunt euangelistæ: sed christi t̄m cōuersationē in terris: nec ei⁹ integrā historiam tradiderunt, ut Ioānes ipse, q̄ nouissim⁹ scripsit euangelium, ingenuè fatetur, inquit: sunt & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scriberentur p̄ singula, nec ipsum arbitror mundū capere posse eos qui scribendi sunt libros. Vñ ex Pauli epistolis, & actis apostolorum satis constat, aliqua ab ipsis euangelistis omīssa, ex his quæ redemptor n̄ dixit, & fecit: q̄le est illud, visus est plusq̄ quingentis fratrib⁹, &c. Et illud, qm̄ ipse dixit, beatus est, magis dare, quam accipere: & item illud, qui in dieb⁹ carnis sue, & reliqua Ioan. vlti. i. cor. 15. act. 20. ad Heb. c. 5.

³⁷ Hoc quoq; p̄spicuum est, euangelistas nō scripsisse ea oīa, quæ ad ecclesie institutionem, hierarchiam, & sacramenta pertinet: quorum pars maxima vñctioi sc̄ti spūs reservata fuit, & in aliud temp⁹ reiecta. Quod vel ex euangelio Ioānis euidenter constat, vbi christi ipse dixit, adhuc multa habeo vobis dicere, sed nō potestis portare modo: cū autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: Illa itaq; tā multa reservata spūi sc̄to, didicerunt postmodum apostoli: cū eundē spiritum sub signo visibili acceperunt: eadēq; tradiderunt ecclesie, ac veluti p̄ man⁹ succedentium sibi ep̄orum & patrum, sibi mutuo & ecclesie perhibentium testimonium, certa fidelique traditione ad nos p̄uenerunt. Et ut Cyr. eleganter scripsit sermone de ablutione pedum: sicut par est spūi sc̄to & Christo diuinitas: ita in suis statutis æqua est autoritas & potestas: nec minus ratum est, quod dictante spū sc̄to tradiderunt apostoli, quam quod ipse tradidit Christus. Ioā. 16. Aiala lib. de diuinitis & ecclesi. traditi. par. 1. assertio. 2.

³⁸ Addendum eodē est, q̄ ecclesia auctoritatem habet discernendi scripturas diuinas ab humanis, & ei⁹ traditione certissimè scim⁹, quos libros recipere, & quos reijcere debeamus: nec alia via cognoscimus, qui libri sint canonici, & spū sc̄to inspirate cōscripti, nisi ecclesie traditione, & auctoritate. Vñ Origenes ille doctissimus, libro primo cōmentariorum in Mattheum: ex traditione, inquit, didici de quatuor euangelis: quia hæc sola sunt absq; vlla cōtradictione quæ suscipi debet in oībus, quæ

Titulus

XXIII.

107

quæ sub celo sūt ecclesijs: ita enim tradiderunt patres. Et iterum, quāuis nonnulli de epistola, quæ ad Hebræos scripta est, dubitauerint, an Pauli sit: sed ego dico sicut mihi a maioribus traditum est, quia manifestissimè Pauli est: & semper oēs antiqui maiores n̄ri, ita eā, ut Pauli epistolā, susceperunt. Eusebius lib. 6. ecclesiasticæ historiæ. c. 18. Nicephorus lib. 5. c. 16. Aiala, part. 1. assertio. 1. ad finē.

³⁹ Accedit etiā, q̄ sacre literæ nō habent auctoritatem diuinā ex suis auctoribus & scriptoribus, sed ab ipso Deo: & eis credimus, p̄pter ecclesiasticæ traditionis fidem & testimonium. Vñ factum est, ut receperit ecclesia euangelium Marci, & Lucæ, qui ut pleriq; tradunt, nunq̄ Christum dñm viderunt. & t̄n reiecit euangelium sub nomine Petri scriptum, eo q̄ nō esset cōsonum traditionibus ecclesie: qua ratione alia quoq; multa euangelia dānata sunt ab ecclesia, quemadmodum Tertullianus, Origenes, Eusebius, Ambrosius, Nicephorus & alij multi testantur. Et Innocentius primus epistola ad exuperium, recensens oēs libros, qui recipiuntur in canone sc̄tarum scripturarum, tadē subiungit: cetera aut, quæ vel sub nomine Matthei, siue Iacobi minoris vel sub nomine Petri & Ioānis, quæ a quodā Leutio scripta sunt: vel sub nomine Andree, quæ a Nexocharide & Leonide philosophis: & sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, nō solū repudianda, verū etiā noueris esse dānata. Epiphanius quoq; in septima synodo generali dixit: decet omnem Christianum, cū aliquos libros adulteros audit, aut legit, respicere, nec omnino animum

adhibere: nā & inter epistolas diuini apostoli quedā fertur ad Laodicenses, quā patres nostri, tanq̄ alienā reprobauerunt. Præterea Manichæi, euangelium secundum Thomā inuenerunt, quod ecclesia catholica merito ut impiū auersatur. Postremo, ut cōplura omittam, maiores n̄ri in primo cōcilio Tolitano ita decreuerunt: si quis dixerit, vel crediderit, alias scripturas, præter eas quas ecclesia catholica recipit, in auctoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit. Tertul. lib. 4. aduersus Marcionem. Lucas in proemio euangelij, & illic Origenes, Ambrosius, & ceteri. Eusebi⁹ lib. 3. histo. ecclesi. c. 25. & lib. 6. c. 10. Innocentius episto. 3. ca. 7. Epiphanius tomo. 5. distin. 15. c. vlti.

⁴⁰ Ex his oībus cuius p̄spicuum esse poterit, q̄ miserè infaniant recēiores heretici, qui auctoritatem omnem detrahere conantur ecclesiasticæ traditioni: non enim intelligunt stupidi, cæci, & miseri, se omnem prorsus auctoritatem canonice scripturarum e medio tollere, & vnū hoc conari, ut vnūuersum orthodoxe fidei & veritatis lumen, sibi alijsq; eripiant: nā labefacta ea, vñ oīa credita p̄dent. Siquis etenim negare vellet auctoritatem euangeliorum, nō alijs quidem argumentis validioribus eā asserere posset, q̄ ecclesie auctoritate, eiusq; traditionibus. Vñ memoratu digna est sententia illa diuini Augustini cōtra epistolā Manichæi, q̄ vocat fundamenti, capite quānto dicentis: ego verò euangelio nō credere, nisi mē catholicæ ecclesie cōmoueret auctoritas. Est igitur ecclesiasticæ traditionis auctori-

De ecclesia

tas in veritatis certitudine par authoritati scripturarū. sed & antiquior est, & notior nobis, & ad lōgē plura se extendit: quinimo & magis idonea, & efficacior est in re dubia ad fidē certitudinemq; faciendā, vt apud sapiētes & catholicos viros satis supq; cōstat. Vide Frā. picū lib. de fide, theoremate. 6. Fabrū contra lutherū tractatu. 2. text. 1. & tracta. 7. textu. 9. Roffen. cōtra lutherū veritate. 9. Driedonē lib. 2. de ecclesiasticis dogmatibus. c. vlt. & lib. 4. c. 2. cū seq. Pighiū. lib. 1. Hierar. ecclesia. c. 2. & deinceps. Alfon. lib. 1. aduersus hereses. c. 5. Hermā lib. 8. de instaurā. religione. c. 10. Aialā lib. memorato, parte. 1. assertioe. 1. ad finē. copiosi⁹ Lindanū in panoplia euāgelica Canū lib. 2. de locis theologis. ca. 7.

41 Queri solet, vtrum heretici sint de ecclesia? Quod quidē probari posset: quia ecclesia de illis iudicat, eos exco-
municat & punit: & tamē vt aposto-
lus inqt, nil ad ecclesiā attinet, de his
que foris sunt iudicare. Adhęc hereti-
ci tenentur pceptis ecclesie, & qui-
busdā sacramētis vsūtur: & verē ba-
ptizati sunt, & verē baptizat: demū sa-
cramentum ordinis retinēt. 1. cor. 5. c.
quod quidā. c. si q. s. inquit. cū seq. 1. q.
1. Alex. ales. 4. parte. q. 16. & quest. 35.
membro. 5. Altissiodorep. lib. 4. tra-
ctatu. 3. cap. 7. & tractatu. 8. q. 2.

42 Sed quāuis quibusdā ex causis ad
ecclesiā pertinere videātur: verē tñ de
ecclesia nō sunt: hæresis enī in diuisio-
nem significat: & ideo dicūtur hereti-
ci, quia diuisi sunt ab ecclesia. Accē-
dit, quod apud Mattheū est, si ecclesia

nō audierit, sit tibi tanq̄ Ethnicus &
Publican⁹: ergo sicut Ethnici nō sunt
in ecclesia, sic etiā nec heretici. Ad-
hęc, in ecclesia, vt apostolus ait, vnus
Deus, vna fides, vnū baptisma. Hære-
ticus igitur, qui non manet in vnitate
fidei, non est in ecclesia Dei. Vñ Cy-
prianus ad Rogatianū scribēs inquit,
hęc initia hæreticorū, & ortus atq; co-
natus schismaticorū, sic de ecclesia e-
greditur, sic altare pro foris colloca-
tur. Et Hieronymus in epistola ad O-
ceanū: alieni & extra ecclesiā sunt lu-
dei, hæretici, atq; Gētiles. Et Augusti.
libro de vera religione, ex his homi-
nibus heretici sūt, qui etiā si essent in
ecclesia, nihilominus errarent, cū aut
foris sunt plurimū profunt, nō verum
docēdo, quod nesciūt, sed ad verū que-
rendū carnales, & ad verū aperiendū
spiriales catholicos excitādo. Et alibi
ait, heretici & schismatici, & eie cti à
prælati, ab vnitate corporis Christi
sunt separati. Præterea cū ecclesia nil
aliud sit, quā fideiū respublica, & hæ-
retici ab ea sint re & nomine diuisi,
nō magis ad ecclesiā pertinet, q̄ trās-
fugē ad exercitū, à quo recesserūt, quod
loānes epistola prima cōfirmare vide-
tur in quies, à nobis exierūt, sed nō e-
rant ex nobis. Et Augustinus inquit,
peior est defertor fidei, & ex defertore
oppugnator eius effectus, q̄ ille, q. nō
deseruit, quā nunq̄ tenuit. recte igit̄
definierūt patres i quarto cōcilio Car-
thaginēsi, dicentes: hereticorū cœtus,
nō ecclesia, sed cōciliabulū est. Mat. 18
Ephē. 4. Aug. lib. de vera religioe, c. 8.
& li. 21. de ciuitate Dei. c. 25. epi. 1. loa.
cap.

Titulus

cap. 2. concilio. 4. Carthaginen.
cap. 71. Hermas. lib. 6. de instau. re-

De episcopis

- 1 Episcoporum munus proprium & precipuū.
- 2 Episcopi accuratissime studere debent, ne aliquod hæreticum dogma suam diœce-
sim inficiat.
- 3 Episcopi iure diuino obligantur, vt grege
sibi commissum diligentissime custodiat.
- 4 Inquisitoribus cur datum sit munus dā-
nandi hæreticos, quod olim solis episco-
pi iniungebatur.
- 5 Episcopi & inquisitores quo pacto se ge-
rere debeant apud Hispanos in hære-
ticorum causis.
- 6 Vicarius episcopi, vel capitulum sede Va-
cante, assistere possunt inquisitoribus
loco episcopi.
- 7 Episcopi hæretici ab omnibus accusari
possunt.
- 8 Inquisitores dicta testium aduersus epi-
scopum hæreticum possunt recipere.
- 9 Episcopus hæreticus cur priuandus sit epi-
scopatu.
- 10 Episcoporum causa ad summum pontifi-
cem omni iure pertinent.
- 11 Episcoporum consecratorum causa, aut
eorū quos ipse summus pōrifex elegit,
Papa cōmittenda est, nō autem eorum
qui à capitulis, vel ab alijs electi sunt.
- 12 Episcopi, quos titulares vocant, à quibus
puniri debeant.
- 13 Episcoporum criminales causa an Roma
tantum tractari debeant.
- 14 Episcoporum causa, expedit vt summi pō-
rifidis cōcessu in reorum prouincijs tra-
ctentur.
- 15 Episcopum de criminibus accusatū à qui-
bus iudicandum statuerit concilium
Antiochenum.
- 16 Episcoporum causas quibus iudicibus com-
mittēdas decreuerit cōciliū Sardicēse.
- 17 Episcopi recensentur, qui à comprouin-
cialibus episcopis iudicati sunt.
- 18 Episcopi alij hoc tenore damnati in Hi-

XXV.

108

ligio. cap. vlti. Canus lib. 4. de locis
Theologicis cap. 2.

Titul. XXV.

Spania.

- 19 Causas tractari oportere in loco commisi-
crimini, ex Hebræorū lege deducitur.
- 20 Episcoporum causas comprouincialibus
episcopis delegari, cur oporteat.
- 21 Causas reorū in loco commisi criminis tracta-
ri oportere, ex diuo Cypriano probatur.
- 22 Archiepiscopi Toletani causam cur in
Hispania decidi voluerit Pius. 4. pon-
tif. max.
- 23 Theologorū arrogans opinio de non creā-
dis episcopis qui theologo non sint.
- 24 Theologorum prædicta opinio iniuriosa,
absurda, & ferē hæretica est.
- 25 Theologorum, qui censent iurus pontificij
peritis episcopatus non esse committen-
dos, fundamenta.
- 26 Theologorum prædictorum rationes in
ipsosmet retorquentur.
- 27 Theologi, qui iurus pontificij peritis detra-
hūnt, confutantur.
- 28 Theologi ad episcopatus electi raro ad cō-
cionandam procedunt.
- 29 Theologorum episcoporū conciones non
omnes ipsorum oues audire possunt.
- 30 Theologos episcopos concionares non om-
nes intelligunt.
- 31 Episcoporum munus non tantum concio-
nando impleri potest.
- 32 Doctrinam Christianam multi sunt qui
doceant.
- 33 Prædicatorum nostra tēpestate infinitus
est numerus.
- 34 Episcopum esse concionatorem non mul-
tum refert.
- 35 Episcopus facile est vnū aut alterum præ-
dicatorem querere, qui eorum vicem
in concionando suppleat.
- 36 Episcopos posse alios querere, qui populū
sibi commissum concionibus exhortū-
tur, multi sancti viri asserunt.
- 37 Episcopos posse alios querere, qui eorum

- loco concionentur, statuit Tridētinum concilium.
- 38 Episcopus iuris peritos posse etiam ad populum concionari.
- 39 Episcopi iuris pontificij periti factis & exemplis concionari possunt.
- 40 Episcopus cum hereticis pertinacibus disputare non debet.
- 41 Episcopi quo pacto ab oculibus suis hereticos arcere debeant.
- 42 Episcopus iuris peritus melius inquisitoris ordinarij munere fungi potest, quam theologus.
- 43 Episcopus iuris pontificij peritus facilius theologus euadet, quam theologus iuris peritus.
- 44 Episcopi creatur ad regēdā ecclesiā Dei, quæ quidem sacris canonibus regitur.
- 45 Episcopus sacrorū canonum peritus esse debet.
- 46 Episcopus non solum literis, sed seculariū etiam negotiorum dispensatione prudens esse debet.
- 47 Theologi cellula aut priuata domuncula præesse sciūt, iuris periti vniuersæ reipub.
- 48 Episcopi nomen quid significet.
- 49 Episcopi etiam si verbo & doctrina non laborent, bene præesse possunt, vt ex Paulo deducitur.
- 50 Episcopi vt bene præ sint, quid facere debeant.
- 51 Episcoporū pleraque munera, nō tā theologia & concionibus absolūtur, quam iuris ac negotiorum peritia.
- 52 Episcopi iuris periti per theologos concionantur, quemadmodū theologi episcopi per iuris peritos ecclesiam regunt.
- 53 Episcopi theologi in paruula fortasse diocesi vtiliores sunt, sed in magna iuris periti.
- 54 Episcopi theologi quibus in rebus iuris peritis, & in quibus illis iuris periti præse rendi sint.
- 55 Theologi immerito iuris pontificij peritos ab episcopatu deicere conantur.
- 56 Episcopi boni, & mali, & mediocres esse possunt & ex theologis, & ex iuris peritis.



Inter alia munera episcoporum grauissima, illud propriū ac ferè præcipuum est, quod oues sibi commissas diligēter custodire debent à lupis rapacibus, id est, ab impiorum, & hereticorum venenatis doctrinis. Nec enim vlla potest esse pastoris excusatio (vt beatus Gregorius inquit) si lupus oues comedit, & pastor nescit. Vnde per Ezechielem prophetam Deus loquens episcopis ait: viuo ego, quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eò quod non esset pastor (nec enim quæsierunt pastores mei gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos nō pascebāt) propterea pastores audite verbū dñi: hæc dicit dñs Deus: ecce ego ipse super pastores requirā gregē meū de manu eorū, & cessare eos faciā, vt ultra nō pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos. Accedit etiam, quod in Apocalypsi Ioānis Deus reprehendit episcopum quēdam, eò quod tolerabat eos, qui sequebantur doctrinā Balaam, & Nicolaitarū. Et episcopo Thyatirē ecclesie sic dicit: noui opera tua, & fidē, & charitatē tuam, & ministeriū, & patientiā tuā, & opera tua nouissima plura prioribus: sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierē Iezabel, quæ se dici pphetā, docere & seducere seruos meos, fornicari, &

man-

manducare de idolothytis. c. pen. de regu. iuris Ezechielis. 34. Apocalypsis. 2.

- 2 Ipsi quoque Apostoli canone quodam præceperunt, vt bis in anno episcoporū concilia celebrētur, vt inter se inuicē dogmata pietatis explorēt. & in concilio Mileuitano decretum est, vt negligēs episcopus, qui non curauerit conuertere hereticos ad vnitatem catholicam, cōmuniōne priuetur: quod si mentitus fuerit de conuersione illorū, episcopatum amittat. Et in concilio Lateranensi sub Innocētio tertio, sic definiētur patres: si quis episcopus super expurgandō de sua diocesi hereticæ prauitatis fermēto negligēs fuerit, vel remissus, cum id certis indicijs apparuerit, ab episcopali officio deponatur, & in loco ipsius alter substituatut idoneus, qui velit & possit hereticam cōfundere prauitatem. Ad postremum, in concilio Basiliensi hoc decretum extat: præcipua in ipsa synodo episcopi cura sit, inquirere, ac debitis modis occurrere, ne aliquod dogma hereticum, erroneum & scandalosum, sortilegia, diuinationes, incantationes, superstitiones, & quæuis diabolica figmenta diocesim suam inficiant. apostolorum canon. 38. concilio Mileuitano cap. 25. Lateranensi cap. 3. Basiliensi sessione. 15.

- 3 Est igitur sollicitudo hæc iure diuino episcopis iniuncta: & illis solis ea cura olim iure pontificio

commissa & concessa erat, etiam ante consecrationē: si modo erant electi & confirmati, quia hoc iurisdictionis est. Quamobrem sylvester Papa constituit, vt hereticum resipiscentem presbyter non susciperet, nisi episcopus loci designati. Et Gelasius epistola quadā docet, solum pontificē, & episcopos, damnare posse apostatas & hereticos, sine aliorum consensu. Et compluribus alijs conciliorum & pontificū decretis id ipsum sepius constitutum est. c. ad abolendam. de hereti. Ambro. Catharinus in speculo hereticorum cap. 1. Feli. in c. eam te. de rescript. nu. 5. cum seq. Ioan. de selua tractatu de beneficiis. quest. primæ partis. nu. 32.

4 Sed hodie munus hoc inquisitoribus hereticæ prauitatis madata tum est: siue propter varias episcoporum curas, siue propter quorūdam absentiam, vel ignauiam, vel imperitiam: non tamē abrogatur ob eam causam ordinaria iurisdictionis episcoporum: sed vtrique possunt cognoscere simul, aut seorsim: sed cum seorsim procedūt, tenentur communicare sibi acta iudicij, & per vtrosque simul sententia est proferenda, nisi fortē prius inuicem sibi detulerint. Si verbō concordēs non fuerint in pronunciando, tunc remittenda est causa instructa ad apostolicam sedem. Præterea eundem ordinem seruare tenentur episcopi in procedendo, quem inquisitores seruant. c. per

De episcopis

hoc de hereti. lib. 6. & illic domi. & alij. extrauag. ex eo. eodem tit.

5 Sed hæc ferè omnia in Hispania longè aliter hodie fiunt: nam quù episcopi & inquisitores non sunt concordēs, remittitur causa instructa ad senatum sanctæ inquisitionis. Præterea quù episcopi non habeant secretū. carcerem, nec ministros idoneos ad procedendum aduersus hereticos, non possunt seruare ordinem illum, qui præfinitus est inquisitoribus: quàm ob re vsque eò tantum procedere debet, vt in hereticos vel suspectos inquirent, & summariam probationem inquisitoribus secretò mittere debent. Aut si fortè reos comprehenderit, ne fugerent, tenentur protinus eos mittere ad inquisitores: alioqui causam omnem ita confundent, vt vix aut nunquam veritas inueniri queat: quod ego frequenter vicariorum imperitia cōtigisse scio: ideoque id mea sententia lege pontificia prouidendum esset. Interim verò rex noster scribere solet episcopis, vt eas causas ad inquisitores mittant.

6 Illud præterea statutum est, vt vicarius episcopi assistere possit inquisitoribus loco episcopi: quod hodie frequentius fieri solet: nam vel vicarij, vel alij ab episcopis delegati adsunt inquisitoribus, quoties opus est: ipsi vero episcopi rarò hunc laborem subeunt. Sed tunc demum admittendus est vicarius episcopi, quum suspectus non erit,

nec ex genere Iudeorum: alioqui repellendus est, vt quadam epistola generalis inquisitoris plenius cōtinetur. Capitulum quoque sede vacante succedit in locum episcopi, vt in pleraque alia, ita etiã in hoc munus. Item episcopus procedere potest aduersus hereticos, quantūuis exemptos ab ordinaria iurisdictione: id tamen facere debet iure delegato, non autem iure ordinario, vt Ioãnes Andreas, Felinus, & ceteri tradunt. c. vt commissi. §. priuandi. de hereti. lib. 6. cap. ad abolendam. eo tit. lib. 5. & illic Ioan. And. Cardi. Feli. & alij. glo. & ceteri in Clem. 2. de hereti.

7 Et quamuis episcopi non facile sint accusandi, præsertim ab omnibus suis, si tamen heretici fuerint, accusari ab omnibus possunt: quod iam olim decretum est, in secunda synodo Romana sub Symmacho Papa hoc verborum tenore. Oues quæ suo pastori commissæ sunt, eū nec reprehendere, nisi à fide exorbitauerit, nec vllatenus accusare possunt. Ceterum cautius agendū est, vbi causa episcoporum tractatur: nec inquisitores procedere queunt aduersus episcopos, aut superiores prælatos, nisi expressim id fuerit eis commissum. Cæterum si cognouerint illos hereticos esse, vel infamatos de heresi, vel suspectos, debet hoc sedi apostolicæ nunciare: sed inquisitores Hispaniæ consulent generalem inquisitorē, & senatum, ab eis autem consule-

tur

Titulus XXV.

110

tur Papa. c. inquisitores de hereti. libro. 6. cap. oues. c. accusatio. 2. quæst. 7.

8 Sed quamuis nequeant inquisitores contra episcopos inquirere, poterunt tamen dicta testium aduersus eos recipere, vt eorū hereses sedi apostolicæ nuncient. Nec enim aliter scire aut inuenire possunt illos crimem hæreseos commisisse. Adde quod is etiam, qui iudex nō est, nihilominus potest contra reum testimonia accipere, vt cum ad suum iudicem cum elogio mittat. c. inquisitores. de hereti. lib. 6. l. 1. C. de exhiben. reis. l. diuus. ff. de custo. reo. l. 3. in princ. ff. de re. milita. l. ne quid. ff. de incen. ruina. naufra. extrauagan. cū Matthæus. de hereti. in fine.

9 Episcopus autem hereticus priuatur episcopatu, quia ex pastore factus est lupus, & ecclesiæ membrum esse desijt. Vnde in synodo Coloniensi sub Iulio primo. Eufрата hereticus priuatus fuit episcopatu. Et actione tertia concilij Chalcodonensis, Dioscorus episcopali dignitate, & omni sacerdotali ministerio propter hæresim fuit priuatus. Sic etiã actione prima quinti concilij Constantinopolitani, Anthimus archiepiscopus: & quidam episcopi depositi fuerunt. Sic Paulus Samosatensis deiectus fuit episcopatu, author Eusebius lib. septimo ecclesiasticæ historiæ. Sic in alia synodo, Constantinopolitana Marcellus episcopus hereticus deposi-

tus fuit, vt apud Sozomenum est, libro tertio historiæ tripartitæ. Sic etiam alij heretici priuati sunt episcopatu in concilio Sardicensi: in cuius epistola synodali patres inquirunt, generali eos decreto sanctum concilium episcopatu deposuit: decreuimusque, non solum episcopose eos non esse, sed neq; cōmunionem cum fidelibus promereri: quod Theodoritus retulit libro quarto historiæ tripartitæ. Et vt iam finiam, Nicephorus in ecclesiastica historia est author, Nestorium fuisse depositum in Ephesina synodo, & in alia synodo Eutychetem, & alibi alios. Sed si episcopus pertinax fuerit, vel relapsus, aut impœnitens, degradandus & cremandus est: episcopi enim & clerici pertinaces exangurandi, reserandi, & in fulis exuendi sunt. histo. eccl. lib. 7. cap. 26. & lib. 3. tripartite cap. 9. & lib. 4. cap. 24. cap. 1. & cap. super eo. de hereti. lib. 6. c. ad abolendam. c. pen. eodem tit. lib. 5. Nicephorus lib. 6. cap. 28. cum seq. & lib. 14. cap. 34. & cap. 47.

10 Cū autem episcopus hereticus repertus fuerit, consulendus est omnino summus Pontifex, ad quæ episcoporum causæ omni iure pertinent. Quod vel ex epistola generali concilij Alexandrini satis constat: cuius verba sunt: antiquis regulis sanctum est, vt quidquid, quauis in remotis & longè positis prouincijs, super episcoporum querelis & accusationibus ageretur, non prius

De episcopis

prius accipiendum esset, quam ad notitiã apostolicę sedis fuisset pronuntiatio prolata: ne passim ab accusatoribus, aut calumniatoribus columnę conuellerentur ecclesię. Item Anacletus epistola, quam vniuersę scribit ecclesię, asserit hoc statum fuisse ab apostolis iussu Saluatoris. Quod multis epistolis docent esse seruandum, Euaristus, Sixtus primus, Anicetus, Victor, Cyprianus, Sixtus secundus, Zepherinus, Marcellus, Melchides, & alij multi sanctissimi, doctissimi, & antiquissimi patres: quorũ verba non describimus fastidij vitandi causa. Sed preterire non possum decretum illud concilij Niceni: dum à sanctis apostolis, eorumque successoribus in antiquis decretis statutum fuerat, non oportere preter sententiam Romani pontificis concilia celebrari, nec episcopos damnari. Vide Cyprianum epistola. 4. lib. 1. Gratianum in decretis patrum. 2. quęst. 7. Nicephorũ lib. 9. ecclesiasticę historię cap. 8. Alber. Pighium lib. 6. hierar. ecclesiasticę. cap. 6. & deinceps. Gonfalum de hæretica prauitate. quęstio. 17.

11 Sed hæc omnia accipiēda sunt de episcopis consecratis, non autē de electis à capitulis, vel ab alijs, preterquam ab ipso Papa. Nam sicut illi non dum verē sunt episcopi, antequam approbati & consecrati sint: sic etiã hi, qui electi sunt à summo Pontifice puniri nõ de-

bent eo insciente. Extrauagan. ex eo. de hæreti. glo. in. c. 1. de religio. Domi. Feli. in. c. eam te. de rescript. & illic. Blasius auriolus & cæteri. Ioã. de selua tractatu de beneficio parte. 1. quęst. 2. nu. 31. Bertachi. lib. 3. de episcopis parte. 4. secundę partis.

12 Maius tamen dubium est, de episcopis, quos titulares nominant: qui videntur nomine tantum episcopi, ac proinde cenferi possent his priuilegijs indigni: sunt enim pastores sine ouibus, & præules sine diocesi: attamen quũ sint creati à summo pontifice, & verē sint episcopi, & interdum his opus sit, in magnis præsertim diocesiibus, tutius fore cenfeo, ut etiã de criminibus eorum summus Põtifex consulatur. Clem. in plerisque. de electio. Gerson parte. 1. tracta. de statibus ecclesiasticis tit. de statu prælatorum consideratione. 8. Lud. gomes in regula chancellarię de annali possessore quęst. 47. Alaua de concilij parte. 2. 5. 4.

13 Quæri potest, quo in loco episcoporum causę criminales tractari debeãt? Quidam putant Romanę tractandas esse, quia in eis necessaria est apostolicę sedis auctoritas: quasi verò pontificis summi potestas Romanę vr̄bis ambitu concludatur: aut pontifex maximus nequeat episcoporum causas, quibus voluerit delegare. e. accusatus: c. hæc quippe. 3. quęst. 6. c. decreto. c. si quis episcopus. 2. quęstio.

Titulus XXV.

iii

- quęstio. 6.
- 14 Sed & si Papa causas episcoporum Romanę tractare possit: expedit tamen, vt eius concessu in prouincijs reorum tractentur: id enim legibus & exēplis, multis magnificę rationibus comprobatur.
- 15 Ac primũ quidem in concilio Antiocheno sæpe decretum est, vt episcopus de criminibus accusatus à comprouincialibus episcopis iudicetur. canone. 4. & 12. & 14. & 15. & 17.
- 16 Et in concilio Sardicensi, si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint & cætera cap. 7. & in primo concilio Carthagenensi canone. 11. id ipsum non obscure traditur.
- 17 Huius quoque traditionis suppetunt affatim exēpla: quorum aliqua breuiter memorabo. Paladius episcopus dānatus fuit Aquileiæ tēporibus Damasi primi, vt ex concilio Aquileiensi satis constat. Et Photinus Sirmij fuit episcopatu priuatus, author Sozomenus lib. 5. historię tripartitę cap. 6. & 8.
- 18 Et Sisbertus Archiepiscopus Toletanus dānatus fuit in Hispania, sicuti relatum est in 16. concilio Toletano cap. 9. & cap. 12. omitto plurima, quę supra commemorauimus. nu. 9.
- 19 Huc accedit hebræorũ lex, qua cautum erat, vt reorum causę tractarentur in loco commissi criminis, non in ciuitate refugij. Ait lex:

inter percussorem & propinquum sanguinis quęstio ventilabitur, & innocēs liberabitur de vltoris manu, & reducetur per sententiam in vr̄bem ad quam confugerat. vt libro numerorum plenius continetur. cap. 35.

20 Oportet quidem illic criminũ iudicia fieri, vbi facinus dicitur esse admissum: ibi enim accusatores, indices siue denunciatores aderunt: ibidem testes præsto erunt: & melius scire poterunt iudices prouinciales quanta fides testibus sit habenda: & rectius linguã suę prouincię intelligēt. Quod si causa heresis fuerit, nomina testium illic erunt occultiora, & omnia commodius fient, præsertim in Hispania, quę in inquirendis & puniendis hereticis ceteris regnis fecilior est. **Accidit illi Bernardus Eugenio suadet, vt iudicibus prouincialibus lites tractandas deleget, libro tertio de consideratione, post alia dicens: vbi certior ac facilior notio, decisio tutior expeditiorq; esse potest.**

21 Et beatus Cyprianus quadam in epistola scribit, statutum est omnibus nobis, & equum est pariter ac iustum, vt vnus cuiusq; causa illic audiatur, vbi est crimen admissum, vbi & accusatores habere & testes sui criminis possit. lib. 1. epistola. 3.

22 Quibus alijsq; rationibus motus Pius quartus, pontifex maximus, causam Bartholomę Mirandę archiepi-

chiepiscopi Toletani, in Hispania tractari ac terminari voluit, missis legatis, qui suo nomine cum alijs episcopis Hispanis iudices essent.

23 Theologi quidam, qui pre se alios non ducunt homines, & qui forte se solos episcopos esse vellent, dicere atque etiam scribere non verentur: iuris pontificij peritos, quamvis iuris vtriusque apices attigerint, quamvis amplissimos magistratus feliciter gesserint, episcopos tamen esse non posse: quin etiam peccare illos mortiferè, qui eos faciunt episcopos: & iuris peritos ipsos in statu damnationis esse, qui tali electioni ac promotioni consentiunt.

24 Ego vero affirmare austin, hanc omnia iniuriosa & absurda esse, ac tantum non hæretica. Iniuriosa quidem, quia non quibusvis iniuriam inferunt, sed plurimis sanctissimis episcopis, iuris pontificij peritis, quinimo summis pontificibus multis, optimis viris ac beatissimis. Absurda verò, quia multa ex his consequuntur absurda, ut paulo post ostendemus. Postremò, ea ferè sunt hæretica, quia Tridentinæ synodo aduersantur: quæ non tantum ad beneficia, curam animarum habentia, sed ad episcopatus regendos, æqualiter iuris pontificij peritos, atque theologos ipsos eligi posse decreuit. sessione. 22. cap. 2.

25 Sed iam videamus, quibus rationibus agitati, tam inepta & fal-

sa effutiuerint. Prora quidem & puppis istorum omnium est, quod iuris periti non soleant esse prædicatores: quasi vero id ignorauerit synodus Tridentina, aut non esset hoc compertissimum patribus sapientissimis: & nihilo secius visum est Spiritui sancto & illis, ut ad episcopatus onera subeunda pontificij iuris periti, non secus atque theologij sint eligendi.

26 Nec intelligunt isti, in iuris peritos malè animati, quòd dum eos ab episcopatu eijcere volunt, plerisque theologos pariter cum illis excludunt. Nemo enim est qui nesciat, non quolibet modo, sed magnos etiam theologos, insulsos esse concionatores: aliosque propter varias causas predicare nunquam.

27 Tū illud addo, theologos multos, bonos prædicatores vix inueniri posse: ex his autè pauculos esse, ad regendos episcopatus idoneos: qui verò fuerint huiusmodi, ubi ubi illi sint, profectò laudabimus eos.

28 Sed etsi reperiantur aliqui magni prædicatores: scire desidero, quot singulis annis conciones habeant ad episcopatus electi: raras quidem conciones habere possunt, varijs negotijs impediti, in magnis presertim diocesisibus. Quòd cum multis experimētis didicisset Ioānes Tauera cardinalis, archiepiscopus Toletanus, vir nostra ætate prudentissimus, dicere solitus

erat:

erat, rex noster Carolus maximus ex bonis concionatoribus nonnquam episcopos facit non bonos.

29 Deinde quero, vtrum raras illas conciones audire possint omnes prædicatores oues: imò ne millesima quidem pars: tamen si centum voces, centum ora & linguas ille concionator habeat.

30 Ad hæc, ipse quero, an hi qui sermones illos audiunt, omnes quæ dicuntur intelligant: minimè gentium. Sunt enim plerique plebs rudis, foeminae, & vulgus. Et ut ille ait.

Judicium sapiens & rectum non habet vllum

Vulgus, & in paucis vix hoc reperire licebit.

31 Demum, qui conciones illas percipiunt, quantam ex illis utilitatem capiunt? Multò minorem quidem, quam christianis hominibus parisset. Ex quibus omnibus perspicuum est, non omnia episcoporum munera ex eorum concionibus pendere, quia multa quoque alia sunt ad eorum officium pertinètia, quæ non æquè per alios fieri possunt, atque conciones.

32 Docentur pueri christianam doctrinam, quæ ad caelorum regna sufficit capeffanda, domi à patribus à præceptoribus in scholis, à parochis in ecclesia, & passim à prædicatoribus alijs, quorum quidè tanta est copia, ut non modo in sacris ædibus, sed in locis etiam profanis, in foris, & callibus quidam illorum vociferentur.

33 Quo factum est, ut sicuti noster Medina scripsit, iam sint operarij multi, mensis pauca. Nullo vnquam seculo plures fuerunt prædicatores. Viluit nobis præ abundantia, manna cæleste, nec amplius à quibusdam utilitatis ex concione desumitur, quàm forsitan, quòd aptè brachia prædicator tactarit, quòd aptè loquatur, quòd ingenti verborum torrente, & plerumque quidè sine mente, auditores infatuet: nec hoc aliunde, quam ex abundantia & immensa multitudine, quæ quæ admodum cetera, fastidium inducit. Hec ille.

34 Non ergo tanti est, episcopum esse concionatorem, ut hoc solum eius officij esse videatur: presertim cum pauci sint, qui conciones episcopi audiant: pauciores, qui eas intelligant: paucissimi verò, qui magnam ex eis utilitatem capiant.

35 Cum autem episcopus, (etsi optimus sit concionator) multis alijs prædicatoribus opus habeat, facile poterit vnum aut plures addere, qui eius vice populum atque decem multis concionibus impleat.

36 Et quamvis omnia sint cõperissima, proferam tamen authores omni exceptiõne maiores, qui hoc licere, ac fieri posse tradunt: Innocentius tertius in concilio generali, post alia inquit: cum sepe contingat, quòd episcopi propter suas occupationes multiplices, vel inualitudines corporales, aut hostiles incurfus, seu occasiones alias (ne dica-

mus

De episcopis

- mus defectum sciētiae) per se ipsos non sufficiunt ministrare verbum Dei populo, maximè per amplas diœceses & diffusas: generali constitutione sancimus, ut episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendū assumant, potentes in opere & sermone: qui plebes sibi commissas vice ipsorum sollicitè visitates, eas verbo ædificent & exemplo. c. 15. inter cætera. de offi. ordina.
- 37 Patres quoque concilij Tridentini aiunt: præcipuum episcoporum munus est, euangelij prædicatione: ideoque statuit & decreuit sancta synodus, episcopos & omnes alios ecclesiarum prælatos, teneri per se ipsos, si legitimè impediti non fuerint, ad prædicandū sanctū Iesu Christi euangelium: si verbò contigerit, episcopos & alios prælatos legitimo detineri impedimento, iuxta formam generalis concilij, viros idoneos assumere teneantur, ad huiusmodi prædicationis officium salubriter exequendū. sessione. 5. cap. 2. & sessione. 24. cap. 4.
- 38 Quòd si quispiam nihilominus dicat, iurisperitos episcopos impeditos non esse, quominus concionari possint. Huic ego responderim, aliquos illorum esse, qui si id viderit expedire, ex tot millibus homiliarū, concionū, sermonū & cōmentariorū quot super euāgelia extāt, facile queant, salutare habere conciones, ea saltem docēdo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem: annu-
- nunciando cum breuitate & sermonis perspicuitate pro capacitate ouium, vitia, quæ declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut pœnam æternam euadere & cælestem gloriam consequi valeant: quæ quidem satis esse poterunt, ut in eadem Tridentina synodo continetur sessione. 5. cap. 2.
- 39 Nec adeò muti sūt & elingues iuris pontificij periti, nec ita ingenio, memoria & intellectu deficiunt, ut si non optimas atque prolixas, certè mediocres, breues & utiles conciones habere non queant. Adde quòd, qui per aliū facit, per se ipsum facere videtur, ut habet regula iuris. Postremo, factis & exemplis prædicare poterunt pontificij iuris periti: & sicuti Lactantius inquit: malunt homines exempla, quam verba: quia loqui facile est, præstare difficile: & Cyprianus: habent & opera suā linguā, habet suā facundiam, etiam tacente lingua.
- 40 Venio nunc ad argumentum alterum. Aiunt, episcopum debere cum hæreticis disputare: id quod facere nequit is, qui theologus non sit. Fateor theologum rectius disputare posse, quam iurisperitum. Nego tamen episcopum cum hæreticis pertinacibus disputare debere: hoc enim semper inutile est, sæpe etiam periculosum, ut iam ante suo loco dixi.
- 41 Tenetur quidem episcopus lupos, ouibus suis insidiates, ab ouili arcere: sed lupi isti rapaces neque

Titulus.

XXIII.

113

- vocibus pastoris, neque baculo abiguntur: neque episcopus (quod in prouerbio est) auribus eos tenere potest: sed generosos canes in lupos immittere debet, id est, viros theologos: aut quod præsentius medium est, brachio seculari eos cōprehendere poterit: vtrumque autem æquè atque theologus faciet iuris pontificij peritus.
- 42 Quin etiam Episcopus iuris peritus, melius inquisitoris ordinarij munere fungi potest, quam theologus, ut alibi ostendam. Quo fit, ut non omnino malè sentiant auctores boni, qui aiunt, pontificij iuris peritum, præferendum esse theologo, in eo episcopatu regendo, in quo non pullulant hæreses. Imò verò vbi hæretici puniri possunt, malè melius conuincuntur igne, quam disputationibus. Vidi ego multos pertinaces hæreticos, non indoctos modo, sed theologos etiam & concionatores, qui nullis argumentis theologicis adduci potuerunt, ut ab errore discederent: & tamen iurisperiti, episcopi, inquisitores & consultores facile illos confutarunt, curiæ seculari relinquendo.
- 43 Tum illud addo (quod omnium confessione constat) theologum pariter & iurisperitum, simplici theologo anteponendum esse: hoc autem ipso, quod quispiam iuris pontificij peritus est, semitheologus est, nec magno quidem negotio theologus integer fiet. Certè fa-

cilius est, iurisperitum fieri theologum, quam theologum fieri iurisperitum: idque multis exemplis confirmare possum, multisque rationibus comprobare. Sed hoc euidentiùs est quam ut multa verba in eo sint impendenda.

44 Confutatis contrarijs argumentis, superest ut ea quæ pro nobis sunt proferamus: ac primum quidem Paulus apostolus ait, spiritum sanctum posuisse episcopos ad regendam ecclesiam Dei: ecclesia vero sacris canonibus regitur: quid enim aliud sacri canones sunt, quam leges apostolorum, conciliorum & summorum pontificum ad ecclesiam regendam latae: act. 20.

45 Hinc est, quòd Episcopus canones scire debet, quemadmodum in quarto concilio Tolerano constitutum est: Et in septima synodo generali cauetur, ut inquiratur diligenter à metropolitano, vtrum electus episcopus in promptu habeat sacros canones. c. ignorantia. c. omnes. distin. 38.

46 Præterea Episcopum oportet esse prudentem, non solum literarum peritia, verum etiam secularium negotiorum dispensatione, ut Gratianus quadam distinctione prodidit: & idem alibi ait, necessariam episcopis esse peritiam secularium negotiorum: quia debet subditis non solum spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare: debent quoque solertiam habere, ut eorum cautela & ecclesiæ seruentur indemnes,

P & cui-

& cuiq; necessaria pro suo modo ministrentur. Et beatus Grego. inquit: hoc tempore talis in regiminis arce debet constitui, qui nō solum de salute animarum, verū etiā de extrinseca vtilitate & cautela sciat esse sollicitus distin. 36. & distin. 39.

47 Accedit eodem, quod si cuti diuus Paulus scripsit, episcopus domui suæ bene præpositus esse debet, vt sciat ecclesiæ Dei diligentiam habere: at verò plerique oēs theologi, aut cellula, aut priuatæ domunculae præsunt: iurisperiti autē toti reipublicæ præesse sciunt. i. Timo. 3.

48 Ad hæc nomen ipsum episcopi, non concionatorem, vel disputatorem significat: sed episcopus est, custos, speculator, obseruator, & super intendens: quæ oīa regimen ecclesiæ respiciūt: id est, vt gregem custodiat: speculetur subiectorum vitam: obseruet, ne quid indecens in cultu diuino fiat: intendat animū, vt prædicatores, parochi, & qui sacras confessiones audiunt, vicarij, officiales, & clerici omnes suū officium faciāt: idque esse videtur, bene gubernare, ac bene præesse.

Paulus apostolus ad Timotheū scribit: qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant verbo & doctrina. Vnde tria sunt obseruanda: vnū, quod bene præsunt etiā hi, qui non laborant verbo & doctrina: alterū, quod qui bene præsunt,

etiā nō laborantes verbo & doctrina, duplici honore digni sūt: tertium, quod maximè duplicem honorem merentur, qui non solū rectè præsunt, sed verbo etiam atque doctrina laborant. i. Timo. 5.

50 Vt autem bene præsint, corrigere ac reformare debent excessus & mores subiectorum. Quod Innocentius tertius in concilio generali constituit, his ipsis verbis: irrefragabili constitutione sancimus, vt ecclesiarum prælati, ad corrigendos subditorum excessus, maximè clericorum, & reformandos mores prudenter ac diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. c. irrefragabili. de offi. ordi.

51 Atque hæc quidem & pleraque omnia episcoporum munera, non tam theologia, cōcionibusque peraguntur, quam iuris ac negotiorum peritia. Et hi etiam, qui nobis molesti sunt, fatentur planè, iuris pontificij scientiam, rem esse sanctissimam, & regendis ecclesiasticis populis maximè necessariam: adduntque, se scire, plures è media iuris prudentia, præsertim nostra memoria, Ambrosios emisisse, qui ingenti sagacitate ac sapientia ecclesias sibi commissas administrarint.

52 Quod si quispiā dixerit, per vicarios iurisperitos ea ferè oīa gubernari posse. Huic ego responderim, primo, cari⁹ ac difficilior esse, vicarium vnum idoneū inuenire, quam

quam decem prædicatores. Deinde, non omnia esse relinquenda vicarijs, sed grauiora quæque ab episcopis ipsis esse gerenda. Postremo, sacra eloquia non aiunt, à vicarijs regendam ecclesiam, sed ab episcopis: sicut igitur theologi per vicarios iurisperitos ecclesiam regunt: sic & nos per theologos quoque concionamur.

53 In paruula quidem dæcesi, vbi nulli, aut pauculi sunt parochi, vbi desunt concionatores, vbi heretici sūt impuniti, vtiliores fortasse theologi sunt episcopi: sed in magnis dæcesibus, vbi sunt parochi multi, concionatores plurimi, hereticus nullus, vbi regenda est cathedralis ecclesia, habenda sollicitudo ecclesiarum multarum, gubernandi etiam laici vasalli plurimi, innumerabilia tractanda negotia, perspicuū profectò ac rebus ipsis competentissimum est, episcopos iurisperitos esse vtilissimos.

54 Sint sanè theologi boni concionatores, acutissimique disputatores: & nos boni sumus inquisitores: peritiam negotiorū habemus: domib⁹ nostris, atq; ad eò reipublicæ præesse scimus: sacros canones scimus: ergo & ecclesiæ Dei bene præesse, eaque probè regere scimus

55 Veneramur theologos, eosque plurimi facimus: at pectoris theologici fuerit, vt ipsi nos inuicem in pretio habeant, & vel secundas partes concedant. Cognatæ sunt & amica theologia, iurisque prudentia: cur eas aduersarias facimus? quorsum inter se cōmittimus? Obsecro & obtestor pios, doctosque theologos, ne pontificij iurisperitis negotium facestant: non enim deerunt multi, me longe doctiores & eloquentiores, qui iniuria la cessiti magnas per otium apologias faciant: quibus se ipsos iurisque prudentiam tueantur.

56 Sed absit, vt verbis odiosis temerè contendamus: imò verò factis, exēplisq; sanctissimis assidue certemus: vtri modestiores, vtri fugaliores, vtri continentiores, clementiores, iustiores, religiosiores, vtri ecclesijs nostris simus vtiliores: vtri deniq; vitæ totius actiōibus (quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus) muneri nostro magis conformes simus: eritque hoc certamen gratissimum Deo, angelis, & hominibus. Nam quod ad ipsas disciplinas, earumque peritos attinent, ex theologis, & ex iurisperitis, & boni & mali, & mediocres episcopi esse possunt.

De errore & ignorantia

Titul. XXVI.

- 1 Errare quid sit, & quot modis errare cōtingat in fide.
- 2 Errare malitia in fide quot modis possit vnusquisque.
- 3 Ignorantia quot modis erretur in fide.

- 4 Ignorantia crassa errans in fide, parum abest, vt hereticus consummatus censetur.
- 5 Ignorantia probabilis errans in fide absque pertinacia, hereticus censendus

non est.

6. Ignorantia in superabili errans in fide, is proculdubio culpa caret.
7. Ignorantia errans in fide, negligentia peccatum, non hæresim incurrit.
8. Ignorantia errans cum hæreticus non sit, pœnis hæreticorum puniri non debet.
9. Ignorantia sancta curiositati contraria, virtus est maxima.



Vtr. heresis vix aliud sit quã error pertinax in fide: operę pretiũ erit videre qualis error ille sit, qui errantẽ facit hereticũ: nõ em̃ ois, qui errat, hereticus est. Multis autem modis errari potest in fide, sed præcipuẽ duobus: malitia, & ignorantia: error malitię habet pertinaciã admistam: & hic est qui facit cõsummatum hæreticũ. Error autẽ ignorantie plerunque pertinacia caret: quã ob causam interdũ leuiori pœna, sepe etiã venia dignus est: quod Plato, Aristo. & alij sepius docuerunt. Est autẽ errare habere falsum pro verò, aut verũ pro falso, vel certum pro incerto, aut incertum pro certo: quẽ modũ Augustin. in Enchiridio tradit. Plato lib. 9. de legibus. Aristo. lib. 1. posteriorũ. c. 12. & lib. 3. ethi. cap. 1. Alphon. lib. 2. de potestate legis pœnalis cap. 14. Titelmanus lib. 11. de consideratione rerum naturalium cap. 19. Augustin. in Enchiridio. cap. 17.

2. Malitia errat in fide is, qui sciens veritatem catholicam, & credens illam esse veram, asserit contrariũ errorem. Quod quidem fecisse creduntur multi callidi, ac pessimi hæ-

retici: qui lucri cupiditate falsa dogmata consulto rudioribus venderunt. Huic affinis est illorum error, qui sciẽtes, quid sancta doceat ecclesia, ipsi nihilominus contrarium pertinaciter verũ esse putant: præponẽtes errores suos doctrinæ sanctorum, & ecclesię catholicę: cuiusmodi sunt hereticorum plurimi, & præcipuẽ huius tẽporis: qui superbia, malitia, & vana gloria cecici, ecclesię doctrinã parui pendentes, lucẽ dicunt esse tenebras, & tenebras lucẽ. Illi demũ malitia errare censentur, qui turpiter ignorantẽs aliquã fidei veritatẽ, quã explicitẽ scire tenentur, contrariũ errorem pertinaciter credũt, nõ parati ad cõrrectionem veritate cognita: quę pertinacia eos quoq; facit hereticos, qui errat in his, quã tũc explicitẽ scire nõ tenebantur. De his erroribus loquitur Epiphanius lib. 1. contra hæreses, dicẽs: error semper pertinax est, & ad fraudẽ promptus: ceca em̃ est malitia, & error stolidus est. Et iterũ, spiritus erroris est, velut flatus in tibia, diuersis motibus cõcitans vnũquemq; stolidũ cõtra veritatẽ: Et rursus lib. 2. omnis error hæreticorum habet primũ cecitatem, deinde vanitatẽ. lib. 1. hæresi. 19. & hæresi. 25. lib. 2. hæresi. 53.

3. Cum autẽ sint plures ignorantie species, multifariã in fide ignorantia errari potest: vt puta ignorantia affectata, vel crassa, vel probabilis, vel in superabili. Qui errat ignorantia affectata, is malitia errat, nec excusa-

excusationẽ habet apud Deum, nec apud hõines: præsertim si ei error sit in re graui, quam explicitẽ scire tenebatur: de hac enim ignorantia loquẽs Propheta regius ait: noluit intelligere, vt bene ageret: & Apostolus priori epistola ad Corinthios, qui ignorat, ignorabitur. Iudices verbõ ex qualitate dogmatum, personarum, & errorum, diiudicare melius poterunt malitiã & culpã errantis. Psal. 36. & 1. Cor. 14. Iustinus philosophus quęst. 140. c. excellentissimus. n. quęst. 3.

4. Ille quoque qui crassa ignorantia errat in fide, penẽ est, vt pro heretico consummato habeatur: nõ em̃ credendus est quispiã ea ignorare, quę cunctis diuulgata sũt, & omnes sciũt & intelligunt, & quã ille met qui errat, tenebatur explicitẽ scire: id est fidei articulos, præcepta decalogi, & si quę sũt generis eiusdem: in quibus si quis errauerit, iure ac merito censetur hereticus: nisi forte fuerit vsq; ad eodẽ ignorans, rusticus, & stupidus, vt iudicibus perspicuũ sit, illũ caruisse malitia, & ab omni pertinacia fuisse alienum: tũc em̃ de culpa, nõ autẽ de hæresi puniendus est: quã in re fere solã melioris conditionis sunt stulti, quã periti. His accedit Plato, qui dialogo nono de legibus ait, ignorantia quandã esse simplicẽ leuiũ peccatorũ causam: aliã verò duplicẽ, quando nõ ignorantie solum quispiã detinetur, sed etiã sapiẽtię opinione inflatus, quã omnino ignoret, ea scire se

profus existimat. Hanc, inquit, si vires roburq; cõsecuta fuerit, ingentiũ turpissimorumq; scelerũ causã esse: sin autẽ imbecillitate prematur, peccata inde profecta, peccata quidẽ esse, & illis tanquã peccantibus leges præscribẽdas esse, sed mitissimas omnium, plurimaque venia. & indulgẽtia plenas. l. late culpe. de verbo. signifi. l. quod Nerua. depositi. l. plurimũ. l. nec Supina de iuris & facti ignorã. l. si Titius. 48. ff. de fide iussori. l. 4. ff. quod vi autẽ clam Thomas in priorẽ Pauli epistolã ad Corin. lectiõne. 4. Canus lib. 12. de locis theologis cap. 10.

5. Sũt qui errant in fide ignorantia probabilis: putantes aliquid esse verum, quod quidẽ contrariũ est alicui veritati catholice, quã explicitẽ scire non tenebantur: & nequẽ pertinaciã habent, nequẽ malitiã: sed parati sũt ad suscipiendam sanam doctrinam. Hi autem nil minus quam heretici sũt: quia vt Cyprianus inquit, elegantissimo illo tractatu, quem contra Demetrianum scripsit: qui ad malum motus est mēdacio fallente, multo magis ab bonũ mouebitur veritate cogente. Et sicuti ait Hieronymus in prologo in epistolã ad Romanos, qui cognitũ illico sequimur, olim utique sequeremur si antea cognouissēmus. Et Augustinus alibi, qui sententiã suã, quãuis falsam atq; peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, quęrũt autẽ cauta sollicitudine veritatẽ, corrigi parati

De errore & ignorantia

cum eam inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Demum quisquis probabili causa non pertinaciter errat, is non habet electionem contradicentem doctrinis ecclesiæ: relinquitur ergo, ut hæreticus non sit: & hæc theologorum & iurisperitorum constantissima sententia est: c. dixit Apostolus. 24. quæst. 3. l. 2. ff. si is qui testa. liber esse iussus erit. c. 1. 29. quæst. 1. Tho. Caieta. & ceteri. 2. secundæ. quæst. 10. arti. 2. Inno. Bal. Abbas, & ingens agmen in. c. 1. de summa trinit. Ioan. anania & Felinus in. c. 1. de hæreti. Pau. Ias. & ceteri in rubri. C. de summa trinit. Gerson tractatu de protestatione considerat. 11. Cardi. in Clem. 1. de hæreti. Lupus allegatione de hæresi. §. 5. Alber. piglius lib. 4. hierar. ecclesiasti. cap. 8. Alfonso lib. 1. aduersus hæreses cap. 9. Alberti. lib. de agnoscen. assertio. catholi. quæst. 36. nu. 6.

6 Qui autem erraret ignorantia insuperabili, id est, quam superare non potuit, faciendo quid quid facere debuit, ut illam vinceret, is proculdubio culpa caret, nec malitiam habet, aut pertinaciam, nec aliqua poena coercendus est: sicuti nec illi puniendi sunt, qui bona fide veritatem quærentes, in rebus difficillimis aberrauerint. Nam & ob eam causam viri sanctissimi, atque doctissimi errasse interdum deprehenduntur, nullo suo vitio, aut culpa, sed humana imbecillitate, ac rerum diuinarum sublimitate. Sic enim,

Cyprianus, & alij, in rebus etiam fidei errasse nonnunquam inueniuntur: quorum errores ex ignorantia quadam naturali, ac penè insuperabili procedentes, tantum abest, ut catholicos illos patres, hæreticos fecerit: ut potius intentione pia veritatem quærentes non modo venia, sed laude etiam ingenti digni sepe & ubique sint habiti. Et hic est error ille, de quo prudētissime loquens Augu. dicebat, errare possum, sed hæreticus non ero. Vincent. Lirinensis lib. aduersus hæreses fol. 9. Ioan. maior in lib. 2. sent. distin. 22. quæst. 2.

7 Ille verò, qui ignorantia errat in fide, credens contrarium eius, quod explicitè scire tenebatur: peccat quidem peccato negligentiæ, non tam hæreticus est: aliud enim est hæresis, aliud error ignorantie: nam hæresis pertinaciam habet cum electione contraria doctrinis ecclesiæ: error autem ignorantis, etsi culpam habeat, si tamen pertinacia careat, nullo modo hæresis est. Accedit etiam, quod errans ignorantia, non eo ipso consentit errori: quid enim tam contrarium est consensui, quam error, qui imperitiâ detegit: nisi forte cognita veritate nihilominus in errore persistat: quia tunc errorem approbaret, & hæreticus pertinax esset. Quinimo errorem approbare censetur, qui non dolet statim veritate cognita. Nam ut apud Aristotelem est, omne quod ob ignorantiam est actum, non sponte quidem est actum: ab inuito tamen id effectum

Titulus.

etum est omne, pro quo dolet, qui egit, ipsamque poenitentia subit. Qui namque ob ignorantiam aliquid egit, & non fert molestè, se illud egisse: sponte quidem sua non egit quod nesciebat: non tamen erit inuitus, quippe cum non doleat ob id ipsum. l. si per errorem. de iurisd. omni. iudi. Aristo. lib. 3. ethi. cap. 1. 29. q. 1. Armachanus lib. 15. de erroribus Armenorum cap. 25. Gerson lectione. 5. de vita spirituali. col. 5. Fran. victoria. 2. secundæ quæst. 11. arti. 2. Alfonso lib. 1. aduersus hæreses. cap. 9. Tiraquel. de poenis. causa. 11.

8 Cum igitur hæreticus non sit, qui ignorantia errat, coercendus quidem non erit poenis hæreticorum, sed errores suos arbitrio iudicis reuocare debet purè, simpliciter, sine conditione, voce sua & asseueratione constanti: sed non teneatur fateri, se errando peccasse contra fidem catholicam, saltem mortiferè: neque post eam reuocationem est illi poenitentia iniungenda, nisi fortè spontè, vel ad cautelam, vel ex humilitate voluerit eam subire: neque infamia notabitur, neque aliquam hæreticorum poenam patietur: quia nec est, nec fuit vnquam hæreticus. Et ita theologo & iurisperito sentiunt. Extravag. vas electionis. in fine hæreti. Guil. occam. parte. 2. dialogorum tractatu. 1. c. 10. Gerson. tracta. de protestatione consideratione. 11. Mat. Ioan. deliqua. & Cardi. in Clem. 1. de summa

XXVI.

116

trini. Lupus. in Clem. 1. §. vlti. de vsuris Ioan. Inno. in Clem. nolentes. de hæreti. Ioan. Lupus allegatione de hæresi. §. 4. Alia complura, de ignorantia iuris & facti, passim apud alios inuenies (nec enim omnia persequi in animo est) hoc tamen vnum præterire non possum, quod apud veteres quosdam sapientes me olim obseruasse memini: esse quandam sanctam ignorantiam curiositati contrariam, quam prudētes homines in rebus diuinis nihil ultra vires ingenij humani scire conantur: de qua ignorantia loquens Tertullianus inquit: nihil scire, omnia scire est. Et Lactantius lib. 2. diuinarum institutionum. Deus ea sola scire nos voluit, quæ interfuissent hominibus scire ad vitam consequendam: quæ verò ad curiosam & profanam cupiditatem pertinebant, reticuit, ut arcana essent. Et Theophylactus in priorē epistolam ad Timotheum: velle curiosè ad modum diuina scrutari, in blasphemiam cadit. Vnde Sapiens in proverbij ait, qui scrutator est maiestatis opprimetur à gloria. Et antiquus ille Socrates dehortabatur, cælestia omnia, & quæ dii machinentur scrutari: nec enim hominibus facile est ea inuenire: neque dijs eos facere grata arbitrabatur, qui ea quærent, quæ ipsi dii in proprio, & manifesta esse noluissent. author Xenophō lib. 4. de factis & dictis Socratis. Vetusissimis quoque Germanis factius ac reuerentiùs visum est, de actis deorum credere, quam scire, ut Cornelius tacitus libro

De excommunicatione

de moribus Germanorum retulit: unde illud frequens apud eos, de Deo credendum, non querendum. Et Isidorus libro secundo de summo bono inquit: interdum quaedam nescire conuenit: ea enim, quae supra hominis intelligentiam sunt, scrutanda non sunt. Et Beda in epistolam ad Romanos: est in nobis quaedam (ut ita dicam) docta ignorantia, sed docta spiritu Dei, qui adiuuat infirmitatem nostram. Et alibi ait: melior est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. Tertullianus lib. de prescriptionibus ad-

uersus hereticos. Lactantius lib. 2. cap. 9. Chryso. in cap. 1. Ioan. homilia. 6. & homilia. 23. col. vlti. & episto. ad Ephe. sermone. 19. & in episto. 1. ad Timo. homilia. 1. & in episto. 2. ad eundem homilia. 8. col. antepen. & lib. 1. de prouidentia Dei, charta pen. & homilia. 1. cum seq. de incomprehensibili Dei natura. Theophylactus in priorem episto. ad Timo. cap. 1. in fine. Prouerb. 25. Isidorus lib. 2. cap. 1. Beda in episto. ad Roma. cap. 8. & cap. 9. Pet. crinitus lib. 12. de honesta disciplina cap. 8.

De excommunicatione Titul. XXVII.

- 1 *Haeretici omnes ipso iure sunt excommunicati, & tantum a summo Pontifice, vel eius delegatis absolui possunt.*
- 2 *Excommunicationis poena maxima & formidanda.*
- 3 *excommunicationem quid impius Lutherus esse sentiat.*
- 4 *Excommunicatus, si per annum in excommunicatione pertinaci animo permanserit, in haeresis suspicionem incidit.*
- 5 *Excommunicati non prius debent absolui, quam ecclesiae plene satisfaciant.*
- 6 *Excommunicati, qui per mensem in excommunicatione permanserint, regijs legibus cautum est, ut a iudice seculari puniantur.*
- 7 *Excommunicari post mortem nemo potest, nisi fuerit haeticus.*
- 8 *Maranatha quae dictio sit, & quid significet.*
- 9 *Haeretici tanquam excommunicati denitari solent, etiam priusquam haeretici declarentur.*

1 **H**eretici omnes ipso iure sunt excommunicati, & a communione fidelium diris proscriptionibus

separati, & quotannis in cena Domini excommunicantur a Papa: quam ob causam ab alio quam ab ipso pontifice maximo, vel ab eius delegatis absolui nequeunt, ut alibi diximus. Haec autem poena statuta est in hereticos iure diuino, vel certe ab eodem iure descendit: Nam quia ecclesiam non audiunt habere sunt tanquam ethnici & publicani: & apostoli eos de uitandos esse, docuerunt. Mat. 18. ad Titum. 3. Ioan. episto. 2. cap. notandum. 24. quest. 3. cap. sicut. & c. excommunicamus de haereti.

2 Est autem excommunicationis poena maxima quidem, & valde timenda, ut ex Pauli epistolis constat. Unde Hieronymus ad Heliodorum scribens, inquit: presbytero, si peccauero, licet tradere me satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit. Et in veteri quidem lege, quicunq;

Titulus

XXVII.

117

cunq; sacerdotibus non obreperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo: aut gladio ceruice subiecta, contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens, spiritali mucrone truncatur: aut eiectus de ecclesia rabido demonum ore discerpitur. Quod plani theophylactus post Chryso. docet, explicans verba Pauli. Verum quomodo aliquis dicet, satanae tradebantur? Qui enim contumax esset, & minus obediens, extra ecclesiam emittebatur. eiciebaturque a cetero grege, & nudus mox & desertus lupis debebatur in praedam. Nam quemadmodum olim nubes tabernaculum obducebat, sic Christi ecclesiam spiritus sanctus. Quicunque ergo ex ecclesia fuerit eiectus, & spiritu sancto priuatus, erit hic miser perfacilis in capturam: tanti est ab aliorum confortio & communione repelli, censura: istius modi namque mox Deus & peccatis obnoxios, castigandi gratia, & morbis afficit, & malis urget. Et patriarcha Tharasi dixit, poena dira est anathema, procul a regno caelorum expelli & a Deo emitti, ducens in tenebras exteriores, ut Paulus diaconus retulit lib. 23. rerum Romanarum. 1. Corin. 5. & epist. 1. ad Timo. cap. 1. & illic Theophylactus post Chryso. homilia. 5. & Hieronymus ad Heliodorum epistola. 1. c. absit. 11. q. 3. Lindanus lib. 4. Pannoniae euangelice. cap. 58. confessio Polonica de fide & symbolo. cap. 31

3 Domi. Soto in lib. 4. sent. distin. 22. Est igitur excommunicatio horribilis admodum, & pertimescenda: sed insanus ille Lutherus inter impia sua deliramenta, hoc quoque posuit, excommunicationem plus esse diligendam, quam timendam: contra Paulum apostolum, contra sacra concilia, denique contra uniuersam ecclesiam: non alia ratione, vel argumento nixus, quam quod excommunicatio medicinalis esse dicitur: ergo non alio modo diligenda esset, quam a sanis pharmaca, vel ab innocentibus sceleratorum poenae temporales: ea enim omnia medicinalia sunt: & excommunicatio nis sententia, non nisi pro contumacia & mortifero crimine fertur: & poena, quae facinorosis imponitur, medicina quaedam est improbitatis, ut eleganter Plato docet in Gorgia: & libro nono de legibus inquit, nullum supplicium lege factum ad malum tendit, sed duorum alterum ferere semper solet efficere: nam aut melior, aut certe minus prauus, qui poenas dederit fieri solet: quod & Chryso. eleganter docet. Perreat itaque delirus haeticus: nos vero Paulum & ecclesiam sequamur. Vide Chryso. ad populum Antiochenum homilia. 6.

4 Inde illud rectissime cautum est, ut si quispiam suspectus in fide, per annum in excommunicatione permanserit animo pertinaci, exinde velut haeticus ab inquisitoribus condemnatur. Addunt praeterea iu-

De excommunicatione

risperiti complures, quòd etsi quis non fuerit aliàs in fide suspectus, si tamen per annum volens in excōmunicatione persistat, hoc ipso incidat in suspensionem hēresis, quia de potestate clauium ecclesie male sentire p̄sumitur. Et hoc iam sancitum est, in concilio Tridentino sessione. 25. decreti reformationis. cap. 3. in fine. Verum eam suspensionem, aiunt, non esse vsq; adeò violentam, vt ob eam solam damnari quispiam debeat: quamuis ad purgationem indicēdam sufficiat: quā si subire nolnerit, & adhuc in excōmunicatione permanserit, tunc velut impēnitens, pertinax, & hēreticus condēnari queat. c. excōmunicamus. §. qui autem. de hēreti. c. cum contumacia eodem tit. lib. 6. Innocen. Ioan. Andre. & ceteri in c. vlti. de p̄cenis. Hosti. Henri. cardinalis post aduocatos Florētinos, & Felinus in dicto. §. qui autē. Hostien. in summa tit. de hēreti. col. 3. Calderi. consi. §. eodem tit. capella Tholosana & Stephanus decisione 365. Phi. Fran. in. c. cum contumacia. Lupus in. c. per vestras. §. 18. nu. 24. Gonsalus de hēreti. quæst. 9. itē Arelatanus notabili. 41. Ripa in. c. 1. de iudicijs nu. 77. Albertinus in rub. de hēreti. lib. 6. quæst. 13. nu. 34. Brunus lib. 1. de hēreti. cap. 4. & Carerius in tractatu nu. 21. Couar. in c. alma mater. de sent. excōmu. lib. 6. part. 1. §. 7. Godofre. in. l. 10. cognouimus in fi. C. de hēreti.

5 Hi autem qui excōmunicati

sunt, nō ante debent absolui, quā ecclesie plenē satisfecerint. Vnde absolutionis tempore solet interdū eis pro parte satisfactionis p̄cna pecuniaria imponi: quæ iustē potest ab eis exigī ad pios vsus, quem admodum cōtus cardinalium superioribus annis Paulo tertio respōdit. Et ita fieri vidimus in absolutione quorundam, qui propterea fuerant excōmunicati, quòd inquisitionis officiū impederant. Etenim excōmunicatio non est p̄cna eradicans, sed p̄cna discipline: nec est p̄cna vltima delictorū, sed vexatio dans intellectum: nempe, vt excōmunicatus corrigatur, & ea disciplina emendetur, & redeat ad sanam mentem: denique vt petens absolutionem satisfaciat ecclesiasticę discipline: qua ratione medicinalis quoq; dici solet. Quòd si quispiam excōmunicatione obduretur, alia insuper adhibenda sunt amariora pharmaca. c. 1. de sent. excōmuni. lib. 6. cap. notandum. 24. quæst. 3. ca. excōmunicamus. §. qui autē. & §. quia vero. de hēreti. l. placet. & illic gloss. Bal. & ceteri. C. de sacrosan. eccle. Paul. in. l. 1. de summa trinit. Felinus in. c. apostolica. de exceptio. & in. ca. qualiter. §. ad corrigendos. de accusat. nu. 51.

6 Hinc ortæ sunt quedam regie leges iustissime, quibus cauētur, vt à iudice seculari puniantur illi, qui per mensem in excōmunicatione permanserint. Quòd si per sex menses contumaces fuerint, maiori

ri

Titulus

XXVII.

118

ri p̄cna plectantur: & longē seuerius puniantur, si per annum ecclesie non satisfecerint. Quòd quidē exemplo non caret: nam in concilio Triburiēsi iam olim decreuerūt patres, vt qui post excōmunicationem inclinati nō fuerint ad p̄cnitentiam subeundam, per principem secularem puniantur: vt quos Dei timor non corrigit, saltem p̄cna temporalis corripiat. Nec illud est p̄tereundum, q̄ Cēsar in cōmentarijs belli gallici, mores Druidum referens, his verbis scripsit: si quis aut priuatus, aut populus, eorum decreto nō stetit, sacrificijs interdicitur: hæc p̄cna apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictum, ij numero impiorum, ac sceleratorum habentur: ab ijs omnes decedunt: aditum eorū sermoneq; defugiunt: ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque ijs p̄tentibus ius redditur: neque honos vllus communicatur. Quòd profecto longē cordatius seruabāt illi, homines cetera barbari, quā hodie faciant critici Lutherani, sub euangelij p̄tēxtu hēretici confusissimi regia. l. 1. tit. 5. & l. 9. tit. vlti. lib. 8. ordinationum cōcilio Triburiēsi. c. 3. Cēsar lib. 6. de bello gallico.

7 Quamuis autē nemo post mortem excōmunicari possit, quia iam non est super terram, nec sub iurisdictione viuētium, hēreticus tamē solet mortuus etiā excōmunicari, hoc est, excōmunicatus declarari, vt ne quispiam oret pro illo

neque in loco sacro sepeliat. Ceterum defunctus anathematizari rectē potest, id est, maledici: anathema enim, authore Augustino, detestabile, & abominabile significat & vt Hieronymus ait, anathema, Hebræa dictio est, qua solent Hebræi extremā detestationem significare. Vnde in hoc differt ab excōmunicatione: quia inferitur aduersus eos, qui grauissimo aliquo delicto detestabiles sunt, & de quibus non est spes, quod reducentur ad p̄cnitentiam. Nam cum p̄tōfices & ecclesiastici iudices dira & vltima exempla animaduersionis suæ statuunt in reos, ad capita deuōenda descendunt, & anathemate plectunt, & animas eorum inferis sacrant. c. si quis episcopus. de hēret. c. vlt. 24. quæst. 2. Augustinus super lib. numerorum quæst. 41. Hieronymus in epistolam ad Galatas. c. 1. cap. Engeltrudam. 3. quæst. 4. cap. debent. 11. quæst. 3. Alciatus in. c. cū non ab homine. de iudic. Couar. in. c. alma mater. de sent. excōmu. lib. 6. parte. 1. §. 8.

8 Maranatha, vt inquit Hieronymus in epistola ad Marcellam, magis Syrum est, quā Hebraicum, tametsi ex confinio vtrarumque linguarum aliquid & Hebræum sonet, & interpretatur, dominus noster venit: vt sit sensus si quis non amat dominum Iesum Christum, anathema sit: & illo completo deinceps inferatur: dominus noster venit: q̄ superfluum sit aduersum eū odijs

De fide catholica

odij pertinacibus velle contendere, quem venisse iam constet. Quidam verò hanc siue fabulam siue historiam retulit. Maranatha anathematis significationem induit ex illo euentu: quia Iudæi gloriantes de venturo Messia dicere solebant vulgo, mará, hoc est, dominus noster: contra quos Christiani dicebant, Maranatha, quod est, dominus noster venit. Hinc inimicitia orta inter Christianos & Iudæos, quorum in ore erat, maran: quos per contemptum Christiani maranitas vocabant, & illis obtrudebant, maranatha, id est, dominus noster venit, vel inuitis vobis: quasi irridetes eos, & illis male precantes. Vnde apud no-

De fide catholica

- 1 Fides catholica quid sit.
- 2 Lutherani & alij heretici plurimas fides easque impias commenti sunt.
- 3 Fides hereticorum qualis sit.
- 4 Fides multifariam diduci solet.
- 5 Fidei obiecti formale quid sit, & quo pacto qui eam falsam putat in aliquo, vacillat in reliquis.
- 6 Fides catholica constantissime tenenda est.
- 7 Fidem catholicam qui non firmissime amplectitur, sed dubitat an ea vera sit, infidelis est.
- 8 Christiani tenentur explicatè scire symbolum fidei, præcepta decalogi, & orationem dominicam.
- 9 Christiani quid amplius explicatè credere teneantur.
- 10 Christiani quid implicitè credere permittantur.
- 11 Christiani, ad quos ex officio aut professione pertinet alios erudire, tenentur

strates vulgo maranos appellat eos, qui ex Iudæis descendentes apostata facti sunt, Messiam suum expectantes. Vide Godofre. in rubrica. C. de apostatis.

9 Illud postremo, cum his seruari solet, qui propter hæresim carcere clausi sunt, q̄ prius etiam, quam declarentur heretici, tanquam excommunicati deuitari solent. nec diuina officia, nec sacrificia pmittuntur audire, nec alijs ecclesiæ sacramentis vti, nec traduntur ecclesiasticæ sepulturæ, donec causa peragatur: tunc enim vel exuruntur damnati, vel ad ecclesiasticam sepulturam absoluti dantur.

Titul. XXVIII.

- 1 explicatè credere multo plura, quam reliqui.
- 2 Docti viri cur multis in rebus vehementer suspecti de hæresi sint, in quibus non essent suspecti imperiti homines & idiote.
- 3 Ignorantia prætextu quando non excusatur Christianus.
- 4 Ignorantia in quibus alijs rebus non excusat Christianum hominem.
- 5 Fidei confessio quando necessariò fieri debet.
- 6 Christianus non solum quæ in sacris literis sunt, sed quæ etiam ex illis legitime deducuntur, credere debet.
- 7 Fides rationibus humanis probari nequit.
- 8 Fide constantè suscepta, veritas eius ratione munienda est.
- 9 Miracula vera diuinam habent auctoritatem ad ea probanda, in quorum confirmationem facta sunt.
- 10 Miracula vera diuinam habere auctoritatem

Ticulus

XXVIII.

119

tatem probatur ex multis locis sacre pagine.

21 Miraculorum auctoritas ex sanctorum virorum scriptis, & veris theologorum placitis ostenditur.



1 Vnum sit heresis vitium contrarium fidei: opere pretium erit nonnulla breuiter de recta fide perstringere, ut quale crimen sit heresis planius intelligatur. Est autè fides, vt apostolus docet, substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium: est enim eorum, quæ sperantur fundamentum, & quæ non videntur indicium: firmus assensus credendorum propter Dei reuelationem. Aliter definiunt alij, sed in eandem ferè sententiam. Ad Hebræos. ii. Alex. ales. 3. parte. quæst. 78 & ceteri theologi in lib. 3. sent. distinct. 24. Aleiatus in rubr. C. de summa trinit.

- 2 Pestiferi Lutherani, alijq; huius temporis heretici, nõ vnã fidem catholicam tenent, sed plurimas impias commenti sunt: spreto apostolo, qui ait, vnus Deus, vnus fides, vnus baptisma. Est autem miserabile, vt Hilarius ad Constantinum scripsit; tot fides esse, quot voluntates: & tot doctrinas quot mores. Istorum quidem hereticorum non fides est, sed temeritas: non spiritus sancti persuasio, sed humane audaciæ presumptio, scriptis diuinis aduersa, & patribus orthodoxis ignota.
- 3 Hereticorum omnium fides pe-

regrina, profana & varia esse solet: fides verò nostra catholica & orthodoxa est, & quæ perpetuò maiorum consensu ad nos vsq; peruenit. Vna eademque fides nostra ab apostolis promulgata, miraculis plurimis confirmata, martyrijs heroicis obfirmata, omnium sanctorum ac doctissimorum sententijs serie seculorum tradita nobis est.

4 Vt autem fides planius intelligatur, multifariam diduci solet. Nam alia est fides infusa, alia acquisita, alia est fides actualis, alia habitualis: quædam est fides formata, quædam informis: quædam explicita, quædam implicita. Infusa fides est, habitus à Deo supernaturaliter & immediate in anima creatus; inclinans ad credendum catholicis veritatibus: & hanc habent parvuli baptizati. Fides acquisita est, habitus naturaliter acquisitus ex actibus credendi frequentatis. Fides actualis est, assensus veritatis reuelatæ: Fides habitualis est, habitus acquisitus ex assensibus frequentatis. Fides formata dicitur, quæ per dilectionem operatur, & charitati coniuncta est. Fides informis, quæ mortua est, & sine charitate. Fides explicita siue explicata est, actualis assensus catholicæ veritatis: nam quicunq; apprehendit aliquam veritatem catholicam, & ei assentitur, is habet fidem explicitam: illius veritatis ita quò fides explicita est, quæ in singulari omnia considerat. Fides implicita siue complicata est, assensus alicuius

ius propositionis generalis, includentis multas particulares veritates, & quæ generali cuidam principio assentit, in quo ceteri particulares articuli concluduntur. Verbi gratia, qui credit generaliter, omnia contenta in scriptis diuinis esse vera: ille habet fidem implicitam: quæ uis ignoret in specie, quæ sint illa, quæ scriptura diuina continentur. Præterea fides implicita dupliciter considerari potest: quædam enim omnem assertionem pertinacem hereticæ prauitatis excludit, & hæc uera est, & sufficiens ut illam habens, catholicus, & fidelis conseatur: altera fides implicita falsa esse potest: uerbi gratia, si quispiam credat, fidem Christianam esse ueram: sed aliam fidem, quam quæ uere Christiana est pro Christiana habet, & illi errori pertinaciter insistit. Non ergo sufficit, credere totam fidem Christianam esse ueram, nisi ea sola teneatur pro fide Christiana, quæ sola uera est, & catholica. theologi in lib. 3. sent. distin. 24. Pighius controuersia de fide. Fran. sonnius lib. 2. de fide & iustificatione. l. vlti. ff. si ex noxali causa agatur. l. emptor. §. 1. de pactis. l. cū duobus. ff. pro socio.

5 Ille uero, qui non credit unum aliquem articulum fidei, non habet fidem formatam, sed ne informem quidem: quia obiectum fidei formale, est ueritas prima, iuxta quod manifesta sit in scripturis sacris, & in doctrina ecclesiæ, quæ procedit ex ueritate prima & infallibili, quæ Deus

est. Quam ob rem quicumque non inhæret in omnibus scripturæ diuinæ, & ecclesiasticæ doctrinæ, is non habet habitum fidei: una est enim ratio credendi in omnibus articulis. Proinde qui falsam putat esse fidem in aliquo, pari ratione vacillat in reliquis, cum omnium ratio & autoritas & certitudo sit eadem. Unde fit, ut qui pertinaciter errat in qualicumque particula catholice fidei, non minus consummatus hereticus sit, quam si erraret in omnibus. Tho. 2. secundæ quæst. 5. artic. 3. Gerson tractatu de communione sub utraque specie. Guido in summa de heresibus cap. 9. Almainus tractatu. 2. moralium cap. 3. cū sequent. Fran. sonnius lib. 2. cap. 2.

6 Fides autem catholica constantissime tenenda est: in ea enim salus Christiana consistit: nam Dei cognitio non aliter perfectissime potest hominibus reuelari, quam fide. Illa igitur tenenda est firmissimè, tantaque constantia, ut parati esse debeamus ad quæuis tormenta, & mortem, priusquam quo quomodo eam abnegemus, hanc fidei constantiam docuit Christus apud Matthæum in quibus, modicæ fidei quare dubitasti: hanc exigit Iacobus apostolus dicens, postulet autem in fide nil hesitans: qui enim hesitat, similis est fluctui maris, qui à uento mouetur: & circumfertur. Hæc denique Paulus docet, cum laudans constantiam Abrahæ inquit: non est infirmatus in fide: & mox, in reprobatione

missione Dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide. Ad summam, certitudo ueritatis, & firmitas adhesionis usque adeo sunt essentialia fidei, ut si hæc desint, non iam fides sit, sed potius opinio. Est enim credere, actus intellectus assentientis diuinæ ueritati, ex imperio uoluntatis mota à Deo per gratiam. Unde credulitas hereticorum, non rectè fides dici poterit; quia non credunt ratione diuinæ reuelationis, sed propria uoluntate. Tale quid fides est, inquit Chrysostomus, ut a peritior etiam sit & clarior: ea demōstratione, quæ ex rationibus est, magis quàm illa persuadeat. Adde si quidem firma est, ut etiam si quauis alia fuerit impetita ratio, commoueri tamen nequeat. Si quidem qui rationibus persuasus est, alijs potest induci rationibus ut fluctuet: qui uero fide fuerit solidatus, auditum suum iam dudum quasi quodam circumducto muro, ne sermonibus peruersis inficiatur, studiose muniuit. Diuus Bernardus lib. 5. de consideratione ad Eugenium: intellectus rationi innititur, fides authoritati, opinio sola uerisimilitudine se tuetur. Opinio si habeat assertionem, temeraria est: fides si habeat hesitationem infirma est. Fides ambiguum non habet, aut si habeat, fides non est, sed opinio. c. 1. de summa trinit. Mat. 14. Iacobi. 1. ad Rom. 4. Tho. 2. secundæ quæst. 2. arti. 9. Chrysosto. in episto. ad Roma. sermone. 8.

7 Inde illud est, quod Stephanus Papa scriptum reliquit: dubius in fide, infidelis est. Nam hereticus & infidelis est, qui dubitat, an fides catholica uera sit: & qui dubitat, an sit aliquid uerum, quod sit esse traditum catholice fide. Is enim errat grauissimè, habens certissima pro incertis: & hoc ipso, quod scit aliquid esse catholice fidei, ac de ueritate eius dubitat, hereticus pertinax est. Soleratum quidem & impiū est, deliberare, utrum aliquid catholice fidei uerum sit, an falsum: in ipsa enim dubitatione facinus inest non leue. Hoc tamen est accipiendum, cum aliquis consultò dubitat, & in dubio persistit, equaliter se habens ad utranque partem contradictionis: aliud autem esset, si quispiam tentaretur aliquo dubio contra catholicam fidem cū dolore cordis: aut ignorantia aliqua, uel ex infirmitate animi sine pertinacia dubitaret, non discedens à fide catholica, sed paratus assentiri cognite ueritati: is enim hereticus non esset. c. 1. de heretico. & illic Ioan. And. Card. Abb. Henrici. Ancha. Ioan. Ana. & Felii. Occam lib. 3. dialogo. cap. 10. Torquemada lib. 4. de ecclesia parte. 2. cap. 12. Prepo. in. c. nec licuit. 17. distin. Lupus allegatione de heresi. §. 3. Adrianus quolib. 2. Gabriel lib. 4. sent. distin. 13. quæst. 2. Alfon. lib. 1. aduersus hereses cap. 10. Canus lib. 12. de locis theologiceis cap. 9.

8 Omnes Christiani tenentur explicitè scire symbolum fidei, præcepta

cepta decalogi, & orationem dominicam. Vnde canone quodam concilij Maguntiaci sic aiunt patres: symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem dominicam, discere semper admoneant sacerdotes populum Christianum: volumusque ut disciplinam cōdignā habeant, qui hęc discere negligūt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendentur. Propterea dignum est, ut filios suos donent ad scholam siue ad monasteria, siue foras presbyteris: ut fidem catholicam rectē discāt, & orationem dominicam, ut domi alios docere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat. Item Augustinus, symbolum (inquit) apostolorum, comprehensio est fidei nostrę atq; perfectio, simplex, breue, plenum: ut simplicitas consulat audiētium rusticitati: breuitas memorię: plenitudo doctrinę: quod enim gręcē symbolum dicitur, latinē collatio nominatur: collatio ideo, quia collata in vnū totius catholicę legis fides, symboli colligitur breuitate. Et Isidorus lib. 1. de summo bono: symbolum & dominica oratio, pro tota lege paruulis ecclesię ad cęlorum regna. sufficit capessenda: omnis enim latitudo scripturarū in eadē oratione dñica & symboli breuitate concluditur. De reliquis vero fidei orthodoxę dogmatibus, satis est implicite credere quidquid ecclesia catholica credit, etiam si nullam de illis expli-

catam fidem catholicus habeat. canon. 45. Augu. sermone. 115. de tempore. Et pluribus alijs eiusdem operis & lib. de fide & symbolo. Isidorus. c. 23. confessio Polonica, de fide & symbolo. c. 14. Michael Medina li. 4. de recta in Deū fide. c. 5. cū seq.

9 His adijce, q̄ omnes catholici, qui habent vsum rationis, tenentur præterea explicatē credere illas veritates fidei, quę sunt publicē apud oēs diuulgatę. Nā vt Iulius Paulus, & Vlpianus aiunt, lata culpa est, nimia negligentia, id est, non intelligere, quod omnes intelligunt: at in re vsque adeo graui ferenda nō est nimia ista negligentia. Quam ob rem haud leuiter illi peccant, qui salutationem quoque angelicam, & alia necessaria Christianis ad eternā salutem discere negligunt. l. cedere diē. §. vlti. l. late culpę. de verb. signifi. Occā. li. 4. dialo. c. 9. Gerson tracta. de protestatione, considera. 6. Frā. Pic. li. de fide theoremate. 12.

10 Hęc autē quę supra dixi, & quę nonnulli prima credibilia vocāt, oēs tenemur explicatē, apertē ac distinctē credere: alias vero fidei veritates, nō oēs tenentur explicatē credere, sed implicite: hoc est, oēs Christiani tenentur generaliter credere & esse parati ad credendū quidquid cōtinetur in scriptura diuina, & in doctrina ecclesię: ceterū ea omnia tūc tenemur explicatē credere, cū cōstituerit nobis, q̄ in doctrina fidei cōtinentur: nec enim ante possum⁹ oēs explicatē scire ea quę in doctri-

na

na ecclesię tradūtur: sufficit ergo illis fides implicata, inuoluta & indirecta, qua gñaliter & vniuersē credant oīa ea, quę catholica docet ecclesia. Multi nāq; in studijs theologię proficere nequeunt, vel propter ingenij tarditatē, vel propter alias vitę præsentis occupationes. Nec vulg⁹ debet mysteria sacra discere, nec ea curiosius indagare, nec oēs Christiani debēt, aut possūt esse doctores, vt rectē inqt Aquinas. Tho. 2. 2. q. 2. arti. 4. cum seq. Scotus, Bonauectura, & ceteri in li. 3. sent. dist. 25. Ambro. Cathari. in speculo hæreticorum consideratione. 5.

11 Hi tñ ad quos ex officio, aut professione pertinet alios erudire, tenentur explicatē credere multo plura, quā reliqui: vt sunt episcopi, parochi, prædicatores, theologi, iurisperiti, iudices, & rectores populorū, & quicūq; habēt acumen & perspicacitatē: quia tñ ab vno quoq; Deus exigit, quātū dedit: quemadmodū ex parabola euāgelica de talētis cōstat, & planius id ipsum veritas per Ioannē docuit, dicēs: omni, cui multū datū est, multū quæretur ab eo: & cui cōmēdauerūt multū, plus petēt ab eo. Mat. 25. Ioan. 3. Luc. 12. & illic Theophylact⁹. Origenes in Hierē. homi. 7. cōfert. l. 2. §. Serui⁹. de origi. iuris. l. 1. §. hęc actio. simē. fal. mod. dixē. l. 2. quod quisq; iuris. l. si quis fundū. §. celsus. locati. l. p̄fessio. C. de mune. patrimo. lib. 10. Michael Medina li. 4. de recta in deū fide. c. 6.

12 Cū ergo hi multa debeāt explica-

tē credere, de quibus potest idiota magna probabilitate dubitare: sequitur inde, q̄ viri docti possunt esse vehemēter suspecti de heresi, asserētes aliq̄ propositionē, quā si assereret indoctus aliquis, nō esset suspectus, ne leuiter quidē. Nazanzenus oratione. 18. Tho. Gerson & Picus, locis prænotatis. idē Gerson part. 1. in declaratione veritatū credendarū. corolla. 2. Cōrardus tractatu de cōtractibus quęst. 100. suppositioe. 3. Bal. in. c. 1. de summa trini. Paul. in rubrica. C. eodem titulo.

13 Nullus autē Christianus excusari potest prætextu ignoratię, si errauerit in articulis fidei, vel in præceptis decalogi, vel in alijs veritatib⁹ diuulgatis, & quas quilibet scire debet: sed longē magis inexcusabiles sunt peritiores, & acutiores, & illi oēs, ad quos ex officio pertinet, esse doctiores: quales sunt, Episcopi, & ceteri supra nominati: & sacerdotes, qui in lege dñi debent esse periti, vt compluribus patrum decretis luculenter probat Gratianus, & maiores nostri in octauo concilio Toletano decreuerunt, his verbis: solus accedat ad sacra Dei mysteria tractanda, quem morum innocentia, & literarū splendor illustrē reddūt. distin. 37. cū seq. dist. 59. & 91. concilio. 8. Toletano. cap. 8.

14 Homines verò imperiti tenentur in rebus dubijs cōsulere peritiores: & cauta solitudine quęrere veritatem: quod nisi fecerint, nō erunt excusati propter ignorantia, quam

Q facile

De fide catholica

facile vitare potuerunt: sicuti non excusantur in rebus civilibus, qui non consuluerunt iurisperitos. Iustinus philosophus in explicatione quaestionis quartae a gentibus posita, fieri non posse, ait, quin is qui veritatem toto corde atque pro virili quaerit, inueniat. Testis est dominus, qui ait: omnis qui petit, accipit: & qui quaerit, inueniet, pulsantiq; aperietur. Unde recte canit Hesiodus: qui ex se nescit, cuiquam nec porrigit aures, ut bona percipiat, demens & inutilis ille est. Et alius inquit: infelix qui recta docet, & viuit iniquè: infelix qui pauca sapit, spernitque doceri: infelix, cuius nulli sapientia prodest. Aristoteli lib. 1. Ethic. c. 4. c. vlti. 37. distin. c. vlti. 38. distin. c. peruenit. 84. distin. l. in bonorum. de bono. possessio. l. 2. §. vlt. quis ordo in bono posside. l. si auiam. C. de inge. manumif. c. turbatur. 1. quaest. 4. Lucas in. l. oes iudices. C. de decurio. li. 10. Tiracquel. de retractu conuentionali. §. 4. glo. 7. nume. 18.

15 Ad confessionem fidei (vt est apud theologos) tenemur precepto affirmatiuo: quia ob rem semper obligamur sed vt loquuntur, non ad semper: non enim ea confessio temere fieri debet, nec passim, nec omnibus: necessaria tamen est loco, & tempore: tunc scilicet quum per omissionem huius confessionis detraheretur honori Deo debito: vel impediretur utilitas proximi: vel dispendium fidei pararetur. Igitur constanter defendenda fides est, predicanda, confitenda, & testificanda, co-

ram hereticis, coram tyrannis, coram iudicibus, etsi oportuerit, coram populo etiam: dicente saluatore per Mattheum, qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo: & alibi, qui me erubuerit, & sermones meos, filius hominis hunc erubescet coram angelis Dei: apostolo quoque attestante, qui ait: corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. c. nolite timere. 11. quaest. 3. Isidorus lib. 2. de summo bono. c. 2. Tho. 2. 2. quaest. 3. arti. 2. Gerson tractatu de protestatione considera. 1.

16 Ad summam tenemur credere, non solum diuinis scripturis, ecclesiae traditionibus, iustis conciliis, summorum pontificum constitutionibus, patrum decretis, sacrorum doctorum receptis sententijs: sed etiam illis veritatibus, quae deducuntur ex his per certam consequentiam in lumine fidei, vel euidenti ratione naturali: si modo veritates ita inferuntur, vt omnibus praesertim sapientibus sint persuasae: quia haec illis insunt, & illic comprehendentur, & continentur, vnde per tale consequentiam eliciuntur. Et haec est vera, recepta, & catholica sententia: Origenes homilia. 2. super genesim: Gerson in declaratione veritatum credendarum. Torquemada lib. 4. de ecclesia part. 2. c. 8. cum seq. Guido de heresibus. c. 4. Fran. picus lib. de fide Theoremate. 7. Alberti. li. 2. de agnoscendo. assertio. catho. quaestio. 4. & 5. Ambro. Cathari. lib. de consummata gloria solius Christi, ac diuę virginis.

Quamuis

Ticulus

11 Quamuis autem in rebus fidei fragiles & incertę sint, atque imbecilles rationes humanę: sicuti Chrysostomus ait: quia, vt inquit Bernardus, transgreditur fides rationis fines, humanę naturę vsum, experientię terminos: ea enim attingit inaccessibleia, deprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit nouissima: ipsam denique aternitatem suo illo vastissimo sinu quodammodo circūcludit: & nihil peius sit, vt Chrysostomus dixit, homilia. 24. in euangeliū Ioannis, quam humanis rationibus spiritualia subijcere: hoc enim impedit, ne quid magnū, ne quid profundū contēplemur: & vt Gregorius ait, fides non habet meritū, vbi humana ratio prebet experimentū: & ea tamen sint defendenda ratione, vt est apud Augustinum. quę vel a sensibus corporis inchoata, vel ab intelligentia mentis inuenta sunt: quę autem nec corporeo sensu experti sumus, nec mente assequi valimus, aut valemus, fide tenenda sunt. Chryso. in. c. Ioan. homil. 3. & in episto. ad Coloss. homilia. 5. & in episto. ad Thess. homilia. 7. Bernardus super cātica sermone. 67. Gregorius homil. 26. super euāgelia. Augu. in enchiridio. c. 4.

18 Quamuis, inquam, haec ita sint, & fides nostra pendere non debeat ab humana ratione: constanter tamen suscepta fide, veritas eius ratione munienda est. Veritas enim ratione non caret: ratio autem ad intellectū cognitionemque perducit. Est enim ratio authore. Augustino, quidam ani-

XXVIII.

122

mi motus, visum mentis acuens, veraq; a falsis distinguens: & est mentis motio, ea quę discutiuntur, distinguendi & coniectandi potēs. Tametsi caligantes hominum mentes consuetudine tenebrarum, quibus in nocte peccatorum, vitiarumque; vallatur, perspicuitati, sinceritatiq; rationis, interdum aspectū idoneū intēdere nequeat. Quia ob rem diuus Petrus apud Clementem lib. 2. recognitionum ait: qui rationem quaesuit eorum, quę credidit & accepit, quasi vinculis quibusdam rationis ipsius colligatus, nunquam ab his, quę credidit, diuelli, aut separari potest. Et ideo quanto quis propensior fuerit in expetenda ratione, tanto erit firmior in seruanda fide. Et alibi, dominum Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni potestati nostram rationem de ea, quę in vobis est, spe. 1. Pet. 3. Augustinus de vera religione. c. 24. & lib. de spiritu & anima. c. 12. & lib. de ordine. c. 11. & lib. de moribus ecclesie cap. 2. adde Thomam opusculo. 70. quaest. 2. Altiſſiodorēsem in principio summe.

19 Superest iam, vt nonnulla de veris miraculis differamus, quibus catholica ecclesia semper & vbiq; refulget: heretici contra, nullis veris miraculis vniquam approbati traduntur. Est autem sententia certissima, quod vera miracula diuinam auctoritatem habent, ad ea probanda, in quorum confirmatione facta sunt. Quod multis rationibus & auctoritatibus euidētissimè patet. Primo, quia vera miracula

Q. 2 ab

De fide catholica

ab alio, quàm à vero Deo fieri nequeunt, cum excedant omnem virtutē & potestatem creatā: quod verò solius Dei est, auctoritatem diuinā habet, qua certissimè probat: nec enim Deus magis fallere potest signis, quàm verbis. Deinde, veritas ipsa hoc docet, apud Ioannem, dicens: si opera non fecissem in eis, quę nemo alius fecit, peccatum nō haberent. Et alibi, ostendere volens diuinam suam potestatem, miraculo illam probauit: vt sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico) surge, tolle lectum tuū, & vade in domum tuam: & surrexit, & abiit in domum suam Ioan. 15. Mat. 9.

20 Ad hæc Helias hominem Dei se esse ostendit probatione diuina veri miraculi dicēs: si homo Dei sum, descendat ignis de cęlo, & deuoret te: descendit quę ignis de cęlo, & deuorauit eum. Pręterea, vt Moyse crederetur, veris miraculis Deo ipse auctoritatem eius cōprobauit: nec alio ferè planiori, aut efficaciori modo, fides catholica primūm plantata est, quàm in maximis, plurimis, verissimisque miraculis, vt ex multis locis veteris & noui testamenti quicuis facile intelliget. Illud tamen præterire non possum, quod Christus Deus noster iam iam ad cęlos ascēsurus, discipulos suos mittens, vt vniuersum orbem ad veram fidem conuerterent: dedit eis potestatem confirmandi prædicationem euan-

gelicam veris miraculis, dicens: eūtes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creature: signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent. & cętera: illi autem profecti prædicauerūt vbi-que, domino cooperante, & sermone confirmante sequentibus signis. 4. regū. 1. Exodi. 4. Marci vlti.

21 Ad extremum, veritatem hanc omnes theologi asserūt, & vniuersi catholici confitentur. Chrysostrmus super apostolorū acta inquit: ex miraculis certam & indubitatam facit resurrectionis fidem, vt non solum euidentis esset eius gratis hominib⁹, verum etiam omnibus fecuturis. Et Hieronymus: ne hominibus rusticis, & absque eloquij venustate indoctis & illiteratis nemo crederet pollicentibus regna cęlorum, dat potestatem infirmos curandi: leprosos mūdandi: demones eijciendi: vt magnitudinē promissorū probet magnitudo signorum. Augustinus quoque multa in hanc rem scribit, post alia dicens: homines illius temporis, aquam in vinum conuersam, saturata quinque millia quinque panibus, trāsita pedibus maria, mortuos resurgentes viderunt. Ita quędam corpori manifestiori beneficio: quędam verò menti occultiore signo: & omnia hominibus maiestatis testimonio consulebant. Sic in se tunc animas errantes mortalium diuina commouebat

Ticulus

mouebat auctoritas. Hęc patres isti, quibus assentiuntur innumerales alij. Abeant ergo Lutherani, & ceteri hæretici omnes, & cum veris miraculis deficiantur, saltem prodigia, & portenta cōfingant, si prætextu diuinorū eloquiorum, fragilibus & incautis imponere volunt: prudētes enim atque constantes viros hæretici nūquam fascinare poterunt. Chrysostrmus

XXIX.

123

in acta apostolo. homilia. 1. Hieronymus in Matthæum. cap. 10. Augustinus ad Honoratum cōtra Manichæos. cap. 16. & lib. de vtilitate credendi cap. 16. Thom. 2. secundæ quęstio. 178. Abulen. Deutero. 13. quęst. 1. omnes theologi in prologum lib. 1. senten. Gaspar lib. 2. aduersus hæreticos artic. 1. melius Michael Medina lib. 2. de recta in Deū fide cap. 7.

De filijs & minoribus

Titul. XXIX.

- 1 Filios interdum punire propter parentū scelera iustissimum est.
- 2 Filios nonnunquam deus ipse punire solet propter peccata patrum.
- 3 Filium propter patrem deus nunquam puniuit pœna aeterna.
- 4 Filios in quartam generationem se puniturum propter parentes, quo pacto intelligi oportet, Deum dixisse.
- 5 Filios Deum occidisse propter parentū scelera iustissimum fuit.
- 6 Filium ob crimen patris, aut quempiam alium ob crimē alterius interficere nō licet, aut quauis pœna corporali afficere.
- 7 Filium ob crimen patris qua pœna liceat punire.
- 8 Filij olim vendebantur à parentibus apud Hebræos, & apud alios.
- 9 Filios æquum esse ob parentum scelera puniri, ostendit Cicero ad Brutū scribens.
- 10 Filiorum pœna magis terrentur patres, quàm propria.
- 11 Filios nobilium vt in pretio haberi æquum est propter parentum merita, ita eos qui sceleratis parentibus nati sunt, puniri decet ob patrum scelera.
- 12 Filij hæreticorum paruuli cautum est à maioribus, vt educerentur & alantur inquisitorum cura.
- 13 Filij hæreticorum catholici ad nullum

- ecclesiasticum beneficium seu officium publicum admittendi sunt.
- 14 Filij hæreticorum catholici an ad sacros ordines sint promouendi.
- 15 Filij hæreticorum catholici, quorum parentes fuerint ecclesię vnitati restituti benignius tractantur.
- 16 Filij hæreticorum tam legitimi quàm adulterini infamia notantur.
- 17 Filij & nepotes eorum qui in hæresim relapsi curię seculari sunt relictis, quo in numero habendi.
- 18 Filij hæreticorum catholici an sanguinis nobilitate priuentur.
- 19 Nepotes hæreticorum retinent ius eligendi.
- 20 Filij & nepotes hæreticorum nullo modo priuandi sunt illis beneficijs, quæ antea obtinuerunt, quàm eorum parentes hæretici declararentur.
- 21 Filij & hæredes hæreticorum per quos testes admittantur ad defunctorum parentum innocentiam probandam.
- 22 Filij qui nati sunt, antequam parentes hæretici essent, an comprehendantur pœnis contra filios hæreticorum statutis.
- 23 Filios hæreticorum catholicos ante parentum hæreses natos, neque infames esse, neque pœnis obnoxios, multorum

De filijs & minoribus

- est sententia.
24. Filij hæreticorum catholicis ante parentum hæreses natus, imperatoris Constantini lex fauet.
25. Filij non imputantur peccata parentum, quæ post eos natos à parentibus committuntur.
26. Filij hæreticorum catholicis ante parentum hæreses natus. Hispani legiflatores & septi partitæ leges fauent.
27. Filij hæreticorum catholicis ante parentum hæreses natus, non obest quòd hæresis vitium sit merè spirituale.
28. Filius natus ante dignitatem patris, ut eius prerogatiuas & honores non consequitur, ita illi nocere non debet scelus patris post eius natiuitatem commissum.
29. Filij innocentes ante patris hæresim geniti, benignè excipiendi sunt.
30. Filios natos ante patris hæresim nulla lex nominatim punire iubet.
31. Filios natos ante patris hæresim puniendos esse, cui fundamento innixi probet qui id sentiunt.
32. Filij natis ante patris hæresim fauet constitutio Bonifacij octaui.
33. Bonifacij octaui constitutio nullam continet quæstionem de filijs natis, ante vel post patris hæresim.
34. Bonifacij octaui constitutio declaratur.
35. Filius an accusare teneatur patrem, si ille fuerit occultus hæreticus.
36. Filium accusare debere patrem occultum hæreticum, quomodo probent qui id sentiunt.
37. Filium accusare non teneri patrem occultum hæreticum, qui authores censent.
38. Moses cum in lege iubet patrem filium impium accusare & punire debere, non id de filio in parentem expressit.
39. Pater filium accusare debet, ergo filius patrem, par ratio non est.
40. Filius patrem hæreticum occultum cur proderè non debeat.
41. Filius impium parentem relinquere, accusare autem non debet.
42. Filius accusare debet patrem proditorè, ergo hæreticum occultum, non est par ratio.
43. Alfonsi Tostadi sententia de patre occulto hæretico à filio non prodendo, generaliter verissima est, interpretatione tamen eget.
44. Filius quibus in causis patrem occultum hæreticum, proderè debeat.
45. Filius proderè tenetur patrem occultum hæreticum, si eius hæresis reipub. perniciofa sit.
46. Filius iudicibus indicans hæreticum patrem, an eximendus sit ab infamia, & ab alijs pœnis filijs hæreticorum impositis.
47. Filij parentes hæreticos occultos ad iudices deferentes, cur non subiaceant pœnis in filios hæreticorum statutis.
48. Pater filium hæreticum exheredare potest, & filius patrem.
49. Pater an filium hæreticum exheredare possit, & filius patrem, etiam si hæreticus ad sinum ecclesie redierit.
50. Filius hæreticus à patre ad Indices delatus, & pater à filio, an mitius puniri debeant.
51. Filij Iudæorum & infidelium vtrum baptizari debeant parentibus inuitis.
52. Filios Iudæorum & infidelium cum ipso rum parentes sub dominio nostro degunt, an liceat baptizari.
53. Filios infidelium paruulos ab inuitis parentibus abduci posse ad baptismum, plurimi asserunt.
54. Filij infidelium, quibus liberum est arbitrium, non sunt in vsu baptizandi, etiam si parentes eorum id velint.
55. Filij huiusmodi si sponte ad baptismum venerint, inuitis etiam parentibus baptizandi sunt.
56. Filij minores viginti annis, qui de se ipsis, parentibus, & alijs quos hæreticos esse sciunt, plenam iudicibus dixerint veritatem, benignè excipi debent, etiam post tempus gratiæ.


Filij

Titulus

XXIX.

124

57. Filij parentum præceptis imbuti, plarumque ad eorum hæreses moreque deducuntur.
58. Filius minor viginti annis doli capax, si hæreticus pertinax fuerit, perinde ac si maior esset iudici seculari relinquendus est.
59. Hæreticus minor viginti annis qui in hæresim incidit, & maior factus conuictus fuerit de crimine, quomodo puniendus.
60. Minoribus viginti quinque annis in causa etiam hæresis, curator ad litem ab inquisitoribus decernendus est.



Aerbissimum quidem videri posset, atque iniustissimum, punire innocentem hominem propter parentis crimina: nisi Deum optimum, maximum, qui vera iustitia est, id ipsum sapientissime fecisse liqueret: nisi omnium ferè gentium moribus receptum & seruatum foret: denique si non id antiquissimum, & copulibus legibus sancitum esset: ergo iustissimum est, interdum filios punire propter parentum scelera: non tamen mortis pœna, sed infamiae, aut alia quapiam bonorum externorum.

Deus aut ipse nonnunquam filios punire solet propter peccata patrum, pœna etiã mortis, non tamen pœna eterna. Sic paruuli Sodome propter parentum scelera igne consumpti sunt: quod in Dathã & Abirõ contigisse scimus. Sic punitus fuit Dauid morte filij. Sic etiã filij Achã cum patre interfecti sunt. Et alibi sepe Deus visitauit peccata patrum in filios usque ad tertiam & quartam generationem. Quod Euripides quoque atque

Plutarchus, ethnici homines non ignorarunt. Gen. 19. nu. 17. lib. 2. regum, c. 12. Iosue. 6. Plutar. lib. de sera numinis vindicta. Iustinus Philosophus quæst. 138. Et in principio. 24. quæst. 3. Cælius li. 6. lectio. antiqua. cap. 14.

Illud autem nobis persuasum esse debet, nil Deum agere aliud, quam quod fas, admodumque decens sit: eius enim voluntas summa iustitia est, opera eius omnia sanctissima & perfectissima. Quã ob rem filium propter patrem, pœna eterna Deum nunquam punisse, cum Augustino & cæteris credimus: ipse enim dixit, non portabit filius iniquitatem patris, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Non dicent ultra, patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, sed vnusquisque in iniquitate sua morietur. Ezechie. 18. & illic Hieronymus. Hier. 31. Augusti. super Iosue quæst. 8.

Sed neque illud iniustum est, quod in Exodo legitur: ego sum dominus Deus tuus, fortis, Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Nam, ut ait Augustinus, in quartam generationem repromisit quidem dominus reddere se peccata patrum filijs, sed ijs, qui oderunt eum: hoc est, qui in paternis malis versati fuerint, vel in illis, qui contra Deum paternum odium imitantur. Sicut enim filij Dei appellatur iusti, sic filij diaboli

Q 4 boli

boli nominantur iniusti: & sanctorum filij, sancti & iniquorum, iniqui. Vnde ecclesiasticus inquit, filij abominationum sunt filij peccatorum. Et mox, filiorum peccatorum periet hereditas, & cum femine illorum assiduitas opprobrij. Vbi Dionysius rectè ait, filios peccatorum intelligèdos esse illos, qui nati sunt ex iniquis parentibus, & eorū vitia sequuntur. Chrysostomus quoq; id ipsum explicans inquit: reddens peccata parentum in filios: nō quoniā alieni peccati quisquā supplicia luat, sed quoniā qui multos propter peccata sua vexatos esse nō ignorat, neq; idcirco factus est melior, sed eadē cōmittens nō curat, illorū quoq; pœnas iustè sustinebit. Exod. 20. & inibi Aloisius in catena. eccle. 41. Aug. lib. quæstionū ex veteri testamēto. quæst. 14. Grego. lib. 15. in Job. c. 22. cap. nisi cū pridē. s. personę. de renūtiatio. Chrysostomus in Mat. homilia. 75. & in Ioan. homilia. 55. Ambrosi⁹ in. c. cito turpem. 1. quæst. 1. c. homini. 1. q. 4.

5 Illud quoq; iustissimum esse scimus, quod ab ipso Deo factum nō nunq̄ legimus, vt filij occisi fuerint propter parērum scelera. Quidquid enim Deus fecit, sanctissimū, & iustissimū est. Ipse fecit nos, eiusq; est vita & mors: ipse occidit, & ipse viuere facit, solus ipse vitę & mortis habet potestatem: iustè nobis dat vitam, iustè, cū vult, occidit. Hęc summa ratio iustitię est, nec amplius à nobis de iudicijs Dei scrutari

licet. Querētī tñ, si iudiciū Dei iustum est, quare infantes in Sodomis simul cū parētibus cremati sunt? Aug. respōdit: vt nimis impium facinus sodomitarū possit aduertī, peccatū eorū peruenit vsq; ad necē filiorum ne de origine illorū signū aliquod remaneret. Nō ne p̄uisum est illis, ne diu viuētes exēpla sequerētur patrum: à gētēna enim liberi sunt in aliena causa occisi: & sicut bonis parētū lēti sunt filij eorū, q̄ cōmēdetur p̄rogatiua eorū: sic & de morte, quę p̄ malis illorū infertur, queri nō possunt: vt quemadmodū participes in lucro sunt, sic sint & in dāno. Hęc ille, & alia in eādē sententiā. lib. quæstionū ex veteri testamēto. quæst. 13. Quod & Cyprianus n̄ elegāter disseruit, in verba illa Nahū, ex te enim exiuit cogitans & cætera cap. 1.

6 Cū igitur solus de⁹ occidere liberè possit quemcūq; velit, nec liceat cuiq̄ hominē occidere, nisi auctoritate diuinę legis (vt Augu. & ceteri theologi docēt) relinq̄tur planē, q̄ nec p̄iceps, nec respublica, nec alij omnino, quēpiā, p̄ peccato alteri⁹, morte punire possunt: id enim durū, ferū, barbarūq; est, ac lege diuina p̄hibitū: dicēte dño, nō occidentur patres p̄ filijs, nec filij p̄ patrib⁹: sed vnusquisq; p̄ peccato suo morietur. Demosthenes quoq; epistolatertia, inq̄simū esset ait, quarū rerū patrē accusant quidā, ob eas filios in vincula cōijci. Vñ nemo nō intelligit, morē quēdā Scytharum fuisse

fuisse iniquissimū: apud quos, (vt aiūt) quū rex aliquos morte punit, eorum ne liberos quidem relinquit, sed vniuersos mares interficit, sceminis nihil læsis: cui ferè similem Quintus Curtius libro sexto memōrat Macedonum legē, qua cauebatur, vt propinqui eorū, qui regi insidiati erant, cum ipsis etiam insontes necarentur. Hac tamē etiā quę sunt alię generis eiusdem, nō sunt leges dicendę, sed legum corruptiones. De talibus loquens Philo libro secundo de specialibus legibus inquit: legislatores penes quos sūt iuris regulę, per inique statuunt, opinionem suam magis quam veritatē sequuti, proditorem plecti vna cum liberis, tyrannum verò vna cum quinque familijs cognatiōe proximis: Libenter discerem cur ita. Si vnā peccarunt, simul etiam puniantur: quod si nec socij fuerunt eorum, nec imitatores, nec scelicitatis voluptatibus domesticorum participes, cur interimentur? Ideò ne tātum quia cognati sunt? genus enim non scelus punitis. Nimirum vos o venerandi legumlatores, bonas habetis familias: alioqui si male essent, opinor nunquam vobis in mentē venissent instituta huiusmodi: imò ne alios quidem ferretis hęc statuere, vt ob cauenda scelera innocentes quoque inuoluantur alienis periculis. Nam hic metus ita cautus debet esse, vt tamen nō contemnatur cuiusquam incolumi-

tas. Cæterum qui nimium securitati cōsulit, cogitur sæpe innoxijs non parcere. hęc Philo. Non igitur vllō pacto licet, quempiam propter crimen alterius occidere, nec excommunicare, nec fustibus cedere, nec alia corporali pœna punire, sicut inter theologos & iurisperitos satis constat. Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei cap. 21. Deute. 24. & lib. 4. regum cap. 14. & illic Abulen. quæst. 3. l. sancimus. & de pœnis. Herodotus lib. 4. Plato. 9. de legibus. Herodianus lib. 1. c. si habes. 24. q. 3. Ioan. Bohemus. lib. 2. de moribus omniū gentiū. c. 9. Alex. ales. 3. parte quæst. 41. Tho. 2. secundę quæst. 108. Alfon. lib. 2. de iusta hæreti. punitio. cap. 11. Brunus lib. 6. de seditione. cap. 6.

7 Cæterum filij hæreticorum, & aliorum hominum iniquorum, iuste puniri possunt infamia, exilio, & quibusdam similibus pœnis. Nam vt apud Ciceronē est, quamuis illud videatur esse crudele, quod ad liberos, qui nil meruerūt, pœna peruenit: sed id & antiquū est, & omnium ciuitatum: cui⁹ rei non desunt vrgentissimę quidē causę. Filius enim res patris est, & p̄cipuā quędam parentis possessio: puniri ergo in filio pater poterit, sicut & in ceteris possessionibus. Quid, quod natura pater & filius eadē esse persona penē intelliguntur? Et Philo libro de sacerdotum honoribus inquit: liberi sunt parentum partes separabiles: imò

De filijs & minoribus.

(si verum fatemur) inseparabiles, propter communem sanguinem, & latentem quandam ratione generis emanantem à maioribus, naturali benevolentia coniungente affectus mutuos. Et ut Picus quadam in epistola scribit, maxima patris pars in filio est. l. 3. & vlti. C. de patria potesta. l. vlti. C. de impube. & alijs substit. Lactantius lib. de opificio Dei cap. 19.

8 Sic olim apud Hebræos, & Græcos, apud Romanos quoque, atque alios, vendebantur à parentibus liberi, & à paternis creditoribus in seruitutem redigebantur. Quod ex literis sacris veteris testamenti perspicuum fit: & id ipsum Basilius, Ambrosius, Eusebius, & complures alij testantur. Et apud Athenienses permulti oppressi ere alieno, proprios liberos cogebantur vendere, nulla enim prohibebat lex: quinimo & sorores distrahere licebat vsque ad Solonis tempora; qui lege lata sustulit ius vendendi sorores & filias, ut in eius vita Plutarchus est author: qui de Numa quoque Pompilio scribens, laudatur, inquit, ex eius institutis, emendatio eius legis, qua parentibus filios vendere permittebatur. Exodi. 21. lib. 4. regum. cap. 4. Basilius in psalmum. 14. homilia. 4. & in concione super illud Luce, destruam horrea mea. Ambrosius lib. de nabuthæ cap. 5. & lib. de Thobia cap. 8. Eusebius lib. 9. ecclesiasti. histo. c. 8. l. 1. & 2. C. de patri. qui filios di-

straxe. Dionysius lib. 2. antiquitatum Romanarum. Tiraquel. de retracti. s. 26. nu. 14. glo. 1. Couar. lib. 3. varia. resolu. cap. 14.

9 Accedit ratio illa viua quidem & spirans, quam Cicero libro epistolarum ad Brutum eleganter his verbis scripsit: nec verò me fugit, quam sit acerbum, parentum scelera filiorum pœnis luit: sed hoc præclare legibus comparatum est, ut charitas liberorum amiciores parentes reipublice redderet: etenim cum potissima ferè causa pœnarum ea sit, ut homines à facinoribus perpetrandis formidine deterreantur: nulla alia magis acerba, nec que anxio afficiat tristitia, pœna est, quam cum quis cernit filios suos, ob sua ipsius male acta, affligi, & paupertatem, & infamiam, aliisque incommoda pati: que res multos quidem à sceleribus auertit, & ne familia audeat, admonet atque deterret. Cicero ad Brutum epistola 12. & 15. Plutar. lib. de sera numinis vindicta.

10 Ad hæc, naturalis & vehementissimus amor quo parentes filios suos diligere solent, id efficit, quod Iulius Paulus ait, ut pro affectu magis in liberis terreantur. Vix enim parentes in amore filiorum liberum arbitrium habent: nam etsi liberi prauis sunt, & odio digni, parentes tamen haud possunt illos non vehementer amare. Addendum eodem est, quod Chrysostomus in Genesim scriptum reliquit, enarrans verba

Titulus

XXIX.

126

verba illa, maledictus Chanaan filius: ecce, inquit, peruenimus ad quaestionem illam ubique celebrè: multos enim audiimus dicentes, quare cum peccauerit pater, filius maledictum suscipit? quare cum alius peccauit, ille pœnam luit: neque absque ratione hoc factum est: quia pater non minorem pœnam & cruciatum habuit, quam filius. Scitis enim quomodo sæpe numero patres orant, ut filiorum pœnas ipsi ferant: & quomodo grauius illis est, videre filios supplicio affici, quam si ipsi his foret obnoxij. Eandem quoque historiam enarrans Ambrosius inquit: qua ratione cum Cham peccauerit, non ipsum, sed filium eius seruituti addixit? & forsasse idè, quia plus afficitur iniurijs filij sui, & vehementius contristatur, sui peccati damnationem à filio persolutam, quia non tam suo, quam patris merito puniretur, & cetera. l. isti quidem. quod met. cau. regia. l. 3. tit. 20. parte. 2. l. liberorum s. vlti. de verbo. signi. Aristo. 8. ethi. cap. 12. & illic Buridanus quaest. 16. cum seq. & lib. 9. ethi. cap. 7. Stoebæus sermone. 81. Chrysosto. in Genesim homilia. 29. Ambrosius lib. de Noe & arca. cap. 32. Tho. 2. secundæ quaest. 26. arti. 9. cum seq. Felin. in. c. afferte. de præsumptio. Hippolit. in. l. 2. de sicarijs.

11 Accedit etiam, quod quemadmodum filij hominum bene meritum in pretio sunt, & honore parentum nobilitantur, tametsi ni-

hil ipsi fecerint, propter quod nobiles essent: ut ciuis meus Seneca lib. quarto de beneficijs eleganter tradidit: sic è contrario male meritum filij parentum scelere obscurantur, & infontes etiam infamia iuste notantur, alijsque prærogatiuis priuantur. Non igitur mirum, neque absurdum, cum ex illis procedant, si ob eorum facinora vindictæ quoque partem desumant: quandoquidem, sicuti Plutarchus ait, quæ apud homines beata censentur, propter illos consecuti sunt, ac possideant. Bona siquidem corporis & fortunæ à parentibus in liberos naturaliter transeunt, & similiter mala. Et sicut iustorum filij, & ipsi iusti, nobilitant in se genus iustitiæ, dum & patrum & sua iustitia sublimantur: ita & nequissimorum & ipsi filij nequissimi (ut apud Augustinum est) crementum faciunt malitiæ: quia & malorum filij sunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Quis enim malum, & mali hominis filium, non duplici genere excretur, quo modo bonum, & boni filium duplici mercede non censet honorandum? Exodi. 20. & 2. regum. 9. Plutar. lib. de sera numinis vindicta. Augusti. lib. quaestionum ex veteri testamento. quaest. 14.

12 Iure igitur ac merito hæreticorum filij priuantur bonis parentum, ut suo loco fusius differui. Quidam tamè ex nostratibus per quam diu- rum id esse putant, præsertim contra

De filijs & minoribus

tra filios paruulos, qui bonis parentum, atque adeo alimentis priuati, in vitæ discrimen adducentur. Etenim vt Iulius Paulus ait, necare videtur qui denegat alimoniam. Quamobrem quodam instructiōis capite maiores nostri decreuerūt, vt filij hereticorum impuberes, qui priuati fuerint parentum bonis, educentur & alantur cura inquisitorū apud aliquos viros catholicos & religiosos, qui eos fidem catholicā doceāt. l. necare. de libe. agnos. prima instruct. Hispal. c. 22. Lupus senior tracta. de heresi. c. 18. Io. Lup^o in. c. per vestras. §. 72. Corasius in. l. qui liberos. de ritu nuptia. nu. 62. Quemada quæst. 24.

13 Filij catholici hereticorū, fautorū, & receptatorū, vsq; ad secundā generationē ad nullū ecclesiasticū beneficium, seu officium publicū admittendi sunt: sed neque ad ea officia secularia hodie in Hispania admittuntur, quibus vel honorē consequantur ipsi, vel alijs nocere queant. Non ergo medici esse debent, non chirurgi, nō macellarij, & multò minus, iudices, decuriones, aduocati, executores, nec alias omnino publicas functiones gerere possūt, nisi fortè hoc eis à principe, concessum fuerit. Quod si fecerint, in pœnam publicationis bonorum ipso facto incurrunt: quemadmodum plenius legibus pragmaticis continetur: hodie tamen inquisitores mandato regio de his causis cognoscere, &

arbitrio suo statuere possunt. c. 2. §. heretici, de hereti. lib. 6. pragmatica. 8. cum seq. & instruct. 3. Valdo litana. cap. 11.

14 Quæri tamen solet, an hereticorum filij catholici ad sacros ordines sint promouendi? Quod nonnullis placere video: quia, vt aiunt, hoc non inuenitur iure prohibitū. Sed contrariam sententiā sequuti sunt patres in tertia instructione Hispalensi: quam ipse veriorē esse cenfeo: tum quia filij hereticorum non admittuntur ad ecclesiastica beneficia, & publica officia consequenda, vt paulò ante dixi (ordines autem sacri, ad maxima ecclesiastica officia ministranda, instituti sunt) tum etiam, quia filij hereticorum infamia notantur, & alijs inferioribus etiam honoribus priuātur. c. 2. §. heretici. de hereti. lib. 6. & instruct. 3. cap. 11. cap. clericos. 21. distin. c. felicis. §. nulli. de pœnis lib. 6. l. qui indignus. de senato.

15 Cæterum benigna interpretatione legumlatoribus placuit, vt illi tantum hereticorum filij ab honoribus & beneficijs superscriptis arceantur, quorum parentes non fuerint vnitati ecclesiæ restituti: & vt primus & secundus gradus generationis solummodo lineam paternam comprehendat, per maternam verò lineam ad primū dūtaxat gradum pœna extendatur. Cuius differentiæ ratio esse potest, vel quia deterior est infectio viri, quam femine: maiori enim bono

maius

Titulus

XXIX.

127

maius malum opponitur, sicuti Aristoteles docet libro octauo ethicorum: præstantior sanè est sexus mas, quam femina, & primæ causæ efficienti propinquior, vt ait Philo libro de victimis: nam quidquid femineum est imperfectum censetur & subditum, vt quod patiat magis quàm agat: vel quia, quemadmodum familiæ dignitas, nobilitas, & honores descendunt in posteros à sexu virili: sic ex contrario longiorem iacturam in ipsius soboles pati debeat pro delicto paterno. Addo illud Statij lib. 1. thebaidos: nostro quoque sanguine multum errauit pietas, nec culpa nepotibus obstat. c. statutum. 2. de hereti. lib. 6. & illic interpretes. 8. ethi. c. 10. c. cum caput. 33. quæst. 5. l. 1. de iure immunita. l. exemplo. C. de decurio. lib. 10.

16 Filios autem hoc loco accipimus, non tantum ex iustis nuptijs procreatos, sed eos omnino, qui ex incesto, adulterino, nefario, aut quouis alio complexu nati fuerint: non enim melior conditio illorū esse debet, qui odio maiori digni sunt. l. parentes. de in ius vocando. glo. in dicto. c. statutum. & ibidem Archid. Ioan. And. Ioan. Mona. Philip. fran. & Probus. item collecta. in. cap. excommunicamus. 1. de hereti. Gonfal. in tracta. de hereti. quæst. 23. Couar. lib. 2. varia. resolut. cap. 8. Gigas lib. 3. de crim. lese maiesta. quæst. 7.

17 Quæsitum scio, an filij & nepo-

tes eorum, qui relictī sunt curiæ seculari, propterea quòd in hæresim relapsi fuerint, superscriptis pœnis teneantur, etiam si pœnitentiā egerint parentes eorum? Quod Ioannes Andraas & Philippus francus verum esse putant, quia non videntur ecclesiæ incorporati, qui curiæ seculari relictī sunt. Contrariam tamen sententiā veriorē esse aiunt Ioannes Lupus senior, & Dominicus, quibus assentior: quia illi non decesserunt heretici, sed pœnitentes & restituti ecclesiæ vnitati. Non enim relapsis denegatur sacramentum pœnitentiæ, nec eucharistiæ: quæ sacramenta his, qui sunt extra ecclesiam communicari non solent. Nec idèò putandum est, illos ecclesiæ nō esse restitutos, quia iudicibus secularibus relinquuntur: nam & cæteri facinorosi, quamuis vltimo supplicio puniantur, si tamen suscepta pœnitentiā moriantur, nihilominus in gremio ecclesiæ decedunt. c. statutū. 2. de hereti. lib. 6. & illic Ioā. And. Philip. fran. & Domini. Ioan. Lup^o decanus segobienensis tracta. de heresi. cap. 18. cap. super eo. de hereti. libro 6. cap. in ecclesia. cum seq. 1. quæst. 1.

18 Item quæritur, an hereticorum filij catholici priuati sint nobilitate sanguinis, vel antiquo parentū priuilegio ad eos derivata? Quod quidem prima fronte magis videri posset, quia minoribus etiam beneficijs habentur indigni, & paterna

De filijs & minoribus

terna infamia notantur: Postremo quia omnibus excluduntur honoribus. Verior tamen est contraria sententia: tum, quia non inueniuntur aliqua lege nobilitate ista priuati, nec leges pœnales extendendæ sunt, sed restringendæ: tum etiã quia ea, quæ proueniunt ab auis, at auis, & maioribus, non auferuntur à nepotibus, & alijs descendens, propter patrum suorum crimina: & hoc iure utimur. Sed si is cui priuilegium concessum fuit, in heresim inciderit, iure ac merito priuatur illo, ut noster Otalora rectè tradidit. l. quisquis. §. r. C. ad leg. Iul. maiesta. l. 3. de interdi. & re lega. & illic Bart. Ioan. Lup. de regno Nauarræ parte. §. 6. cum seq. Decius confi. 318. Igneus in l. 3. §. fi. & in l. vlti. ad Sillania. Otalora lib. de nobilitate Hispana parte. 4. cap. vlti.

79 Accedit eodem, quod nepotes hæreticorum retinent ius eligendi, quia non sunt nominatim electionis iure priuati. Sic etiam pater hæreticus non nocet filio catholico in successione aui paterni. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de legat. ij. Cardi. Abbas & Ioan. Imolen. in cap. excommunicamus §. credentes. de hæreti. Domini. & Philip. fran. in c. 2. §. hæretici. eodem tit. docto. in l. Gall. §. & quid sit tantum. de lib. & posthu. Cassene. in consuetudi. Burgun. rubrica. 3. §. 5. nu. 69. Iacob. segura in l. coheredi. §. cum filie. de vulga. &

pupil. nu. 73.

20 Præterea filij & nepotes hæreticorum priuandi sunt per sententiam, sed non sunt ipso iure priuati sacerdotijs & beneficijs, quæ consequuti fuerint post parentum cõdemnationem: non tamen priuandi sunt villo modo illis beneficijs, quæ antea obtinuerant, quàm patres eorum declararentur hæretici: quia id nullo iure cauetur, & iniquissimum esset. c. satis peruersum. 59. distin. & illic glo. & ceteri. Anto. Abb. Ioan. Imolen. Ioan. de ana. & Felinus in c. vergentis. de hæreti. Ludo. Roma. singula. 686. Gonsalus de hæreti. prauita. quæst. 23. Couar. lib. 2. varia. resolut. cap. 8. nu. 4.

21 Filij & heredes admittuntur ad probandam innocentiam patris defuncti per testes idoneos, & fidei zelatores: non tamen censentur idonei filii, & familiares, neque domestici: nisi fortè ad aliqua probanda, quæ per alios probari non queant, Citandi autem sunt filii & heredes cum rei mortui fuerint nec pertinaces, nec plenè confessi, alioqui superuacanea defensio est: quia pertinacem defendere nõ licet, & ut ait Ouidius.

22 *Non est confessi causa tuenda rei.* l. ad probationem dominij. C. de probat. c. filij. de hæreti. lib. 6. l. fin. §. vlti. ff. de bonis eorum. l. non omnes §. à barbaris. de re milita. l. 3. C. de naufra. lib. 11. l. consensu. §. si autem. c. de repud.

Hęc

Titulus.

22 Hęc autem quæstio anceps est, & magnam vtrinque probabilitatem habet. An pœnæ contra filios hæreticorum statuta, comprehendant etiã eos, qui nati fuerant priusquam parentes eorum in heresim laberentur? Quod prima quidem facie satis probare videtur duabus pontificum constitutionibus, quæ generaliter de filijs eorum loquuntur, qui tempore mortis hæretici erant. Deinde causa punitionis hæreticorum eadem est in filijs quocunque tempore natis. Ad hęc, hæresis vitium est merè spirituale nõ trahens à carne commercium: quã ob causam distinctio illa, locum non habet, quæ in alijs criminibus obseruari solet: scilicet, quod hi nascuntur ex infecta radice, illi contra. His ferè rationibus persuasi multi hanc opinionem sequuntur, quam quotidie vsu comprobari videmus. c. filij. cap. statutum. 2. de hæreti. lib. 6. Ioan. And. Domini. & Philip. fran. in c. vt cõmissi. de hæreti. lib. 6. Gonsa. de hæreti. prauita. quæst. 23. Ioan. Lupus de iure nauarræ parte. §. 8. obiectione. 4. Galindus in disputatione regia. §. 18. Alfonso lib. 2. de iusta hæreti. punitione. cap. vlt. & iterum lib. 1. de potestate legis pœnalis cap. 7. Couar. lib. 2. varia. resolut. cap. 8. nu. 5. Grego. Lupus in regiam. l. 2. tit. 2. parte. 7. Gigas lib. 3. de crimine læsæ maiestatis quæst. 5.

23 Alij verò complures, quibus ego vehementer assentior, benigniorè

XXIX.

128

sententiam sequuti, aiunt: hæretici filium catholicum, ante patris heresim natum, nec infamem, nec scriptis pœnis obnoxium esse: quia nulla sit lex, quæ talem filium nominatim exprimat: nec eadem ratio sit huius, & aliorum filiorum: postremò, quia multa sunt, quibus probabilior sententia nostra videri queat. Calderinus tit. de hæreti. confi. 3. Petrus, Cynus, & Angelus in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. Prepositus in c. quo iure. 8. distin. col. pen. Domini in c. 2. §. hæretici. de hæreti. lib. 6. Alfonso. Carta gena in quodam concilio quæstio. 7. Ioan. de ana. in c. Vergentis. de hæreti. Tiraquel. de iure primogenitorum. quæst. 31. nu. 4. tractatus de crimine læsæ maiestatis in certo auctore quæst. 7. Orosius in l. emancipatum. ff. de senatorib,

24 Ac primum quidem, imperatoris Constantini lex huic sententiæ fauet, qua cautum est, vt crimen patris noceat filijs nascituris, non autem illis, qui tempore criminis commissi nati aut concepti fuerant: liberti enim & eorum filij propter ingratitude reuocantur in seruitutem: quod ex Atheniensium legibus Romani accepisse videntur. Retulit enim Valerius Maximus legem illorum his verbis: age quid illud institutum Athenarum, quàm memorabile, quo conuictus à patrono libertus ingratus, iure libertatis exuitur: super sedeo te, inquit, habere ciuem, tanti muneris impium

De filiis & minoribus.

impium æstimatorem: nec adduci possum, ut credam vrbi vtilem, quem domi sceleratum cerno: ab igitur & esto seruus, quoniam liber esse nescisti. Eandem igitur legem ferens Constantinus, post alia inquit, filijs etiam, qui postea fuerint nati, seruituris: quoniam illis delicta parentum nõ nocent, quos tunc esse ortos constiterit, dum libertate illi poteretur. Valerius lib. 2. cap. 1. l. 2. C. de libertis & eorum libe. & illic glo. Bal. & cæteri.

25 Ad hæc, sicuti diuus Augustin⁹ quadã in epistola scribit, non imputantur filijs peccata parentum, quæ post eorum natiuitatem à parentibus committuntur. Et super Deuteronomium idem diuus ait, filios natos antè peccatum patris esse prorsus à pœna immunes: non enim trahit, inquit, aliquid ex patre; qui iam natus erat, quando pater eius peccauit. Ecce quomodo beatus ille pater considerat rationem illam vulgarem, quod nati post commissum crimen, ex infecta radice proueniunt. Nam filius antequam generetur, dicitur esse in patre secundum corporale substantiam, & secundum potentiam generationis actiuam: vnde Leui dicitur decimatus fuisse in lumbis Abrahæ: quod longè aliter habet in filio nato. Mirũ ergo videri non debet si alia sit causa horum, alia illorum filiorum. Augusti. epistola. 75. & super Deut. quæst. 42. cap. nõ imputantur & c. iam itaq; 1. quæ-

stio. 4. ad hebræ. 7. Ambro. Catha. ri. lib. de peccato originali disputatione. 6.

26 Post hæc, nostrates legumlatores hanc sententiam semel & iterũ approbasse videtur: & viri illi per celebres, qui in condendis legibus septipartitis strenuam operam nauarunt, eandem illam filiorum distinctionem sequuti, addunt, sapientissimos ac vetustissimos Hispanos maiores nostros, in pœnis constituendis semper hanc rationem obseruasse. Quod mihi perspicuum fit ex decimo tertio concilio Toletano, vbi quidam restituuntur in pristinam dignitatem, qui tunc in infidelitatem inciderant. Et mox subiungitur: quod etiam de filiis eorum decernimus obseruandam, qui post admissum parentum præmemorata profanationis scelus, nati esse produntur. Ecce quod illi tantum filij egebant restitutione, qui nati erant post parentum infidelitatem: alij vero nati antè crimen, quia integri status permanferant, non egebant restitutione. l. 6. tit. 27. parte. 2. concilio: 13. Toletano cap. 1. regia leges. 4. & 5. tit. 1. lib. 4. ordinatio. l. 3. tit. 9. eodem lib.

27 Neque his oberit, quod hæresis vitium sit merè spirituale: nam & alia vitia spiritualia, & reliqui animi mores in filios transire solent, perinde atque vitia carnis. Rectè namque ille cecinit.

Qui viret in folijs venit à radicibus
humor,

Titulus

XXIX.

129

humor,

Et patrum in filios abeunt cum semine mores.

Adde quod Paulus cap. 5. epistolæ ad Galatas, inter opera carnis hæreses posuit: & nonnunquam vitium corporale vsque ad animum peruenit, & eum vitiat. Accedit eodem, quod vita & sesus ex anima in corpus defluunt: quæ si magnis peccatis deprauata & corrupta fuerit, corpus etiam ipsum trahit secũ in corruptionem, illudq; mirè inficit: siue coniunctione societatis, siue iure possessionis, siue deriuationis natura. Vnde fit nonnunquam, vt infirmitas corporis ex animi peccato descēdat, quæ admodũ Plato docet in Charmide, dicēs, quemadmodum oculos sine capite curare non decet, neque sine reliquo corpore caput: ita neque sine anima corp⁹: omnia namque vel bona vel mala ab anima in corpus & hominẽ totum manant. Illam igitur primum & maximè curare oportet, si modo caput & vniuersum corpus bene valere debeat. Quod & Chrysostramus alicubi tradit. Theophylactus quoque in euangelium Marci, difficiliores, inquit, morbi ex peccatis oriri solent: tanta prorsus est affinitas (vt Gellius ait) corporibus hominum mentibusque. Adde quod nõ in eo vis est, vtrum sit vitium spirituale, vel corporale, sed in hoc potius, quod hi filij nati sunt ex hæreticis, illi contra. l. 1. s. apud Viuianũ ff. de ædili. edi. Theophila. c. 2. Gel-

lius lib. 4. cap. 13. cap. cum infirmitas, de pœnit. & remissi. Chrysostramus in cap. Mat. 4. homilia. 14. & in Ioannem homilia. 37. Lucas in l. i. C. de deserto. & occultato. lib. 12. col. 7. Cyprianus noster in psalmum. 38. versu, ab omnibus iniquitatibus.

128 Ad extremum, suffragatur sententiæ nostræ ratio viua & spirans: nam si filius natus ante dignitatẽ patris, non consequitur prerogatiuas & honores eius: multò minus illi nocere debet crimẽ à patre post eius natiuitatem commissum: etenim odia restringi, & fauores conuenit ampliari: & iniquissimũ est, vt alterius odio quispiam prægruetur. c. odia. de regu. iuris. l. si quis in suo. s. l. C. de inoffi. testa. l. diuo Marco. C. de quæstio. l. si quis Decurio. 3. l. neque Dorotheum. l. doctitij. l. neminem. l. diuẽ memoriẽ. l. vlti. C. de decurionib. lib. 10. l. senator. de dignita. lib. 12. l. si cohortalis. de cohortali. eodem lib. l. emancipatum. de senato. l. filij. s. senatores. ad munici. c. 2. qui filij sint legiti.

29 Ne autem catholici & innocentes filij, ante patris hæresim geniti, rigore aliquo puniantur indignè, quantacunq; legum seueritas benigna interpretatione temperada est. Et vt Fabius ait, etiã si qua sũt iura, quæ obstant, si tamen angustus saltem detur accessus, per quem intrare humanitas possit, vera clementia occasione cõtenta est. Mi-

R feri-

De filijs & minoribus

sericordia quidem digni sunt, sicuti Iustinianus inquit, hi qui alieno laborant vitio. Narrans eleganter Plutarchus immanem sylle crudelitatem, post alia dicit, qui proscriptum acceptasset, salutique consulisset, humanitati poenam, mortem definiuit: non fratrem, non filium, non parentes excepit: qui ne casset, cedis mercedem duo talenta constituit, seu dominum seruus, seu patrem filius interemisset. Quod autem omnium iniustissimum existimatum est, proscriptorum filios ac nepotes honore priuauit, omnium bona publicauit: tanti est pro patrum scelere filios innocentes punire. Fabius declamat. 6. l. legem. C. de natura. liberis.

30 Adde quod, nulla lex est, quæ nominatim filios natos ante patris hæresim puniat: nec generali filiorum appellatione, hi cenferi debent esse comprehensi, quos anteriores leges, quos ratio diuersa, denique quos tot viri sapientes excipiunt. Nec mouet Alexandri quarti constitutio, qua probari putant, filios quocunque tempore natos in eadem causa poenarum esse: quia nil minus in idem colligi potest. Non enim constitutio de poenis filiorum quippiam ait: nec de his qui nati sunt ante patris hæresim loquitur: sed id tantum definit, filios vel heredes admittendos esse ad probandam innocentiam eius, qui tempore mortis ceremonias fecerat hæreticorum. Ex quo nil aliud intel-

ligi poterit, quam quod filij, hoc & illo tempore nati, admittendi sunt ad probandam innocentiam patris, quemadmodum heredes etiam extranei ab ea defensione non excluduntur. cap. filij vel heredes. de hæreti. lib. 6. l. sed & posteriores. de legib.

31 Alia tamen constitutio Bonifacii octauis extat, cui respondere posse vix videor: in ea siquidem continetur, quod filij & nepotes illorum hæreticorum supradictis poenis comprehenduntur, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur. Ergo fat esse videtur, quod parentes decesserint hæretici: unde consequitur, constitutionem de filijs quoque natis ante hæresim loqui, quum post mortem patris ab illo generari nequiverit. Hæc sunt verba legis fortissima (vt putant) quibus opinio contraria potissimè sustinetur: quæ (fateor) fallere possunt parum diligenter iutuentes: ceterum si constitutionem ipsam attentius considerare velimus, haud dubie reperiemus, eam sententiæ nostræ fauere, aduersæ autem opinioni obstare: quod ex his, quæ mox dicturus sum, cuius facile perspicuum esse poterit. c. statutum. 2. de hæreti. lib. 6.

32 Initio, non iure faciunt hi, qui legem latam in fauorem filiorum, retorquere conantur in odium eorum: nulla enim juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur: vt quæ salubriter pro utilitate hominum

Ticulus

num introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producimus ad seueritatem. Quod si constitutionem illam diligenter excusseris, à primo eius capite vsque ad extremum reperies, omnia in fauorem filiorum decreta, nihilque aduersus illos tractatum, nihil contra illos inductum. Excludebantur ab officijs & beneficijs hæreticorum filij vsque ad secundam generationem: id pontifex Bonifacius declarat, vt per paternam lineam primus & secundus gradus comprehendatur: per maternam verò, vt ad primum duntaxat gradum ea poena extendatur, idque fauore filiorum. Intelligere quis poterat ex Innocentij & Alexandri decretis, filios & nepotes quorumcunque hæreticorum ad publica officia, & ecclesiastica beneficia non esse admittendos: id quoque Bonifacius idem pontificia illa constitutione in fauorem filiorum interpretatur, vt de illis tantum filijs id accipiatur, quorum parentes pertinaces in hæresi decesserunt. Vides quam nihil hic sit, quod filijs noceat? dicto. c. statutum. 2. l. nulla. de legib. l. quod fauore. C. eo. tit.

33 Ad hæc, nulla in eadem constitutione quæstio est, de filijs natis ante, vel post patris hæresim: nec quicquam decernitur ibidem, quo leges anteriores abrogatæ credantur: nec verisimile est, pontificem il-

XXIX.

130

lum, tam pium & benignum erga filios, in ea ipsa lege, in qua de filijs tam bene meretur, obiter tamè & aliud agentem, generali tantum filiorum appellatione, tot æquissima iura corrigere voluisse, in odium & necem filiorum, quibus maximè consultum esse volebat. l. non est nouum. de legib. l. si quando. C. de inoffi. testamen. c. ecclesia vestra. 2. de electio. l. vlti. quod met. causa. c. quia verisimile. de præsumptio.

34 Præterea, si æquitati, si verisimilibus coniecturis, denique si iustæ interpretationi locus vllus relinquitur: probabilior sine dubio ex pontificia illa constitutione sententia nostra reddetur. Nam si filiorum hæreticorum, qui tandem ad ecclesiæ unitatem quoquo modo redierunt, non subiiciuntur poenis suprascriptis, quamuis procreati sint ab infectis parentibus: quanto iustius, rectiusque impunitatem consequi debent ij, qui ex catholicis patribus nati sunt, etiam si postea in hæresim parentes eorum lapsi fuerint? Nec obstant verba illa constitutionis, unde nonnulli male colligunt, satis esse ad poenas omnium filiorum, si parentes hæretici sint duntaxat tempore mortis: nam ea interpretatio contra alia iura, contra æquitatem, & naturalem rationem accipienda non est. Quid? quod ob eam tantum causam exigit summus pontifex, vt parentes probetur hæretici decessisse, quod planè constat, illos nec

De filijs & minoribus.

emendatos fuisse; nec ecclesie unitati restitutos: non autem, ut filij ante illorum heresim nati, constitutum pœnis comprehendantur indignè. Adde, quod perraro euenire solet, ut hi moriantur hæretici, qui vixerunt catholici: nec enim mala mors esse solet, quam bona vita præcessit: & ut Celsus ait, ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facillè, quam ad ea, quæ perraro eueniunt. Accipienda ergo illa constitutio est, de filijs genitis post heresim patris, qui persistens in errore, decessit hæreticus. authent. multo magis. C. de sacrosanct. ecclesi. l. 2. C. de condit. insert. l. 3. de liber. præteri. l. nam ad ea. de legibus. l. qui testamento. de testamen. cap. cum cessante. de appellatio. & illic Decius nume. 9.

35 Perdifficilis autem quæstio est, an filius patrem occultum hæreticum accusare, aut saltem iudicibus indicare teneatur. Multi quidem putant, filiū ad eas res obligatū esse. Alexales parte. 3. præcepto. 4. q. 33. Hærricus in eodem præcepto, sermone. 5. Lupus in. c. per vestras. 5. 75. Alfonso Castrus lib. 2. de iusta hæreti. punit. c. vlti. Caiet. in Deut. c. 3. Marti. Nauarrus in. c. inter verba laudantium. II. quæst. 3.

36 Nec eorū leuia sunt argumenta: nam lege Moysayca pater filium impium accusare ac punire debet: ergo & filius patrē. Ad hæc, Philo in libro de victimas offerentibus ait,

necandū esse fratrem & filium impium tanquam hostem publicum sine respectu priuatæ necessitudinis. Et alibi Ambrosius inquit, præferenda est religio necessitudini; pietas propinquitati. Præterea extra controuersiam est, magis diligendum esse Deum, quam patrem: & relinquendum atque odio habendum esse patrem propter Deum. Diuus quoque Hieronymus epistola ad Heliodorum, & ad Marcellam alia in epistola scribit, calcandum esse patrem pro religione, ac solidum pietatis genus esse, in eare esse crudelem, & genus fore pietatis impium esse pro domino. Accedit eodem, quod filius tenetur magistratibus indicare patrem proditorem patriæ, ut eleganter docet Cicero libro tertio officiorum. Postremo, in confesso est, patrem esse indicandum à filio, si principem velit occidere. Relinquitur ergo, ut pro sinceritate catholice fidei pater hæreticus à filio sit inquisitoribus apostolicis indicandus.

37 Contrariam sententiam tuetur Alfonso ille Tostadus: cui equidem vehementer assentior. Nulla enim lex extat naturalis, diuina, vel humana, quæ tam graue onus humeris filiorum imponat. Et enim lex illa Moyfis de patre aut matre non loquitur: magno sanè argumento, eos prodendos non esse. Id enim haud obscure legislator excepit, qui cum legē bene longam

Ticulus

XXIX.

131

gam promulgaret, in qua coniunctissimos quosque recensuit, parentes tamen omisit, qui in primis nominandi erant. Nam si idem de patre aut matre voluisset, adiūxisset: nec enim deerant illi verba, nec obliuisci potuit legislator ille, ut vnus nostrum: nec lex illa diuina imperfecta esse potuit, nec trahenda est ad speciem longè dissimilē. Deut. 13. & inibi Tostadus quæst. 3.

38 Eodem fere tendunt verba illa eiusdem Moyfis, occidat vnus quisque fratrem & amicum & proximum suum. Et item illa: consecratis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio & in fratre. Vbi semel atque iterum de patre altum silentium. Cur enim sacer Moyfes non ante omnia dixit, occidat vnusque patrem suum, nec aliquē parricidam laudauit? Nimirū quia portentum atque monstrum est, (ut inquit Cicero) esse aliquem humana specie & figura, qui tantum in manitate bestias vicerit, ut parentes occidat: cū etiam feras inter sese part' atque educatio & natura ipsa conciliet. Exodi. 32.

39 Nec obstat argumentum illud, si pater filium, quem amplius diligit, accusare debet, ergo & filius patrem. Nec enim dilectio in causa est, ut pater non sit accusandus, sed maxima illa obligatio, qua fili' plus patri debet. Vnde fit, ut pater filium accusare possit, nec lex vlla id vetet: impium verò sit, filium patri diem dicere, ut ait Plato in

Euthyphrone. Adde quod maiorem dilectionem filius patri debet, quam pater filio, ut Plato vndecimo de legibus & Aristoteles libro nono ethicorum cap. 2. auctores sunt.

40 Præterea filius tenetur occultare patris crimina, nec se ipsum prodere debet: quod si patrem occultum hæreticum iudicibus indicaret, se ipsum filius prodere, quia infamis esset, simulque bonis patris priuaretur: quo quid cogitari durius possit? Gen. 9. cap. quis aliquando de pœnitent. distinctio. 1. ecclesiastici. 3. cap. cum secundum. de hæreti. lib. 6.

41 Nec mouere quenquam debet, quod filius patrem impium relinquere, atque illum odio habere queat: non enim conficitur inde, ut illum accusare vel iudicibus prodere teneatur: nec vllus sanctorum patrum id vnquam docuit: nec dilectioni Dei hoc aduersatur: potest enim filius Deum diligere, sicuti debet, & tamen patrem impium nec accusare, nec indicare iudicibus.

42 Ea verò quæ de patriæ proditore retuli, longè dissimilia sunt: quia nisi patriæ proditor magistratibus indicetur, momento temporis vniuersa respublica perire potest, cuius salus præferenda est saluti patris: hæresi autem paulatim serpit, & neminem occidit inuitum, & quandiu fuerit occulta, parum nocebit reipublicæ: si verò latius

De filijs & minoribus

serpserit, nullo etiam indicante manifesta iudicibus fiet. Hæc eadem dici possunt de patre, qui de interficiendo principe coniurasset: id enim facinus horæ momento committitur: & occiso principe tota reipublicæ salus periclitatur.

43 Ex quibus omnibus, alijsq; multis perspicuum est, Alfonsi tostadi sententiam generaliter esse verissimam: sed ut mihi quidem videtur eget interpretatione. Nam etsi filius non teneatur patrem occultum hæreticum iudicibus indicare, poterit tamen id facere: & eò magis si pater insanabilis esse videatur. Nec Tostadus aut alius quispiam hoc negat: quinimo laudandus est filius, qui ardore diuinæ religionis naturalem amorem vicerit, & affectum hunc vehementissimum superauerit: sed omnia prius tentare debet, quam patrem ad iudices deferat.

44 Due autem sunt species, in quibus filius patrem hæreticum iudicibus prodere debet. Prior est, cum filius ab inquisitoribus apostolicis iuste interrogatur: posterior, cum patris hæresis perniciose reipublicæ sit. Nam quoties iudex iuste interrogat, toties testis & reus interrogatus tenetur ei dicere veritatem: quia magna pars iustitiæ legalis in obedientia consistit, qua parere oportet iudici iusta præcipienti: & quo iure iudex iuste interrogat, eodem interrogati tenentur ei veritatem fateri. Accedit eò, quòd verita-

tem occultare in iudicio crimen mortiferum est, præsertim cum testis aut reus iuratus mentitur. Accedit etiam, quòd tunc filius iuste interrogatus se ipsum prodere debet, ergo & patrem. Tho. 2. 2. quæst. 69. & quæst. 76.

45 Postremò, si pater hæreticus pestifer sit, & eius hæreses perniciem & exitium afferre possint vniuersæ reipublicæ, tenebitur filius ea facere, quæ de patriæ proditore, libro tertio officiorum, Cicero his verbis scripta reliquit. Quid si pater fana expilet, cuniculos agat in ararium, indicet ne id magistratibus filius: nefas id quidem est: quin etiã defendat patrem, si arguatur. Ipsi patriæ conducit, pios habere ciues in parentes. Quid si tyrannidè occuparet, si patriam prodere conabitur pater: filebit ne filius? imò verò obsecrabit patrem, ne id faciat: si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam: ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet salutem patris. Atq; hæc quidem hætenus: nam in libro, de patre hæretico satis multa de hac quæstione diximus, & illinc assumi possunt, quæ ad hunc locum pertinebunt.

46 Hinc illa exoritur quæstio, an filius iudicibus indicans hæreticum patrem, eximendus sit ab infamia, & ab alijs pœnis, filijs hæreticorum, impositis? Quod magis placet Alfonso Castrensi quia ratio, inquit, legis cessat in his filijs, qui paren-

Titulus.

parentes deferunt: in eis enim paterni criminis exempla non sunt metuenda. Quæ ratio in lege pœnali expressa, cum cesset, & lex ipsa cessare debet. Hoc tamè argumentum fragile quidem mihi videtur: nec enim ea est potissima ratio illarum pœnarum: quæ si non alia foret, profectò lex ista iniustissima esset. Nam quis vnquam puniuit innocentem, ob eam tantum causam, quia timet ne fortè aliquando reprobus efficiatur? pœnam culpa præcedere debet, non autem consequi. Nam sicuti Pætus thrasea, apud Cornelium tacitum, libro decimo quinto annalium, inquit, culpa, quam pœna tempore prior: emendari, quam peccare posterius est: nec propter incertissimam præsumptionem innocens puniendus est. Deinde, quamuis ratio illa cessare videatur, supersunt nihilominus aliæ fortiores causæ, quibus iuste ad hæreticorum filios pœna peruenit, quemadmodum supra luculenter disserui. Alfonsus lib. 2. de iusta hereti. punit. c. vlti. l. quisquis. §. 1. C. ad leg. iuli. maiesta. c. cum cessante. de appellat. c. literas. de præsumptio. §. affinitatis. instit. de nuptijs.

47 Eadem tamen sententia ex alijs causis mihi non displicet. Primò, quia impunitate, ac præmiò etiam dignus est ille, qui ardore, ac zelo fidei, & religionis accensus, ne parenti quidem suo parcit. Deinde, quia hi de reipublica & catholica

XXIX.

132

ecclesia bene meriti sunt: quam obrem honore potius, quam ignominia persequèdi sunt. Postremò, quia hoc fauet innocentibus, & benignius est, & imperiali constitutione sancitum. Aiunt enim Federicum imperatorem constituisse, vt qui latentem patris hæresim reuelauerit, aliorum filiorum pœnis nequaquam subiaceat. Quod pontificia quidem & regia lege confirmari deberet. c. si quis papa. 79. distin. l. eum qui. C. de Decurio. lib. 10. glo. in. §. planè. instit. de iure natura. Abulen. lib. 2. regum. c. 20. quæstio. 21.

48 Pater filium hæreticum ex hæredare potest, & filius patrem: ea enim est iustissima causa exheredationis, constitutione quadam nouella explicata, quam Harmenopalus retulit in promptuario iuris lib. 5. tit. 9.

49 Sed an ea lex locum habeat etiam si hæreticus ad sinum ecclesiæ redierit? & nihilominus puto constitutioni tunc locum esse: parcitur enim hæretico pœnitenti, vt ignis pœnam euadat: sed infamia eius non aboletur: & pœna quidè illa demum potest: sed vt ille ait: Culpa perennis erit: nec aliæ pœnæ abolerentur pœnitentia, vt alibi dixerò.

50 Quæsitum scio, an filius hæreticus à patre iudicibus oblatas, vel contra, pater à filio indicatus, mitius puniri debeat? Quod Alfonso Castrensi placet, nec mihi displicet, ne videantur se ipsos ad

De filijs & minoribus.

Supplicium obtulisse: vt in simili specie apud Martianum & Aelianum libro primo relatum est. Accedit etiam, quod benignius cum eis agi solet, qui se ipsos, & qui alios deferunt. Caterum in casu proposito magis considerare debent iudices spontaneam heretici, simplicem, & humilem confessionem: eiusque contritionem, & conuersionem: quam extraria isthæc, quæ metu probationum, & cautè atque dedita opera interdum fieri solent. Alfonso lib. 2. de iusta hæreti. punit. cap. vlt. l. milites agrum. §. vlti. de re milita. Elianus libro primo variæ historiæ cap. de patre filium suum capitis reum postulante. Hippolyt. in. l. 1. §. ad quæstionem. de quæstio. l. 1. C. de his qui se deferunt. lib. 10. & l. 1. de deserto. & occultato. lib. 12. Ignæus in. l. 3. §. si ex stipulatu. ad Sil-lania. Tiraquel. de pœnis. causa. 18. cum seq.

51 Alia quæstio subinde tractatur à theologis & iuris peritis: vtrum Iudæorum, & infidelium filij baptizari debeant, parentibus suis inuitis? Cuius quæstionis varij casus considerari possunt. Primus, quum illorum filij bello capti, aut alia ex causa efficiuntur christianorum serui: tunc autem baptizandi sunt inuitis parentibus, in quorum potestate esse iam desinunt. Nam cum arbitrio dominorum educantur, vitæ illorum perpetuè potius, quam temporali prouide-

re debent. Nam & vnicuique mandauit Deus de proximo suo: & qui suorum & maximè domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Altera species est, cum paruuli permanent in potestate parentum, & ab eis iuxta sectam suam educantur: quo casu, nullo modo baptizari debent parentibus inuitis: quia nõ susciperent fidem, quam vocant habitualement, neque in eis quidquã operaretur baptismus. 1. Thimo. 5.

52 Ille autem casus difficilior est, cum iudæi & infideles sub dominio nostro, & inter christianos degunt: nam de filijs paruulis eorum ambigitur, an abduci debeant ad baptismum parentibus inuitis. Quæ quæstionem breuiter ipse perstringam: quia in Hispania iudæi, & infideles commorari nequeunt. Sunt autem plurimi asserentes, nõ licere in specie proposita, infantes parentibus oblectantibus, ad baptismum diripi, ne inde homicidia, & apostasiæ sequantur. Tho. 2. secundæ quæst. 10. arti. 12. Durandus, Richar. & Palud. in. 4. sent. distin. 6. Gerson in regulis moralibus. glo. in. e. iudæorum. 28. quæst. 1. Calderi. consi. 3. tit. de iudæis. Cardi. Abb. Præposi. Ioan. de Ana. & Felinus, qui ait hæc esse communè sententiam. e. sicut. de iudæis.

53 Alia est complurium diuersa opinio, asserentium, paruulos infidelium ab inuitis parentibus auferri posse, & baptismi sacramento regenerari,

Titulus

XXIX.

133

nerari, cautiõe pro viribus adhibita, ne ex hoc homicidia sequatur. Quæ sententia tamen si probabilibus argumentis nitatur, mihi profecto non satis placet, neque vsu ecclesiæ comprobata est. Scotus in. 4. sent. distin. 4. quæst. vlti. Ioan. maior in lib. 2. distin. 44. quæst. 3. Ioan. And. Archid. Stepha. Ioan. imola. Ládul. Aureo. Angel. de claua. Gabriel, & quidam alij. Adde Tho. quolib. 2. arti. 7. & tertia parte. quæstio. 68. arti. 10. Syluestrum in summa, verbo, baptismus. 4. §. 6. Ioan. echium de sacramentis homilia. 11. Mat. de afflict. Neapolitana de cisione. 151.

54 Hæc autem omnia de his filijs accipienda sunt, qui non dum habent vsu rationis: nam illi, quibus liberum est arbitrium, nõ sunt inuiti baptizandi, etiam si parentes eorum id velint. Militem enim voluntarium diligit Deus: nec est cogendus quispiam ad suscipiendam christianam religionem, sicuti Tertullianus, Isidorus, & ceteri omnes docent: nec inuitus est aliquis faciendus amicus, vt Aristoteles ait libro octauo ethicorum cap. 13. Tertullianus lib. ad scapulam, Isidorus lib. 2. de summo bono cap. 2.

55 Si verò hi filij sponte ad baptismum venerint, inuitis etiam parentibus baptizandi sunt. Et hæc est vera & constans theologorum omnium sententia. Quod si iudæi & infideles cum filijs paruulis fue-

rint in christianorum seruitutem redacti, possunt liberè à parētibus auferri, & eis inuitis baptizari, quemadmodum maiores nostri in concilio quodam Toletano his verbis decreuerunt. Qui iudæos in seruitutem acceperint, in nullo eos permittant, rituum suorum ceremonias celebrare, aut colere: & filios eorum à septimo anno nullã cum parentibus suis habitationem aut societatem habere permittat: sed fidelissimis christianis nutriendos tradat: & filios eorum & filias christianas in matrimonium tradant: ne infidelium patrum suorum femitas quibuslibet occasionibus iterare possint. concilio. 17. Toletano cap. 8.

56 De minoribus autem viginti annis, qui sponte de se ipsis, de parentibus, de consanguineis, ac de alijs omnibus, quos hæreticos esse sciant, plenam iudicibus dixerint veritatem, instructione Hispalensi decretum est, vt benignè recipiantur, etiam post tempus gratiæ: & vt leuius puniantur, quàm alij maiores natu: quia ætas inamatura, & praua educatio, eos quodammodo excusare possunt. Curare tamè inquisitores debent, vt hi fidem catholicam doceantur, & plenius ac melius deinceps instruantur. Huc accedit iureconsultus Triphonius, qui de impuberum punitione loquens, inquit, ætatis miseratio ad mediocrem pœnam iudicem perducere debet. prima instructio. Hi

R 5 spalen-

De filijs & minoribus

spalen. cap. 9. l. auxilium. §. in delictis. de minori. c. 1. & 2. de derelictis puero. Corasius lib. 6. miscella. cap. 23.

57 Accedit etiam, quod plerūque preceptis parentum imbuti filij, ad eorum hereses, moresque deducuntur: & antequam liberū arbitrium habeant, impietatem illorū simul cum lacte sugunt. Ochozias rex Iudæorum, sicuti sacra testatur historia, ingressus est, per vias dom^o Achab, quia mater eius impulit eū, ut impiē ageret. Proinde gratias ingentes omnipotenti Deo semper agere debemus, quia nos ex parentibus catholicis & in Hispania nasci dignatus est: nam si ex hereticis, iudeis, aut infidelibus nasceremur, & inter illos educaremur, haud dubie quin similes eis, ac fortasse deteriores efficeremur. Nam ut ait Prudentius lib. 1. contra Symmachum: ut semel obsidet pectora patrū vana superstitio, tener fili^o colit quicquid sibi parentes monstrāt, & errorem cum lacte bibit. Gatas fortunę agebant Socrates & Thales Milesi^o, & græci nati essent, non barbari: quātō rectius nos Deo vero gratias habere, agereque debemus, quod in tantis heresum procellis nati sumus Hispani. 2. Paralipo. 22. c. dixit apostolus. 24. quæst. 3. Laertius lib. 1.

58 Si verò minor viginti annis doli capax, hereticus pertinax fuerit, & monitus atque conuictus ad ecclesiam redire noluerit, perinde ac si maior esset, iudici seculari relinquē

animam detinent alligatam. l. de pœnis. l. si dominium. & illic Bart. & in l. inficiande. §. infans. de furtis. c. vlti. de consuetudi.

60 Quamuis autem maiores viginti quinque annis curatore non egeant, iuxta quod apud Ioannem scriptum est, ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur: minoribus tamen in causa etiam hæresis, curator ad litem ab inquisitoribus decernendus est: cuius auctoritate, consilio, ac diligentia, innocentiam suam rei tueri possint. Quod quidem ea cautione faciendum est, ut nec minoribus facultas defensionis auferatur, nec ipsi curatores sub defensionis prætextu impietatem illorum occultare queant. Recti quidem iudices, horum reorum curatores, defensores, & patres esse solent: nec isti curatores (ut assolet) mutā personam agere debent: sed causas impuberum & minorum diligenter fideliterque defendere. Nam

59 Quod si quispiam, dū esset minor viginti annis, inciderit in hæresim, & maior factus conuictus fuerit de crimine, videbatur prima fronte puniendum eum esse mitius, tãquam impuberem & minorem: quia, ut apud Vlpianū est, quoties de delicto quæritur, placuit non eā pœnam subire quem debere, quā conditio eius admittit eo tempore, quo sententia de eo fertur: sed eam causam sustinere, quam sustineret, si eo tempore esset sententiam passus, cum deliquisset. Verius tamen est, puniri debere talem hæreticum perinde ac si eo tēpore delinqueret, quo sententia in eum fertur. Quia hæresis cum eo creuit, & secum illam semper habuit, qui nunquam illam confessus est. Non secus atque si quis impubes rem aliquam furto subtraxerit, & eam semper possederit, donec maior factus deprehensus cum ea sit. Adde quod & grauius iste deliquit, qui nunquam ad ecclesiam verè conuersus est, & seuerius puniri debet, qui tandiu tacuit occultam secum ferens sub pectore vulnus. Tãtò enim grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicem animam

Titulus XXX.

134

animam detinent alligatam. l. de pœnis. l. si dominium. & illic Bart. & in l. inficiande. §. infans. de furtis. c. vlti. de consuetudi.

60 Quamuis autem maiores viginti quinque annis curatore non egeant, iuxta quod apud Ioannem scriptum est, ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur: minoribus tamen in causa etiam hæresis, curator ad litem ab inquisitoribus decernendus est: cuius auctoritate, consilio, ac diligentia, innocentiam suam rei tueri possint. Quod quidem ea cautione faciendum est, ut nec minoribus facultas defensionis auferatur, nec ipsi curatores sub defensionis prætextu impietatem illorum occultare queant. Recti quidem iudices, horum reorum curatores, defensores, & patres esse solent: nec isti curatores (ut assolet) mutā personam agere debent: sed causas impuberum & minorum diligenter fideliterque defendere. Nam

De hæresi

- 1 Hæresis qualis vox sit, & quid significet.
- 2 Hæresis definitiones.
- 3 Hæresis ut consummata dicatur, quid habere debeat.
- 4 Hæresis consummata explicatur.
- 5 Hæresis in fidei catholica materia committitur.
- 6 Catholici scriptores quibus in rebus salua fide dissentire possunt.
- 7 Hæresis quam impium sit crimen, & quomoda importet.

Titulus XXX.

inter omnes constat, fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorumque insidijs expositum. Quamobrem sanctissimè Iustinianus constituit, ut in criminalibus causis minoribus viginti quinque annis omnino curatores adsint: cum sit cautius & melius cum suasionem perfectissimam, & responsa facere minores, & se defendere: ne ex imperitia sua, vel iuuenili calore, aliquid vel dicant, vel taceant, quod si fuisset prolatū, vel nō expressum, prodesse eis posset, & a deteriore calculo eos eripere. Quidquid igitur cum minoribus viginti quinque annis actū fuerit in criminalibus causis sine curatoris auctoritate, nullius prorsus momenti, erit. Ioannis. 9. l. de minori. l. clarum. C. de auctoritate præstan. Corne. consi. 198. lib. 4. Hippolit. consi. 130. Bertran. consil. 326. lib. 3. Gratus consi. 52. lib. 2. Mat. de afflict. decisione. 208.

Titulus XXX.

- 8 Hæreses unde oriri soleant.
- 9 Hæresis alia causa recensentur.
- 10 Hæresis ex quibus amplius causis procedat.
- 11 Hæresis quare multis modis fiat.
- 12 Hæresim remedia.
- 13 Transactio nulla est, qua de crimine hæresis a quocunque facta fuerit.
- 14 Hæresim manifestam qua propositiones sapiant.
- 15 Hæresim manifestam qua crimina præse

- seferant.
- 16 *Pacta & conuenta cum demone quomodo distingui soleant.*
- 17 *Dæmones inuocare, per modum imperij, aut eis comminando præcipere posse homines, fieri nõ posse censet August.*
- 18 *Amoris impatientia sortilegia facere & carere imagines, quo pacto superstiosum, non hæreticum sit.*
- 19 *Hostiam non consecratam petere tempore mortis an sapiat hæresim.*
- 20 *Sortilegiorum & diuinationum cognitionem, nisi manifesta in eis hæresis sit, ad inquisitores non spectare multorum est sententia.*
- 21 *Inquisitores de sortilegijs & diuinationibus cognoscere debent.*



Hæresis, græca vox est, latine secta sonat, olim saepe in bonam partem accepta, hodie uero nomen odiosum est, & apud vulgus infame. Significat hæresis, de aliquo dogmate firmatam opinionem, in qua homo tenaciter persistit: unde hæretici dicti: quo nomine significantur, qui contra Christi fidem, aut illius ecclesiam, vel docent, vel credunt. Dicitur autem hæresis ab electione, quia scilicet, eam sibi unusquisque disciplinam eligit, quam putat esse meliorem. Sed cum lex nostra data sit ab omnipotenti Deo, non autem ab hominibus electa, iccirco christianorum non est, electio sectæ: & quia in baptismo iuramus in uerba Dei, & in ecclesiæ doctrinam, in captiuitatem redigere debemus nostrum intellectum in obsequium Christi: proinde quis-

quis aliam fidem, aut aliam doctrinam elegit, iure ac merito hæreticus, & infamis, & execratione dignus habetur. c. hæresis. 24. quest. 3. Budæus. in. l. 1. s. exempli. de ædili. edicto. Corasius lib. 3. miscellane. cap. 8. Couar. lib. 3. varia. resolut. c. 1. Canus lib. 12. de locis theologicis cap. 9.

2 Hæresis autem multifariam definitur à multis, sed in eandem sententiam conueniunt omnes. Quidam definiunt, hæresis est propositio falsa, fidei catholicæ repugnans. Alij sic, hæresis est dogma falsum catholicæ ueritati contrarium, in eo qui fidem Christianam professus est. Aliter, hæresis est error pertinax contra catholicam ueritatem: uel hæresis est falsa & erronea opinio, per quam falsè intellectus opinatur de aliquo contra fidei ueritatem: uel, hæresis est fidei uitiū, quo quis singulare aliquid à communi ecclesiæ catholicæ fide ac sententia eligit, ac proinde se ab ecclesia separat, qua se rectius sentire præsumit: & ob id hæresis, hoc est electio, haud insignificanter appellatur. Demum hæresis est, dogma falsum cõtra fidem catholicam, ab eo qui fidem profiteretur, pertinaciter assertum, uel in dubium reuocatum. Cardi. Hispanus lib. 4. de ecclesia, parte. 2. cap. 1. Guido de hæresibus cap. 3. Gabriel in lib. 4. sent. distin. 13. quest. 2. Pighius lib. 4. hierar. ecclesiasti. cap. 8. Brunus lib. 1. de hæreti. cap. 1.

Tria

3 Tria igitur necessaria sunt ad hæresim consummatam: falsa credulitas, quæ est ex parte uirtutis animæ siue potentie rationalis: peruersa uoluntas, quæ est ex parte concupitiuæ: pertinax defensio, seu impugnatio, quæ est ex parte irritabilis. Duo pertinent ad intellectum, error, & sententia fidei: pertinacia uero pertinet ad uoluntatem: & hæc est, quæ consummatum facit hæreticum. Uoluntas enim est tanquam manus ipsius animæ, quibus agredimur & apprehendimus res: quemadmodum Theages Pythagoricus tradit. Unde si quispiam crediderit, se tenere sententiam aliquam fidei catholicæ, cum contrariam illi teneat, huiusmodi ad hæresim non est hæresis, quia pertinacia caret. Ergo hæresis est, infidelitatis species, ad eos pertinens, qui fidem Christi profitentur, sed eius dogmata corrumpunt: & est uitiū, quod in intellectu ponitur, non tamen absolute, sed ut motu à uoluntate eligente. Ut autem Metopus Pythagoræus ait, uoluntas constat ex intellectu & appetitu: intellectus uero ex rationali parte animæ, appetitus ex irrationali oritur. Theages quoque pythagoricus in lib. de uirtutibus inquit: electio constat ex intellectu & appetitu, quorum intellectus quidem est partis animæ rationalis, appetitus autem irrationalis. Alex. ales. parte. 2. quest. 181. Tho. & ceteri. 2. secundæ quest. 11. Torquemada lib. 4. de ecclesia

parte. 2. cap. 4. Hæc autem tria, quibus consummata efficitur hæresis, planè ac familiariter ita explicari possunt: ut hæresis sit, dogma falsum, seu doctrina, propositio, assertio, uel opinio falsa, quæ scienter aliquis eligit contrarium eius, quod ecclesia catholica docet, in qua electione includitur error approbans falsa pro ueris, aut uera pro falsis: certa pro incertis, aut incerta pro certis: de qua re alibi plenius disserui. In eadem quoque electione concluditur pertinacia, qua quis impudenter errorem præponit catholice ueritati, quemadmodum alio loco digemus.

5 Materia quoque fidei catholice necessaria est, ut opinio contraria hæresis sit. Importat enim hæresis corruptionem fidei christianæ: ad quam non pertinet, si quis habeat falsam opinionem in his, quæ non sunt fidei. Unde Didymus lib. 3. de Spiritu sancto inquit: in alijs rebus ex consortio uocabulorum error eueniens, confusionem & pudorem ei, qui errauit, importat: de supernis uero & diuinis lapsus ad praua, ad æternam pœnam deducit & balthrum: maximè cum semel deceptus noluerit resipiscere, sed suum defensare impudenter errorem. Et Isidorus libro secundo de summo bono, ait: nil obesse cuiquam, si per simplicitatem aliquam de clementis indignè sentiat, dum modo de Deo uera pronuntiet. Quod subinde

De hæresi

inde diuus Augustinus, ceterique tradiderunt. Augusti. lib. 3. de libero arbitrio, & in Enchiridio. c. 21. c. in quibus. 22. quest. 2. Isidorus lib. 2. de summo bono cap. 1. Tho. 2. secundæ quest. 11. artic. 2. Guido de hæresibus cap. 3. Torque lib. 4. de ecclesia, parte. 2. cap. 13.

6 Hinc est, quod sepius catholici scriptores salua fide dissentiunt in his rebus, in quibus nil refert, vtrum hoc dicatur an illud. Cuiusmodi est, questio, de salute Origenis: de qua inter Hieronymum & Rufinum, inter Ioanem Picum & alios acris contentio est. Cuius finis est questio, de salute Salomonis: quem periisse putant, Augustinus, Chryostomus, Beda, Gregorius, Liranus, Rabanus, Alfonso Tostadus, & alij multum contrario autem Ambrosius, Hieronymus, Thomas, Vicentius, Origenes, Isidorus, Burgenfis, Leo papa, & hebreorum plurimi, vt apud Aluarum Pelagium est, inter diuos eundem esse coniectant. Et passim sese cuiusque offerunt mille talia. Ioan. Picus in apologia quest. 7. Augusti. lib. 17. de ciuitate Dei. c. 20. & lib. 3. de doctrina christiana. c. 21. Chryostomus in Mat. homilia. 68. Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu ecclesie arti. 45. Alfonso abulen. in lib. 2. regum. c. 7. quest. vlti. Tho. lib. 3. de regimine principum. c. 8. Ioan. Ludou. Vivaldus in opera regali. Feli. in. c. me inuitatis. de constit. & in. c. 1. de præsumptio. Alber Pighius

lib. 7. de libero hominis arbitrio. c. 2.

7 Est autem hæresis grauissimum crimen: eò ceteris peius, quò latius se diffundit, acutius penetrat, tenacius adheret, ac difficilius curatur. Quod quam sit noxium, inde censei potest, quia fidem catholicam impetit, fundamentum totius pietatis, sine qua impossibile est placere Deo. Morbus anime grauissimus impietas est, vt ait Mercurius in pyramido, dialogo. 12. & vt Augusti. ait, hæreses orthodoxis sunt, dogmata peruersitatis, animas illaqueantia, & in profundum precipitantia. Et Epiphanius libro ancorato, deterior est fidei peruersitas, infidelitate: incredulitas enim fidem accipiens corrigi poterit: fidei verò peruersitas incorrigibilis est, & agra saluatur, nisi donum & gratia aliqua ex supernis accesserit. Augustinus aduersus Donatistas, hæreticum hominem, quo vis ethnico, quantumlibet malo, peiorem esse iudicat. Adhæc tantò execrabilior est hæresis, quam idololatria, quantum deterior est, qui sub specie mutue beneuolentie amicum prodit, quam qui hostem aperto Marte aggreditur. Ad summam, hæresibus vera & catholica fides & religio labefactatur: anime & corpora occiduntur: tumultus & seditiones commouentur: pax & tranquillitas publica perturbatur: denique, totius reipublice christianæ status & forma in peius commutatur, & nonnunquam subuertitur etiam & extinguitur.

Sed.

Titulus.

XXX.

136

Sed hæresum omnium pessimæ hæreticorum huius temporis sunt, quia non portionem aliquam ledere, sed ipsa christianæ religionis conantur fundamenta destruere. Vide Augusti. in Ioannem tractatu. 18. & lib. 6. contra Donatistas. c. 41. vide Alfonso lib. 1. aduersus hæreses cap. 1. & lib. 1. de iusta hæretici. punit. c. 2. Brunum lib. 2. de hæretici.

8 Hæresum autem causæ multas traduntur à multis, fragilitas intellectus humani, conuersio ad peccata & errores, quibus obscuratur cor insipiens: malitia, quæ corrumpit & mutat intellectum: sublimitas rerum diuinarum: negligentia querendi adiutorium Dei ad fidem confirmandam, & adiuuandam incredulitatem: superbia, qua omnes hæretici prudentie sue innuntur. Vnde Hieremias inquit, arrogantia tua, & superbia cordis tui decepit te. Vbi glossa, omnis hæreticus arrogans. Et Gregorius: tantò à Dei luce longe sunt, quãtò apud se humiles non sunt. Et Bernardus super cantica, superbo oculo veritas non videtur, & sincero patet. Affectio quoque inordinata intellectum trahit ad contraria fidei: multi namque defecerunt, spe, amore, odio, timore, alij etiam inuidia, qua sepe adulteratur veritas, vnitatis scinditur, ad hæreses atque schismata profilitur, sicuti docet eleganter Cyprianus, sermone de zelo & liuore. Qui alio quoque sermone, de bono patientia ait: impa-

tientia etiam in ecclesia hæreticos facit. Quæ omnia & id genus alia, voluntatem & affectus hæreticorum vsque eò deprauant, vt in stultissimos, stupidissimos, & impiissimos errores, (quemadmodum Lutheranis, sacramentarijs, anabaptistis, & ceteris accidit) passim precipitentur. Hierem. 49. Peraldus in summa virtutum tractatu de fide cap. 28.

9 Alij aliter causas hæresis colligunt: quarum dicunt esse potissimam, immodicum sui amorem: vnde fit, vt sua semper hæreticis placeant, proprijs inuētis delectentur: quamobrem, & obstinati, & pertinaces sūt. Nam vt Plato dialogo quinto de legibus inquit, nimius in seipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est causa: occæatur quippe circa amatum qui amat. Quapropter qui se amat, cum se ipsum magis quam veritatem honorandum putet, quid iustum, bonum, & pulchrum sit, male iudicat. Accedit etiã gloriæ cupiditas, & vanã scientia inflans. Sed vt sapiētissimè Augustinus inquit, cuiusmodilibet excellant ingenio nisi Deus adsit, humi reputant. Posthæc, proprius cuiusque inordinatus affectus est illi causa cadendi: nempe auaritia, libido, superbia, libertas, ambitio, inobedientia, gula, cæteraque huiusmodi vitia effrenata, prout trahit sua quemque voluptas. Nam sicuti rectè Gerson ait, omnis excel-

cellens affectio trahit ad se iudicium rationis: & pæpe appetitus trahere solet intellectum & voluntatem: & item affectus ratione vincere, quemadmodum Buridanus tradit, & rebus ipsis experimur quotidie. Augusti. de utilitate credendi. c. 10. Gerson tracta de examinatione doctrinarum parte. 2. confide. 6. Buridanus in lib. 7. ethi. q. 9.

¹⁰ Præterea prauorum librorum lectio: zelus non secundum scientiam: prælatorum negligentia: ignorantia doctrinæ christianæ: sacrarum literarum in linguam vulgarem translatio: indifferens prædicatio verbi Dei, per quoscunque prauos & indoctos: indignitas presulū & sacerdotū: versutia diaboli: principū impietas, & mille talia, in causa sunt, vt hæreses nascantur, & crescant: sed illæ potissimum vigent, quibus voluptas comes est: quales iam olim fuerunt Mahumetis hæreses, & hodie sunt lutheranorum & nouorum hereticorum. Et vt apud Cæsarem est, libenter homines id quod volunt, credunt. Et sicut sapiens ait, nō recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius. Et enim verissimum est Sophocleū illud, à Plutarcho in Artaxerxe relatum: facilis est via & prona, qua quò volumus, ducimur. Et sicuti Demosthenes tertia oratione olynthiaca inquit: omnium facilitum est, semetipsum decipere: quod enim quisq; vult, id etiā sibi fingit.

¹¹ In summa, hæresis, quia malum est, multis fit modis: malum enim infinitum incertumque est, (vt pythagoræi conijciunt) bonum certum atque finitum.

Vno namque modo bonus est, multisque nefandus.

Malum namque multiplex, at bonum solistimum, (id est, simplex, & yniforme,) quemadmodum ab Aristotele traditur. Boni ac veri vnica est via, mali & falsi innumerabiles: videlicet quotquot ab illa vnica aberrant, ex falsa opinione nascentia, vbi desinant nō habēt: nullus enim terminus falso est. Via eunti aliquid extremum est: error immensus est, vt ciuis meus Seneca inquit epistola. 16. Iulius Cæsar lib. 3. de bello gallico. Prouerb. 18. Aristoteles. 2. ethi. c. 6. & lib. 1. magno. mora. cap. 25. & sacer Dionysius lib. de diuinis nominibus. c. 4.

¹² Cognitis hæresum causis, remedia quoque illarum pariter cognoscuntur: quādoquidem verum ac tritum est, contraria contrarijs curari. Vt enim Aristoteles inquit libro. 5. politicorum, dubitari nō potest, quin cognitis ijs quæ interitū important, ea quoque quæ salutē afferunt, intelligantur: cum contraria contrariorum sint efficiētia. Tunc igitur heretica pestis præcaueri, & extirpari facile poterit, cum priuati omnes deuitauerint varia & peregrina dogmata, & profanas quasilibet nouitates: cum singuli hōines prodiderint, accusauerint,

uerint, & consequuti fuerint hereticos: cū reges & principes catholici fuerint, ac fidei zelatores: cū prælati & prædicatores eruditione, bonitate, atque sapientia fulserint: postremo, cum iudices, rectoresque populorum, prudētes, iusti, ac diligentes in hereticis inquirendis & puniendis fuerint: hoc enim potissimum & præsentissimū remedium est aduersus hæreses, vt inquirentur heretici diligentissime & puniantur seuerissime. Vide Gersonem tractatu de sēsu literali sacre scripturæ, Alfonso lib. 1. aduersus hæreses. c. 11. & fufius lib. 3. de iusta hereti. punitio. Aristote. 5. polit. c. 8. Brunum lib. 1. de hereti. cap. 5. & iterum lib. 3.

¹³ Illud autem extra controversiā est, quod à quibusdā traditū scio: nullam esse transactionem, quæ de crimine hæresis à quocūque facta fuerit. Et si enim de alijs multis criminibus transigere, vel pacisci liceat: non tñ id villo pacto permissū est, in his criminibus in quorum punitioe publico bono, & animarum salutē consulitur: ea enim res priuatorum pactioibus nequaquam subijcitur. l. si vnus. 5. pacta de pactis. l. transigere. C. de transactione. & illic Purpuratus. & Padilla noster. nu. 97. Nicol. Arelata. tracta. de hereti. notab. 8.

¹⁴ Quia verò quedam sunt crimina, quæ magnam suspicionem heresis præseferunt: de quibus inquirentes cognoscere nequeunt, nisi

sapiant heresim manifestam: oportet erit pauca hoc loco de his breuiter cōmemorare. Illa igitur propositio sapit manifestam heresim, ex qua, concesso & assumpto aliquo, quod non potest probabiliter negari, sequitur heresis in fide. Aliter, illa sapit manifestam heresim, ex qua & quibusdā veris, quæ nulla tergiuersatione possunt negari, sequitur heresis manifesta. Illa quoque propositio eundē saporem habet, quæ in prima verborū significatione, & prima fronte, sensum habet hereticum, quāuis pie intellecta possit habere sensum catholicum. Denique vt Ioanes Torquemada inquit, heresim sapiunt propositiones heresi propinquæ, qualis est, quæ asserit peruersū dogma, ex quo cū notorio vero, quod negari non potest, sequitur heresis proprie dicta. Gerson alphabeto. 14. Ecchius lib. 1. de primatu Petri. cap. 6. Alfonso lib. 1. de iusta hereti. punit. cap. 3. Ioannes Torquemada lib. 4. de ecclesia parte. 2. cap. 10.

¹⁵ Præterea illa crimina sapiunt manifestam heresim, quæ naturā suā præseferunt aliquid, quod est heresis manifesta. Vt baptizare imagines, præsefert, quod illæ sunt capaces huius sacramenti. Et scienter puerum rebaptizare significat, quod baptisma potest bis cōferri. Similiter, circa aras idolorum genua flectere, preces nefarias dicere sacrificia offerre, peccus tundere,

De hæreticis

& id genus alia perpetrare, idololatriam præferunt, & manifestam hæresim sapiunt. c. igitur 26. quest. 3. glo. & interpretes in. c. accusatus §. sane. de hæreti. lib. 6. Oldraldus consi. 210. Dominicus consi. 54. Syluester in summa, verbo, hæresis. 2. num. 4.

16 De inuocatione dæmonum, & pactis cum eis conuentis, communiter hæc distinctio approbari solet. Quædam ordinantur directo in dæmonum reuerentiam, qualia sunt, adorare, oblationes & sacrificia offerre, inuocare ad futura prænoscentia, tribuere illis aliquid, quod solius Dei sit, pacta cum eis facere, aut sceleratè percutere ad superscripta, similiaue perpetranda: & hæc omnia sapiunt manifestam hæresim. Quædam fiunt obliquè ad reuerentiam dæmonum, vt curiosi & perditii homines aliquid sciât, aut operentur eorum ope, inuocantes dæmones ad questum faciendum, vel ad pudicitiam tentandam, vel ad simile quippiam, quod sit eorum proprium: quæ si fiant per modum imperij, non venerando dæmonem quasi Deum, vel infallibilem veritatem, hæc (vt aiunt) non sapiunt manifestam hæresim. glo. Dñi. Philip. Fran. & ceteri in. c. accusatus. §. sane de hæreti. lib. 6. Oldra. consi. 210. Alberi. in rubrica. C. de hæreti. Ioan. And. ad speculum titul de sortile. Bal. consil. 95. lib. 1. Domini consil. 54. Gonsal. de hæretica prauit. quest. 9. Mat. de affli. in constit.

Sicilię tit. 1. quest. 1. Ponzini. tractatu de lamijs nu. 82. Grillan. de sortile. quest. 10. Brunus lib. 1. de hæreti. cap. 2. Syluester in summa, verbo, hæresis. 2. nu. 4. summa rosella, verbo, hæreticus. nu. 3. Alfon. lib. 1. de iusta hæreti. punitio. c. 19. Caieta. 2. secudę. q. 95. arti. 4. Ludo. care. de hæreti. nu. 23. Alberti. lib. de agnoscen. assertio. catholi. quæst. 11.

17 Beatustamen Augustinus, errorem, ineptum, & ridiculum esse censet, inuocare dæmones per modum imperij, aut eis comminando præcipere: non enim est potestas super terram (sicuti Iob inquit) quæ comparetur eis. Ceterum dæmones, vt fatuos irrideant, atque decipiant, fingunt se cogi, atque timere, sicuti multis Parrhisiensium decretis declaratum est: quemadmodum Gerson varijs suorum operum locis memorare solet. Illud autem præterire nolui, quod ille inseruit operi, de erroribus circa artem magicam, his verbis: quod dare, vel offerre, vel promittere dæmonibus qualem cunq; rem, vt ad impleant hominis desiderium, aut in honorem eorum aliquid osculari, vel portare, non sit idololatriæ error. Augusti. lib. 10. de ciuitate Dei. cap. 11. Iob. cap. 41. Gerson tracta de erroribus circa artem magicam dicto. 3. & in fine. & sermone primo, de sancto Antonio veritate. 3.

18 Facere autem sortilegia, & imagines cereas, vel alias obseruationes vanas, ad prouocandum, & allicendum

Titulus

XXX.

138

dum animum ad amorem: si modo non misceantur sacra profanis, superstiosa sunt magis quam hæretica. Nam qui talia committunt, amoris insania occæcati ea perpetrare solent, nec errant in fide, nec ea licere credunt. Oldra. consi. 210. glo. & ceteri in. c. accusatus. §. sane. de hæreti. lib. 6. Iason in. l. huiusmodi. §. vlti. de legat. 1. ad Aristote. lib. 1. magno. mora. cap. 17. & chrysolto. in episto. ad Roma. sermone. 24. col. pen.

19 Multi autem putant, quod petere hostiam non consecratam tempore mortis, non sapit manifestam hæresim. Quorum opinio sine delectu, recipienda non est: nam si fuerit aliis in fide suspectus, qui maximo sacramento velit illudere, hinc ego vehementissimè suspectum iudicarem: & commissum illud sapere manifestam hæresim crederem. Quis enim catholicus decedere vnquam voluit, non prius accepto diuinissimo illo viatico? Profecto in re vsque ad eam sacra, & tam periculoso tempore, nulla simulatio ferenda est, nec præsumenda quidem. c. de homine. de celebra. missa. Calderi. consi. 4. tit. de hæreti. Ioan. de ana. & Feli. in. c. ad abolendam. de hæreti. Alberti. eo. tit. lib. 6. in rubri. quest. 13. nu. 66.

20 Quum incertum est, vtrum diuinationes, & sortilegia sapiant manifestam hæresim, & propterea de iurisdictione ambigitur, inquisitores de eo cognoscere nequeunt: quia

non habet in his causis iurisdictionem, nisi manifestè sapiant hæresim. Et ita multi iurisperiti sentiunt. glo. in. c. accusatus. §. sane. de hæreti. lib. 6. & inibi Ioa. mona. Archid. Ioa. And. Dñi. & Philip. Frã. ite Feli. in. c. si clericus laicum. de foro cõpet. Ludo. care. de hæreti. nu. 24.

21 Opinio hæc nullo iure, aut euidenti ratione probatur: quinimo contraria sententia iure, ratione, & vsu, comprobata, & recepta est. Ac primum, illud legibus multis cauetur, vt quoties dubium est, an aliquis iudex esse possit, eiusdem sit eadem ipsa cognitio: quæ regula iuris notissima, non habet in specie proposita aliquam exceptionem. Deinde, cõpluribus placet, ac verum est, quod etiam delegatus iudex, qui fragiliore iurisdictione habet, quam inquisitores cognoscere potest de facti questione, vnde constare queat, vtrum eiusdem sit iurisdictione. Ad hæc, inquisitorum cognitio facile subverti posset, asserente quolibet, sortilegia, vel diuinationes non sapere manifestam hæresim. Ad extremum, aduersus ea scelera perpetrantes procedere quoque possunt inquisitores, tanquam contra suspectos: quod vsu receptum esse, Bonifacius author est. l. si quis ex aliena. de iudi. l. ordinata. §. vlti. de libera. cau. cap. super literis. de rescript. glo. in. cap. 1. de offi. delegat. lib. 6. & illic Archic. Hostien. Ioan. And. & Domini. item Fran. Squilacen. de fide catholica cap. 56. Federi. senensis consi. 157. summa rosella,

De hæreticis

tella, verbo, hæreticus, nu. 3. Feli. in c. si clericus laicum. de foro compet. Ponzini. de lamijs. nu. 79. Ni-

De hæreticis

- 1 Hæresum primus inuentor.
- 2 Hæreticus quid sit.
- 3 Hæreticum quomodo definiant. August. & alij doctissimi & sanctissimi viri.
- 4 Hæreticus ut quis proprie dici possit, debet esse christianus baptizatus.
- 5 Hæreticus an sit censendus, qui hæresi infectus, se baptizatum fuisse putat, cum baptizatus non sit.
- 6 Cathecumenus, qui constanti animo baptismum suscipere statuit, & postea in hæresim lapsus fuit, an sit proprie dicendus hæreticus.
- 7 Apostata an sit censendus infans baptizatus, qui captus ab infidelibus eorum impietatem didicit.
- 8 Hæresis esse non potest consummata sine intellectus errore.
- 9 Hæreticus ut efficiatur christianus baptizatus, opus est ut erret in fide catholica.
- 10 Hæreticus habere debet scientiam vel notitiam contrariae veritatis, ut hæreticus censatur.
- 11 hæresis potissima ratio in eo consistit, ut hæreticus consulto seipsum ab ecclesia separet.
- 12 Pertinacia consummatum facit hæreticum, & quæ in re consistit.
- 13 hæreticū proprie eū esse plerisque placet, qui totam fidem catholicam nō deserit.
- 14 hæretici vnde cognosci possint.
- 15 hæretici huius temporis ex ipsorum pestiferis moribus cognoscuntur.
- 16 hæretici conuiciatores & procaces sunt.
- 17 hæretici lutherani Deum atque homines irrident.
- 18 hæretici mēdaces, peruersorū dogmatum cultores, & pleni sermonibus sunt.
- 19 hæretici obscœnis & noxijs animalibus in sacris literis comparantur.

col. arelata. de hæreti. notabi. 3. Bonifa. de vitali. in Clem. vlti. in fine. de hereti.

Titulus XXXI.

- 20 hæretici lutherani ieiunia, abstinentiam, & virginitatem odio habent.
- 21 hæreticorum nostri tēporis scelerati magistris qui fuerint.
- 22 Lutheri flagitia.
- 23 Lutherus & alij impijssimi hæretici, ferē omnes à sanctissimis religionum ordinibus, quibus seipso sacrauerant, defecerunt.
- 24 Lutherani & alij scelerati hæretici, quibus technis hōines iperitos irretiuerint.
- 25 hæretici prudentiæ suæ innituntur.
- 26 hæretici superbi sunt.
- 27 hominum imbecillitas & ignorantia.
- 28 hæretici nouitatis dulcedine homines allicere solent.
- 29 Vincentij Lirinensis explanatio illius loci Pauli, o Timothæe depositum custodi. &c.
- 30 Nouas & singulares doctrinas Petrus, Paulus, & omnes sancti semper execrati sunt.
- 31 Voces ecclesiæ in nouare non decet.
- 32 Spiridon concionantem Thryphillium reprehendit, quod lectum pro grabato dixisset.
- 33 Nouitates suspectæ sunt & periculose, potissimum in rebus fidei.
- 34 Legibus & consuetudinibus antiquis multum semper tribuerunt Plato & sapientes omnes.
- 35 Lutheranorum leuitas Græcorum leuitatem superat.
- 36 Gregorij Saxonix ducis in lutheranos egregium dictum.
- 37 Nouitates & mutationes ob quam rem grate sint.
- 38 hæretici christianorum titulum non seruant, sed nomine suorum præceptorū aut errorum gaudent.
- 39 Hæretici cum sint iniquissimi, speciem pietatis

Titulus

XXXI.

139

- pietatis præseferunt nonnunquā.
- 40 Hæretici qui virtutis speciem præseferunt, multo magis vitandi sunt.
 - 41 Malus specie boni fallens duplici poena dignus est.
 - 42 Hæretici quid catholicis obijciunt.
 - 43 Hæreticis vitia catholicorum culpantibus respondetur.
 - 44 Hæreticos qui nequissimi cum sint, catholicorum vitia reprehendunt, quomodo Hieronymus, Augustinus & alij conuincant.
 - 45 Hæretici licet videantur bene viuere, propter vnum hoc scelus vitam æternam non possidebunt.
 - 46 Hæretici mulierculas sibi adiutrices in suis sceleribus semper soliti sunt assumere.
 - 47 Hæretici intra breue tempus innumera-biles perditionis sectas, pro sua libidine introduxerunt.
 - 48 Hæretici nostri tēporis omnibus se flagitijs addicunt, & diuina præcepta contemnunt.
 - 49 Hæreses esse cur oporteat.
 - 50 Hæreses quid vtilitatis afferant.



MI sol iustitiæ, christus Iesus, in terris visus est, & lux euangelicę veritatis in toto orbe refulsit, obmutuerūt idola, demones fugati sunt, & idololatria omnis detectis fallacijs fatanæ reiecta, derisa & cōtempta est. Videns autem inimicus (vt ait Cyprianus) idola derelicta, & per nimiū credentiū populū sedes suas ac tēpla deserta, excogitauit nouā fraudē, vt sub ipso christiani nominis titulo fallat incautos: hæreses inuenit & schismata, quibus subuerteret fidem, veri-

tatē corrumperet, scinderet vnitate. Quod ipsum renouās August. inquit: videns diabolus tēpla demonū deseri, hæreticos mouit, qui sub vocabulo christiano, doctrinę restiterent christianę. Nicēphorus quoque in ecclesiastica historia semel atq; iterū hæc eadē prolixius retulit. Cyprianus tractatu, de simplicitate prælatorū. August. lib. 18. de ciuitate Dei. c. 51. Nicēphorus lib. 4. ecclesiasticę histo. cap. 2. & lib. 8. cap. 5.

2 Hæreticus autē est, qui sibi ex suo arbitrio doctrinā fallā eligit. Et latissima significatione nonnunquā appellantur hæretici, ij qui sunt ex cōmunicati, & simoniaci, & quidam alij suspecti de hæresi. Sed hi per quandā similitudinē improprie dicuntur hæretici, quia perinde peccant, ac si male de fide sentiret: pœnis tamē hæreticorum coercēdi nō sunt. c. quisquis. 1. q. 1. c. quod autem. 4. quęst. 1. Gerson. tractatu, de simonia, confid. 1. Torque. lib. 4. de ecclesia, parte. 2. c. 12. Richardus & alij in lib. 4. sent. dist. 13. Lucas in. 1. c. de priuile. schola. lib. 12.

3 Augustinus in exordio libri de vtilitate credendi, hæreticū hominē definit his verbis: hæreticus est, qui alicui temporalis commodi, & maximē vanę glorię, principatusque sui gratia, falsas ac nouas opiniones, vel gignit, vel sequitur. Aliam definitionem retulit Cassiodorus hoc verborū tenore: Hæreticus est, qui diuinę legis, vel igno-

rantia, vel contemptu raptus, aut noui pertinax inuētor erroris, aut alieni sectator, catholicæ unitati mauult aduersari, quam subijci. Et Iustinianus in constitutione, de mulierib⁹ fide hæreticis; hæreticos dicimus, quicumque diuersarum sectarum sunt. Et insuper quicumque membrum sanctæ Dei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ nō sunt: in qua omnes totius orbis patriarchæ & episcopi vno ore apostolicā fidem & traditionem prædicant. Qui igitur in contaminata communione in catholica ecclesia cū Dei sacerdotibus non participant, optimo iure vocamus hæreticos. Tamen si enim christianorum sibi nomen imponunt: eo tamen ipso, quod à vera christianorum fide pariter & communione se ipsos separant, Dei se iudicio subdī cognoscunt. Hęc ille. Anselmus quoque, siue Heruæus definit hoc modo: hæreticus est, qui generalis ecclesiæ doctrinam deserens, errorem sibi peruersi dogmatis eligit, quem specialiter sequatur. Et Thomas in epistolam Pauli posteriorem ad Corinthios: hæreticus est, qui spernēs disciplinā fidei, quę diuinitus traditur, pertinaciter proprium errorem sectatur. Et idem alibi, hæreticus est, qui à christi fide, quę catholica dicitur, discedit, contrarię opinioni vehemēter inherens, per electionē. Præterea Lucius tertius illū hæreticum esse definit, qui de sacramentis ecclesiasticis aliter sentire,

vel docere nō metuit, quā sacrosancta Romana ecclesia prædicat, & obseruat. Gerson quoq; inquit, hæreticus est, qui sciēter tenet contrarium eius, quod sequitur consequentia necessaria ex sacris literis. Generalius autē Syluester definit: hæreticus est, qui circa ea, quæ sunt fidei, errat per intellectū, & pertinaciter adheret errori per voluntatem. In sūma, hæreticus est, qui errat in fide pertinaciter. c. hæreticus 24. quęst. 3. c. ad abolendā. de hæretici. Casiodoro. in fine psalmi. 138. nouella constituit. 109. & Bonauentura in lib. 4. sent. distin. 13. Anselm⁹ in episto. Pauli ad Titū. c. 3. Tho. in episto. 2. ad Corin. c. 11. & in lib. 4. sent. distin. 13. Syluester in summa, verbo, hæresis. 1. Fran. victoria in 2. secundæ quęst. 11. arti. 2.

4 Nonnulla simul necessaria sunt, vt quispiā ppriē dicatur hæreticus. Primū, quod fuerit christianus baptizatus: nā qui fidē christi p̄fessus nō est, iudæus, gentilis, mahumertanus, aut quiduis potius, quā hæreticus erit: etenim ab ecclesia separatur hæreticus: quā qui baptizat⁹ nō est, nunquā intrauit: eius em̄ ianua baptism⁹ est. Quod pertinet Origenis definitio, ab Alberto pighio relata, hæreticus est, qui se christo credere p̄fessus, aliud de veritate christianę fidei credit, quā habet definitio traditionis ecclesiasticę. Vel sicuti eā describit Lindanus: hæreticus est, qui sese christo p̄fessus credere, aliter de fidei christi dogmatibus

tib⁹ sentit, quā pietatis regula atque ecclesiasticę obseruatiōis puritas exposuit. Et illa itē Richardi: hæretic⁹ est, qui profitetur Christū, & eius dogmata corrūpit. Et hęc Alfonso Castrensis: hæreticus est, qui postquā verum baptismū suscepit, & fuit in fide catholica sufficienter instructus, pertinaciter errat contra id, quod scit ab ecclesia catholica pro fide tenēri, siue oppositū veritatis asserens, siue de ipsa veritate dubitās. Cū autē in quistores iurisdictionem potissimā habent aduersus hæreticos: promotor fiscalis in accusatione primū ponit, quod ille quem de hæresi accusat, est christianus baptizatus: nā si baptizatus non esset, à iudice seculari puniri deberet. Alber. pighius lib. 3. de libero hominis arbitrio, prope finem. Richard. in lib. 4. sent. distin. 13. arti. 5. Alfonso lib. 1. de iusta hæreti. punitio. c. 7. adde Guidonē de hæresibus. c. 13. Alberti. lib. de agnoscen. assertionibus. catholici. quęst. 1. & 2. Lindanum lib. 2. panoplię euangelicę cap. 5.

5 Inde quęritur, an is qui p̄babili errore ductus, putat se baptizatum esse, cū verē baptizatus nō sit: propriē censeatur hæreticus, si postea hæresi aliqua infect⁹ fuerit? Et veri⁹ est vt hæreticus iudicetur, & p̄enis hæreticorū subiaceat: quia iste baptizat⁹ est baptismō flaminis: & quia in hac rē plus operatur opinio quā veritas. Vnde quidam ita definiunt: hæreticus est, qui verē baptizatus, vel pro baptizato se gerens,

ptinaciter errat, vel dubitat cōtra catholicā veritatē. Gabriel in lib. 4. sent. distin. 13. q. 2. Alfon. lib. 1. de iusta hære. punit. c. 8. de presbyte. nō ordinā. c. vlti. Felinus in. c. si verò. 2. de sent. excom. mun. Igneus in. l. r. s. hoc autem ad sillania.

6 Hinc alia etiā quęstio exoritur, vtrum cathecumen⁹, qui constanti animo baptismā suscipere statuit, & postea in hæresim lapsus fuit hæreticus proprie dicendus sit. Quod quidē placet Alfonso, quia baptizatus est, inquit, Spiritu sancto. Sed quāuis id verū esse possit in foro cōscientiæ, quod tamē attinet ad iudiciale forū ego subsisto: nā & ille scit, se baptizatū nō esse baptismō exteriori, & vix est, vt Spiritu sancto baptizatus sit, qui potuit sacro baptismate abluī, & id nō scit. Postremo, iudices hominū cogitationes iudicare non debent, sed eorū facta, idq; veritate inspecta. l. cogitationis. de p̄enis. l. illicitas. s. veritas. de offi. p̄fesi. Alfon. p̄notato. c. 8. cōfert. l. si pater. r. s. de manu. vindi. l. 2. s. 2. ff. pro emptore.

7 Demū, quęri solet, an infans baptizatus, qui captus ab infidelibus didicit impietatem eorum, censeari debeat apostata? Cui quęstioni rectē respondit Alfonso, minimē hunc apostatam esse: quia fides infusa non sufficit ad credendum, sed præterea opus est aliquo doctore: iuxta q̄ apostolus inquit, quomodo credent ei, quem non audierūt? quomodo autē audiet sine prædicante?

dicante? Non ergo puniri debet is, qui nunquam fidem catholicam didicit, & insuperabili tenetur ignorantia. Quæ ratione interdum venia digni sunt. recenter cõuersi, si fortè in aliquo errauerint, priusquam in fide catholica fuerint sufficienter instructi. Vnde inquisitoribus Hispaniæ ab apostolica sede concessum fuit, vt recenter conuersos, etiam relapsos, ecclesiæ restituere possēt, si modò cõstaret, illos verè pœnitentes esse; Alfon. dicto c. 8. ad Rom. 10. c. quidã de apost. 8

Deinde, necesse est ad hæresim consummatam, vt christianus baptizatus erret: nemo enim hæreticus fit, absque intellectus errore: quod alibi plenius disserui. Vnde relinquitur, vt nullum opus exterius, quantumuis impium & horrendum, hæresis esse possit, sine intellectus errore: tamen si vehementem, aut violentam præbeat suspicionem de hæresi. Et hæc est cõstãs theologorũ, & iurisperitorum sententia. Antonius. 2. parte summa tit. 12. cap. 5. Ioan. Torquemada lib. 4. de ecclesia parte. 2. cap. 1. & cap. 13. Guido de hæresibus cap. 3. syluester in summa, verbo, hæresis. 1. quæst. 2. Ioan. Lupus allegat. de hæresi. 5. 2. Alberti. in rubri. de hæresi. lib. 6. quæst. 13. nu. 8. & lib. de agnoscent. assertio. catho. quæst. 2. Alfon. lib. 1. aduersus hæreses cap. 1.

9 Post hæc vt christianus efficiatur hæreticus, opus est, vt erret in fide catholica: nã si in alio erraue-

rit hæreticus non erit: quemadmodum supra ostendimus, cum de heresi tractarem. Proinde si quisquam crederet, aliquam propositionem hereticam esse, & illi pertinaciter adhereret, cum esset catholica: ille quidè peccaret grauissimè, sed in foro exteriori nõ iudicaretur hæreticus: quia nihil asserit contra catholicam fidem. Nec requiritur vt cõtra totam catholicam fidem erret hæreticus: sed fat est, si ab aliqua fidei parte aberret. Quod Conradus Brunus in sua definitione planius complexus est, dicens, illum hæreticum esse, qui semel fidem christianam professus, dogma falsum, contra fidem orthodoxam, vel à christo & apostolis nobis traditam, vel vbilibet in scripturis sanctis contentam, vel ecclesiæ catholice definitionibus nobis reuelatam, pertinaciter asserit: siue ad articulos symboli pertineat, siue ad sacramenta, siue ad authoritatem & iudicia ecclesiæ, siue ad alias res, quas nobis credendas sancta Romana & apostolica præcepit ecclesia. Hæc ille. lib. 1. de heresi. cap. 2. vide. l. 2. 5. si sub cõditione. pro emptore. Aristote. lib. 2. magno. mora. cap. 6.

10 Præterea, necessaria est ad heresim scientia, vel notitia contrariæ veritatis: non enim sufficit, quod baptizatus erret in fide, nisi etiam sciat, id quod approbat, contrariū esse catholicæ veritati. Nam heresis electio est: nemo autem ignorat, quæ eligit, vt libro primo rhetororum

ricorum Aristoteles author est. Et enim electio voluntatis operatio est, quæ ex cõsilio prouenit: ea enim cū electione agimus, quæ ante gressa est deliberatio: quemadmodum idè philosophus docet libro quinto ethicorum. Et vt ait Ioan. Torquemada, electio firmam adhesionem habet. Aristote. lib. 1. rhetori. c. 10. & 5. ethi. cap. 8. Torquemada lib. 4. de ecclesia parte. 2. cap. 13.

11 In eo ergo consistit potissima ratio heresis, quod hæreticus consulto se ipsum ab ecclesia separat. Vnde Hieronymus, & Anselmus, seu Heruæus, interpretantes apostoli verba in epistola ad Titum, aiunt: Paulus, suo ipsius iudicio condemnatum dicit hæreticum, quia cum reliqui facinorosi per sententiam iudicium nonnunquam ab ecclesia propellantur: soli hæretici in semetipsos ferunt sententiam; suo arbitrio de ecclesia recedentes: quæ recessio propriæ conscientie damnatio esse videtur: quinimo ab ecclesia recedere, maxima condènatio est. Cui confinia sunt redemptoris nostri verba, apud Ioannem dicentis: qui non credit, iam iudicatus est. Vbi Theophylactus addit rationem, quoniam ipsa incredulitas condènatio est. Esse enim extra lucem per se maximum supplicium est: nec eget alio iudicio, nec alia noua condènatione. ad tit. 3. & ibidem Hieron. & Ansel. Ioan. 3. Alber. piglius lib. 1. hierar. ecclesiasti. cap. 4. Brunus lib. 1. de heresi. cap. 1.

12 Ad hæc, pertinacia est, quæ consummatum facit hæreticum: ea verò non tantum in obstinatione consistit, sed etiam in electioe, & adhesionem. Nam quicumque sciens præponit opinionem hereticam veritati catholice, eo ipso hæreticus pertinax est, vt plenius titulo de pertinacibus, dicturi sumus. Proinde qui sententiam, quamuis falsam atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, quærunt autem cautam sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum eam inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos reputandi, vt Augustinus quadam in epistola scripsit. Ceterum qui probabili deceptus ignorantia, non pertinaciter errat, sed corrigi paratus est, & quærit sollicitè veritatem: is cum eodem Augustino libro primo de Trinitate, prudenter & rectè dicet, errare poterò, sed hæreticus non ero. Augusti. contra donatistas epistola. 162. c. dixit apostolus. 24. quæst. 3. Tho. in priorem Pauli epistolam ad Corin. cap. 11. lectione. 4.

13 Ad postremum, plerisque placet, illum propriè hæreticum dici posse, qui non deserit totam catholicam fidem: ille enim qui totam abnegat, proprio nomine apostata solet appellari. Quam sententiam Alfonso Castreñsis oppugnat, à se ipso, & ab alijs dissentiens: cuius argumenta omnia eo tendunt, vt apostatam hæreticum esse probet: quod quidem nemo fere doctorum negat: est enim apostasia, circumstantia heresis, eam

De hæreticis

aggrauans, vt ait beatus Thomas. Magis itaque verborum, quam rerum ea dissensio est: nec enim illi se iunxerunt hæresim ab apostasia, q̄ putauerint esse vsque adeo separatas, vt eidem conuenire non possent, sed quia sit apostasia tam insignis diuersaque ab alijs hæresibus, vt uix aliquis sit, qui hæresis nomine apostasiam intelligat. Est enim definitione ac nomine ab hæresi distincta, & iure ciuili tam diuersa & separata, vt hæreticus ad fidem conuersus, Cæsarium legibus admittatur, apostata uero non item. Quam ob re prætereo. lōgam Cani disputationem: quis enim ignorat, quid hæresis, quid apostasia sit? Huc demū spectat hæretici definitio, quā Ioannes Torquemada tradit his uerbis: hæreticus est, qui post susceptam religionem Christianā, Christi fidem generaliter profitens, aliquam in specie opinionem contrariam catholicæ ueritati pertinaciter tenet, uel sequitur. Et hætenus de definitionibus. Guido de hæresibus cap. 3. Torquemada lib. 4. de ecclesia parte. 2. cap. 13. Antoninius in summa, parte. 2. titul. 12. cap. 15. Alberti. in rubri. de hæretic. lib. 6. quæstio. 13. nume. 6. Alfonso lib. 1. aduersus hæreses cap. 9. idē Alfonso contra omnes lib. 1. de iusta hæretici punit. cap. 9. Tho. 2. secundæ quæst. 12. arti. 1. Manichæos. C. de hæretic. l. hi qui. de apost. Canus lib. 12. de locis theologi. cap. 9.

14 Nunc autem videamus, unde

cognoscetur hæretici. Cui quæstioni breuiter ueritas ipsa p̄ Mattheū respōdet: a fructibus eorum cognoscetis eos. Et Aristoteles lib. 4. ethicorum ait, qualis est quisque, talia sunt eius & facta & oratio & uita. Et sapiens in prouerbij, doctrina, inquit, sua noscitur uir. Demum prouerbiū est antiquissimum, in libris quoque regnorum celebratum, ab impijs egredietur impietas. Matth. 7. lib. 4. Ethic. cap. 7. prouerb. 12. s. vlti. instit. de rerum diuisio. lib. 1. regū cap. 24.

15 Hæc eadē regula planè cognoscimus hui⁹ tēporis pestiferos hæreticos oēs: nā Lutherani, sacramentarij & anabaptistæ, doctrina sua, scriptis & actis, & fructibus impijs manifestissimi sunt. Et sicut oēs ferè omnium præcedentiū hæreticorū hæreses hi operarij subdoli ab inferis reuocarunt: sic etiā oēs illorū pessimos mores hodie sequuti, & emulati sunt. Quod breuiter & cursim hoc loco demonstrare conabimur.

16 Solēt hæretici cōuiciatores & procaces esse: q̄ aut̄ vnq̄ cū istis cōferri poterūt: quorū amētia (vt Isocrates dixit) ex ipsis maledictis animaduerti ab oib⁹ facile potest. A quorū scriptis, si cōuitia tollas, ex magnis libris paruos libellos efficies. De hoc hæreticorū more loquēs Gregorius Nazāzenus inquit, iniurijs quādoq; decertāt, & uerbis pugnantes prauitatem intellectus iniurijs detegunt. & Hieronymus in apologia aduersus Ruffinū, istę machine hære

Titulus.

XXXI.

142

hæreticorum sunt, vt conuicti de de perfidia, ad maledicta se conferant. Os eorum, sicut apostolus ait, maledictione & amaritudine plenum est. Et vt sapiens in prouerbij docet, omnes stulti miscentur contumelij. Et ubi fuerit superbia, ibi erit & cōtumelia: ubi autem est humilitas, ibi & sapiētia. Quod si maledicta, contumelię, tum iracundię, contentiones, cōcertationesq̄ in disputādo pertinaces, indignę philosophia uideri solent (vt eleganter Cicero libro primo de finibus bonorum & malorum scriptum reliquit) quantō conuicia & maledicta indigniora sunt christiana theologia? Nazan. oratione. 27. ad Rom. 3. prouerb. 11. & 20. Isocrates in helnæ laudatione.

17 Adhęc, Lutherani, tanquam ab schola Luciani prodeuntes, irrisores sunt hominum atq; diuorum. Irridēt illi ecclesię ceteroniam, sanctorum uenerationem, sacramentorum ritus, cathedram apostolicam, pias fidelium obseruationes, sacramenta confirmationis, ordinis, uñtionis, & quid nō? Hi sunt, quos ecclesia catholica in libro Iob indicat, inquiens, derident me iuniores tēpore: nam heri & nudius tertius ex patre diabolo nati sunt. Et quemadmodum in eodem libro scriptum extat, bibūt subsannationem quasi aquam. Hi sunt quos apostolorum princeps appellat illudores, iuxta proprias concupiscen-tias: hi sunt impij parasiti, & scurre

procaces: quos quidem subsannabit dominus, & in interitu eorum ridebit. Iob. 30. & 34. & 2. pet. vlti. ad eph. 5.

18 Hi sunt fabricatores mendacij, & cultores peruersorū dogmatum, pleni sermonibus, & qui quasi de industria recesserunt a Deo, & omnes uias eius intelligere noluerunt: sed hostes ecclesiæ consulto facti sunt, ambulantes in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum. Infatuatum est consilium eorum, & spiritus mendax datus est in ore suorū prophetarum: & propter superbiam fugit mēs & consilium ab eis: & excæcavit eos malitia, & mutauit intellectum illorum: & cor eorundem insipiens nubibus errorum obscuratum est. Callidi facti sunt, non spiritu sapiētię, sed spiritu uersipellis astutię, quo solent hæreticorum feruere precordia, & pacem perturbare sanctorū. Iob. 13. & 32. & 34. ad Ephe. 4. Sapiē. 2. & 4. ad Romanos. 1. Augusti. lib. 6. de ciuitate Dei cap. 2.

19 Cōparantur in sacris literis Hæretici multis feris bestijs, & noxijs, & obscœnis animalibus: quę oīa Lutheranis, sacramentarijs, & Anabaptistis adamussim quadrare perspicuum est. Dicuntur lupi rapaces, sub uestimentis ouium insidiātes Christi ouili. Comparantur lamij, qui humanam quidem faciē, sed beluina per impietatem corda gestant. Comparantur & pardis, vulpibus, simijs, canibus, & multis alijs

alijs id genus animantibus. Vocantur quoq; organa diaboli, vasa iræ, Deo odibiles, fures, latrones, sacrilegi, antichristi, pseudoprophetae, pseudoapostoli, vasa mortis, ligna infructuosa, vacce pingues, corona superbiæ, filij perditionis, montes mali, operarij subdoli, vaniloqui, mentis seductores, & mille talia: quorum rationes & causas, si quis nosse cupit, Fabrum & Brunum legere poterit. Fabrum contra Lutherum tracta. 5. textu. 16. & textu. 25. & rursus tracta. 10. textu. 8. Corradum Brunum lib. 1. de hereti. c. 3. & iterum cap. 13. cum seq. idem quibusdam

20 Hi sunt præterea qui oderunt ieiunia, & abstinentiã & virginitatem: qui terrena sapiunt: quorum Deus venter est: quorũ finis interior, & gloria in confusione ipsorũ. Hi quoque sunt, de quibus apostolorum princeps loquens inquit: in conuiujs suis luxuriantes, pellicietes animas instabiles, superba vanitatis loquentes, libertatem promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. Et quid aliud sunt istorum infana, & carnalia, & impia dogmata, quam Epicuri placita, & vinolentorum somnia? ad Philipp. 3. & 2. Petr. 2.

21 Hi autẽ hæretici sui similes magistros habuerunt: quorũ princeps fuit Lutherus: obscurus homo, temerarius, & scelestus, peridoneus satanæ minister. Ab hoc tãquam à radice pessima innumerabiles hæreses pullularunt. Is ruptis vinculis

Christianæ religionis, ab instituto diui Augustini resiliens, cui iam diu additus fuerat, post satanam retrò abiens, totam fere Germaniam varijs repleuit hæresibus. Is diabolico spiritu plenus, aliquandiu simulauit, se pium & continentem. Id certè moris est apud hæreticos, vt quæadmodum Chrysostomus ait, obubrent se ipsos, atque occultent in principijs, quousque maiorem fiduciam capiant, & quodam fauore multitudinis iuuentur: tunc enim contagiosa venena intrepidi effundunt. Sed non potuit impietas Lutheri latere diutius: suis namque sermonibus & scriptis pessimum hæresiarcham haud ita multò post cunctis se palam prodidit. Nec enim vt Nazanzenus & beatus Ambrosius aiunt, quicquam simulatũ durabile esse potest. Et quemadmodum Isidorus libro tertio de summo bono scriptum reliquit, omne syncerũ permanet: quæ verò simulata sunt, diuturna esse nõ possunt. Et ante illos Cicero libro secundo officiorum, vera inquit, virtus radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tãquam flosculi, decidunt: nec simulatum potest quicquam esse diuturnum. Et Seneca libro primo de clementia: nemo potest personam diu ferre fictã ficta cito in naturam suã recidunt: quibus veritas subest, quæque vt ita dicam, ex solido enascuntur, tempore ipso in maius meliusque procedunt. Nazan. oratione. 14. Amb.

2. offi.

2. offi. cap. 22. Isidoro. lib. 3. cap. 24. Chrysost. in cap. Mat. 13. homil. 47.

22 Hic est ille Lutherus, qui magna colloquia frequenter cum demone habuit, & familiariter cum illo conuersatus est: qui monachus atque sacerdos monachalem Deo dicatam incestis ac nefarijs nuptijs sibi publicè copulauit: similis pessimo illi Helio Gabalo, cuius meminit Herodianus libro quinto, dicens, vestalem sacerdotem, quam leges castam & virginem perpetuò voluit, abreptã è templo pro vxore habuit; ad senatum scribens, sacerdoti congruere sacerdotis nuptias: idque se fecisse ausus est dicere, vt ex ipso pontifice & ea sacerdote vestali liberi diui

23 Lutherus profugit ab institutis monachorũ diui Augustini: Occolampadius apud Birgitanos monachos religionem professus, non solum monachatus insignia proiecit, verum etiam sacerdotij iura viola-

uit, & Christianismi vota contempsit, vt Franciscus Titelmannus est author. Bucerus apostata est ab ordine sancti dominici. Alijque multi defecerunt ab institutis illis sanctissimis, Benedicti, Bernardi, Francisci, & ceterorũ. Vt proculdubio verissima sit beati Augustini sententia, qui ad clerum scribens inquit: ex quo Deo seruire cœpi, quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasterijs profecerunt: ita non sum expertus peiores, quam qui in monasterijs ceciderunt. Titelman. in præfatione commentariorum in ecclesiastem. Aug. epistola. 137. c. quantumlibet. 47. dist.

24 Traxerunt isti post se magnam Germaniæ partem, non quidem vitæ sanctitate, aut excellentia doctrinæ (nihil enim sanctum apud illos, nec quidquam sublime est) sed voluptate, quæ authore Platone, esca est malorũ omnium, qua quidem capiuntur homines, vt hamo pisces, quemadmodum Cicero in catone maiore scriptum reliquit. Hi prætextũ Christianæ libertatis, diabolicam feruitutem inducunt. Nec enim posse peccare libertas est, aut pars libertatis: nec redemptor noster docuit vnquam, vt Christiani viverent, vt cuique libitum esset: imò qui vult (inquit) ventre post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Infecit Mahumetes pari doctrina vniuersum penè orbem: ergo mirum videri nõ debet, si hæretici isti effrenata

nata

De hæreticis

nata libertate, vino, & venere, tam multos ceperint. Vt enim apud Xenophontem est, libro secundo de pedia Cyri, fit persepe, vt habeat plures, qui secum sentiant, improbi viri, quam probi. Improbitas enim proficiscens per subitas voluptates, harum persuasionebus vitur, quò multi secum sentiãt: at virtus ad arduũ agens, non est admodum præpotens, vt subito, inconsultoque ad se trahat. Et sicuti Clemens Alexandrinus libro quinto Stromatum ait: sapientiam & iustitiam, non ex veritate, sed ex ijs, quibus deletatur, maxima pars vulgimetitur. Accedit etiam quod sapiens in prouerbis inquit, suavis est homini panis mendacij. prouerb. 20.

25 Hi omnes, sicut & patres eorũ antiqui hæretici, contra præcepta sapientis, prudentiæ suæ innituntur, & sapientes esse volunt apud semetipsos: nec sacris cõcilijs, aut sanctissimis & sapientissimis viris acquiescentes, conuersi sunt in vaniloquium: & vt est apud Hieremiã, visionem cordis sui loquuntur, nõ de ore domini. Gens absque consilio & sine prudentia: qui zelum amarum habent, & contentiones in cordibus: & gloriantur, & mendaces sunt aduersus veritatem. Non est ista sapientia, (sicuti Iacobus apostolus ait) de sursum descendens a patre luminũ, sed terrena, animalis, diabolica. Hi sunt quos apostolorum princeps venturos esse præ-

dixit: erunt in nobis magistri mēdaces, qui introducent sectas perditionis: & multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: quibus iudicium iam olim nõ cessat, & perditio eorũ non dormitat. prouerb. 3. & .1. Timo. 1. Hierem. 23. Deut. 32. Iacobi. 3. 2. Pet. 2.

26 Superbi sunt isti hæretici, & præ se alios non ducunt homines: & nisi quod ipsi docent, & credunt, nil rectum putant. Ceterum (vt ecclesiasticus ait) sapientia lōgē abest à superbia: quæ authore Augustino mater est hæreticorum omnium: quibus inflatis sensu carnis suæ, cū Hieremia rectè dicere possumus: arrogantia vestra, & superbia cordis vestri decepit vos. Percepistis à deo acumen sensus & ingenij, vt bona nature in Dei cultũ verteretis, & fecistis vobis ex his idola. Nõ animaduertunt perditii homines, quàm sit fragilis ac debilis intellectus humanus, & quàm pronus & facilis ad errores. Sicut se habet ocul⁹ noctuæ ad lumen solis, sic & intellectus noster ad notissima nature, vt verè Aristoteles ait lib. 2. metaphysicæ: quãtò aut imbecillior erit ad sup naturalia, & arcana diuina? Vñ beatus Ambrosius de noctua loquens, eleganter (inquit) animal istud hereticorũ figura est, qui tenebras amplectitur diaboli, lucē saluatoris horrescunt: & gradibus disputationũ oculis cernunt vana, nõ respiciunt sempiterna: sunt enim acuti ad superstiosa, hebetes ad diuina: q̄ dũ se putant

Titulus

XXXI.

144

tant subtilibus euolare sermonib⁹, tanquam noctuæ veri luminis splendore turbantur. Ecclesiasti. 15. Augusti. contra epistolam fundamenti. cap. 6. ad Colossen. 2. Hierem. 49. Hierony. in Oseam cap. 10. Ambr. sermone. 43. Chrysosto. in epistol. 2. ad Timo. homilia. 2. confessio Polonica, cap. 92. prope finem.

27 Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitationem: & difficile estimamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cum labore: quæ in cælis sunt autem quis inuestigabit? Nõ sumus sufficientes aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: in captiuitatē redigere debemus omnem intellectum in obsequium Christi, & ecclesiæ catholicæ: nec plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: nec altum sapere, sed timere, atque humilibus cõsentire. Nam quemadmodum Euripides in Andromache inquit: nimis sapere non est sapientia, & non secundum mortalem sapere naturam. Sapientia quidem hæreticorũ, stultitia est apud Deũ: & lumen quod habere se putant, proculdubio tenebræ sunt. Non ergo in hæreticorum adinventionibus, nec in acumine ingeniorum nostrorum confidendum est: sed ecclesiæ catholicæ traditionibus, & sanctorum patrum doctrinis adherere debemus. Quod si fecerimus,

nunquam aberrabimus. Sapientię 9. & 2. ad Corin. 3. & 10. ad Roma. 12. Iustinus philosophus & martyr in expositione fidei. Raynoldus polus ad Henricum. 8. regem Angliæ lib. 4.

28 Præterea, hæretici nouitatis dulcedine plebem decipere solent: est enim vt quidam inquit.

Plebs leuis, & rerum semper studiosa nouarum.

Et Ammianus libro vigesimo sexto ait: insitam esse plerisque vulgarium nouitatis repentinam iocunditatem. Et Ouidius cecinit.

Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum.

Sed ne nouitatibus hæreticorũ capiamur, scripsit Paul⁹ Timotheo prioris epistolæ capite sexto: O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas vocũ nouitates. Quæ verba enarrans Vincentius ille Lirinensis libro aduersus hæreses, inquit: quis est hodie Timotheus nisi vel vniuersa ecclesia, vel specialiter totum corpus præpositum, qui integram diuini cultus sciẽtiam, vel habere ipsi debent, vel alijs infundere? Depositũ custodi: id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum: quod accepisti, non quod excogitasti: rem non ingenij, sed doctrinæ: non vsurpationis private, sed publicæ traditionis: rem ad te perductam, nõ à te prolatam: in qua non author debes esse, sed custos: non institutor, sed seclator: nõ ducens, sed sequens. Depositum, inquit,

De hæreticis.

inquit, custodi: catholicæ fidei talentum inuiolatum illibatumque cōserua: quod tibi creditum est, hoc penes te maneat: hoc à te tradatur. Nolo mihi pro alijs alia subijcias, sed eadem quæ didicisti ita doce, vt cum dicas nouè, non dicas noua.

29 Et paulò procul idè Vincentius ait: O Timothæe, depositum custodi, deuotans profanas uocum nouitates. Deuota, inquit, quasi viperâ, quasi scorpionem, quasi basiliscum: ne te non solum tactu, sed etiam visu afflatuque percutiant. Quid est profanas? quæ nihil habent sacri, nihil religiosi: ab ecclesiæ penetralibus, quæ est templum Dei, penitus extraneas. Profanas, inquit, uocum nouitates. Vocum, id est, dogmatum, rerum, sententiarum nouitates: quæ sunt vetustati, quæ antiquitati contrariæ: quæ si recipiatur, necesse est, vt fides beatorum patrum aut tota, aut certe magna ex parte violetur: necesse est, vt omnes omnium ætatum fideles, omnes sancti, omnes casti, continentis, uirgines, omnes clerici, Leuitæ & sacerdotes, tanta confessorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta urbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot insule, prouinciæ, reges, gentes, regna, nationes, totus postremò iam penè terrarum orbis per catholicam fidem Christo capiti incorporatus, tanto seculorum tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescisse quid crederet, pronuntietur. Profanas, inquit, uocum nouitates deuota: quas

recipere atque sectari nunquam catholicorum, semper uerò hereticorum fuit. Hæc ille, & alia in eadem sententiam plurima.

30 Petrus quoque apostolorum princeps, apud Clemetem libro octauo recognitionum, inquit: nec aliquid proprium, & quod uobis non est traditum, proloquamini, etiã si uobis uerisimile uideatur: hinc enim sæpe contingit, declinare quosdam à ueritate, dum speciem sibi uerioris & validioris ueritatis proprijs cogitationibus reperisse se credunt. Et Paulus apostolus epistolæ ad Hebræos capite ultimo, nolite abduci doctrinis varijs & peregrinis, id est, nouis & singularibus. Et Augustinus libro decimo de ciuitate Dei cap. 23. neque nouis uocibus de religione loqui permittit, ne uerborum licentia, etiam de rebus, quæ his significantur, impiã gignat opinionem. Et idem diuus libro de ratione animæ, opinionem quãdam nouam non alia ratione refellit, nisi quia ipsa sola nouitate displicebat. Et in sexta synodo generali actione duodecima dixerunt patres: omnino necesse est, non solum secundum sensum sequi sanctorum patrum dogmata, sed & eisdem uocabulis uti cum illis, nihilque penitus inuari. Et nos quidem secundum sanctiones diuinorum eloquiorum oportet sapere, illa uidelicet refutantes, quæ quidem nouæ uoces noscuntur sanctis Dei ecclesijs scandalum generare.

Nec

Ticulus

XXXI.

145

31 Nec ferendi quidam, qui Ciceronianè, quàm Christianè loqui malunt, aliud nonnūquam significantes, quàm uoces ecclesiæ soleant. Quale est, quòd persuasionem, pro fide, abutuntur. Quis enim est, qui non planè perspiciat, longè aliud esse catholicam fidem, quam persuasionem? addo illud Socratis apud Platonem in theæteto: uti nominibus uerbisque communioribus, neque exactè curiosè disquire, sæpe numero generosi animi est: contrarium autè illiberalis. Et Plato ipse sapientissimus iuxta & eloquentissimus in libro ciuili inquit, si uerborum curiositatem uitabis, euades in senectute admodum sapientior. Prætereo Senecam, Hieronymum & alios. Seneca epistola. 116. Hierony. epistola ad Eustochium, de uirginitate seruanda. Gerfon epistola ad Bartolo. Carthusia. parte. 1. & tractatu de examinatione doctrinarum consideratione. 1. & parte. 4. lectione. 2. considera. 6.

32 Caterum silètio prætereundum non est, quod Spiridoni contigisse ferunt. Conuentus aliquando agebatur, in quo Tryphillius erat ledrensis episcopus, literarum artibus probe eruditus, & legibus discendis diu Beryti uersatus: hic episcoporum iussu populum docens, Spiridone præsentem, quum dictum quoddam referre deberet, quo Christus ad Paralyticum est usus, illud scilicet, tolle grabatum tuum & ambula: pro grabato, lectum dixit: quod

molestè ferens Spiridon: non tu quidem, inquit, præstantior es eo, qui grabatum dixit: qui igitur, malum, pudor iste est, uerbis illius cum decore non uelle uti? Atque his dictis, in conspectu omnium episcopali sede exurgens, factum & superciliu eorum, qui oratione affectata sese efferrent, contrahere est conatus: rectè enim id facere potuit, quauis apertus omnino & simplex esset: magna quippe dignitate gloriaque uenerandus, propter mirifica, quæ edebat opera, atque ætate prouectiore, syncerè & grauitèr episcopali munere gerendo clarus erat. Multis profectò Spiridonibus opus est hodie aduersus nouatores istos, qui linguarum peritia pollere se iactant. Nicephorus lib. 8. ca. 42. & historia tripartita lib. 1. cap. 10.

33 Quòd si in legibus ciuilibus, alijsque humanis actionibus, in quibus plerumque nihil refert, an hoc, siue illo modo fiat, suspecte sunt nouitates ac periculose: quod futurum putamus, in rebus fidei & religionis, in quibus salus christiana consistit? Etenim ut ait Chrysostomus nihil adeo animos perturbat, etiã si utilitas secutura expectetur, quàm innouare aliquid, & à consuetudine alienum facere, & maxime cum de cultu ac Dei gloria agitur. Et Iamblicus ille gentium quidè theologus, sed Lutheranis longè cordatior, in libro de mysterijs, inquit: quemadmodum ueritatem consecuti sunt primi, qui leges nobis de religionis sanctimonia tradiderunt, sic perseverare in eis debemus.

T Si

De hæreticis

Si quid enim aliud in sacris legibus ritibusq; Deo placet, firmitas ipsa maximè placet, & præcipuè congruit. Et post aliqua inquit: ea quæ multis seculis & operoso labore in sacris comprobata sunt, nefas est ex nonnullis repente incidentibus temerè iudicando mutare. Et Hipodamus pythagoreus libro de republica, de talibus loquens, inquit: nō mediocrem sed maximam infelicitatem hominum animis sophistarum dissertationes ingenerant, si quid ausi fuerint innouare præter commune iudicium in diuinis humanisque rebus: quò admissio neq; veritas maior, neq; vita iustior honestior ve futura sit, sed maiori potius caligine atq; perturbatione inuoluenda. Quemadmodū Stobæus retulit sermone de re publica. & Pausanias in arcadicis: nimirū de rebus diuinis nō aliter omnia, atq; à maioribus accepimus exponenda sunt. Chrysosto. in episto. 1. ad Corinth. homilia. 7.

34 Plato ille diuinus in libris legum & alibi sepe, cui Aristoteles in politicis & cæteri sapientes subscribunt, nihil perniciosius esse censet, quam temerè ab antiquis legibus, moribus, & consuetudinibus recedere, peregrinas nouasque res introducere atque moliri. Hinc lex illa Zalauci, quā Demosthenes oratione contra Timocratem laudat, apud Locros recepta fuit, cuius hæc sunt verba: si quis voluerit leges sancitas mouere, aut nouam statuere, is col-

lo in laqueum immisso de lege verba faciat: quòd si per suffragia videatur, legem veterem esse tollendam, aut eam quæ noua infertur, bonam esse, in demnis maneat: contra, si prior lex melius habere videatur, aut quæ noua proponitur iniusta sit, is qui mouet infertur legem, laqueo attracto moriatur. Retulit Stobæus sermone, de legibus.

35 Ceterum, vt ad id quod institui reuertar, quis non videt, nouitatibus hæreticorum omnia perturbari? Leuiore quidē sunt Lutherani, quàm græci illi, de quibus loquens Iamblicus in suis mysterijs inquit: par est, in Deorum cultu ritus veteres, tanquam sacros & optimos, semper custodire, eosque intactos & inuiolatos seruare, nequid omnino addatur, aut etiam adimatur: hinc enim factum est, vt numina ipsa & vota, comminuta ac debilitata appareant: quod ex ipsa quidē præuaricatione, ac nouandæ religionis studio permulta immutata sint, & in dies magis immutentur. Nam & græci ipsi suo pte ingenio rerum nouarum studiosi, in quamlibet partem facillè ad quæq; momenta vertuntur: vt qui leues sint, & instar nauis, in qua nihil fabuli infederit, nihil omnino seruat, quod à maioribus acceperint: sed immutantes subinde omnia, vetera eiiciunt: & ex ingenita leuitate alia atque alia commutant, in re nulla constantes.

36 Ad eundem prorsus modum, tot

tot profanis nouitatibus Germaniam ferè totam infecerunt hæretici, vt scite admodum dixerit Gregorius ille Saxonie dux inclytus, nesciunt hodie Lutherani, quid anno sequenti credituri sunt: quippe qui pessimo nouitatis studio quæcunq; religiosè ac pie à maioribus nostris in Dei atque ecclesie gloriam sunt instituta, turbant atque impio scelere evertunt; & diuina omnia contaminare conantur. Miseri homines & miserabiles, quibus (vt Augustinus ait) cognita vilescunt, & nouitatibus gaudent. Sic etiam olim impius Eudoxius & Acacius Græcorum ecclesiam ad absurdas opiniones distraxerunt. Et res nouæ tum laudabantur, paulatimque incrementa sua capiebant, atque ad mutationem insolitam spectabant, & vt inquit Nicephorus, eodem demum præfactæ temeritatis peruenerunt, vt homines veteres & patrias leges contemnerent, & nouas sibi pro se quisque conderet: ac noua identidem dogmata comminiscerentur, neque se ab alijs super alias nouis rebus inueniendis continere poterant. Augustin. lib. de vera religione cap. 53. Nicephorus lib. 9. ecclesiasticæ historiæ cap. 46. & Nazanzenus oratione. 12.

37 Scio equidem iucundas esse nouitates, & mutationem esse dulcissimam, sed vt Aristoteles ait, ob quandam prauitatem: homo enim prauus facillè mutabilis est:

& mobilis & varia est fermè natura malorum. Quod Augustinus differens libro de spiritu & anima cap. 59. inquit, mens cæca & vaga, qualitate earum rerum, quas respicit variatur: eique iure non sufficit: quidquid Deus non est: hinc est, quòd huc illuc dispergitur, & per infinita distrahitur, quærens requiem vbi non est. Sed quia vnum Deum, quem sufficienter habere poterat, dereliquit, nunc per multa ducitur: vt quia qualitate rerum satiari non potest, saltem varietate fatietur. Sic hæretici sydera errantia, quia in ecclesia catholica quiescere nolunt, huc illuc nouis erroribus & omnivento doctrinæ circumferuntur. Nam vt apud Esaiam est, cap. 57. impij quasi mare fetuens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Sed concludamus tandem cum Sophronio illo episcopo: si per singulos dies nouam edere fidem licuerit, veritatis integritas non manebit. 7. ethico. cap. vltim. Socrates lib. 5. histo. Triparti. cap. 34. Nicephorus lib. 9. cap. 43. Sepulveda epistola. 31.

38 Vt autem hæreticos istos, vel nouo nomine cognoscere valeamus, non Christianorum titulum seruant, sed suorum præceptorum, aut errorum nomina volentes, haud inuiti retinent. Præmonuit nos huius rei diuus Hieronymus aduersus

Luciferianos, dicēs: sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non à domino Iesu Christo, sed à quoquam alio nuncupari, vt puta, Marcionitas, Valentinianos, Montenses: scito non ecclesiam Christi, sed anti-christi esse synagogam. Beatus quoque Augustinus libro de vera religione, animaduertendum esse ait, quod hæretici, qui errores suos animosius defendere, quam cau-tius corrigere maluerunt, exclusi à catholica cōmunionē, propria vocabula, propriosque cōuentus, non in sermone tantum, sed etiam in superstitione meruerūt: vt Photiniani, Arriani, multiq; præterea, lutherani, videlicet, sacramentarij, & Anabaptistę. Augusti. de vera religione cap. 5. l. damnato. C. de hereti. & ante illos Lactantius lib. 4. diuina institut. cap. vltimo.

39 Nec moueat quempiam, si forte viderit hæreticum aliquem, speciem pietatis præ se ferentem: etenim inter tot millia hæreticorum: cōsentaneum est, esse aliquos, qui prima fronte boni viri esse videantur, cum tamē nihil minus sint: nam vel hoc tantum q; hæretici sunt, præui homines sunt. Quid enim boni esse potest homini amissa catholica fide? Omnes animę, vt inquit Cassiodorus libro de anima, sine recta fide terribilissimę sunt. Nihil enim cuiquam prodest vitasse noxias cupiditates, enervatam nõ amasse luxuriam, deceptricę fugisse fallaciã, alienū se à terrenis vitijs effecisse, si nõ

permanet in Christi ecclesia, & fidei catholice nõ tenet vnitatē. Necesse est labor et incassum, qui ab ecclesia separatur, & remuneratorem bonorum omnium sibi reddit offensum. Quid, quod (vt Paulus nobis prædixit) hi sunt operarij subdoli transfigurates se ipsos in apostolos Christi? Et sicuti Leo magnus inquit, humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. Nec vlla perniciēs vitę maior inueniri potest, (vt est apud Ciceronē) quam in malitia simulatio intelligentię. Ac totius iniustitię nulla capitalior est, q; illorū, qui tū cū maxime fallūt, id agunt, vt viri boni esse videantur. Malus enim vbi bonum se simulat, tūc est pessimus. Nec mirum alicui videri debet, si qd boni dixerint, fecerint, vel scripserint impij, nā sicut Hieronymus ait, nemo est nā sicarius, nā parricida, nā veneficus, qui nõ aliquid boni aliquādo fecerit. i. Cor. ii. Leo sermone. 5. de ieiunio decimi mēsis. Cicero lib. i. & lib. 3. offi. Hierony. in epistola ad Titum. cap. i. c. si quis à catholica 23. quęst. 4.

40 Quinimo tantò magis vitandi sunt hæretici, qui boni viri esse videntur, quantò plusquam alij nocere possunt. Vnde Origenes homilia septima in Ezechielem inquit: iuxta mei animi sensum multo nocentior est hæreticus bonę vitę, & plus in doctrina sua habet authoritatis eo, qui vitam conuersatione maculat. Qui enim vitę,

vitę pessimę est, nõ facile homines ad falsum dogma sollicitat: nec potest per vmbra sanctitatis audientium decipere simplicitatē: qui vero sermone peruersus est, & disciplinis salutis contrarius, mores aut cōpositos & ornatos habet, nil facit aliud, nisi accipit indumēta varia instituti boni, & cōuersationis getę, & circūdat ea in dolis suis, vt magis decipiat audientes. Idcirco sollicitè caueamus hæreticos, qui bonę conuersationis sunt, quorū forte vitam, nõn tã Deus, quam diabolus instruxit. Nā quomodo quasdam illecebras escarum aucupes proponūt, vt facilius aues capiat per oblectamēta gulę: sic (vt audaci⁹ dicā) est quædam castitas diaboli, id est, decipula humanę animę, vt per istiusmodi castitatē & mansuetudinē & iustitiã, possit facilius capere, & falsis sermonibus irretire. Decipimur specie recti (vt Horati⁹ ait,)

Quia mala sunt vicina bonis, errore sub illo

Pro vitio virtus crimina sepe tulit

Fallit enim vitium specie virtutis & vmbra.

Sepe vitia se ingerūt, & se virtutes esse mentiūtur. Quidã superbiam libertatis loco ducūt: adulationem pro humilitate suscipiunt: malitiã prudentiã vice amplectūtur: & iustitiã simplicitatis nomen imponunt: & fallaci ac pessima similitudine decepti vitijs pro virtutibus gloriantur. Hierony. ad Demetriadē. c. sepe. 41. distin. adde Ciceronē

in partitionibus. Senecã episto. 121. Si quis malum in pretextu boni facit, duplici pœna dignus est, sicuti Basilus rectè censuit: propterea quod, & non bonum operatur, & vitur ad perficiendum peccatum ipso bono, cooperatore & auxiliario. Et vt Plato dialogo secundo de re publica inquit, extrema iniustitia est, iustum videri eum, qui non sit iustus. Accedit illud ecclesiastici qui dissimulauerit, delinquit dupliciter. & Hieronym⁹ epistola ad Lactantia: venena nõ datur, nisi melle circumlita: & vitia nõ decipiūt, nisi sub specie, vmbraq; virtutū. Et in epistola ad Celantiã, multò deformior illa est superbia, quę sub quibusdã humilitatis signis latet: nescio enim quomodo turpiora sunt vitia, quã virtutū specie celantur. Et Theophylactus, maiori cōdēnatione, inquit, dign⁹ est, qui pretextu boni in malū allicit. Oim rerū, authore Cicero ne, simulatio est vitiosa: tollit em iudiciū veri, idq; adulterat. Postremo, Bernardus in cãtica, de hæreticis, hæc eleganter scripta reliquit: omnibus vna intentio hæreticis semper fuit, captare gloriam de singularitate scientiã: quod vt cōmodè faciant, non sufficit, hæreticos esse, nisi & hypocrite sint, vt sit supramodum peccans peccatum. Hi sunt qui veniunt in vestimentis ouium, ad nudandas oues ad spoliandos arietes: intus autem sunt lupi rapaces. Hi sunt oues habitu, vulpes astu, actu & crudelitate lu-

ipi. Mali sunt, & videri boni volūt, ne soli sint mali. Mali videri timēt, ne parum sint mali. Etenim minus semper malitia palam nocuit: nec vnquam bonus, nisi boni simulatione deceptus fuit. Nec enim est apud eos virtutes colere, sed vitia colorare, quasi quodam virtutum mimio. Demum simulata æquitas, duplex iniquitas est. Basilius epistola. 76. ecclesiasti. 23. Theophyl. in Matthæum cap. 23. Cicero in Laelio. Bernar. super cãtica sermo. 66.

42 Obijciunt frequenter hæretici abusus & vitia catholicorū. Sed primum, quod attinet ad abusus, nos eos non approbamus. Deinde vt sunt impij omnes mendaces, pluri ma ipsi confingunt, quæ catholici, nec commiserunt vnquã, ne somniantur quidem. Postremò, quid est tam sanctū, quo improbitas quorundam abuti non queat: & sicut Isocrates in symmachico inquit, non conuenit hominum improbitatem in res transferre: sed illi ipsi culpandi sunt, qui bonis rebus male vtuntur.

Nil prodest, quod non ledere possit idem.

Ignem quid vilius? si quis tamen vrere recta.

Cõparat, audaces instruit igne manõ. Eripit interdum, modò dat medicina salutem.

Queque iuuat monstrat, queque sit herba nocens.

Et latro & cautus præcingitur ense viator:

Ille sed insidias, hic sibi portat opem. Discitur innocuas vt agat facundia causas,

Protegit hæc fontes, immeritosque premit.

43 Quod verò de vitijs aiunt, plerūq; magnū est impudensq; medicum. Ad hæc, vitia erunt donec homines: vt scribit Cornelius tacitus. Et Plato in theeteto: impossibile est inquit, mala penitus extirpari: nam bono oppositum aliquid esse semper, necesse est. Atque ea quidē vetus querela est: hoc maiores nostri questi sunt: hoc nos querimus: hoc posterij nostri querētur: euersos esse mores: regnare nequitia: in deteriores humanas & in omne nefas labi: vt ciuis meus Seneca quadam in epistola scripsit. Et Lutherus ipse conqueritur, sua doctrina egregia discipulos ei factos esse Sodomitis decies deteriores. Adde q; hæretici isti bona opera flocci nō faciūt: cur ergo à catholicis omnibus ea tam seuerè exigunt?

44 Diuus quidē Hieronymus in epistola quæ est ad Pãmachiū & Marcellã, de talibus hæreticis loquēs, dicit: quid maledicorum pãnos hinc inde cõsultis, & eorū carpitis vitã, quorū fidei resistere non valetis? nū idcirco nō estis vos hæretici, si nos quidã assertionem vestra crediderint peccatores? & os impietate scõdum non habebitis, si cicatricē potueritis in nostra aure monstrare? Quid iuuat vestrã perfidiam, vel prodest pellis æthiopica & pardi varietas, si in nostro

in nostro corpore neuis apparuerit? Et beatus Augustinus alia in epistola ad clerum: hæretici non habendo quod in causa suæ diuisionis defendant, non nisi hominum crimina colligere affectat, & ea ipsa plura falsissimè iactant: vt quia ipsam diuinę scripture veritatē, qua vbiq; diffusa Christi ecclesia commendatur, criminari & obscurare nō possunt, homines per quos prædicatur adducant in odium: de quibus & fingere quidquid in mētem venerit, possunt.

45 Idem diuus contra Donatistas inquit: si quis à catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vitare existimet: hoc solo scelere, quod à Christianitate se iunctus est, non habebit vitam: sed Dei ira manet super eum. Quisquis autem in hac sancta ecclesia bene vixerit, nihil ei præiudicant aliena peccata: quia in ea vnusquisq; proprium onus portabit, sicut ait apostolus. Et vt quidam rectè scribit, si demon homines in impietatem deduxerit, non est de reliquis sceleribus admodum sollicitus: quoniam hoc erroris iacto fundamento quidquid proborum morum virtutumque superstruxeris, nihil prorsus ad beatitudinem confert. Itaque finit hæreticos bonis nature vtique, eosque adiuuat sepe numero: vt specie probitatis offendantur modicę fidei homines, & iniiciatur eorum animis scrupulus de fide catholica: & hæretici in erroribus suis

confirmantur. Nos tamen floccifacimus virtutes istorum simulatas atque fallaces: & cum diuo Hieronymo dicimus, signum esse maioris glorię, si quæ hæretici detestantur. Huius temporis hæretici carnis operibus dediti captiuas mulierculas trahunt, quemadmodum parentes eorum fecisse memorantur. Simon magus heresim condidit, Helenę meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit femineos. Marciõ Romam præmisit mulierem, quæ decipiendo sibi animos prepararet. Appelles Philomenam suarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi spiritus prædicator, multas ecclesias per Priscam & Maximillam, nobiles & opulentas feminas, primū auro corrupit, deinde heresi polluit. Arrius vt orbem deciperet, sororem principis ante decepit. Donatus per Africam vt infelices quosque scõtentibus pollueret aquis, Lucillæ opibus adiutus est. In Hispania Aegape Elpidiū, mulier virum, cecū caca duxit in foueam: successoremq; sui Priscillianum habuit, Zoroastris magi studiosissimū, & ex mago episcopus: cui iuncta Galla, nō gēte, sed nomine, germanam huc illucque currentem alterius, & vicinę hereseos reliquit heredem. Et nunc quoque mysteriū iniquitatis operatur, & duplex sexus vtrūq; supplantat. hæc diuus ille Hierony. aduersus Pelagianos

De hæreticis

scripta reliquit: & ea ipsa apud Lutheranos quotidie euenire videm⁹.

47 Hi prauis homines & seductores intra quadraginta annos pro sua libidine innumerabiles perditionis sectas introduxerunt. Nam vt Prudentius ait.

Quid nõ libido mētis humane struat?

Quid nõ malorum pruriat?

Statim laceſſunt catholica eccleſia

Calumnioſis libris:

Fidem minutis diſſecant ambagibus,

Vt quiſque lingua eſt nequior.

Quid referam eorum impia ſimul & petulantia & planè infana dogmata?

*Plurima ſunt, ſed pauca loquar: ne di-
ra relatu*

*Dogmata catholicam maculent ma-
le prodita linguam.*

Ea aut̄ retuliſſe, cõfutaſſe eſt. Aiunt iſti hæreticorũ, qui vnq̄ fuerũt, peſſimi, in prioribus ſeculis neq; Chriſtũ neq; euāgelium, neq; baptiſma, neq; fidẽ, neq; op̄era bona fuiſſe cognita. Aiunt, vbi fides eſt, ibi nullũ peccatum. Aiũt, eos qui bonis operibus cooperti ſunt, vix poſſe celũ penetrare. Aiunt, nihil prodeſſe bona opera, nec Deũ reſpicere opera. Aiunt, nullum peccatum poſſe dānare hominẽ, præter incredulitatẽ. Aiunt, licere Chriſtiano plures ſimul vxores habere. Quid plura? vix quippiam reliquum fecerunt futuris apoſtatis & hæreticis.

48 Ad ſummã fructus Lutheranorũ, & ſacramentariorũ ſunt, ſacramentorum ferè omniũ abrogatio:

ieiuniorũ & orationum neglectio: votorum tranſgreſſio: omnis pudicitie & caſtitaſis profligatio: deſtructio ac deaſtatio templorũ, & monaſteriorum: expugnatione & eiectio ſanctarum imaginũ: rerum omniũ ſacrarum profanatio: deniq; nihil reliqui fecerunt ijs, qui ſtudioſi erunt improbitatis, & impietatis. Dicit in euāgelio ſecundũ Mattheum Chriſtus, intrate per anguſtam portam. Et mox: quã anguſta porta, & arcta via eſt, quẽ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam. Iſti verò ſecundũ Lutherum effrenata libertate; inueniunt latam portam, & ſpatioſam viam, nempe illam, quẽ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Nõ igitur miramur, (vt apud Ambroſium eſt) ſi luporũ rabiẽm grex domini perhorreſcat, in quibus Chriſti vocẽ non recognouit. Agreſtis enim vlulatus eſt, nullã virginitaſis gratiam, nullum caſtitaſis ordinem ſeruare, promiſcuè omnia velle confundere, diuerſorum gradus abrogare meritorũ. Quid tandem aptius in iſtos dicere poſſum⁹, quã quòd propheta regius iam olim cecinit, narrauerunt mihi iniqui fabulationes ſed nõ vt lex tua. Vbi ſiue fabulationes cum Hieronymo, Ambroſio, & vulgata editione legas: ſiue, delectationes cum Auguſtino: ſiue cũ Euthymio, garrulitates: non aptius cuiquam alij, quã iſtis hæreticis quadrat. Sunt enim dogmata & narraſiões illorũ

nihil

Titulus.

XXX.

149.

nihil aliud, quã fabulationes, & delectationes & garrulitates: ſed non vt lex Dei, non vt euāgelium Chriſti. Mat. 7. Ambro: episto. 8. pſal. 118. & inibi Hierony. Ambro: Auguſti. Euthymias & cæteri.

49 Oportet autẽ hæreſes eſſe, quẽ admodũ Apoſtoloſ ait, vt qui probati ſunt, maniſeſti ſiant. Sed eſſi ſurrexerit in medio noſtri propheta, aut qui ſomnium ſe viſiſſe dicat, & prædixerit ſignũ atque portentum, & euenierit quòd locutus eſt, & dixerit nobis, eamus & ſequamur deos alienos: lege diuina prohibemur audire verba propheta, aut ſomnatoris iſtius: quia tentat nos Dominus Deus noſter, vt palam fiat, vtrum diligamus eum, an non, in toto corde noſtro, & in tota anima noſtra. Ob has igitur cauſas Deus omnipotens hæreſes eſſe permittit. Quod & Cyprian⁹ tractatu de ſimplicitate prælatorũ eleganter tradidit, dicens: hinc hæreſes & factæ ſunt frequenter, & fiunt, dum peruerſa mens non habet pacem, dum perfidia diſcordans non tenet vnitatẽ. Fieri verò hæc Dominus permittit & patitur, in mente propriæ libertatis arbitrio: vt dum corda & mentes noſtras veritatis diſcrimẽ examinat, probatorum fides integra, maniſeſta luce clareſcat. Et poſt paulum: ſic probantur fideles, ſic perfidi deteguntur, ſic & ante iudicij diem hic quoque iam iuſtorũ atque iniuſtorum anime diuiduntur, & à fru-

mento paleæ ſeparantur. Quod & Tertullianus ante illum docuit, in exordio libri de præſcriptionibus aduerſus hæreticos. 1. Cor. 11. Deut. 13. Vincentius Lirinensis lib. aduerſus hæreticos.

50 Accedit Auguſtinus, in Enchiridio dicens, malum eminentius commendat bona, dum comparantur malis: nec enim Deus omnipotẽs, cum ſummè bonus ſit, vilo modo ſineret, mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi vſque ad eũ eſſet omnipotens & bonus, vt beneficeret etiam de malo. Et ante illũ Clemens Alexandrinus libro primo ſtomatum, diuinæ ſapientie (inquit) & virtutis & potentie eſt officiũ, nõ ſolum bona facere, ſed illud quoque maximè, vt id quod per malos aliquos excogitatu eſt, ad bonum aliquẽ finem, & vtilem deducat, & vtiliter ijs, quæ videntur mala, vtatur. Adde etiam quod, ſicut Origenes in libro numerorum inquit, vtitur Deus nedum bonis ad opus bonum, ſed malis etiam: illi cogitant malum, ſed Deus vertit in bonum. Hæc igitur utilitas ab hæreticis prouenit, quòd inter inimicos erudimur, & fides ac dilectio noſtra poſteſt eſſe probatior. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia, dum hæreticorum callida inquietudine exagitamur, vt aduerſus eos defendi poſſint, & conſiderantur diligentius, & intelliguntur clariùs, & instantius prædicantur: &

T 5 ab

De idololatria

ab aduersario mota quæstio discendi existit occasio. Accedit etiam, quod improbatio hæreticorum eminere facit, quid ecclesia censeat, quid habeat sana doctrina. Et ut Gregorius ait, sancta ecclesia subtilius in sua semper eruditione instruitur, dum hæreticorum quæstionibus impugnatur. Denique ne longius abeam, ecclesia catholica per totum orbem validè lateq; diffusa, (ut est apud Augustinum libro de vera religione) omnibus errantibus utitur ad profectus suos, & ad eorum correctionem, cum euigilare voluerint. Utitur enim gentibus ad materiam operationis suæ schismaticis ad documētum stabilitatis suæ: iudeis ad comparationem pulchri

tudinis suæ. Augustinus in Enchiridii. cap. 11. Origenes in lib. nume. homilia. 14. Gen. cap. vlti. Grego. epistola ad Anastasium. Augusti. lib. de vera religione cap. 6. & cap. 8. item epistola 50. & 141. & in psal. 67. & lib. 1. de Genesi cōtra manicheos cap. 1. c. vlti. 24. quæst. 3. Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 19. Vincentius Lirinensis lib. aduersus hæreses. Nicephorus lib. 14. ecclesiasticæ historiae. c. 48. Beda, Petrus Lombardus, & ceteri in priorem Pauli epistolam ad Corin. cap. 11. Alex. ales. parte. 1. quæst. 18. & q. 38. Torquemada lib. 4. de ecclesia parte. 2. cap. 5. Brunus lib. 2. de hæreti. c. vlti. Michael medina lib. 2. de recta in Deum fide cap. vlti.

De idololatria

- 1 Idololatriam quis primum docuerit.
- 2 Idololatria quid sit, & quid etiam idolum.
- 3 Hæreses nonnunquam idola appellantur.
- 4 Adorationis genus triplex est.
- 5 Latriæ cultus soli Deo debetur.
- 6 Idololatria maxima quæ sit.
- 7 Hæreticus ipso facto censetur, qui sacrificia idolis offert.
- 8 Idololatria ex orationibus cognosci potest, & quid oratio sit, & quot modis fiat.
- 9 Idololatra non est qui hostiam non consecratam, vel demones in angelos lucis transfiguratos, bona fide adorat.
- 10 Idololatræ lege diuina veteris testamenti mortis pœna afficiebantur.
- 11 Idololatræ quomodo puniantur.
- 12 Idololatræ acriter in sacris literis & sanctorum doctoribus reprehenduntur.

Titulus XXXII.



Idolum humani generis sempiternus hostis iustissimo Dei iudicio precipitatus esset cum angelis suis è cælo in tenebras inferiores, neque in vltimum seculi diem cessabit vnquam, pestiferis artibus, dolis & fraudibus, cunctis hominibus insidiari, eos perpeuo instigans in fraterna odia, homicidia, adulteria aliaque multa execranda flagitia: sed prima ab initio cura illi fuit, ut homines in idololatriam induceret,

Titulus

XXXII.

150

ut miseris multorum animas à vero Dei cultu, quo solo mundantur & sanantur, auerteret. Sunt quippe de præteritis, ut Augustinus ait spiritus nocendi cupidissimi, à iustitia penitus alieni, superbiatimidi, inuidia. liuidi, fallacia, callidi: qui cultum Dei ad se ipsos enixè transferre student: quibus artibus iam olim vniuersum ferè orbem impietate atque idololatriâ repleuerunt: vsque ad sapientes alioqui viros exceçantes, ut quamuis Deum cognouissent, non tamè sicuti Deum glorificarent: sed mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinè imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum & serpentum, commutantes veritatem Dei in mendacium, & colentes creaturam potius quàm creatorem. Sed cū hodie sint pauci, qui in idololatriam incidant, breuiter de ea differemus. Ad Roma. cap. 1. August. lib. 8. de ciuitate Dei. c. 22. ca. neque mirum. 26. q. 5.

Est autè idololatria, cultus Deo debitus, creaturæ exhibitus. Vel est, honor diuinus exhibitus creaturæ representatæ per aliquam sensibile formam seu figuram, quæ dicitur idolum. Generaliº verò idolum hominis est, quicquid plusquam Deum colit aut diligit: Origene dicente, vnusquisque quod præ ceteris colit, quod super omnia miratur & diligit, hoc ei Deus est. Cui confine est, quod Cyprianus inquit. lib. de duplici martyrio. Quicquid homo

quiuus Deo anteponit, sibi Deum facit. Neque tantum committitur idololatria, quum simulacra coluntur, sed etiam cum creaturæ, loco creatoris diuino cultu honoratur. Hoc autem peccatum in exodo manifestum esse dicitur: quia sicut in terrena republica, grauissimum est, regium honorem alteri, quam vero regi impendere: sic maximum erimen esse videtur, si quispiam diuinum honorem exhibeat creaturæ: quia quantum in se est aliud Deum facit, & minuit principatum veri Dei, & exequat creaturam creatori. Origene in lib. iudi. homil. 2. glo. li. r. Reg. c. 15. Exo. 32. Tertulli. lib. de idololatriâ. Alex. ales. 2. p. q. 178. Thom. 2. secundæ quæstione. 93.

Nonnunquam hæreses appellantur idola. Hierony. explicans illud Zachariæ: Disperdam nomina idolorum de terra, inquit: sicut idola sunt manu artificis, ita hæreticorum peruersa doctrina, quodcunque simulauerit, vertit in idolum, & facit pro Christo adorari Antichristum. Et Augustinus: Est alius deterior & inferior cultus simulachrorum, quo phantasmata sua colunt, & quicquid animo errante, cum superbia & tumore cogitando imaginati fuerint, religionis nomine obseruant. Et Vincentius Lirinensis aliena ab ecclesia dogmata, veteris testamentum, Deos alienos appellare, scribit.

Triplex est genus adorationis: Latriæ, Dulic, & Hyperdulic. Latriæ

tria est, cultus Deo debitus. Vel summæ venerationis cultus soli Deo exhibendus. Vel est, voluntaria professio diuinæ maiestatis. Dulia est honor vel cultus qui exhibetur creaturæ ratione alicuius bonitatis, sanctitatis, vel virtutis: & hæc exhibetur sanctis. Hyperdulia est, adoratio dignior dulia: quæ quidem exhibetur creaturæ, ratione excellentiæ singularis, communicatæ à Deo: & hac veneramur sacratissimam virginem veri Dei matrem: cui non qualiscunque dulia debetur, sed illa, quæ per dulationem, quasi ad latriam accedit. Tho. Duran. & cæteri in lib. 3. sententiarum distinct. 9. glossa. & interpretes in. cap. Venerabiles. de consecra. distinct. 4. & in Clem. 1. de religi. & vener. sanctis. Confessio. Polonica. de spe & oratione. cap. 58.

Soli Deo debetur cultus latriæ, non solum interior: ut enim Augustinus ait, exteriora sacrificia signa sunt interiorum, sicut verba signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes atque laudantes, ad Deum dirigimus significantes voces, cui tamen res ipsas in corde, quas significamus, offerimus: ita sacrificantes, non aliter visibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quam ei, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Soli igitur Deo debetur spirituale sacrificium, sicuti creatori nostro, & summo bono, & ultimo fini, in quo beatitudo animæ nostræ consumma-

ta consistit: eius contemplatione beati sunt angeli, eadem & nos beatos esse futuros credimus & speramus. Illa namque visio Dei, tantæ pulchritudinis visio est, & tanto amore dignissima, ut sine hac, quibuslibet alijs bonis præditum atque abundantem non dubitet Plotinus infelicissimum dicere. Augusti. lib. 10. de ciuitate Dei. c. 12. & c. 16. Tho. 2. 2. quæst. 85.

Tanto stupidior ac deterior est idololatria, quâto vilioribus ac deterioribus creaturis diuinus honor exhibetur. Nam peccatum fit grauius ex vilitate rei, in quam diuinus honor transfertur: quia id magis contra rationis & naturæ ordinem est: & eo maior contumelia Deo infertur, quò vilior est creatura, quæ præponitur, aut exequatur ei. Cæterum idololatria illa omnibus alijs detestabilior est, quæ cultus Deo debitus dæmonibus tribuitur. Quod tribus potissimè rationibus comprobatur. Prima: quia dæmones sunt inferiores brutis directione propriæ malitiæ, ac miseria culpæ & poenæ: altera, quia sunt hostes & inimici Dei: tertia, quia periculosior est hominibus talis idololatria. Magis itaque Deo displicet, qui honorem ei debitum tribuit inimicis Dei pessimis: & qui se ipsum in maius periculum iniicit. Sunt enim dæmones ad decipiendum vigilantissimi, neque est vllum malorum genus, quò non delectentur, & deorum induti perso-

nam

nam, in errorem atque stultitiam impulsisse nos gaudet. Magna Dei misericordia necessaria est, ne quisquam cum bonos angelos amicos se habere putat, habeat malos dæmones amicos fictos: eosque tanto nocentiores, quanto astutiores ac fallaciores patitur inimicos: magna enim miseria nostra, ignorantia tanta premitur, ut facile istorum simulatione fallatur. l. liberi. C. de in off. test. August. lib. 3. de ciuitate Dei. c. 7. & lib. 19. cap. 9.

7 Qui sacrificia idolis offert, aut illis tribuit honorem diuinum, ipso facto censetur hereticus: quia in tantæ graui crimine præsumitur malus animus. Neque excusatur omnino qui metu coactus est: nisi fortè coactio fuerit præcisâ, ut alibi diximus. cap. 1. de præsum. cap. nunc autem. 21. distinct. & inibi. glo. Archid. Card. & cæteri. c. presbyteros. 50. distinct. Albert. in rub. de hæreti. lib. 6. quæst. 2. num. 41.

8 Per orationes & preces cognosci quoque poterit idololatria. Est enim oratio actus religionis propriè pertinens ad reuerentiam & honorem Deo exhibendum: per quâ homo Deo subijcitur, & profiteretur se eo indigere sicuti auctore suorum bonorum. Fit autem oratio dupliciter: vel petimus aliquid ab ipso Deo, quod solus nobis dare potest, ut gratiam & gloriam: ad quas consequendas ordinari ac dirigi debent omnes orationes nostræ: vel aliquos oramus, ut pro no-

bis intercedant: quod petere possumus à sanctis angelis & hominibus, ut eorum precibus & meritis orationes nostræ suum effectum habeant. Igitur qui hoc, aut illo modo, sunt estas preces offert idolis, dæmonibus, aut pseudoprophetis, hoc ipso vehementer suspectus ac penè conuictus esset. Proinde consiliosissime quodam instructionum capitulo præcipitur inquisitoribus, ut diligenter inquirent, de orationibus hereticorum: quia ex illis manifestè constabit de animo & intentione eorum, & confessiones eorum veras esse apparebit: neque facile reuocare illas poterunt. Nemo enim orationes memoriæ commendat, qui eas non putet sibi profuturas. Tho. 2. 2. quæst. 83. prima instructio. Hispa. cap. 4.

9 Si quis tamen hostiam non consecratam, vel dæmonem transfiguratum in angelum lucis, aut in effigiem cuiuspiam sancti, bona fide adoraret, præsertim si id faceret, insuperabili victus ignorantia, non solum idololatria non esset, verum etiam tantundem mereretur, quantum si angelo lucis, aut sancto viro dulci adorationem exhibuisset. glo. 2. Corin. 11. Theol. in. lib. 3. sententiarum distinct. 9. Alber. in rub. de hære. lib. 6. quæst. 2. num. 65.

10 Idololatry, lege diuina veteris testamenti, poena mortis coercerentur. Verba legis hæc sunt. Qui immolat dijs, occidetur, præter Domino soli. Ordo autem iudicij & genus

De idololatria

genus poenę traditur pleni⁹ in Deu-
teronomio his verbis. Cum reper-
ti fuerint apud te, intra vnam por-
tarum tuarum; quas Dominus Deus
tuus dabit tibi, vir aut mulier, qui
faciant malum in conspectu Dñi
Dei tui, & transgrediantur pa-
ctum illius, vt vadant & seruiant
dijs alienis & adorent eos, Solem
& Lunam, & omnem militiam cęli,
quę non præcepi, & hoc fuerit ti-
bi nunciatum, audiesque inquisieris
diligenter, & verum esse repereris,
& abominatio facta est in Israel,
educes virum ac mulierem, qui re-
sceleratissimam perperrunt ad
portas ciuitatis tuę, & lapidibus
obruentur. Exod. 22. Deuter. 17.

II Helias interfecit prophetas Ba-
al, & Iheu alios multos idolola-
tras. Moyfes itidem eos, qui vitulū
adorauerant. Et Afa propter idolo-
latrariam, matrem suam regno pri-
uauit: quemadmodum in Exod.
& Paralipo. & in Reg. libris pleni⁹
continetur. Iure quoque ciuili poe-
na mortis cum publicatione bo-
norum idololatrę puniuntur: sed
pōtificio iure inquisitores perinde
procedent aduersus christianū ho-
minem, qui in idololatriam inci-
derit, atque aduersus quemcūque
alium hæreticum, vel apostatam.
Aliud autem erit, si Iudeus vel Sa-
racenus idololatra factus fuerit: il-
lum enim inquisitores punire nō
noterunt: cum aduersus hæreticos
tantum iurisdictio eis madata sit:
& ita ego censeo, quicquid alij pu-

tēt. Exod. 32. li. 3. reg. c. 18. & lib. 4. c.
10. li. 2. Paralip. c. 15. & l. Ex senatus
consulto. de sicar. l. 1. & penul. C. de
paga. Alber. in rub. de heret. lib. 6.
q. 2. nu. si. c. gaudem⁹ de diuortijs.

12 Postremo, aduersus idololatrās
multa in sacris literis & sanctis do-
ctoribus passim scripta sunt. Ac
primū in lib. sapiētiae legitur: in-
fœlices sunt, & inter mortuos spes
illorū est, qui appellauerunt Deos
opera manuum hominum, aurū,
& argentum, artis inuentionem, &
similitudines animalium, aut lapi-
dem inutilem, opus manus anti-
quę & cetera. Et Propheta regius
inquit: Dij gentium dæmonia. Et
Hieremi. si facit homo deos, ipsi
autē nō sunt Dij. Et Paul. apost. sci-
mus quia nihil est idolum in mū-
do, & quod nullus est Deus nisi v-
nus. Et Baruch, & Petrus, & ceteri
alia plurima in eā rem tradiderūt.
Prætereo Cyprianū, Lactantiū, A-
thanasū, Cyrillum, Aug. & inges-
agmen. Sapi. c. 13. cum seq. Hiere.
20. & c. 16. & 1. Corin. 8. Baruch. vl-
ti. Clemens lib. 5. recogniti. & alter
Clemēs Alex. lib. adhortatorio ad
gētes. Cyprian. de idolorū vanit. &
lib. de exhorta. marty. Nazan ora-
tiōe in sãcta epiphaniarū lumina.
Chrysolto. lib. singulari cōtra Gē-
tiles Lactā. in priorib. libris diuina
isti. & ibidē Aug. de ciui. Dei. Tho.
cōtra Gētil. pleni⁹ & melius Cyril-
lus, decē libris cōtra Iulianū. Petr.
Crisit⁹. lib. 3. de honesta discipli-
na. cap. 14. & lib. 25. cap. 12. Iustinus
martyr

Titulus XXXIII.

152

martyr apolo. 2. pro christianis &
oratione parenetica ad Gentes Phi

lo libro de decalogo.

De imaginibus Titulus XXXIII.

- 1 Imaginum vsus nouus non est, neque ab
hominibus inuentus.
- 2 imaginum vsus iam erat Moysis tempore.
- 3 imaginum sanctarum vsus in euangeli-
ca lege vetustissimus est.
- 4 imago Seruatoris nostri ab ipso Nicode-
mo facta est. & statua ad eius similitu-
dinem a muliere profluuio laborante il-
li erecta memoratur.
- 5 imaginem Christi, & sacratissima ma-
tris eius, & principum apostolorū Lu-
cas euangelista depinxit.
- 6 imaginum sanctarum vsus catholica ec-
clesia induxit, docuit, & seruauit.
- 7 imaginum sanctarum vsus quæ commo-
da christianis hominibus importet.
- 8 imagines sanctas colendas esse, & in tem-
plis collocandas. 7. Synodus generalis
precipit.
- 9 imaginibus eadem veneratio exhibenda
est, quæ sanctis ipsis.
- 10 imagines sanctorum dupliciter affice-
re possunt eorum animos, qui eas inspi-
ciunt.
- 11 imagines sanctorum improbandæ non
sunt, propter periculum quod hæretici
confringunt.
- 12 imagine aliqua si populus abuteretur, aut
periculum idololatrię immineret, quid
faciendum esset.
- 13 imagines deformes & profana in tēplo
Dei pingendæ non sunt.
- 14 imagines deorum & pseudoprophetarū
confringi debent, & eorum templa di-
ruenda, aut in alium vsus commutan-
dæ sunt.
- 15 imagines deorum, & eorum templa, mul-
ti combusserunt in veteri testamento.
- 16 imagines & templa deorum multi chri-
stiani olim diruerunt & combusserunt.

- 17 imaginibus sanctis iniuriam inferens a
quibuscunque puniri debet.
- 18 imaginibus sanctis iniuriam faciens ab
inquisitoribus puniendus est.
- 19 imaginum sanctorum violatores & irri-
sores qua poena sint coercendi.
- 20 imaginum sanctorum irrisores quomodo
puniendi sint a iudicibus ecclesiasticis.
- 21 imaginū sanctorum contemptores ab in-
quisitoribus quo pacto coercēdi sunt.



Etustus & impi-
error fuit quo-
rundam hereti-
corum, qui san-
ctorum imagi-
nes reprobare &
ab ecclesia pellere frustra conati
sunt: quos hæretici quoque huius
temporis sequuntur. Xenaias qui-
dam generis Persa, & fortuna fer-
uus, peridoneus satanę minister,
primus, (o audacem animum & os
impudens) vocem illam euomuit,
Christi & eorum, qui illi placere,
imagines venerandas non esse, vt
Nicepho. in eccle. histo. est author.
Verum hæc heresis multis magnif-
que concilijs iam olim damnata fuit:
sed illo præcipue quod sub Adria-
no primo celebratum est, in cuius
actione. 2. memorantur plurimi sa-
cri doctores, qui vsus imaginum
ab ipsis apostolorum temporibus
in ec-

De imaginibus

in ecclesia viguisse testantur, & eas esse venerandas & adorandas docent. Quia autem illic recensentur, hi sunt. Grego. Nisen. Basil. Chryso. Cyril. Athanas. Ambrosius. & Hierony. quibus addo Eusebiū. Socratem, Gregor. ac Damasce. qui asserit nos habere vsum imaginū ex traditione apostolorum. Est igitur imaginum vsum, nec nouus, neque humano ingenio inuētus: sed diuina & apostolica institutiōe introductus, ex veteris ac noui testamenti scripturis, apostolicis traditionibus, sanctorum patrū & conciliorum decretis, & omnium seculorum consuetudine & vsum approbat: postremo plurimis maximis, verissimisque miraculis illustrat. Eusebius lib. 7. eccl. histo. cap. 14. Socrat. lib. 6. tripart. c. 41. Grego. episto. 53. lib. 7. Damas. lib. 4. fid. ortho. cap. 17. Pagninus Lucenens. in Itagogis ad mysticos sac. scriptu. sensus lib. 8. c. 16. Nicepho. lib. 16. c. 27. Linda lib. 3. Panoplie euangelicæ. cap. 23.

2 Populus Hebræorum in idololatriam pronus admodum erat: sed nihil secius Deus ipse Moyse precepit, vt cum propiciatorio duos cherubim aureos faceret: quorum Paulus quoque meminit in epistola ad Hebræos. Et idem Moyse iussu Dei, serpentem æneum fecit: & in templo illo Salomonis imagines cherubim fuere. Exod. 25. ad Hebræos. 9. lib. 3. reg. cap. 6.

3 Verustissimus quoque est ima-

ginum sanctorum vsum lata euangelica lege. Nam Augarus, Edefenorum princeps, desiderio Christi percussus, pictorem eximium ad eum misit, ei que vt diligēter & accuratē faciem ei in pictura effingeret, imaginemque pro desiderato illo sibi asferret, imperauit. Et ille quidem venit, atque in loco sublimiore stans, pingere Christi vultum, vt decebat conabatur: cum verò ceceptum opus non succederet (diuinus quippe splendor, & gratia in vultu eius coruscans impedimento erat) re ea cognita saluator textum lineam petiit, in eo que prius loto, faciem suam exprimit, & ad Augarū mittit. Dicitur quoque Persarum rex, manu ingenioque promptum pictorem misisse, & per hunc feruenti fidei desiderio, simul & ipsius Christi, & quæcum diuino modo genuit, matris, quam celerrimē imaginem depictam accepisse. Per eam autē imaginē saluatoris Edessa ciuitas contra vim Persarum seruata est: quæ admodum Nicepho. in ecclesiastica historia memorat lib. 2. ca. 7. & lib. 17. cap. 16.

4 Insuper etiam seruatoris effigiē ab ipso Nicodemō factam fuisse, diuus Athanasius lib. de passio. imagi. Christi testis locupletissim⁹ est. Et mulier illa sanguinis profluuiolaborans, quæ à saluatore nostro curata est, in memoriam eius beneficij statuā Christi, pro edium suarum foribus erexit: ad cui⁹ statu-

Titulus

tuę pedes herba nascebatur, quæ aduersus omne genus morborum auxilium habuit presentissimum. De qua loquens Euseb. inquit: hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam esse tradebant: quæ permansit ad nostra vsque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus: & eius quoque semel atque iterum, Nicepho. in ecclesi. histor. meminit. Euseb. lib. 7. cap. 14. Nicepho. lib. 2. cap. 15. & lib. 10. cap. 30.

5 Et Lucas euangelista primus Christi, & eius sacratissimę matris, atque item principum apostolorum effigiem pingendi arte adumbravit: & Pulcheua Augusta imaginem illam Dei genitricis habuit, quam diuus apostol. Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc viuentē, & tabulam ipsam videntē, gratiamque à Deo illi formę suę immittente: vt à Nicephoro lib. 15. memorię proditum est. Ac Lucas quidem primus, eas imagines accuratē manibus suis depinxit: deinde verò ex veteribus alij quoque viri, pro eo atque par erat, veluti seruatores idem fecere: Ethnica quidem illi fortasse consuetudine ducti: sed ecclesia inde acceptum magis ac magis ad auxilium (prouidētia Dei curante atque disponente) non modo effigies & statuas, verum etiam vestes, baculos, & lectos sanctorum illorum virorum conseruās ad memoriam eorum sempiternam. Hæc Nice-

XXXIII.

153

phorus libro. 6. ecclesia. histo. cap. 16. & lib. 2. cap. 43. & lib. 14. c. 2. & lib. 15. cap. 14.

6 Præterea catholica & apostolica Christi ecclesia, columna & firmamentum veritatis, continua seculorum serie imaginum sanctorum vsum induxit, docuit, seruauit. Postremo maxima plurima vtilissimaque miracula, (quæ proculdubio signa sunt euidentia diuinę voluntatis) imaginum sanctorum vsum semper & vbique illustriorem reddunt. Nemo enim est, qui nesciat in plurimis Christianorum templis, apud imagines Christi & sacratissimę virginis, atque adeo multorum sanctorum virorum, magna quotidie miracula fieri. Vidi ego, vidit quin etiam vniuersa Hispania, Pusionem quandam, cuius lingua penitus fuerat à latronibus excisa, qui coram imagine illa sacratissimæ virginis (quæ in municipio Amnissupis summa ueneratione colitur) repetē sine lingua, vsum linguæ vsque eō accepit, vt eas quoque literas clarissimē pronunciaret, quæ non nisi dentibus lingua percussis rectē exprimi possunt. Sed id genus miraculorum pleni sunt libri historicorum veterum & nouorum Nicepho. lib. 14. cap. 46. & lib. 16. cap. 36.

7 Imagines autem quā plures nobis vtilitates asserunt. Excitant enim & conseruant memoriam eorum, quæ à Christo & sanctis Dei hominibus gesta sunt. Eas præterea ho-

De imaginibus

noris causa ponimus, velut stimulos intuentium ad virtutem, & ut in illis legat vulgus illiterarum, & aliquantò quã in scripturis efficacius, fortia facta, gloriososque triumphos & agones ducum nostrorum. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus. Accedit Salustius qui in præfatione belli Iugurthini inquit: sæpè audiui ego Quintum Maximū, Publium Scipionem, præterea civitatis nostræ præclaros viros solitos dicere cum maiorum imagines intuerentur, vehementissimè animum sibi ad virtutem accendi: scilicet, non ceram illam, neque figuram, tantam vim in se habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregijs viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit. Et Plato dialog. 11. de legi. Deos non videmus quidem, sed eorum imagines fabricamus, easque licet inanimes dum honoramus, Deos ipsos existimamus ob id maximè nobis gratos & propitios fore. Imagines igitur ponuntur & fiunt in honorem & cultum Dei & sanctorum, in eruditionem populi, ad contemplationem, pietatem, & imitationem.

8 Inde illud est quod in septima synodo generali traditur his ferè verbis: si facimus hominum piorum similitudines, non tamen ea fiunt, ut adorentur ut dii: sed ut eas videntes, ad imitationem facinorum il-

lorū irritemur: & quò mens per ea que cōspicit sursum volet. Et mox: omnibus manifestum est, cum audimus virilia & fortia sanctorum facta, constantiam fortitudinemque; animorum illorum, nos beatificare & laudare. Quin etiã cum in divinis scripturis sanctorū vitas legimus, cumque in picturis easdem cōtemplamur, in memoriã reuocamus, quã opere in Deū feruore fuerint accēsi. Nã quæ oratio per auditum exhibet, hæc scriptura tacēs imitationem ostēdit. Postremò in definitione eiusdē synodi patreshis verbis concludūt. Sanctorū nostrorum & diuinorū patrū doctrinæ in sistētes, & catholicę ecclesię, in qua spūs sanctus inhabitat, traditionē obseruātes, definim⁹ cū omni diligentia & cura venerādas, & sanctas imagines in tēplis collocādas Dei, habendasque; tū in sacris vasis & vestibus, tū in parietibus & tabulis, in edib⁹ priuatis, in vijs publicis: quò scilicet per hanc imaginū inspectionē, oēs qui contēplantur, ad prototyporū memoriã & recordationē & desiderium veniant: illisque; salutationē, & honorariã adorationē exhibeant. Hęc ibi & alia in eandē sententiã plurima. In summa imagines instruūt simplices, admonent sapientes, afficiūt omnes. Septima synodus actione. 4. cum seq. c. Perlatum. de consecra. dist. 3. & octava synodus generalis actione tertia Brunus libro de Imaginibus cap. decimo nono.

Eadem

Titulus

XXXIII.

154

9 Eadem autem veneratio exhibenda est imagini, que sanctis ipsis: honor siquidem imagini exhibitus ad prototypum refertur: & qui adorat imaginem, adorat & sanctum illum, cuius forma & figura est imago. Quod Athanas. lib. 4. contra Arrianos aptissimo exemplo confirmat dicens: in imagine regis forma & species est, in rege verò ea que est in imagine, forma existit: impermutabilis autem est in imagine regis similitudo, ita ut qui imaginem inspexit, ipsum quoque regem simul inspiciat: rursus qui regem cōspicit, nouit eum esse, quem in imagine conspexerat: quãdoquidem autē ex eo quòd similitudo non differt, volenti post imaginis inspectionem regem videre, rectè dixerit imago, ego in illo sum, & ille in me: & quod in me vides, vides & in illo. Accedit etiã Ioannes Chrysof. quadam oratione scribens, qui iniuriam facit imagini, cum qui per imaginem representatur, iniuria affecisse intelligitur. Vnde & qui imaginem imperatoris violauit, non secus atque si imperatorem ipsum contumelia affecisset punitur. Ex his igitur constat eandem esse debere venerationem imaginis & prototypi: quod receptius quidem est à plerisque: quanuis nonnulli dissentiat. Chrysof. in oratione in Peluin. Cōrrad. Brunus. lib. de imagin. cap. 20. Martinus Ayala. lib. de diui. & eccl. tradi. titulo de imagi.

10 Cæterum duplex esse potest motus animę in imaginem: prior, quo in ipsam imaginem fertur, & in ea sistit, materiam tantum aut formã considerans: scilicet, lignum aut lapidem, argentum, aurum, vel picturam: Alter motus esse potest, contemplanis imaginem, tanquam referentem & representantem prototypum. Priori modo nulla debetur imagini reuerentia: imò idololatria esset, argentum, aut aurum, aliamque materiam, vel artis inuentionem adorare: posteriori autem motu, sanctas imagines adorare, iustum & pium est. Quę igitur imaginibus sacris impendimus honorem, non ipsis impendimus picturis aut statuis, sed illis quos nobis referunt. Illum, inquit sanctus Grego. in toto corde diligis, cuius imaginem præ oculis habere desideras. Nec nos ante imaginem, quasi ante diuinitatem prosternimur, sed illum adoramus quem per imaginem, aut natum, aut passum, aut in cœlestis gloriæ throno residentem, recordamur.

11 Non sunt ergo sanctorum imagines improbandæ, quia heretici suspicentur, quosdam propter illas in idololatriam incidere: neque enim tam rudis est populus Christianus, ut ignoret modum, quo sunt imagines adorandæ, neque si quispiam in hoc erraret, difficile esset, illum ab errore reuocare: neque propter quorundam abusum (qui est lutheranorum, baculus a-

V 2 run

rundineus) repudianda & condemnanda sunt optima. Demum qui imagines damnat, non modo in Deum, & in ecclesiam blasphemus est, sed contra omnē omnino rationē, & contra naturam pugnat. Nam cum vsus imaginum introductus sit ad memoriam eorum, quorum imagines sunt, naturam profectō damnat, qui hunc modum cognoscendi, per imagines auferre conatur. Omnis enim cognitio nostra in imagine & similitudine fit, necesseque est intelligentem phantasmata speculari; nec aliquid cognoscere possumus, nisi formata prius imagine in cognitiua facultate. Neque refert, an visus externè moueatur per imaginem externam: an sensus interior & intellectus per internam: cum utrobique sit eadem ratio & modus cognoscendi, per modum videlicet, similitudinis naturalis inter imaginem & rem imaginatione comprehensam. Aristot. lib. 2. de anima. Martin. Peresius Aiala. lib. de diui. & eccles. traditi corollario de imagini. sanct. lib. 4. reg. c. 18.

12 Sicubi tamen periculum idololatrię immineret, aut populus aliqua imagine abuteretur: tunc pontificis, vel praelati autoritate liceret imagines tollere, delere aut frangere: idque sine scandalo populi, & sine offensione sanctorum faciendum esset. Quamobrem olim Ezechias aeneum serpentem, quem ex praecepto domini Moyses fecerat,

confregit: non quia malum erat serpentem illum habere, sed quia videbat populum serpenti aereo diuinum honorem dare. Quemadmodum Echius, Alfons. & Brunus tradunt. Quibus illud addo, imagines deformes, turpes inhonestas & fabulosas, similiter auferendas esse. Vnde in 6. syno. generali patres canonem hunc condiderunt. Facile sensus corporei, quæ sua sunt in animum deriuant: picturas igitur oculorum præstigiatrices, siue in tabulis, siue alias propositas, & mentis corruptrices, & ad turpes voluptates incitrices, sancimus vt nullo modo in posterum pingantur: si quis autem hoc fecerit excommunicetur. can. 100. libro. 4. reg. capit. 18. Brun. libr. de imaginibus. cap. 21.

13 Cui confine est, quod in 7. synodo generali à sanctis episcopis decretum est: vt templa non nugacibus & vanis picturis ornentur: sed historijs veteris & noui testamenti: vt hi qui literas nesciunt, & sacram scripturam legere nequeunt, contemplatione picturæ in memoriam reducant, qui nam vero Deo per fortia facta seruiuerunt: atq; in certamen excitentur, laudabiliū facinorū, per quæ cū cælo terrā illi cōmutauerunt. Et Plato dialo. 3. de republica, curandū esse ait, ne artifices mali moris simulachrū aliquod nō benè castigatum, opus iliberale, deforme, & indecēs faciāt: ne in prauitatis imaginib⁹ enutriti homines

homines, tãquam noxio in gramine, multa paulatim pascentes, vnum aliquod maximum malum ignari in animo contrahant. Aristot. quoque lib. 7. polit. verat, ne pueri turpes vel picturas vel fabulas spectent: ad officium magistratum pertinere docens, vt nihil neque fictum, neque pictum sit, quod actiones turpes imitetur. Multò igitur magis episcopi praelati, & visitatores curare debent, ne quid tale in templis veri Dei fiat: sed vt illas tantum imagines populo proponi sinant, quæ sacræ sint, non profana, verę historiæ non fabulæ & somnia: non nugaces & vane, sed probatę fidei: non turpes & lasciuę, sed honestę, & omnino tales, quæ instruant: non quæ decipiant, sed quæ intuentium animos corroborent: non quæ emolliant, & à pietate auertāt. 7. synodo actio. 4. Arist. 7. Politi. cap. vlti. Brū. lib. de imagi. cap. vlti. ac demum concilium Tridentinum sessione. 25.

14 Idola quoque atque imagines Deorum & pseudoprophetarum confringi debent, & eorum templa diruenda sunt, aut in alium vsus commutanda. Quod in Exodo Deus ipse præcepit, dicens: non adorabis Deos eorum, neque coles eos: non facies opera eorum, scilicet Amorrhæorū sed destrues eos, & confringes statuas eorum. Et iterum: de eisdem loquens inquit: caue ne vnquam cum habitatoribus terrę illius iungas amicitias,

quę sint tibi in ruinam: sed & aras eorum destrue, confringe statuas, lucos succide. Et in Deutero. Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia comburite. Et rursus ait: subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gētes, quas possessuri estis. Deos suos super montes excelsos & colles, & subter omne lignum frondosum: dissipate aras eorum, & confringite statuas, lucos igne comburite, & idola cōminuite, disperdite nomina eorum de locis illis. Exod. 23. & .34. Deut. 7. & decimo secundo.

15 Sic Rex Asa fecit rectum ante conspectum domini, sicut David pater eius: & abstulit effceminatos de terra, purgauitque vniuersas fordes idolorum, quæ fecerant patres eius. Insuper & Maacham matrē suam amouit ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat: subuertitque specū eius, & confregit simulachrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron. Sic duces & milites Iehu ierunt in ciuitatem templi Baal, & protulerunt statuam de fano Baal, & combusserunt & comminuerunt eam. Destruerunt quoque eodem Baal, & fecerunt pro ea latrinas. Sic Ezechias dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentē eneum, quem fecerat Moyses: si quidem vsq; ad illud tempus filij Israel adolebāt ei incen-

De imaginibus

sum. Sic denique Iofias combussit vasa Baal & destruxit aras, & contriuit statuas idolorum, quemadmodum plenius in reg. libris continetur. 3. reg. 15. & 4. reg. 10. & cap. 18. & 23.

16 Prætereo Moysen, Danielelem, & cæteros veteris testamēti patres, vt exempla quedam Christianorum hominum breuiter cōmemorare possim. Cū enim populi & ciuitates ad Christi cultum accederēt, idolorum cultores, Deorum simulachra pretiosissima christianis tradiderunt, & quæ antea occulta erāt & solis sacerdotibus manifesta, facta sunt omnibus perspicua, atque vilissima: & statuæ & imagines ex pretiosa confecta materia, igne crematae sunt: & Esculapij tēplum in Cilicia, & veneris domus penitus euerfa fuere. Et in Heliopoli circa Libanum, quidam diaconus, nomine Cyrillus, zelo diuino succensus, multa idola, quæ ibi adorabantur, contriuit & igni cremauit. Et Theophilus Alexadrinam urbem idolorum errore purgauit, & a fundamentis eorum templa subuertit, & serapim Aegyptiorum Deum, qui magnitudine sua terrebat conspicientes, igne combussit: & ad hunc modum, omnia vbique terra marique fana simulachrorum destructa fuerunt, vt in ecclesiastica historia Sozomenus, & Theoderitus authores sunt Exod. 32. Daniel. vlti. & lib. 2. Histor. tripar. cap. 20. lib. 6. cap. 15. lib. 9. cap. 28. Theo-

do. lib. 3. ecclesi. histo. cap. 7. & lib. 5. cap. 22.

17 Si quis autem dixerit, aut commiserit aliquid contra sanctas imagines, puniri potest per iudices ordinarios ecclesiasticos aut seculares, quia crimen hoc mixti fori est, & à quolibet accusari, & à quocūq; iudice ordinario coerceri debet. Publicè enim interest res sacras & religiofas inuiolatas esse: & quicquid in eas committitur in omnium fertur iniuriam. l. 1. §. huius studij de iustitia & iur. l. Manichæos. C. de hæretic. Ioan. de Ana. in cap. 2. de maled. nume. 14. Felin. in. cap. postulasti de iude. & in ca. Cūm sit generale de for. comp. Hippol. in. l. ex senatus consulto de sicarijs.

18 Et quanuis crimen hoc hæresis consummata non sit, nisi fortè accesserit error in fide pertinax contra doctrinam ecclesiæ, vt supra differuimus, inquisitores tamen de his criminibus cognoscere solent, propter suspicionem hæresis, quam prima fronte præ se ferunt. Non enim est verisimile, vt is qui rectam fidem habeat, perpetrare audeat talia crimina: neque est in hoc facinore quippiam quod alligere aut mouere queat voluntatem in imaginum sacrarum iniuriam, nisi pertinax error intellectus perpetrantis de veneratione illarum. Nam peccata illa quæ natura obiecti non trahunt voluntatē, verisimile est, quod perpetrentur voluntate mota ab intellectu peccantis

Titulus

XXXIII.

156

tis. Iure igitur cognoscunt inquisitores de his criminibus, præteritum postea quam pestiferi hæretici Lutherani & sacramentarij damnatam iam olim Iconomachiam, superioribus annis ab inferis reuocarunt. Matth. de Afflict. in prima constit. Siciliæ quest. 4. Alfons. Castren. libro. 1. de iusta hæretic. puni. cap. 1.

19 Poena eorum, qui sacras imagines frangunt, conspurcant, irrident, aut quoquomodo eis sacrilegas manus afferunt, in estimatione & arbitrio iudicis est: ita tamen vt ne quid grauius aut remissius constituat, quàm causa deposcit. Aliter tamen puniet iudex secularis, aliter ecclesiasticus: quia ille poena mortis punire potest, hic verò sine sanguinis effusione crimina coercere debet. Iudex igitur secularis, interdum poena capitis puniet, illum videlicet, qui sacram imaginem Christi, aut sanctæ crucis, aut beatissimæ virginis, insigni aliqua contumelia affecerit: interdum etiam sacrilegam manum imputabit, vt Angelo visum est: quod & regijs legibus septipartitis contra Plebeios constitutum est: sepe etiam exilio, verberibus, aut poenis pecuniarijs, iuxta criminis qualitatem, vtetur. Cæterum Epiphaniij verba præterire non possum, qui in septima synodo generali, huiusmodi orationem habuit: quemadmodum despiciens ima-

ginem imperatoris, non aliter castigatur, quàm si ipsum imperatorem contumelia affecisset: cū tamen ipsa imago, præter lignum & colores nihil sit: eodem modo qui typum siue figuram alicuius ignominia afficit, in illum ipsum, quē typus representat, iniurius est: quod quidem ipsa rerum natura repræsentat. Hoc etiam vniuersi mortales agnoscunt, patresque sanctos ita tradidisse norunt: & hi qui aliter docent, ecclesiæ catholicæ, imò naturę rerum contradicunt. l. non contrahit. l. qui statuas. & l. famosi in fine. ff. ad. l. Iuli. maiestat. & illic Angel. & Franc. Tigrin. Alexand. consil. 233. lib. 6. Ioan. de Anan. in cap. 2. de maled. Hippoly. in. l. Ex senatusconsulto. de Sicar. regia. l. 5. titul. 28. part. 7. Chrysoft. in oratione in Peluim. & pluribus homilijs ad populum Antiochenum & maximè homilia. 20. Epiphani. in. 7. synodo. Tomo. 4. Brun. de imagi. cap. 20.

20 Iudices autem ecclesiastici punire itidem istos debent perpenso iudicio, & arbitrio recto: interdum grauius dura & vltice sententia: quemadmodum Gregor. 10. in concil. Lugdu. constituit. saepe etiam publica poenitentia, vel ieiunijs, eleemosynis, & orationibus, vel multa pecuniaria, vel ictibus fustium. l. respiciendum. de poen. c. 2. §. vlti. de offi. ordin. lib. 6. c. vniuersitatis. de sent. ex. & ibi Feli.

De inquisitoribus

21 Iisdem quoq; pœnis inquisitores vti possunt: sed hoc amplius ad eorum officium pertinet, vt scire laborēt, si fortè intellectus errore pertinaci facinora ista perpetrata sunt: quod si repererint, aut suspicati fuerint, non secus aduersus istos procedent, atque aduersus alios quoslibet hæreticos vel suspectos. Poterunt igitur inquisitores tormentis abiuratione, purgatione canonica, & alijs arbitrarijs pœnis vti: perti-

naces quoque atque impœnitētes curiæ seculari relinquere: sicuti suis locis à nobis singula differuntur. Vi de Hiero. aduersus vigilantiū. Echiū in Enchiridio. ca. 16. Pighium. li. 1. Hiero. eccle. c. vlti. Alfonsi. lib. 8. aduers. hæreses. verbo Imago. Bunderium in compendio. concertationis. titu. 29. Brunum, Aialam & ceteros supra commemoratos, & omnino Euthimium lib. 2. orthodoxæ fidei.

De inquisitoribus apostolicis.

Titul. XXXIII.

- 1 Hæretici & impij homines apud omnes nationes, & potissimum apud Athenienses seuerissimè puniebantur.
- 2 Eumolpidarum munus.
- 3 Athenis ante bis mille annos fuerunt iudices violatæ religionis sacerdotes.
- 4 Inquisitorum apostolicorum munus.
- 5 Inquisitionem sanctam aduersus hæreticos Ferdinandus & Isabella reges catholici in Hispaniam induxerunt.
- 6 Inquisitor generalis quis sit, & quod munus exerceat.
- 7 Consiliarios senatus sanctæ inquisitionis quis eligat, & eorum munus quod sit.
- 8 Carolus Magnus arcanum concilium integerrimorum hominum sine prouocatione instituit.
- 9 Inquisitoris munus quibus committendum.
- 10 Inquisitores & iudices qua in virtute potissimum excellere oporteat.
- 11 Inquisitores non solum virtute, sed iuris etiã prudentia excellentes esse oportet.
- 12 Inquisitoris officio sanctur, vt Clementis constitutione cauetur, quadragesimum annum attigisse debet.
- 13 Inquisitores, satis esse triginta annos esse

- natos, Pontificis max. generali decreto constitutum est.
- 14 inquisitores apostolici in causarū cognitione parū distāt ab ordinarijs iudicibus.
- 15 inquisitorum officium cur non finiatur morte Pontif. Max. à quo ipsi delegati sunt.
- 16 inquisitores, si arduum aliquod negotium & difficile se obtulerit, ad senatum id referre debent.
- 17 inquisitores sex horis quotidie sedeant in tribunali.
- 18 inquisitores assidue eos libros legere tenentur, in quibus testimonia contra hæreticos scribuntur.
- 19 inquisitores, si inter ipsos aliqua contentio mota fuerit, eam occultare debent, & ad generalem inquisitorem referre.
- 20 iudicum discordia quot incommodorum sit causa.
- 21 inquisitor antiquus quomodo præferendus est, etiam si sit translatus ab vna prouincia in aliam.
- 22 inquisitores consanguinei in eadem prouincia duo creandi non sunt.
- 23 inquisitores quid sine episcopo, & episcopus sine inquisitoribus facere possint, & quid

Titul.


XXXIII.

157

- & quid non.
- 24 inquisitores vti possunt familiaribus armatis ad suam iurisdictionem tuendā.
- 25 inquisitores, quorumcunque principū & magistratū auxiliū inuocare possunt.
- 26 inquisitores, vel ambo simul, vel alter eorum separatim, inquirere possunt contra hæreticos in tota prouincia sibi commissā.
- 27 inquisitores prohibere possunt ne suspecti armis vtantur.
- 28 Armis vti generaliter cuiusque vetitum est.
- 29 inquisitores, illos punire possunt qui factis aut verbis ipsis iniuriam fecerint.
- 30 inquisitores committere possunt vices suas.
- 31 inquisitores cognoscere possunt vbi scandalum fuerit ortū ex aliqua questione catholice fidei.
- 32 inquisitorum iurisdictionem nulla prerogativa tollere potest.
- 33 inquisitores quemcunque & cuiuscunque sit ordinis & dignitatis punire possunt, si in hæresim inciderit.
- 34 inquisitorum arbitrio multa relinquuntur, potissimum illa, quæ non inueniuntur iure aut instructionibus definita.
- 35 inquisitorum & aliorum iudicum arbitrio quid relinquatur.
- 36 inquisitores quid facere debeant in negotijs grauioribus, quæ legibus comprehensa non sunt.
- 37 inquisitores, in quos nequeant inquirere.
- 38 inquisitor alter sine altero ad reorum capturam procedere non potest.
- 39 inquisitores sine episcopo ordinario non possunt hæreticos duro & arcto carceri tradere, neque illos torquere, &c.
- 40 inquisitores soli non possunt vinctos inedia cogere ad veritatem aperitendam.
- 41 inquisitores præter alias pœnas quibus puniendi sunt, si hæreticos vel suspectos non coerceant, & innocentes infament, in sententiam maioris excommunicationis incurrunt.
- 42 inquisitores munera ne accipiant.
- 43 Munera accipere quàm sit periculosum iudicibus, probatur multorum sancto-

rum authoritatibus.

- 44 iudicibus, regijs legibus vetitum est, ne esculentum aut poculentum quid accipiant.
- 45 inquisitores qui pecuniam extorquent quomodo puniri soleant.
- 46 inquisitores qui dona accipiunt quo pacto puniendi sint.
- 47 inquisitores quid in memoria & arte oculos habere debeant.
- 48 inquisitores relinquentes curia seculari quoscuque hæreticos pertinaces, non incidunt in irregularitatem.



I Mpij homines & hæretici, hostes reipublicæ perniciosissimi, summis cruciatibus at-

que supplicijs ab omnibus ferè nationibus semp affecti sunt: id quod sub titulo de pœnis plenius exequemur. Apud Athenienses autē qui (vt in Atticis Pausanias est author) maiori studio, quàm alij, res diuinas habuerunt: & qui Deorum cultu studioque religionis longè ceteras omnes ciuitates anteibant, non tantum Areopagitæ impios seuerissimè puniebant, sed etiam causa violatæ religionis apud Eumolpidas agebatur, sicut in oratione aduersus Androktionem Demost. memorat.

2 Erant autem sacrificorum pars Eumolpide, ac Eleusine sacra faciebant, & apud hos sæpè impietatis agebant, qui volebant, quemadmodum Vlpianus rhetor, Demosthenis interpres enarrat: & veteres quidē Græci mysterium Eleusinum omnibus, quæ pietatis causa dijs suis

De inquisitoribus

offerrebant, tantò esse augustius duxerunt, quantò Deos ipsos heroibus prætulere. Testis Pausanias. lib. 10. de reb⁹ Phocensium. qui lib. 5. Eliacorum scripsit: multa sanè habet Græcia, quæ vel spectentur, vel audiantur cum admiratione: sed omnium accuratissimè, diuinitus religione imbutis animis Eleusina inicitia, & Olympici ludi celebrantur.

3 Vnde illud obseruabis: in republica Atheniensium, religiosissima quidem omnium & sapientissima (quod enim in oculo pupilla, in anima ratio hoc Athenæ sunt in Græcia, ut ait Philo) ante bis mille annos fuisse iudices violatæ religionis sacerdotes, eosque non qualescunq; , sed optimorum maximorumque mysteriorum: ut inde elucere possit origo quædam inquisitorum nostrorum. Sic etiam apud Romanos, quum de religione deque sacrificijs dissensio erat, populus pontificem maximum consulebat: illudque perutile fore ratus est Numa Pompilius, eius sacerdotij author, ne ius diuinum negligendo, patrios ritus, peregrinosque ascendendo, turbaretur. ut libro. 1. de sacerdotijs prodidit Fenestella cap. 8. sed iam ad inquisitores veniamus.

4 Inquisitores apostolici, sunt iudices à pontifice maximo delegati, quibus iure pontificio data est iurisdicção plena contra omnes hereticos & apostatas. Eorum autem officium non modo vtile est Christianæ reipublicæ, sed etiam admodum

necessarium: Quod quidem in Hispania in dies magis magisque cõpertum habemus. Hoc enim officio sacrosancto, fides catholica pura, inuiolataque iam pridè apud nos custoditur. Quod, si pari diligetia, authoritate & potestate, in cæteris Christianorum regnis, prouinciisque factum esset: alia profectò nunc foret Christianæ reipublicæ facies, quæ hodie in Germania & alijs nationibus fœdissima cernitur. Nam si cum primùm Lutherus, Zuinglius, Bucerus, aliaque id genus pestifera monstra, sua venenata dogmata in vulgum spargere cœperunt, ab inquisitoribus apostolicis comprehensi combustique fuissent, non tam breui tempore tot infelicium animarum myriades istorum hæresibus infectæ perijissent. Sic olim Arrius in Alexandria, vna scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est: adeò omne malum, ut nascens facillè opprimitur, ita inueteratum, & robustius fit, & vix magno negotio extinguitur. c. ref. c. 24. q. 3. Cicero. Philip. 5. Brun. lib. 5. de legatio. cap. 18.

5 Reges illi nostri, verè catholici, Fernandus & Isabella, sanctam hanc inquisitionem aduersus omnes hereticos authoritate pontificis maximi, in Hispaniam induxerunt: & iudicij ordinem, quo etiam hodie vtimur, magna ex parte instituerunt: per omnes Hispaniarum prouincias locis opportunis inquisito

res

Titulus

XXXIII.

158

res apostolicos disposuerunt, quibus vniuersa Hispania, cunctis hæresibus liberata quiescit. Sic olim Arcadius, Honorius, Theodosius, simile quippiam fecisse memoriæ traditum est. Nam ad arcendos illicitos hereticorum conuentus, lata lege instituerunt, ut in specula fidelissimi quique constituerentur, qui & hereticos cohibere possent, ac deprehensos iudicij offerrent, seuerissimum secundum veteres sanctiones, & Deo supplicium daturus & legibus: quemadmodum in codice Theodosiano sub titulo de his, qui super religione contendant, plenius continetur. l. 6.

6 Caput autem & princeps huius sancti officij est inquisitor generalis, quem rex noster eligit, & pontifex maximus approbat, eique plenissimam potestatem tribuit, in causis hereticorum. Ad huius officium pertinet, inquisitores & omnes alios ministros eligere: visitatores, ad inquisitorum prouincias mittere: cum pœnitentibus & eorum filijs nonnumquam dispensare: ac de rebus grauioribus deliberare.

7 Consiliarij senatus sanctæ ac generalis inquisitionis, ab inquisitore generali nominantur, & à rege nostro eliguntur: & hi, summam habent cognitionem & iurisdictionem. Eorum autem officium est, causas appellationum excutere: dissidia inquisitorum componere: crimina ministrorum punire: & cum inquisitore generali, de reb⁹ arduis

consultare: ad summam, senatum supremum, iuxta Solonis legem, à Plutarcho in Solone relatam, speculatores rerum omnium & legum custodem esse oportet.

8 Paulus Aemilius de Carolo magno scribens lib. 3. inquit: sanctius arcanumque delectissimorum integerrimorumque virorum concilium sine prouocatione institutum, delectique pari sanctitate, velut speculatores, qui cæteris omnibus ignaris, oppida vicisque ac conciliabula circumirent: moresque & dicta cuiusque factaque notarè: ac quæcunq; perditæ religionis reuersi in concilio coarguissent, sine intercessione, primo quoque tempore, vbicunq; comprehendi posset, necaretur. Nemini sua dignitas suffragabatur: summi infimique prius laqueo suspensi conspiciebantur, quam rei fuisse audiebantur: iudices speculatoresque rem totam, notasque quibus reus coargueretur, tam sanctè oculuere, ut cum Carolo Augusto defuncto, idem institutum viueret: nullis vnquam minis, nullo malo adduci poterint ut enunciarent.

9 Ad hoc autem munus, tam sanctum & venerandum, non quilibet sunt eligendi: sed viri probitate, prudentia, & iurisperitia præditi. Oportet enim (ut Plato inquit) eos qui rectè magistratum accepturi sunt, ab adolescentia probatos fuisse, tam ipsos, quam suos usque ad ipsam electionem. Et libro primo de republica: qui magistratum

gere

De inquisitoribus

gerere debent, probi electique sint: Nam ut oculi propria virtute priuati, malè videt: ita anima propria virtute destituta, malè suum opus peragit. Neceffe est igitur, malam animam malè imperare, atque curare: bonam verò hæc omnia benefacere. Aristot. quoque lib. 6. Ethic. cap. 12. ait, bonum nisi bono viro apparere nemini. Peruertit enim iudicium vitiositas, & excæcat intellectum, efficitq; ut circa principia rerum agendarum improbus homo fallatur. Et Philo. lib. de legat. ad Caium: solet Deus bonis viris bona consilia, sibi & reipublice cõmoda, suggerere. Plato. 6. de legib.

10 Itaq; omni virtute ornatos inquisitores esse oportet: quippè qui reorum non iudices modò, sed etiã curatores & patres esse debeant: sed inter virtutes omnes iudicibus necessarias, prudentia obtinet principatum: virtus quidem occultissima, salubribus intenta cõsilijs, præterita, præsentia, & futura conspiciens. Docet in Memnone Plato, neminem rectè præesse posse, nisi sit prudens: & omnes animæ impetus, atque omnes declinationes, ducente prudentia, ad beatitudinem tendere, imprudentia verò ad contrariũ. & Aristot. lib. 6. Ethic. c. 13. ait neque sine prudentia quẽquam vere probitatis, neq; sine virtute prudentiæ nomẽ obtinere posse. Neq; enim vlla potest esse iustitia sine prudentia, ne alię quidem virtutes, sed inuicem sese coadiuuant, co-

mitantes prudentiam. Et ut itidem Arist. inquit. lib. 3. politi. cap. 3. virtutum sola prudẽtia est imperium obtinentis propria. sed de his alio loco pluribus.

11 Quãuis autem aliquis optimus sit & prudentissimus, non tamen idoneus erit ad munera inquisitoris subeunda, nisi præterea fuerit iuris legumq; peritus: nam si is iudex est, qui ius dicit, quomodo ius dicere poterit, qui ius ignorat? Bonus iudex inquit Ambrosius, nihil ex arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura pronunciat: quo autem pacto, bonus iudex esse possit, qui leges & iura nescit? Rex Assuerus (ut in lib. Hester. cap. 1. legitur) interrogabat sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges & iura maiorũ. Et Plato diuinus, lib. vlti. de legib. inquit, futurus iudex operam dare debet, ut legum constitutiones, ante omnia discat, & mète firmiter teneat. Addo tritum illud vetustate prouerbium: quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Quem igitur inuenimus ad consultandum & iudicandum vtilem? Eum nimirum, quem Plautus his verbis indicat: hic erit optimus, hic poterit cauere rectè, iura qui & leges tenet: e contrario (ut Terenti. ait) quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque equum sciunt? melius, peius, profit, obfit, nihil vident, nisi quod lubet. cap. iudicet. 3. q. 7.

Nemo

Ticul.

XXXIII.

159

12 Nemo inquisitoris officio fungi debet qui quadragesimum annum nõdum attigerit, ut Clementis constitutione cauetur, idq; rectissime: Maturitas enim ætatis, ad tam graue munus necessaria est: ætas autem quadraginta annorum (ut ait Dionys. lib. 2. Roman. antiquita.) prudentissima est, & solidæ doctrinæ & experientiæ tribuitur: quin etiam mens & intellectus in plerisq; maxime viget circa quadragesimum annum auctore Aristot. lib. 7. politico. capit. 6. Mirum autem videri potest, qd in episcopo, qui ordinarius inquisitor est, ætas duntaxat triginta annorum exigatur, in apostolicis verò inquisitoribus requirantur anni quadraginta. Sed ut inquit Panor. episcopi apud papam in collegio cardinaliũ promouentur, sed inquisitores creari solent, non tam exactè causa cognita: ideoq; maturiores ætate esse voluit, quò intelligant omnes non temerè in suspectos de hæresi esse irrumpendum, sed sapietè & cum summa animi prudentia tractandum esse tale negotium. ca. cũ in cunctis & illic Abbas. de electi. Corasius de sacerdotio, parte tertia, capite. 3.

13 Sed quia nonnũquam scientia & prudentia defectum ætatis supplet, põtificis Maximi generali decreto constitutum est, ut qui trigessimum annum attigerit, inquisitor apostolicus esse queat. Neq; id iniuria: nam Chrysof. in euangelium

Marci. homil. vlt. inquit: Homini- bus pfecta ætas triginta anni sunt. Et Theophilaetus in Lucam cap. 3. ætas triginta annorum perfectissima est, & illa homo, vel probus vel improbus cognoscitur. clem. 2. de heretic.

14 Quãuis inquisitores apostolici iudices delegati sint, in causarũ tamen cognitione atq; in plerisq; alijs, parum distat ab ordinarijs iudicibus. c. ne aliqui. cap. per hoc de heretic. lib. 6. & inibi interpretes. Anchar. & collecta. in. ca. Ad abolendam. de heret. & Gemini. conf. 54. Alciat. in ru. de off. ordi. nu. 19.

15 Inde est, qd inquisitorũ officium non finitur morte pontificis maximi, a quo delegati sunt, etiam si nõdum iurisdictione delegata vfi fuerint: id enim iure singulari in fauorem fidei constitutum est. Quãratione durat etiam eorũ officium inquisitore generali mortuo, quãuis ab eo delegati esse videantur: & eo magis, quia sub hac forma delegantur: committimus vobis vices nostras, donec specialiter illas ad nos duxerimus reuocandas: quo casu mortuo delegante, iurisdicctio iudicis delegati durat. c. si delegatus. de offi. delegat. lib. 6. cap. Ne aliqui & ibi doct. de heretic. Nicolaus Arelata. de hereti. nota. 4.

16 Si quid arduum atque difficile contigerit in prouincia, inquisitores ad senatum ea referre debent: ut olim iudices Israel quicquid grauius erat referebant ad Moysen. Exod.

De inquisitoribus

- Exo. 18. & 4. instructione Toletana capit. 21.
17. Sex horis quotidie sedeant inquisitores in tribunali: & si quid inuenierint, quod ad inquisitores alterius provincie pertinere possit, ad eos id mittant: & nuncio soluantur itineris expensae ab eis inquisitoribus ad quos missus fuerit. l. Titium & Mauium. §. 1. ff. de administr. tutorum. 4. instructione Toletana capite. 28. & 3. Valdelitana. cap. 9.
18. Praeterea inquisitores assidue legant eos libros, in quibus testimonia contra hereticos scribuntur: ut ex his colligentes nomina reorum & secleras, de criminibus uniuscuiusque seclerum cognoscant: qua in re vti possunt opera promotoris fiscalis, & notariorum. De hoc autem visitatores nominatim inquirere debent, & ad inquisitorem generalem referre, si forte inquisitores negligentes fuerint. 5. instructione Hispalen. cap. 3.
19. Summa ope niti debent inquisitores, ut amici sint & concordēs: si qua verò inter se contentio fuerit orta, eam occultent, & ad inquisitionem generalem referant, ut causa cognita rem componat, & inter illos iudicet prima instr. hispal. c. 26.
20. Maxima quidem incommoda ex discordia iudicum oriri solent: nec maior perniciēs esse potest reipublicae, quam dissidentium inter se magistratuum discordia: Dum enim quisque ad suum tendit consilium, negotia publica pessum ire videas: & ut Greg. ait lib. 19. in Iob, peruerſae mentes si semel ad studiū contrarietatis eruperint, siue prauum, siue rectum quid à contradicentibus audiant, aduersis hoc responsionibus impugnant: quia cū persona per contrarietatem displicet, neque recta quae protulerit placeat. Illa quoque praecleara est Aristot. sententia: magistratus si concordēs sint, facile rempublicam moderaturos, discordibus verò plebem ipsam dominari.
21. Antiquior inquisitor preferendus est etiam si translatus fuerit ab una provincia in aliam: nisi forte antiquior priuatus sit officio, & postea restitutus: vel sponte ad certum tempus inquisitor esse desierit: quoadmodum quadam epistola inquisitoris generalis plenius continetur. l. qui ad tempus. ff. de decurio. ca. 1. de maior. & obediē.
22. In eadem provincia duo inquisitores consanguinei creandi non sunt, neque habere debent officialem, aliquem in famulum aut familiarem: 2. instr. Hispalen. cap. 1. & 4. Toletana. c. 12.
23. Inquisitores sine episcopo inquirere possunt & in ius vocare, & reos in carcerem mittere, & eos vincire cōpedibus & manicis ferreis: & eadem facere potest episcopus sine inquisitoribus. Sed episcopus & inquisitores simul cōuenire debent, ut puniant haereticos, & apostatas, & eorum fautores; defensores & receptatores: & ut innocentes absoluant,

Titul.

XXXIII. 160

- absoluant, & poenitentes ad ecclesie vnitatem admittant. Clem. 1. §. 1. de hereti. ca. vt commissi. §. priuadi. de haere. lib. 6. capi. ad abolendā. eod. titu. lib. 5.
24. Possunt inquisitores vti familiaribus armatis ad suam iurisdictionem tuendam: est enim necessariū (vt ait Aristote. lib. 7. politi. cap. 8.) habere in reb⁹ publicis arma, quibus & magistratibus parere inobedientes compellantur, & vis propulsetur externa. Nam qui reipublicae praesunt, hos armis, tum ad tuendum imperium vt detrectantes coerceantur, tum ad vim, si quis iniuriam extrinsecus inferre conatur, propulsandam, instructos esse necesse est. Clem. 2. §. vlti. de heret. Lucas, in rub. c. de fabricen. lib. 11.
25. Possunt praeterea inuocare auxilium quorumcunq; principum & magistratuum, etiam tyrannorum & excommunicatorum: & testes trahere vltra duas dietas: & committere citationes & alia acta iudicij: & cōuocare clerum & populum, vt audiāt sermonem de fide: & poenam perpetui carceris temperare: & quoscunq; iudices compellere, vt exhibeant acta contra haereticos facta. cap. praesidentes. c. vt officium. §. denique. c. vt commissi. de here. lib. 6. glo. in Clem. nolentes. de here. Cardi. in Clem. 1. §. quia eo. titu. c. cum Bertholdus de sent. & re. iu.
26. Possunt quoque ambo inquisitores simul, & alter eorum separatim, inquirere contra haereticos, in tota provincia sibi commissa: & ius dicere possunt, in qualibet eius parte: & executore absente, possunt alium creare. ca. vt officium. de heret. lib. 6. & illic Anchar. 3. instructi. Valleolit. cap. vlti.
27. Possunt inquisitores prohibere suspectos vti armis, idque magnis poenis sancire: praesertim cū in eos tute inquiri non potest. Nam omnibus magistratibus secundum ius potestatis suae concessum est, iurisdictionem suam defendere poenali iudicio. Et cui iurisdictione data est, ei quoque concessa ea esse videtur, sine quibus iurisdictione explicari non potuit. Postremo, quia inquisitores punire eos possunt, qui quoquomodo impediunt officium sanctae inquisitionis. l. 1. si quis ius dicent. no. obtempe. l. 2. ff. de iurisd. cap. Acusatus. §. vlti. cap. vt officium. §. cōpescendi. de haeret. lib. 6.
28. Adde q̄ generaliter vetitum est, ne quisquam armis vtatur: & Thebis nulla priuatim erant arma, vt Diodorus sicul⁹ lib. 5. retulit: fatiq; constat ciues Romanos arma priuatim non habuisse: sed in Tarpeia rupe, aut in armilustrio fuisse condita: nam quoties exercitus deducendus erat, inde accipiebantur arma: vnde illud Lucani: iam rupes Tarpeia sonat. Et Spartianus ait, Vespasianum ex armilustrio arma legionibus permisisse: memoratq; id Blondus. lib. 6. Romę triumphantis. & Bartho. Marlianus lib. 5. de antiquae Romę Topographia cap. 4.

De inquisitoribus

cap. 4. l. i. ff. ad. l. Iuli. de vi publica. authentica de armis constituti. octuagesima quinta.

29 Poterunt quoque punire illos qui factis aut verbis ausi fuerint ipsismet inquisitoribus iniuriam facere: ac tantò quidem id magis, quãtò sanctius & venerabilius esse debet eorum officium, quàm aliorum omnium iudicum cap. i. de pœnis libro sexto.

30 Item committere possunt vices suas, & propter valetudinẽ & absentiam subdelegare queunt. Clem. i. §. Porrò. & Clem. 2. de here. vbi notant glos. & Bonifac. nume. 30. & Gonfalus de hæretica prauita. q. 7.

31 Possunt quoque inquisitores cognoscere vbi scandalum fuerit ortum ex aliqua quæstione catholice fidei. Nam etsi nemo sit qui accuset, nihilominus tamen ex officio suo hi iudices inquirere possunt ad publicam animarum vtilitatẽ. cap. inter sollicitudines. de purga. cono. Ioan. Monac. Ioan. Andr. Domini & Philippus Francus. in cap. vt officium. in princip. de here. lib. 6.

32 Item possunt compellere fautorum hæredes, vt pœnam fautoribus impositam ex bonis eorum soluant: nisi fortè fautores decesserint, priusquam pœnitentia fuerit illis iniuncta. Demum procedere possunt contra quoscunque apostatas, hæreticos, & suspectos, etiam si multis magnisque priuilegijs, dignitatibus, aut exemptionibus illi muniti sint. Nulla enim prærogatiua cui

quam prodesse potest, vt à iurisdictione inquisitorum eximatur. ca. Accusatus. §. seculares. de here. lib. 6. cap. excommunicamus. §. credentes. in fine. c. sicut. c. ad abolendam. §. vlti. eod. titul. lib. 5. & illic. Lapus Anch. Ioan. de Ana. & cæteri.

33 Itaque quicumque in heresim incidit puniri potest ab inquisitoribus, siue laicus ille sit, siue clericus, siue monachus cuiuslibet ordinis, instituti, aut religionis: siue nobilis, siue ignobilis: siue liber sit, siue seruus. Etenim sapienter admodum Theophilatus ait, nullam esse cuiusquam dignitatis habendam rationem, vbi de dogmatibus ipsis & fide agitur. Quam ob causam superioribus annis declaratum fuit à rege nostro Carolo maximo, vt milites sancti Iacobi, si fortè hæretici fuerint exempti non sint à iurisdictione ordinaria, neque ab inquisitorum iurisdictione: quod eadem omnino ratione seruandum erit in militibus sancti Ioannis, & aliarum militiarum. Consulendus tamẽ est inquisitor generalis, & res ad senatum referenda est, priusquàm religiosi aut egregie personæ ab inquisitoribus mittantur in carcerẽ: vt quodam senatuscõsulto plenius continetur: quod mea quidem sententia expectandum nõ est, quum reus fugere vellet, aut periculũ est in mora. Teophila. in episto. ad Gala. cap. i. concordia cum militibus sancti Iacobi anno dñi. 1527. Petr. de Anchar. in cap. vt officium. de here.

Titulus

XXXIII.

161

hæret. lib. 6. l. ait prætor. §. si debitorem. quæ in fraud. credit. Alexan. consi. 64. lib. 3. Decius consi. 75. & l. i. de dam. infe. & ibi Franc. Rip. numero. 4. Ioannes Igne. in. l. hæres qui. ad Silan. Hippol. in practica. §. constante.

34 Multa præterea inquisitorum arbitrio relinquuntur: sed illa potissimum, quæ non inueniuntur iure, aut instructionibus definita. Quod & in alijs quibuscunque iudicibus iure constitutum est. Nam ea quæ legibus non sunt expressè sancita, necesse est vt iudicum arbitrio relinquuntur. i. instructi. Hispal. cap. 28. l. i. de iure de lib. l. i. de effracto. & expilato. Decius in. ca. de causis de offi. de leg. Hippolit. in. l. de minore de quæsti. Tiraq. in. l. si vnquam. c. de reuocan. donat. glo. omnia. nume. 30.

35 Ceterum inquisitorum & aliorum omnium iudicum arbitrio, leuiora tantum relicta sunt, & illa etiam quæ legibus comprehendere impossibile est. Nam vt est apud Platon. grauiora legibus definenda sunt, non autem arbitrio iudicis relinquenda. Quod Arist. quoque docet pluribus rationibus additis: maximè, inquit, conuenit, vt quæ rectè positæ sunt leges, cuncta ipse explicet, quæ explicari queant, & quàm minima iudicibus relinquat. Primum quia vnum aut paucos prudentes, qui leges ferre possint, aut iudicare, facilius est inuenire, quàm multos: deinde, quo-

niam longi temporis consideratione leges feruntur, iudicia breuissimè conficiuntur. Difficile est, vt benè à iudicibus, iustum & conducibile distribuatur. Illud autè omnium maximũ est, quod legislatoris iudiciũ, nõ de singulis neque de presentibus, sed de vniuersalibus & de futuris est: senator verò & iudex de presentibus iam, determinatisque iudicant. Vnde fit vt cum ament & oderint, sua quoque vtilitas connexa sit, non satis queant veritatem perspicere: sed propria vel voluptas, vel dolor iudicia sua obumbret. Quare minimam ceterarum rerum potestatem iudici tribuendam dicimus. Factum verò esse, aut non factum, & fore, aut non fore esse quoque, vel non esse: hæc omnia cum non possit legislator prouidere, iudicibus relinquenda necessariò sunt. Plato. 9. de legibus. Aristot. libro primo rhetor. cap. i. & libro. 3. Politic. cap. ii.

36 Inquisitores igitur grauiora negotia legibus non comprehensa, arbitrio suo definire non possunt: sed inquisitorem generalem & senatum de illis causis consulere debent. Neque in his rebus, quæ arbitrio eorum relinquuntur, pro voluntate aut libidine, sed secundum iura & leges iudicare queunt. Neque suam ipsorum conscientiam sequi possunt, nisi legibus vniuersalique sit informata. Adde quòd magis periculosa esse possunt, horum iudicum, quàm aliorum iudicia:

dicia: quia cum de salute spiritua-
li & conuersione reorum potissi-
mè tractent, conscientias tamen
eorum de quibus iudicant, vt Au-
gust. inquit, cernere nequeunt. Mi-
tius igitur & cautius in omnibus
eos agere oportet. 2. instr. Hispal.
cap. vlti. l. illicitas. §. veritas. de offi-
cio præsid. Aug. lib. 19. de ciuitate
Dei capite sexto.

37 Sunt autem aliqua inquisitori-
bus prohibita, breuiter iam com-
memoranda. Primum ne in epi-
scopos vel superiores prelatos in-
quirant, nisi hoc fuerit illis expres-
se commissum. Deinde prohibe-
tur eis, ne aduersus nuntios, vel al-
ios officiales apostolicæ sedis pro-
cedant insciente papa. cap. inquisi-
tores. de here. lib. 6. extrauag. cum
Matthæus eod. titu.

38 Neque potest alter inquisitor si-
ne altero procedere ad capturam
eorum: neque ad purgationem in-
dicendam: neque ad publicationem
testimoniorum: neque ad copiam
actorum reo dandam. Alia vero
leuiora ab altero tantum inquisi-
tore peragi possunt. Hoc tamen ser-
uandum est, quum ambo inquisi-
tores præsentibus sunt: nam altero ab-
sente, alter solus ea omnia facere po-
test, cõuocatis peritis, vbi opus fue-
rit. 4. instr. Tol. ca. 1.

39 Ad hæc, inquisitores sine episco-
po ordinario, aut eius vicem gerẽ-
te, aut sine delegato capituli sede
vacante, nequeunt hereticos duro
& arcto carceri tradere: neque il-

los torquere, neque sententias pro-
ferre. Quod si secus factum fuerit,
irritum est ipso iure: nisi fortè intra
octo dies postquã episcopus, aut ca-
pitulum sede vacante fuerint requi-
siti, legatum aut vicem gerentem
mittere noluerint. Nam etsi absen-
tes sint, possunt tamen per literas vi-
ces suas committere. Sed quidã pu-
tant, posse inquisitores sine ordina-
rio torquere testes, quãuis reos ip-
sos torquere ordinario inscio ne-
queant. Cuius opinionis nullam
rationẽ vrgentẽ video: quamobrẽ
ab eis vehemẽter dissentio. Clem. 1.
§. duro de hereti. Et illic Ioan. de
Imola. & cardina. quæst. 3.

40 Nec possunt inquisitores inedia
cogere vinctos ad reuelandam ve-
ritatem, nisi cum episcopo simul,
vel delegatis: quia hæc species ma-
gni tormenti est. glo. in dicto duro.
& inibi Paul. Cardin. Ioan. Imol. &
Bonif. ad de Tiraq. de retra. muni-
cipali. §. 26. gl. 1. nu. 21.

41 Præterea inquisitores qui hære-
ticos vel suspectos non coërcent,
& qui innocentes infamant, præ-
ter alias pœnas, quibus pro men-
sura criminis puniendi sunt, in sen-
tentiam quoque maioris excom-
municationis incurrunt, & abso-
lui ab alio nequeunt, quàm ab ipso
papa, præterquàm in mortis arti-
culo: quo casu satisfactionẽ prius
offerre debent. Ab hac tamen pœ-
na immunes sunt inquisitores,
qui propter aliquam iustam, &
probabilem causam hæc fecerint,
aut

aut omiserint. Clem. 1. §. verum
de heret. & ibid. glo. & cardi. §. vlt.
quæst. 5. Caiet. in summa verbo, ex-
communicatio. cap. 3.

42 Inquisitores ne accipiant mune-
ra: vt enim in Exodo legitur, mu-
nera etiam prudentes excæcant, &
subuertunt verba iustorum. Et in
Deutero. Non accipies personam
neque munera, quia munera excæ-
cant oculos sapientum, & mutant
verba iustorum. Et in ecclesiasti-
co: Xenia & dona excæcant oculos
iudicum: & quasi mutus in ore a-
uertit correptiones eorum. Et libro
1. reg. filij Samuel acceperunt mu-
nera, & peruerterunt iudicium,
Exod. 23. Deutero. 16. eccles. 20. lib.
1. reg. cap. 8.

43 Multa præterea in eandem sen-
tentiam sacri doctores frequenter
inculcant. Nazanze. oratione. 23.
Est aurum tyrannus occultus, qui
nunc vt plurimum res peruertit
humanas, atq; eis illudit. Ambro.
in priorem Pauli epistolam ad Co-
rint. libertatem arguendi amittit
& peccat, qui ab eo accipit, qui
ideo dat ne corrigatur. Et Leo ma-
gnus sermo. 9. de passi. dom. Nul-
lum est in illo corde iustitiæ vesti-
gium, in quo sibi auaritia fecit ha-
bitaculum. Præterea Chrysof. Isi-
dorum Platonem, Demosthenem,
& innumerabiles alios. Chrysof.
in Ioan. homil. 64. cap. Pauper. 11.
quæstio. 3. Plato. lib. 12. de legib. De-
mosthen. oratione de pace. & Phi-
lippi. 3. & oratione de falsa legatio-

ne. Cicero lib. 2. offi.

44 Quauis legibus Romanis per-
mitteretur iudicibus, esculentum
& poculentum accipere, quod in-
tra dies proximos prodigeretur: &
pontificio iure id ipsum quoque li-
ceret iudicibus delegatis: legibus ta-
men regijs multò quidem iustius
vetitum est, & magnis pœnis san-
ctum, ne iudices dona, esculenta,
vel poculentum accipiant. 1. solet de
offi. procons. l. plebiscito. de offi-
ci. præsid. cap. statutum. & in super.
de rescri. li. 6. l. 7. cum sequ. titu. 15.
lib. 2. ordin.

45 Inquisitores qui pecuniam ex-
torquent, in sententiam excommu-
nicationis ipso facto incurrunt: &
absolui non possunt, nisi ablata re-
stituunt. Conuincti autem de hoc
crimine, officio priuandi sunt, &
pro modo criminis puniendi: & offi-
ciales hoc indicare debent. Clem. 1.
§. verum. & Clementina secun-
da de hereticis.

46 Sed hoc amplius est additum in-
structionibus nostris, vt inquisito-
res, qui dona acceperint, in senten-
tiam excommunicationis incur-
rant, & officio priuentur, & duplũ
reddant: idque etiam si ab officia-
libus dona acceperint: quinimo,
qui id commiserint, decem milli-
bus nummis præterea multentur.
Et officiales qui hoc nõ retexerint,
eisdem pœnis afficiantur prima in-
structi. hispal. cap. 25. & instr. 2. c.
1. & instr. 4. cap. 15.

47 Postremò, inquisitores memi-
nerint,

De iudæis

nerint semper eorum, quæ Iosaphat rex Iuda præcepit iudicibus, dicens. Videte quid faciatis: non tantum hominis exercetis iudiciū, sed domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit: sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Et vt iam ante dixi, inquisitores non tantum iudices, sed etiam curatores & patres eorum esse debent. Plus erga corrigendos agat beneuolentia, quam seueritas (vt ait leo) plus exhortatio, quam comminatio: plus charitas, quam potestas. Et iuxta Gregorij dictum, sit amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit Zelus, sed non immoderatè sæuiens: sit pietas sed non plusquam expedit parcens: ad summum sint inquisitores in reis inquirendis diligentes & cauti: in puniendis pertinacibus, constantes & seueri: in recipiendis pœnitentibus, clementes

De iudæis.

- 1 *Iudæorum cæcitas.*
- 2 *iudæorum obstinationem & cæcitatem, quibus verbis patres nostri decreto quodam Toletano execrentur.*
- 3 *iudæi falsa & vana spe perperuò torquentur.*
- 4 *iudæorum perfidia veteris instrumenti testimonijs conuincitur.*
- 5 *iudæi curtolerentur in nonnullis prouincijs, & quid in eos in concilio quodam Toletano sancitum sit, eò quòd in Hispaniarum regem olim cõspirauerint.*
- 6 *iudæi an iuste expelli possint ex Christiana*

& benigni: denique in rebus omnibus prudentes & iusti. 2. Paralip. cap. 19. Leo. epistol. 82. Gregor. lib. 20. in Iob. cap. 6. c. licet. ca. disciplina. 45. distinct. cap. iudicantem. 30. quæstio. 5. 1. l. de iudicijs. C. Theodosiano.

48 Tum illud addo, quòd inquisitores relinquentes curiæ seculari quoscunque hæreticos pertinaces non incidunt in irregularitatem: quia pontificis maximi & legum autoritate hoc faciunt: idque est præcipuum eorum munus. Neque opus est protestatione, aut aliqua intercessione, vt ab irregularitate liberentur: quia id nullo iure cauetur: quamuis ecclesiasticam mansuetudinem deceat, pro istis intercedere. Specu. titu. de iud. dele. 5. iuxta. Archi. in summa. 23. quæst. 8. Maria. Socin. in. ca. ad audientiam de homici. nume. 57. Couarrub. in Clemen. si furiosus. de homicidio. part. 2. §. quinto.

Titul. XXXV.

- 7 *iudæos iure optimo reges catholici ab Hispania expulerunt, pœna indicta ne amplius ad eam reuertentur.*
- 8 *iudæorum expulsionis ab Hispania eleganter meminit Ioannes Picus Miradula comes.*
- 9 *iudæorum qui ab Hispania pulsati sunt numerus. Et quid olim, 6. concilio Toletano decretum sit, de non permittendis iudæis, mauris, & alijs huiusmodi, in Hispania degere.*
- 10 *iudæi, cum baptizati non sint, hæretici vel*

Titulus

XXXV.

163

- vel apostata dici non possunt.*
- 11 *iudæi, nisi hæreticos receperint, aut inquisitorum officium impediunt, ab inquisitoribus puniri nequeunt.*
 - 12 *iudæus baptizatus si ad iudaicam superstitionem redierit, puniri potest ab inquisitoribus.*
 - 13 *iudæi cogendi non sunt ad fidem catholicam suscipiendam.*
 - 14 *iudæis Christianas uxores aut concubinas habere non licet.*
 - 15 *iudæorum ritibus nemo se addicit, nisi qui ex iudæis descendit.*
 - 16 *iudæorum superstitiones multi authores Christiani & ethnici irrident.*



1 **I**n ymbra veteris legis stupidissima cæcitate sedentes Iudæi, perinde ac vesperiliones & noctuæ, lucis Euangelicæ fugiunt splendorem: & iustitiæ solem, Christum Deum nostrum, sincerae fidei oculis intueri non possunt. Et enim (vt apostolus ait) dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant: vsque ad hodiernum diem. Sunt planè illis vsque hodie manus plenæ Christi sanguine, Nempe consentientibus maiorum suorum parricidio, & Christum dominum blasphemantibus: quibus miscuit Deus spiritum soporis, in tanti sceleris retributionem: factaque est ipsis scriptura sancta in captionem, in scandalum & in iudicium proprium. Obtusi sunt sensus eorum, & velamen quod ponebat

Moyse super faciem suam, id ipsum positum est super cor eorum, & manet illis in lectione veteris testamenti non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. ad Roman. 11. & 2. Cor. 13.

2 Extat patrum nostrorum aduersus Iudæos hoc decretum Toletanum. Licet in condensationem perfidiæ Iudæorum numerosæ antiquorum patrum sententiæ ac leges promulgatæ nitescunt: tamen quia vt prophetale vaticinium narrat, peccatum Iudææ scriptum est stylo ferreo in yngue Adamantino, super petram duriores effecti in obstinationis suæ cæcitate perdurant. Omnia quidem elementa Christum verum Deum esse cognouerunt, & perpeffionis suæ tempore mirabilibus signis id ipsum ostenderunt: Iudæi verò (vt beatus Cyprianus, Leo magnus, & Gregor. papa eleganter aiunt) Messiam, quem patres eorum expectauerunt, & propheta clarissimè prædixerunt, cognoscere noluerunt. Tanta est Iudæorum cæcitas, tanta perfidia. Hieremi. 17. concilio Toletano. 16. cap. 1. Cyprianus, sermone de resurrecti Christi, Leo sermone. 17. de passione domini. Gregorius super euāgelia homilia decima.

3 Dormiunt quidè isti, somniatq; vigilantes, aduentuq; Messie quotidie sperantes falsis diuinationib; & fallacib; prophetijs tertio quoq; anno illuduntur insanissimè: nec tādè

X 3 aliquando

aliquando resipiscere volunt sepi-
simè decepti. Spes quippe (vt basi-
lius ait) nihil aliud esse videtur, quã
somnia hominis vigilantis. Et
ante illum: Pindarus, spem dicebat
esse vigilantium somnia. Hac vana
& falsa Iudæi perpetuò torquentur
& nutant. Nam spes quę differtur,
affligit animam: & sicuti Mantua-
nus inquit: *Spes longa dolor.* & *Expectare diu labor est, & pondus
iniquum.*

Et vt ait Fabius. Nihil grauius quã
desinitur spes torquent. Qua vel so-
la ratione, non in facere dicebat
quidam, se nunquam Iudæum futu-
rum. Ioan. 1. & 4. Nicepho. lib. 14.
ecclesi. histo. cap. 40. Basili. epist.
17. prouer. 13. Fab. decla. 12.

4 Multa sunt euidentissima testi-
monia scripturę sacrę, quibus per-
fidia Iudæorum planissimè confu-
tatur. Sed vt omittã apostolorum
& euangelistarum scripta, quibus
isti miseri & miserabiles credere
nolūt, vnum aut alterum ex innum-
eris vet. testam. locis aduersus il-
los adducere placuit: quos nulla ter-
guieratione, nulla callida inter-
pretatione subuertere, aut vitare po-
terunt. Prior locus est in prophetia
illa morietis Iacob: cuius hæc sunt
verba: non auferetur sceptrũ de Iu-
da, & dux de femore eius, donec ve-
niat qui mittendus est, & ipse erit
expectatio gentium. Quod nemo
non intelligit in aduentu Christi
fuisse cõpletum: nec enim sceptrũ,

nec dux fuit eo tempore in Iuda, vt
elegantè docet Aug. lib. 12. contra
Faustũ. & Nicepho. li. 1. eccl. histo.
c. 6. & 9. & rerũ euidentia id ipsum
perspicuum factum est. Posterior
locus est in hebdomadibus Danie-
lis, vbi tempus ipsum veri Messia:
Christi Dei nostri, subobscurè pri-
ma fronte, sed tamẽ certissimè assi-
gnatum, ac penè digito ostensum
est: quemadmodum ibidem diuus
Hierony. & pleriq; alij subinde ali-
bi docent. Prætereo sciens Esaiam,
& reliquos omnes prophetas, quo-
rum vaticinia manifestissimè veri-
tatem eandem vno ore sentiunt.
Genes. 49. Dani. 9. Esai. 53. August.
lib. 12. contra Faust. cap. 42. Chryso-
oratione. 2. aduersus Iudæos. Cle-
mens Alxan. lib. 1. Stromatum, ver-
sus finem.

5 Tolerantur Iudæi in nonnullis
prouincijs, propterea quod magna
tributa pendunt: diuina quoq; pro-
uidencia facit, ne funditus extirpẽ-
tur: vt hostes etiã & inimici nostri
testes sint certæ fidei & integritatis
scripturarum nostrarum: qui per
vniuersum orbem dispersi, veteris
testamenti codices proferentes, te-
stimonio nobis sunt, scripturas in-
tegras apud nos haberi: quas illi
magna diligentia seruant, ad suum
iudicium & condẽnationem. Sunt
autem Iudæi cunctis nationibus in-
uisi, apud omnes abiecti, irrisi, op-
pressi, & infames: neque iniuria,
quippe quum superstitionibus, vsu-
ris, & seditionibus omnia inficere

ac

ac perturbare soleant. Et quantis ti-
midissimi sint, ausi tamẽ olim fue-
runt contra regẽ Hispaniarum cõ-
spirare: quamobrem in seruitutem
redacti sunt, ad quam reuocari de-
bent, qui libertate superbiunt. Cõ-
tra illos itaq; in concilio quodam
Toletano huiusmodi decretũ ex-
tat. Quoniam Iudæorum perfidia,
non solum tunicam sacri baptif-
matis Christiani, quam susceperat
maculauit, sed etiã cõtra regem,
regnumque conspirare ausi sunt:
suis omnibus rebus nudati, tã eo-
rum perfidorũ personę, quã vxores
eorum ac filiorũ & reliquę posteri-
tatis per cunctas Hispaniarũ prouin-
cias seruituti subiacent perpetuę,
maneãtq; vsq; quaq; disperse illiq;
qui eisdem Iudæos in seruitutẽ ac-
ceperint, in nullo eos permittant ri-
tuum suorum ceremonias celebra-
re aut colere. 17. concilio Toleta. c.
8. Alex. Ales. 2. p. q. 179.

6 Quæri autẽ solet, an Iudæi expel-
li iuste possint ex christianorũ pro-
uincijs? Quod quidem multis ma-
gnisq; rationibus iã pridẽ obtinuit,
ne perfidia sua noceant catholicis,
& peccare eos faciant, aut certẽ illis
fiant in scandalum. Etenim eam re-
tributionem Iudæi solent impen-
dere, quam mus in pera, serpens in
gremio, & ignis in sinu, suis consue-
uerunt hospitibus exhibere. Sicut
Innocen. 3. archiepiscopus Senonẽ.
scitẽ admodum scripsit. Sic tamen
expellendi sunt, vt accepto prius
deliberandi spatio, vel discedere

possint, vel eandem cum ciuibus
religionem amplecti: sicuti pru-
denter Hermas Lermarius inquit.
Et tertio imperij sui anno Iustinia-
nus promulgauit legem, vt in iu-
risdictione sua non essent pagani
neque heretici, nisi soli Orthodoxi
Christiani, datis illis inducijs vsq;
ad menses tres ad conuersionem.
Author Paul. diacon. lib. 16. rerum
Roman. Exod. 23. in fin. c. & si Iu-
dæos de Iudæi. Oldra. cõf. 87. & cõf.
264. Socin. cõf. 86. lib. 4. Corset. de
potesta. reg. quęst. 81. Alber. in rub.
de hæret. lib. 6. quęstio. 7. Hermas
lib. 2. de instau. religio. cap. 12.

7 Igitur iure quã optimo expul-
si fuere Iudæi tota Hispania legi-
bus regũ catholicorũ Fernan-
di & Isabellę: quibus longa sapien-
tiam consultatione præmissa con-
cessum fuit quadritnestre spatium
intra quod possent conuerti ad fi-
dem catholicam, vel bonis suis
omnibus venditis ab Hispania di-
scedere: quò tempore lapsò, qui in
sua perfidia persistenterunt, coacti
sunt abire cum vxoribus, filijs, ser-
uis, familiaribus & rebus suis: & ve-
titum illis fuit, ne vnquam in Hi-
spaniam redirent: in qua si dem-
ceps reperti essent, pœna mortis &
publicationis bonorum statim ob
eam rem punirentur. Cautum præ-
terea legibus pragmaticis est, vt
nullus Iudæus ingrediatur Hispaniam
quouis quæsito colore: ea-
dem pœna mortis & confiscatio-
nis bonorum in eos exequenda,

X 4 qui

qui in Hispania comprehensi fuerint: & ut nihil eis proſit, ſi forte dixerint, ſe velle ad fidem conuerti, niſi in primo regni limite idipſum fuerint publicè proteſtati. Quòd ſi quiſpiam Chriſtianorum Iudeos receptare conuictus fuerit, in pœnam publicationis bonorum omnium incurrat. pragmat. 5. data Gratae anno domini. 1492. & pragmat. 6. ibidem lata anno dñi. 1499.

8 Ioannes Pictus Mirandulæ comes lib. 5. aduerſus Aſtologos huius memorabilis eiectionis eleganter meminit, his ipſis verbis. Non minoribus ferè poſt ea tempora calamitatibus gens Hebræorum obruta eſt, quàm aut ſub Tito, aut ſub Adriano: pulſis nuper Iudeis omnibus ex tota Hispania à Chriſtianiſſimo illo rege, nunquam certè ſatis laudatò: vbi & numero & diuitijs & authoritate plurimum poterant. Qua eiectione nihil vnquã ferè vel triſtius vel acerbius paſſos, ipſi ſe non diffitètur. Ita multi naufragio, peſtilentia quam plurimi, fame maxima paſſorum abſumpti ut nobis etiam Chriſtianiſ in tanta calamitate, in qua diuinę iuſtitia gloria delectabat, homines tamen extrema ad eò patientes cõmiſerationem facerent & dolorem. c. 12.

9 Tunc autem fuerunt ab Hispania pulſa quadringenta millia Iudeorum ut Reuchlin, alijque teſtatur: qui ſi diuitijs crefcere ac multiplicare permiſſi forent, non dubito quin totam ferè Hispaniã, & perſi-

dia infeciſſent, & uſuris ſpoliaſſent. Sed melius res habet: nullus enim vel Iudæus vel Maumetanus, vel aliter cuiuſlibet ſectę aut hereticiſ, permiſſus eſt exinde in Hispania cõmorari. Quod iam olim in ſexto cõcilio Toletano maiores noſtri decreuerant, hoc verborum tenore: ſanctum conciliũ ſimul & cum conſenſu Chriſtianiſſimi principis ſuorumque optimatum, illuſtriũque uirorum hanc promulgamus Deo placituram ſententiã: ut quiſquis ſuccedẽtium temporum regni ſortitus fuerit apicem, non ante conſcendat regiã ſedem, quã inter reliqua conditionum ſacramenta pollicitus fuerit, nullum non catholicum permittere in ſuo regno degere. Si verò poſtquã ad regni gubernacula acceſſerit, ipſe temerario huius extiterit promiſſi, ſit anathema maranatha, in conſpectu ſempiterni Dei: & pabulum efficiatur ignis eterni: ſimiliter & omnes, qui cum eo conſenſerint. Hæc illi cano. 3. Alberti. in rub. de here. lib. 6. queſt. 3. Lucius Marinus ſiculus libro. 19.

10 Cũ igitur Dei gratia iam pridem Hispania liberata ſit à Iudeorum ſuperſtitione: nõ opus eſt pluribus in hoc tractatu immorari. Adde quod Iudæi, cũ baptizati non ſint, nec fidem Chriſti profeſſi, heretici vel apoſtate dici nõ poſſunt, ac proinde inquiſitorum iurisdictioni non ſubiacent: eccleſia nãque de his qui foris ſunt, non iudicat: & inqui-

inquiſitoribus iurisdictione dũtaxat mandata eſt aduerſus hereticam prauitatem & apoſtaſiam. cap. filij. cum ſequenti. de heret. lib. 6. in ſupraſcriptionibus. & 1. Corin. 5. ca. multi. 2. queſt. 1. cap. gaudemus. de diuortijs.

11 Neque audiendi quidam, quorum eſt Oldradus, exiſtimãtes, eccleſiam & inquiſitores procedere poſſe contra Iudeos, quoties illi errauerint contra uetus teſtamentum, aut Chriſtianum quempiam ad Iudaicum induxerint, aut circumciderint, aut fidem catholicam abnegare coegerint. Nam primo caſu heretici non ſunt, nec noſtra referunt, an uetus teſtamentum uolent, vel obſeruent: quum utroque modo foris ſint: in alijs uero per iudices laicos puniendi ſunt. Tametsi non abnuerim, inquiſitores de his cauſis cognoscere quoque poſſe conſtitutione quadam extrauagante Nicolai quarti. Ceterum ſi Iudæus Maumetanus, aut quicumque alius hereticos receptauerit, defenderit, vel illis fauerit, vel inquiſitoribus obſiſteret, vel eorum officium impediret: puniri quidem poſſet ab inquiſitoribus: quia (ſicut Vlpian. ait) omnibus magiſtratibus, ſecũdum ius poteſtatis ſuę conſeſſum eſt, iurisdictionem ſuam defendere pœnali iudicio: quod multo magis inquiſitoribus permiſſum eſt. Oldrad. conſil. 36. Guido Carmeli: de hereſi. Iudeorum. c. vlti. Brun. lib. 4. de heretic. cap. 2. l. Iudeos. l. Iudæi. 2. c. de

Iude. Directorium. fol. 133. vbi extra uag. Nicolai. l. 1. ſi quis ius dic. non obtempe. cap. accusatus. 5. vltim. de here. lib. 6.

12 Si uerò Iudæus baptizatus ad Iudaicam ſuperſtitionem redierit, canis ſcilicet ad vomitum, aut Chriſtianus aliquis ad ritus Iudæorum tranſierit, puniri poteſt ab inquiſitoribus tanquam aliquis alius hereticus vel apoſtata. Et ad probandũ hæc facinus etiam Iudæorum teſtimonium admittitur, quo legitime probato, relapſi & impœnitentes regijs legibus igni traduntur cap. contra Chriſtianos. de heret. lib. 6. regia. l. 7. titu. 24. par. 7. & l. 1. titu. 1. lib. 4. fori leg. Alberti. lib. de agnoſ. aſſert. catho. q. 32.

13 Iudæi autem admonendi ſunt, non autem cogendi ad fidem catholicam ſuſcipiendam: cuius enim uult Deus miſeretur, & quem uult indurat: nec inuiti cõuertedi ſunt, ſed uolentes, ut integra ſit forma iuſtitia. Verũ compellendi ſunt, ut in fide ſuſcepta permaneant: premijs quoque atque honoribus allici debent ad ſalutem: & onerari poſſunt exactionibus, & infamia notari, ut conuertantur. 4. conſil. Toletana. cano. 55. ca. de Iudæis. 45. diſti. l. 1. de iuſt. & iur. Alex. Ales. 2. part. q. 179. in fine. Hermaſ & Letmatius. lib. 2. de inſtaur. religi. cap. 12.

14 Neque licet Iudæis Chriſtianas uxores ducere, aut illas pro concubinis habere. Quòd ſi filios ex tali coniunctione ſuſceperint, aſſumẽ-

De iudicibus secularibus

di sunt ad baptismum, etiam inuitis parentibus, vt multis concilijs ecclesiasticis decretum est. Præterea iudei qui christianis mulieribus se cõmiscere ausi fuerint, acerbissimè puniri debent sicuti Oldral. Alexa. & Philip. Corneus. alijq; iurisperiti tradunt. 3. conc. Tolet. ca. 14. & concil. seq. can. 61. Oldral. conf. 333. Alexa. conf. 99. lib. 6. & conf. 13. lib. 7. Cornel. conf. 114. li. 1. Grillan. de pœnis omnia. coitus. q. 12. Hipol. cõsi. 101. Boerius. decisione. 316. Alciat. lib. 7. parerg. iuris. cap. 23. 15 Nemo quidem ad Iudæorum ritus iam transit, nisi qui ex iudæis parentibus descendit, & ab eis iudæicam superstitione didicerit: quod ante multa secula Iuuenalis satyra. 14. his versibus prodidit.

*Quidam fortiti metuẽrem sabbatha
patrem,
Nil præter nubes, & cali numen a-
dorant,
Nec distare putant humana car-
ne suillam,
Qua pater abstinuit: mox & præ-*

De iudicibus secularibus.

Titul. XXXVI.

- 1 *Hæresis cognitio ad solũ ecclesiasticum iudicem pertinet.*
- 2 *Iudices seculares cognoscere non possunt de causis ciuilibus aut criminalibus, quarum cognitio pertinet ad inquisitores.*
- 3 *Iudices seculares punire debent illos, quos inquisitores hæreticos declarauerint.*

*putia ponunt.
Romanas aut soliti contemnere leges
Iudaicum ediscunt, & seruant ac
metuunt ius.*

16 *Tradidit arcano quodcunque volumine Moses.*

Multa demum contra Iudæos & eorum perfidiam scripsere theologi. Tertullia. Cypr. Athana. Paul. Burgen. & ceteri, quæ omnia legere cupientibus passim obuia sunt: & Pluthar. eos irridet libro. de superstit. Tertul. lib. contra Iudæos itidẽ Gyprianus, duobus libris. Athan. lib. de incarn. verbi. Chrys. orationibus aduers. iudæos. Iustin. martyr dialogo. cum Triphone aduers. Iudæos Niceph. lib. 10. ca. 32. cum seq. & lib. 14. c. 16. Marsil. Ficinus lib. de Christ. relig. cap. 27. cum sequẽ. & Ludoui. viues lib. 3. de verita. fid. Christia. Burgen. in scrutin. script. & alij multi. 4. conc. Tolet. can. 61. cum seq. & 1. cõcil. Matiseonesi cano. 8. & deinceps. Anchar. conf. 15. Aret. cõf. 157. Corne. conc. 19. lib. 3. Tiraq. de iure primogen. quest. 66.

- 4 *Iudex secularis an sententiã iudicis ecclesiastici in causa hæresis exequi tenetur, nulla de iustitia ipsius cognitione vel fide facta.*
- 5 *Iudicem secularem in causa hæresis merum esse exequutorem, multorum vera est opinio.*
- 6 *Iudicem secularem aliquando exequi nõ teneri sententiã iudicis ecclesiastici.*

ci,

Titulus

XXXVI. 166

- 7 *ci, quorundam falsa est opinio.
Iudicem secularem de nullitate sententiæ inquisitoris cognoscere posse, quidam sentiunt.*
- 8 *Iudicem secularem, quo in casu sentiant Ignis & alij, non debere sententiã inquisitorum exequi.*
- 9 *Igni temeritas & procacitas notatur.*



- 1 *Cognitio hæresis ad solum ecclesiasticum iudicem pertinet, quia crimen hoc aduersus fidem & religionem committitur, de ijs enim criminibus, quæ secularis administratio ignorabat, & christiana religio ostendit crimina esse, solus cognoscit ecclesiasticus iudex: vt sunt hæresis, schisma, & alia id genus. In quacunque igitur parte iudicij secularis incidit eiusmodi criminũ cognitio, protinus ad ecclesiasticos iudices remittenda est, vt rectè Masuerus tradit. c. vt inquisitionis, & prohibemus. de hæret. lib. 6. l. 1. c. Theoditu. de religione. Abb. & ceteri in c. cum sit generale. de for. compet. Alciat. in. c. 1. de offi. ordi. num. 73. Herm. lib. 7. de instaur. religi. cap. 16. Masuer. in pract. Forensi. titu. de remis. ad finem. Eleganter Osius lib. 2. contra Prologomena Brentij.*
- 2 *Hoc amplius hodie iure regio prohibetur, ne quispiã secularium iudicum, quanta cunque dignitate ac potestate sit præditus, cognoscere villo modo præsumat, de causis ciuilibus, aut criminalibus, quarum*

cognitio pertinet ad inquisitores & iudices bonorũ publicatorum: ne sub prætextu quidem subleuandi vi oppressos, quod alioqui saluberrimum & præsentissimum remedium esse solet, ad propulsandas iniurias iudicum ecclesiasticorum. Si qui tamẽ appellare voluerint in superscriptis causis, adire debent senatum sanctæ generalis inquisitionis, mandatum regium datum Burgis die Martij. 17. anno salutis 1508. renouatum anno proximo: 53.

3 *Sed quãuis iudices seculares de causis hæreticorũ cognoscere nequeant, condemnare tamen, & punire debent illos, quos inquisitores declarauerint hæreticos esse, pertinaces, relapsos aut impœnitentes. Eorum enim officium in prædictis causis non in cognoscendo, sed in exequendo consistit. Hanc autem exequutionem facere tenentur, cū fuerint ab inquisitoribus requisiti: etenim cū ecclesia non habet ultra quid faciat, cū hæreticos ad fidei vnitatem conuertere nequit, cū pœna seuera illos punire non possit; iudicibus secularibus animaduersione debita puniendos relinquit: vt quod non præualent sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem, potestas secularis hoc imperet, per disciplina terrorem. cap. vt inquisitionis. de hære. lib. 6. ca. cū non ab homine. de iudi. cap. princeps. 23. q. 3. Ioan. lup. in ca. per vestras. §. 48. Guillel. Benedi. quest. de*

De iudicibus secularibus

de homicidio. Brunus lib. 4. de hæ-
re. cap. 14.

- 4 Hinc exoritur quæstio anceps,
de quainterius peritos acris contē-
tio est: an iudex secularis in causa
hæresis, sententiam iudicis eccle-
siastici statim oculis (quod aiunt)
clausis exequi teneatur, nulla de iu-
stitia ipsius cognitione vel fide fa-
cta. Bart. & complures alij putant
iudicem secularem, noua inquisi-
tione instituta tam de processu &
sententia inquisitoris, quàm de cri-
mine cognoscere posse: ideoque
ipsum non prius teneri ad exequen-
dam sententiam inquisitoris, quàm
ei de iustitia processus, causa cogni-
ta plena fides facta fuerit. Quod ar-
gumento cuiusdam constitutionis
Iustiniani confirmant: quæ tatum
de crimine mixti fori loquitur, cu-
ius cognitio tam ad secularem, quàm
ad ecclesiasticum iudicem perti-
net. Et hæc est cōmunis opinio le-
gistarum. vt Ioan. Imol. & Felin. te-
statur auct. de sancti. episcopis. s. si
vero de crimine. Guillel. de cu. Bar.
Bal. Ange. Alber. Paul. & Fulgo. in
l. Magistratibus de iurisd. omni. iu-
di. Ioan. Imol. in cap. 1. de offi. ordi.
Feli. in ca. Ad abolendam. de hereti.
- 5 Alij verò aiunt iudicem secula-
rem in causa hæresis merum execu-
torem esse: nec de processu vel sen-
tentia inquisitoris, neque de crimi-
ne cognoscere posse: sed quod in-
quisitor iudicauerit, sine mora &
absq; nouo processu & cognitione
secularem exequi debere. Quæ sen-

tentia verior quidem & receptior
est, & vsu etiam comprobata, &
constitutione Bonifacij. viij. apertè
confirmata. c. inquisitionis. s. pro-
hibemus. de hæret. lib. 6. & est com-
munis canonistarum sententia, quàm
& legistæ sequuntur. Bal. in auct. cle-
ricus. C. de episcopis & cleri. Ange.
in l. diuus. 2. de custod. reor. Abba.
& Anchar. in ca. At si clerici de iu-
di. Salicet. in l. ea quidē. C. qui ac-
cus. non pos. Iaf. Deci. Purpura. &
Orosius. in l. magistratib⁹. de iurif.
omn. iudi. Ioan. Imol. & Alciat. in
c. 1. de offi. ordin. Matth. de Affli. in
procem. consti. Sicilię. glos. Gladij.
Brun. lib. 4. de hæret. cap. 15. Alber.
lib. de agnos. asser. catholicis. quæ-
stion. 25. nu. 44.

- 6 Ab hac generali sententia non-
nulli excipiunt quosdam casus, qui
proculdubio in Hispania recipien-
di non sunt. Primus est, quum iu-
dici seculari liquidò constaret, sen-
tentiam inquisitoris esse iniustam
& iniquam: quo casu illam exequi
non tenetur contra conscientiam
suam: auxilium enim brachij secu-
laris non est impartendum ad in-
iustitiam, sed ad ea, quæ Deo placi-
ta sunt, exequenda: neque potest iu-
dex secularis occidere illum, quem
scit innocentem. Quam ob rem
aiunt causam referendam esse ad
eundem inquisitorem, vt illam re-
ctius diiudicet. Hæc est opinio Gō-
sali, Alciati, & Cōrradi Bruni. Sed
bona eorum venia dixerim, opina-
tio ista falsa & periculosa est. Vnde
enim

Titulus

XXXVI. 167

enim scire potest iudex secularis il-
lum esse innocentem, quem inqui-
sitor hæreticum esse pronunciat?
Nunquid ex actis? At ea examina-
re non potest, vt paulò ante dixi.
Nunquid vt priuatus? At secūdam
propriam conscientiam iudicare
non debet. Relinquitur ergo vt hæc
opinio falsa sit & inanis. Quid? q̄
vix vnquam fieri poterit, vt quis-
piam sciat reum hereticū nūquam
fuisse: ca. 1. de offi. ordin. & illic Al-
cia. nu. 110. Gōsal. de hæret. prauit.
quæst. 19. Brun. lib. 4. de hereti. cap.
15. l. illicitas. s. veritas. de offi. præsid.
cap. quoniam cōtra. de probati. c.
quia verisimile de præsumpt.

7 Addunt præterea isti exceptio-
nem aliam, eodem prorsus morbo
infectam: aiunt enim iudicem secu-
larem de nullitate sententię inqui-
sitoris cognoscere posse, si sententia
propter defectū iurisdictionis nul-
la esse dicatur: quia talis sententia
exequenda non est. Neque obstat
quod secularis iudex de his causis
cognoscere nequit: eo enim casu
non cognoscit de hæresi, sed de sen-
tentia nulla. Hęc inquam exceptio
nihilo magis vera esse potest, quàm
opinio paulò ante relata. Quia se-
cularis iudex protinus exequi tene-
tur inquisitoris sententiam: nec vl-
lam cognitionem harū rerum ha-
bet. Adhęc, sententia inquisitorum
corā clero & populo publicè pro-
ferri solet, memoratis breuiter atq;
relatis totius causæ actis: quò fit, vt
nullitas sententię illic sine scanda-

lo tractari non possit. Adde quòd
inquisitorum sententię cum consi-
lio peritorum & cum deliberatio-
ne magna prolatę non facile de nul-
litate possunt esse suspectę. ca. si eo
tempore. de rescri. lib. 6. & inibi Ar-
chidiano. Ioan. And. & Domi. l. 4.
s. condemnatum. de re iudic. Gō-
sal. & Brun. locis prænotatis. ca. vt
inquisitionis. s. prohibemus. de hæ-
ret. libro sexto.

8 Ad hæc Andreas Alciat. asserit,
iudicem laicum non teneri statim
damnare reum ab inquisitoribus
sibi relictum, quando verè non fuis-
set reus heresis crimine maculatus,
tamen si iudex ecclesiasticus id pro-
nunciasset: & ita, inquit, dictū fuit,
quòd iudex laicus non tenebatur
exequi sententiam inquisitoris, qua
pronunciauerat mulierem quan-
dam hæreticam, quæ re vera solū-
modo fecerat pocula amatoria, &
in super contra eam, erant iudicia
quarundam maleficarum. Ioann.
Igneus quoq; memorat, id ipsum
bis contigisse Mediolani: vbi duæ
mulieres ab episcopo. Parmensi &
inquisitore, de hæresi condemnatę
impunes euaserunt: compertumq;
extitit, rectè eas de fide semper sen-
sisse. Addit etiā q̄ Rothomagi mu-
liercula quædam, veluti hæresis rea
flammis destinata, absoluta fuit à
secularibus iudicibus: & qui eam
damnauerant fuere in expensis cō-
demnati. Sed profectò hæc omnia,
& id genus alia, vel conficta sunt in
odium sanctæ inquisitionis, vel
certè

De lamijs

certè à prauis & imperitis iudicibus temerè & inique facta. At verò in Hispania nihil tale inueniri, ne suspicari quidem potest: tum quia inquisitores eliguntur eruditi, prudentes, & boni: tū etiā quia omnia cū consilio peritorū agunt, & consultissimè atque iustissimè iudicāt. Vnde relinquitur quòd iudices laici eorum sententias confestim exequi debent, nec vllò modo cognitionem hanc vsurpare possunt. Alciat. in. ca. 1. de offi. ordi. nume. 104. Ioan. Igneus. in. l. 1. §. cum dominus. ad Sillaniam. nume. 41.

9. Cæterum quoniam in illum Igneum conuiciatorem incidimus, qui subinde ponere eos in cælum scriptis editis veritus non est: operè pretium erit eius maledicam temeritatem & intemperatum iudicium breuiter & cursim notare, ne procacia impudētissima illi cedat impunè. Nam vt omittam ea, quæ in Alciatum literatissimum, nulla iniuria lacepsitus, licentiosius, ariarius atque prolixius, temerè atque inuerecundè effutiuit: quis ferat illum de summo pontifice, Christi vicario his verbis loquentem? Boni facius octauus gladium extensum habuisse visus est, interdicens iudicibus secularibus notionem & iudicium, volens eos promptè sententias ab episcopo & inquisitore la-

tas exequi, sub interminatione censure ecclesiasticæ: quasi sententiæ illius sanguinariæ iudices laici lictores esse debeant. Hæc ille, qui si sententias inquisitorum, quibus impœnitentes & pertinaces, hereticos esse declarant, sanguinarias vocat, insipiens omnino ac demens est. Si verò sanguinariam ait esse sententiam pontificis maximi, qua supremus pastor iudicibus laicis præcipit, vt hereticis animaduersione debita puniant, proculdubio in papam ipsum sacrilegus, & hereticorum fautor censeripotest. Sed vltius progressa hominis huius, impudètia dicam, an insania? Omnes quotquot vnquam fuerunt imperatores, quo iure, qua iniuria procacissimè infamat, vt tandem ore sacrilego fraterculus iste gigantum, Carolum Cæsarem regè nostrum, imperatorem omnium Christianissimum, optimum & foelicissimum, quasi criminum successorè, confictis fabulis temerè ac falsè infectetur. Qua in re quidem helleboro magis, quàm confutatione dignus est: neq; aliud ei verius responderipotest, quàm id quod olim de Cornelio tacito Tertullianus in apologetico scripsit, quod tute ipse legere poteris. Igneus in. l. 1. §. cum dominus ad Sillaniam. nu. 39. & in tract. An rex Franciæ subsit imperatori.

De lamijs. Titul. XXXVII.

1. Lamiarum nomina, & vnde sic dicta fuerint.


2. Stryx quid sit, & vnde dicatur.

3. Lamia plarunq; mulieres esse solent, raro

Titul.

XXXVII. 168

- raro autem viri in hoc crimine deprehenduntur.
4. *Damones an fieri possit, vt sint incubi & succubi.*
 5. *Damones interdum assumunt corpora, & sunt incubi & succubi.*
 6. *Lamiae, an fieri possit, vt à demonibus deferantur per aera.*
 7. *Lamias non verè ferri per aera, sed mente tantum & cogitatione, quidam asserunt.*
 8. *Lamias interdum verè & corporaliter ferri per aera, verissimum est.*
 9. *Ancyranum concilium non negat ea fieri posse, quæ sæpe à demonibus cum lamijs perpetrantur.*
 10. *Lamias per aera ferri à demonibus facilius est creditum, quàm easdem pro veris falsas illusiones habere.*
 11. *Ecstasis & raptus quomodo fiat.*
 12. *Lamiae, cum à demonibus illusionibus falsis decipiuntur, quomodo fiat, vt earum corpora nihil sentiant.*
 13. *Lamiarum causa cur ad inquisitores pertineat.*
 14. *Lamijs, quò sit, vt fides habeatur contra se ipsas, aut contra cæteras, si in solo spiritu illusiones patiuntur.*
 15. *Lamijs quomodo fides adhibenda sit aduersus alias maleficas.*
 16. *Lamiae quo pacto puniendæ sint, si constet eas hereticas fuisse.*
 17. *Lamiae, quas infantes occidisse constat, si redire volunt ad agenda poenitentiam, an ab inquisitoribus relinqui possint curia seculari.*
 18. *Iudices seculares propter alia crimina punire non possunt lamias sibi relictas, nisi causa cognita.*
 19. *Lamiae quando iudicibus secularibus tradendæ sint.*
 20. *Lamiarum filias in vitium maternum succedere, falsa est opinio.*

1.  Arijs nominibus peruersa quædam, & malefica mulieres vocari solent.

Sunt qui lamias: sunt qui stryges appellēt: & idiomate Hispano, Brujas & Xorguinias nominant. Lamia frequentius à plerisque appellantur, idq; ob similitudinem cuiusdam bestiae, quæ speciem habet humanam, & corpus bestiale: & (vt inquit Gregorius) ita crudelis est, vt suos filios dilaniet. Et Philostratus lib. 4. de vita Apolonij. c. 8. ait, lamias à quibusdam Laruas appellari, & lemures, esseq; ad amorem & venerem pronas. Duris autem li. 2. Libycorum inquit, mulierem pulchram fuisse Lamiam Belli & libyes filiam, quam Iuppiter adamarit, ex eaque filium suscepit: at Lunonem Zelotypia infensam, eum infantem perdidisse, ipsamq; in feram mutasse, quæ nunc sui desiderio alienos filios rapiat, perdatque.

2. Stryx à stridore vocis dicta, avis est nocturna & importuna: inde dicuntur stryges mulieres istæ, quia noctu præcipuè versantur in maleficijs, & infantium sanguinem sugunt. Nam vt Festus ait, stryges dictæ sunt mulieres maleficæ & volaticæ, ab aue huius nominis inauspicata, quæ similis est Buboni, & infantium corpora noctu inuadit, exugitque sanguinem, & suffocat: vnde à stringendo nomen habet, vel sicut alijs placet à stridendo. Vnde Ouid.

Nocte volant, puerosque petunt nutricis egentes:

Et vitiat cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactæia viscera rostris:

Et

De lamijs

*Et plenū potō sanguine guttur habēt.
Est illis strygybus nomen, sed nominis
huius*

*Causa, quōd horrenda stridere nocte
solent.*

*Sine igitur nascuntur aues, seu carmine
fiunt,*

*Neniaque in volucres falsa figurat
anus.*

Et cætera, quæ scripsit libro sexto
fastorum sed de nominibus male-
ficarum satis & super. Vide Ludo-
ui. Cælium. lib. 29. lectio. antiqua.
cap. 5. Alfon. lib. 1. de iust. heret. pu-
nit. cap. 16. Alciat. lib. 8. Parerg. iu-
ris. cap. 22.

3 In hac autem secta plerunque
mulieres, & rarò viri reperiuntur. 4
Cuius rei causas esse aiunt, quia mu-
lieres proniores sunt ad maleficia,
& citius credunt, & facilius deci-
piuntur, quàm viri. Quas ob res fre-
quentius Dæmones illas aggrediuntur
& fallunt. Ad hæc, mulieres (vt
alibi diximus) aptiores sunt ad sus-
cipiendas has reuelationes, propter
humidiorem qualitatem. Deinde
sicuti Comicus ait: mulieres fermè
vt pueri leuis sententiæ sunt: ideoq;
dæmonum pollicitationibus facile
moueri solent. Præterea, non est ira
super iram mulieris vt sapiens in-
quit: & sicut alius canit, nemo ma-
gis gaudet vindicta, quàm scemi-
na: quò fit nonnunquã, vt ad iram
exequendam, opera dæmoniorum
abutantur. Ad postremum, pronio-
res sunt mulieres ad libidinem, quã
viri: & præcipuus finis, ad quem hu-

ius artis professores tendunt, est car-
nis voluptas, cuius illæ insatiabiles
sunt. Compertum quippe est, mul-
tis magnisque comprobatum exē-
plis, quòd tota illa diabolica tragœ-
dia, quam maleficæ istæ mulieres
cum incubis peragere solent, cho-
reæ, saltationes, conficta conuiuia,
spurcissimæ cæremonia, aliaque id
genus omnia, eò tendunt, vt post
illusiones plurimas, hanc quoque
maximam, scèdissimamque patia-
tur, vt nefarijs complexibus, sceler-
atissimisque connubijs, dæmoni-
bus, qui humana forma eas ludifi-
cant, libidinosè commisceantur.
eccl. 25. Prou. 30. cap. in eo. 32. q. 4.

4 Illud tamè quod diximus de in-
cubis probabilem dubitationem
habet: quãuis enim Platonici (qui-
bus accedunt Orige. Basilus, Aug.
& quidam alij) putēt, dæmones ha-
bere corpora aërea & subtilia: ve-
rior tamen atque receptior senten-
tia theologorū est contra illos: sunt
enim angeli ac dæmones, spiritus si-
ne corpore vt satis apertè docet a-
post. in epistola ad Hebræos. Vnde
relinqui videtur, quòd cum lamijs,
dæmones commisceri nequeunt:
nec fieri possit, vt sint aliqui ex illis
incubi & succubi. Quod quidem
Plutarcho in vita Numæ Pompil.
perdifficile creditu visum est: quã-
quam (inquit) videntur Egyptij nõ
absurda vt partitione, qui aiunt,
mulieri quidem spiritum Dei ap-
propinquare posse: & quædam so-
bolis principia ingignere: viro au-
tem

Titul.

XXXVII. 169

tem nullum esse corporis cum Deo
neque commisionem neque con-
gressum: ignorant autem mistum,
cui miscetur, communionem vi-
cissimæqualem reddere. Quo in lo-
co Plutarchus de his ipsis dæmoni-
bus loquitur: quoniam (vt ait psal-
tes) diu gentium dæmonia. Et Aug.
Eugubinus. lib. 8. de perenni philo-
sophia: nec natura (inquit) fieri po-
test neque assentitur philosophia,
spiritus corpore nudatos amore scè-
minarum capi, aut ex eis generare
posse: habent enim fontem suum
& inferiores ortus cupiditates: si de-
sit causa, desit effectus. Vbi non est
cibus & potus, non est sperma: vbi
non fuit quæreda successio & pro-
pagatio, non adhibuit natura cupi-
ditatem generandi. Sicut spiritus
nudi sitire, esurireque non possunt:
sic veneris libidine, nequeunt in-
flammar. Hæc ille. cap. 32. Aug. lib.
de diuin. damo. & lib. 3. de Genesi
ad literam cap. 10. ad Hebræos cap.
1. Iamblicus. lib. de mysterijs. Apu-
leius lib. de Deo Socratis. Augusti.
Eugubinus lib. 8. de perenni philo-
cap. 26. cum seq. Ludouicus Cælius
lib. 2. lectionum antiqua. c. 5. theo-
logi. lib. 2. sent. distin. 8. vide Casia-
num collat. 8. ca. 21. Iustinum mar-
tyrem & eius interpretem in apolo-
gia prima pro Christianis.

5 Sed quãuis dæmones spiritus
sint sine corpore, assument tamen
interdum corpora, & ea mouent.
Sic dæmon apparuit Euzæ in figura

serpentis, & Christum dominum
in deserto tentauit: & sepè (vt apo-
sto. ait) transfiguratur se in angelum
lucis. Mirum igitur videri non de-
bet, si dæmones assumptis corpo-
ribus incubi fiant & succubi: quod
Isidorus, Beda, & innumerabiles a-
lij fatentur. Et beatus Augusti. ve-
rissima scriptura id cõprobari affir-
mat: qui etiam à multis expertum
esse dicit, de quorum fide dubitan-
dum non sit, Syluanos & Faunos,
quos vulgo incubos vocat, impro-
bos sepè extitisse mulieribus, &
earum appetisse ac peregrisse con-
cubitum: & quosdam dæmones,
quos Dufios Galli nuncupat, hanc
assidue immunditiam, & tentare &
efficere: quod temporibus diui Ber-
nardi palam omnibus factum fuit,
dæmone quodam incubo, mulie-
rem persequente, quam sanctissi-
mi illius viri precibus Deus ab il-
lo liberauit. Et superioribus annis
id ipsum horrendo ac memorabili
casu Cordubæ deprehensum sciri-
mus. Genes. 3. Matth. 4. Isidorus lib.
8. Etymol. in fine. Beda lib. 3. in euā-
gelij Lutæ. c. 31. Aug. lib. 15. de ciuit.
dei. c. 23. Alex. de Ales. 2. part. q. 78.
membro. 2. art. 2. & q. 158. membro. 6.
Tho. 1. primæ. q. 51. art. 2. & 3. Gerson.
part. 4. in collatione de angelis &
lib. 2. de vita sancti Bernar. c. 6. Psel-
lus lib. de dæmonibus. c. 1. cum seq.
Ludou. Cælius lib. 2. lectio. anti-
qua. cap. 6. Bartho. Sibylla. in specu-
lo peregrina. quæstio. de cadis terciæ

De lamijs.

cap. 2. Brunus libro de imaginibus. cap. 14. Scotus, Bonauen. Durand. & ceteri in lib. 2. sentent. distinctio ne. 8.

6 Queri autem solet, an fieri possit, ut lamię deferantur a dæmonibus per aëra, & breui temporis spatium volēt per loca remotissima? Cui respondetur, non solum, id nō esse impossibile, verum etiam fieri per quam facile posse: quia omnia corpora inferiora, subduntur imperio angelorum, bonorum & malorum, quantum ad motum localem. Quod si angeli mouent orbis cælestes immensæ magnitudinis, ut verior est & receptior theologorum & philosophorum sententia: quanto facilius dæmones mouere poterunt humana corpora de loco ad locum? Ut enim post sacrum Dionysium omnes theologo docent, naturalia in dæmonibus manserunt integra: unde naturali virtute, hæc & multo maiora; dæmones facere possunt. Accedit eodem quod Iesum Christum dominum assumpsit diabolus, & transtulit in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, ac deinde transtulit in montem excelsum valde. Cur ergo non idem facere poterit de corporibus lamiarum? Nec me fugit Cyprianum & quosdam alios interpretari aliter locum illum Matthæi, dicentes Christum dominum fuisse ductum a diabolo.

Diuus tamen August. lib. 2. ad Simplicianum, corpus Iesu assumptū fuisse dicit: quod & Gregor. & Thom. & alij multi confirmant. Sed inter omnes conuenit fieri hoc potuisse Deo permittente: quia ut alibi ait idem August. tantum dæmones possunt, quantum, secreto omnipotentis arbitrio permittuntur. Postremo (si vera est theologorum omnium sententia) quantum angeli naturali virtute, tantum dæmones possunt: at quosdam a bonis angelis momento temporis, ad longissima locorum spatia trālatos fuisse scimus. Nam & spiritus domini rapuit Philip-pum, & postea inuentus est in Azoto: & angelus domini apprehendit Abacuch in Iudæa, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque in Babylonem, & confestim restituit in loco suo Matth. 4. August. ad Simplicianum lib. 2. quæst. 3. & lib. 2. de ciuitat. Dei. cap. 23. Grego. lib. 2. in Iob. cap. 9. cum seq. Actorum octauo. Daniel. 14. Bartho. Sibylla. 3. decadis. capit. 7. quæst. 4. theologi omnes. in lib. 2. sent. distinct. 7.

7 Sed quia (ut vulgo dici solet) possibilis est res ampla, & multa possibilis sūt quę vix euenire posse creduntur: idcirco non immeritò dubitatur, an lamię istæ volent, & per varia loca ferantur, & corporaliter ludis intersint: & alia omnia, quę ab illis narrari solent, verè faci-

ant

Titulus

XXXVII. 170

ciant: vel hæc sint illusiones dæmonum fallaces, quibus lamię decipiuntur? Nam talia phantasmata, solent a maligno spiritu mentibus irrogari. Quod plerique iurisperitorum verius esse putant, quibus Alciatum accessisse miror. Eorum autem opinio non alia ratione fulcitur, quam capite quodam concilij Ancyranij, quo primam fronte decretum esse videtur, hæc omnia, illusiones esse dæmonum: & cum solus spiritus ea patiat, infidelis mens hæc non in animo, sed in corpore opinatur euenire. cap. episcopi. 26. quæst. 5. Ponzini. tract. de lamijs. Alciat. lib. 8. parerg. cap. 22. & complures alij.

8 Ceterum, tametsi plerumque dæmonum illusionibus decipiantur lamię, & non ferantur corpore, sed spiritu: nihilominus tamen, verisimum est, interdum lamias verè transferri corporaliter, per aëra, & per longissima & remotissima loca. Quod quidem tam certis testimonijs ac tam euidenti rerum experientia, comprobatum & cōpertum est, ut sit planè stupidum tenacius id inficiari. Adde quod cum hoc sit possibile, imò etiam Deo permittente, per facile, quid prohibet credere, id sepe factum fuisse? Hæc igitur sententia tenenda est quę ab omnibus theologis concorditer approbatur. Tho. 22. quæstio. 95. arti. 5. & inibi Caiet. art. 3. Bonauen. in lib. 3. sentent. distin.

19. Abule. Matth. 4. quæst. 47. Card. Hispa. in eodem cap. episcopi. Ioā. Maior in lib. 2. sentent. distinct. 14. quæstio. 3. Syluest. in summa verbo. hæresis. 3. §. 6. Malleus malefica. parte. 2. quæst. 1. cap. 3. Bartho. Sybilla. 3. decadis cap. 7. quæstio. 4. Picus dialogo Stryx. Paul. Grillan. de Sortileg. quæstio. 7. Francis. Victoria relectione de magia. quæst. 7. Alfonso. lib. 1. de iusta hære. puni. cap. 16. Ioan. Nider. præcepto. 1. cap. 11. quæst. 4. Alber. lib. de agnosce. assertio. catholi. quæst. 24.

9 Restat ut concilio Ancyrano ac diuo Augustino eadem dicenti respondeamus. Vera ergo intelligentia est, quod patres isti non loquuntur de lamijs, sed de quibusdam hæreticis, qui credebant quod Diana fuit in deam cōuersa: & quod creatura mutari aut trāformari potest ex vna substantia in aliam, vel de vna specie in aliā speciem, ab alio, quam a vero Deo: & quę bestijs vehabantur, ut Herodiadi seruirent. Quę omnia falsa sunt, erronea & hæretica, & a lamiarum secta longè diuersa. Neque illi patres negant, lamias posse corporaliter a dæmonibus transferri per longa spatia regionum. Neque illum hæreticum, aut stultum esse decernunt, qui credit, ea fieri posse, quę sepe a dæmonibus cum lamijs perpetrantur. Postremo exempla ab eis adducta nihil concludunt: quia particularia

Y 2 sunt,

De lamijs

sunt, ex quibus ad vniuersalia inefficax argumentum, & inanis collectio est. ca. episcopi. 26. quæst. 5. August. lib. de spiritu & anima cap. 28.

¹⁰ Profectò longè difficilior intelligitur à nobis, quomodo lamijs sensibus obseratam notabiliter decipiantur, & tam fortiter opprimantur, vt falsas illusiones, res veras esse credant, & nihil sentiât earum corpora, etiam si vapulent, aut pungantur, vel exurantur: quàm quomodo à demonibus, tanquam à velocibus equis, vehantur, aut illis commisceantur assumptis crassis corporibus: Hoc enim sensibus cognosci, illud autem vix intellectu percipi potest. Andreas Lacuna. in libr. 4. Dioscoridis. cap. 75. illud euenire ait, ex vnguento quodam soporifero, quo lamijs vngi solent. Diuus August. quadam in epistola scribit, profundissimam esse quæstionem de his visionibus & illusionibus, quæ sepe dormientibus, & interdum vigilantibus accidunt. Et tandem inquit: ego autem quauis quomodo fiant ista veluti corporea sine corpore, verbis prorsus explicare non possum: tamen sicuti scio, non ea corpore fieri, vtinam sic scirem quomodo discernentur, quæ videntur aliquando per spiritum, & per corpus videri putantur: quomodo distinguantur visa eorum, quos error vel impietas plerunque de-

ludit, quando visis piorum atque sanctorum similia pleraque narrantur. Hec ille ad Euodium epistola. 100. Vide Platon. in sophista, prope finem. Nicephorum lib. 2. cap. 36. Clement. lib. 6. de constit. aposto. ca. 9. vbi de Simone Mago fit mentio.

¹¹ Mercurius ille Trismegistus in Pimandro anima inquit, mentis presentia destituta, neque agere quicquam, neque dicere potis est: sæpè verò mens extra animam habitat, quo quidem in tempore neque audit neque videt anima, sed animali similis est ratione carenti: tanta est potentia mentis quæ animam huiusmodi dedit implicitam corpori, & ab eadem tractam ad infera. Et alius ait, in ecstasi & raptu sopiuntur vires inferiores, & anima sæpè administrationem corporis suspendit. Et enim ordo & connexio est in homine virtutis naturalis, animalis, & intellectualis: virtus autem naturalis seruire solet animali, & animalis virtus intellectuali: vnde actio vehemens & profunda virtutis sensitivæ interioris, sopire potest sensus exteriores, & facere debiliores vires naturales propter earundem virium connexionem. Quo etiam effici potest, vt vehemens intellectualis spiritu cōtēplatio, in qua phantasia vel interior sensitiva in excessu laborat naturales vires eneruet, ac sensus exteriores

Titulus

XXXVII.

171

iores sopiat, & ecstasim, vel raptum inducat. Mercurius in pymandro, dialogo. 10. Henrici. de Assia super Genesim. Bartho. Sibylla in speculo peregrini. q. decadis primæ cap. 8. quæst. 2.

¹² Sed propius ad illusiones, quibus lamijs decipiuntur, accedit, quod libro de mysterijs Iamblicus scriptum reliquit, vbi loquens de miraculis, quæ fiebant à prophetis Gentilium, demonibus scilicet agitat, inquit: Animi diuinitus afflata percipiuntque, subiecerunt vitam suam penitus afflanti Deo, neque videntur sensibus, neque mouentur humano more, neque suum statum animaduertunt, neque vllam edunt cognitionem actione inque propriam, neque viuunt tunc ipsa animali vita: quod vel ex eo patet, quia multi eorum, admoto igne non vruntur, ignem videlicet repellente Deo intus afflante: vel si vruntur, non persentiunt: neque pungentia percipiunt, vel radentia, vel vlla tormenta. Item quæ actiones eorum non sint humane, constat: quoniam per inuia vadunt, perque ignem feruntur intacti, & flumina trāseunt mirabiliter. Et post pauca: inspirati alij mouentur vel toto corpore, vel quibusdam membris, vel contra quiescunt. Item choreas cantilenasque concinnas agunt aut contra: rursum corpus eorum vel excrecere videtur in altum, vel in amplum, vel per sublimia ferri, atque contra. Item voces edunt vel æquales perpetuas, vel inæquales

& silentio interruptas. Hec ille, atque aliam eandem rem plurima: quæ sine dubio à demonibus fieri solent peruersa phantasia hominum, & mota & alienata eorum mente. Quas demonum ludificationes, & quibus modis fieri soleat August. Gerson, & alij theologi tradunt. Aug. lib. 12. de Genesi ad litteram. & lib. 18. de ciuit. Dei. cap. 18. Gerson collatione. de angel. par. 4. Fabius. declama. 10.

¹³ Ex his ergo quæ à lamijs istis perpetrantur, perspicuum est, horum criminum cognitionem ad inquisitores pertinere. Nam in principio suorum scelerum solent plerumque fidem catholicam abnegare: deinde ipsos demones adorant, & cum illis fœdus percipiunt: & pacta nefanda faciunt: vnde relinquitur, quod hereticæ sunt & apostatæ, vel certè vehementer suspectæ. Accedit etiam, quod causæ lamiarum longè melius tractari possunt ab inquisitoribus, quàm ab alijs quibusuis iudicibus: tum propter secretum carcerem, vbi cautelis aduocatorum locus non relinquitur, tum etiam propter monitiones interrogationesque frequentes, quibus inquisitores commodius reos examinare solent: & hoc iure maiores nostri, & nos semper vsi sumus. Malleus maleficarum part. 1. quæst. 14. Syluest. in summa verbo Heresis. 3. in fine. Alfonso libro. 1. de iusta. heretic. punit. cap. 16. Alciat. libr. 8. parergo. cap. 22.

14 Quæret fortasse quispiam, si verum est, sicuti est, quod plerunque lamia à demonibus decipiuntur, & in solo spiritu, & non in corpore, eueniunt illis illusiones istæ, quæ fieri potest: ut fides adhibeatur eis, aut contra seipsas, aut contra cæteras? Cui respondetur, quod proprijs confessionibus conuinci possunt non secus atque alij quicunq; reorum. Nam etsi ludificationibus demonum plerunque decipiuntur, nihil tamen illis deest ad malitiam eorum facinorum, quibus vigilantes consentiunt. Quid? quod pacta cum demonibus facere, & nefarias nuptias cum illis plerunque celebrare solent, corpore simul & spiritu? Quid ergo mirum si plena fides lamijis habeatur in his criminibus, quæ se commisisse fatentur, & ab illis verè perpetrari solent? Quid? quod etiam in facinoribus ab alijs perpetratis, rati habitio persèpè nocet, & retrò trahitur, & mandato comparatur: multò igitur magis nocere debet consensus præcedens illusiones, & eas postea ratificans, etiam si concedamus illusiones nonnūquam, & non res veras esse. Cui suffragari possunt ea quæ Theologi tradunt de pollutione nocturna. l. i. C. de confess. cap. cum quis de sententia excom. lib. 6. cap. testamentum. distinct. 6. l. i. §. sed etsi quod. ff. de devi. & vi. arm. Felinus. in cap. sicut tuis de simo. Alexand. Ales. part. 2. quæstio. 122. membro. 10. §. 4.

Gerfon. tract. de præparat. ad missam considera. 5. Albert. lib. de asserti. catho. quæstio. 24. nume. 15. & quæst. 25. Alciat lib. 8. Parergo. cap. vigesimo secundo.

15 Maius tamen dubium est, an fides adhibenda sit lamijis, aduersus alias maleficas, quas in eisdem sceleribus secum versatas esse testantur. Nam cum testis de his testimonium perhibere tantum possit, quæ corporeis sensibus cognouit, nullius prorsus momenti futurum est lamiarum testimonium, si dixerint se scire illa, quæ vera neque viderunt neque audierunt: sed ludificationibus demonum deceptæ, se vidisse persuasum habent: quod quidem verum est & negari non potest. Ceterum tunc mea sententia fides aliqua lamijis haberi poterit, cum testificatæ fuerint de criminibus aliarum maleficarum, quæ perpetrata esse dixerint alio loco & tempore, quàm illo, quo volare solent per aëra, & choreas illas agere, quas se videre putant, cum à demonibus ludificari ac decipi solent. Etenim si de illis criminibus testificantur, quæ alia malefica vigilantes coram ipsis perpetrarunt, aut se perpetrasse confessæ sunt, ut puta, si se vnixerunt ad volandum, vel demone inuocauerunt, vel fœdus percusserunt cū illo, vel hæc atq; id genus alia narrauerunt, aut persuadere tentarunt, non video cur fides illis non sit adhibenda: præsertim contra alias suspectas ac infamatas,

matas, & quas verisimile sit eadem crimina commisisse. l. testium. C. de testi. cap. cum causam de testib. l. 3. §. 1. eod. tiru. Bart. tract. testimo. Ponzinibius de lamijis nu. 53. & 65. Alcia. li. 8. par. cap. 22.

16 Posthæc, de pœnis lamiarum videndum est, quas si constiterit hæreticas fuisse, punire debent inquisitores, perinde atque alios quoscunq; hæreticos. Nam si conuictæ fuerint de errore in fide pertinaci, quia fidem abnegarunt, vel aliud crediderunt de potestate demonum, quæ habet definitio traditionis ecclesiasticæ: si veram pœnitentiã agere voluerint, recipiendæ sunt benignè iuxta canonicas sanctiones: sin aut impœnitentes, pertinaces, vel relapsæ fuerint, relinquendæ sunt iudicibus secularibus: qui confestim illas in ignem mittere debet. cap. ad abolendam. cap. penul. de hæret. c. super eo lib. 6. eiusdem. titu.

17 Quæsitum scio an lamia, quæ infantes occidisse, & alia nefanda & atrociora crimina perpetrasse deprehenduntur, si redire volunt ad agenda condignam pœnitentiã, relinqui ab inquisitoribus possint curiæ seculari. Quod probabilius multis videri solet: tum quia demonum ope, facinora ista committuntur, quam obrem eorum cognitionem ad inquisitores pertinere putant: tum etiam quia indignè videntur misericordia maleficæ talia perpetrantes. Mihi tamen longè probabilior veriorque videtur cõ-

traria sententia. Nihil enim commune habet causa catholicæ fidei, cum infanticidijs, alijsque criminibus à lamijis perpetratis. Vnde meo quidem iudicio relinqui non possunt iudicibus secularibus propter alia crimina, quàm propter hæresim, etiam si mille infantes occidissent. Neque enim eorum delictorum cognitio ad inquisitores villo modo pertinet, neque claudere gremium ecclesiæ possunt, nisi pertinacibus, impœnitentibus, aut relapsis. Nec iure aliquo, aut euidenti ratione opinio diuersa niti, aut fulciri valet: quinimo iniqui admodum essent inquisitores qui talibus maleficis beneficium absolutionis, & salutarem pœnitentiã denegarent. Neque satis intelligo, quæ via excusari possent ab irregularitate, qui maleficas verè pœnitentes curiæ seculari relinquerent. Quam sententiã Arnaldus Albertinus diffusus versans, mecū sentit. li. de agn. assert. catho. q. 25. nu. 66.

18 Addo etiam, iudicem secularē lamias propter alia crimina sibi relictas punire non posse, nisi causa cognita: neque enim ex processu inquisitorum, iudicum scilicet non cõpetentium, infanticidas indicta causa punire queunt. Accedit eodē quod maleficas non hæreticas punire non debet pœna ignis, sed pœna furcæ aut qualicūq; alia cõtra sicarios aut maleficos legibus civilibus cõstituta. Nec facilè de infanticidijs fides lamijis est adhibenda, nisi prius

De lamijs

constiterit infantes ipsos eodem tē pore occifose esse. c. at si clerici de iudic. l. nemo. l. multi. C. de male. & mate. l. i. §. item illud. ad sent. conf. Silan.

19 Illo tantum casu maleficę iudicibus secularibus tradendę sunt ab inquisitoribus, quum à iudicibus secularibus comprehensę traditę fuerant inquisitoribus propter incidentem hęresim. Verbi gratia, secularis iudex comprehendit maleficā, quia de infanticidio, aut frugum excantatione apud eum accusata fuerat: post hęc in causę cognitione cōstitit, illam hęreticam esse, quamobrem ad inquisitores misit eam, vt de causa ecclesiastica criminis hęresis cognoscerent: peracto iudicio hęresis, eidem iudici seculari restituenda malefica est, vt aliorum criminum ceptum iudicium legibus civilibus peragat. Quod rectē docuit Masuerus, cui ego vehementer assentior. Addendum eodem est, quod etsi lamie propter crimen hęresis ab inquisitoribus punite sint, nihilominus tamen à iudice seculari puniri poterunt de infanticidijs, alijsque sceleribus, quorum cognitio ad laicum iudicem tantum pertinet. Masuerus in pract. Forensi. titulo de remis. prope finem. l. Solemus. §. vltimo de iudic. c. 2. de priuileg. cap. cū ad verum. cap. duo sunt. 96. distin. Alfons. lib. 2. de iusta hęreti. punit. cap. 16.

20 Ad postremum confutanda &

explodenda est vulgaris quędam idiotarum opinio, existimantium, filias lamiarum in vitium maternum succedere. Putant enim simpliciores quidam, filias à matrīb. hęredes maleficiorum relictas, necessariò maleficas esse futuras. Quimò quidam finxit, inquisitorem quendam asserentem, filias maleficarum materno morbo à teneris vnguiculis infectas esse: tum quia solite sunt maleficę mulieres fetus suos illico natos sacrificare dæmonibus: tum etiam quia solent, illos ex incuborum dæmonum cōcubitu vt plurimum cōcipere: quo circa in hac prole contingere, veluti ex hęreditario morbo radicată remanere malitiam. Verū hęc omnia stulta sunt, erronea & hęretica. Nemo enim inuitus tam graui crimine inficitur: neque peccatum aliquod patrum in filios trāsit, præter vnum illud originale, quod sacro baptismo mundatur. Accedit etiam quod etsi Tertulli. Apollina. & maxima pars occidentalium autumauerint olim, ex traduce animam esse, vt quomodo corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima: vera tamen ac catholica Lactātij. Hierony. Augustini ac theologorum omnium sententia est, q̄ animę non sunt ex traduce, sed quotidie illas De⁹ creat, & in corpūcula mittit. Nam vt Hieronymus inquit: ecclesiasticum est secundum eloquia saluatoris, pater vsque modo operatur & ego operor. Et illud

Esaię:

Titulus

Esaię: qui format spiritum hominis in ipso. Et in psalmis. qui finxit per singulos corda eorum. Quotidie igitur Deus fabricatur animas, cuius velle fecisse est, & conditor esse non cessat. Prudentius ille Hispanus de natura animę inquit.

Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis,

Transfundi in sobolem credatur fons animarum,

Sanguinis exemplo, cui texta propagine vena est.

Non animas animę pariunt, sed lege latentii

Fundit opus natura suum, &c.

De libris. Titul. XXXVIII.

- 1 Libros noxios tam catholici quam ethnici damnare solent.
- 2 libri multi cremati sunt ab antiquis, eo quod perniciosi viderentur.
- 3 libros vaticinos à prætoribus Rom. combustos, Linius auctor est.
- 4 libros veteris testamenti edicto pœnali rex Antiochus prohibuit, putans eos esse noxios.
- 5 libri noxi iure optimo comburuntur.
- 6 libri hęreticorum inquirendi sunt à catholicis, & inuenti concremandi.
- 7 libri, quorum authores damnantur, similiter damnati intelliguntur.
- 8 libros impiorum multis legibus condemnant religiosi principes.
- 9 libri hęreticorum in multis concilijs, & à quam plurimis sanctis viris combusti fuerunt.
- 10 libri fontibus comparantur, & cur plus noceant hęreticorum scripta, quam eorum praua colloquia.
- 11 libros sanctorum quomodo veneno suo inficere, hęretici conantur.

XXXVIII. 173

Quauis ergo lamia sit mater, & suffurato semine sit incubus pater: nil tamen huius vitij transfundere possunt in prolem. 15. quęstio. 1. ca. 1. cum sequ. Lactant. de opific. Dei cap. 19. Hierony. aduersus errores Ioā. Hierosolymitani & epistola ad Marcell. August. lib. 10. de Genes. ad literam & lib. de spiritu & anima. cap. 41. & 48. Thom. & ceteri in lib. 2. senten. dist. 18. Ludou. cęli. lib. 2. lecti. antiqua cap. 22. & lib. 10. cap. 16. Bartholo. Sibylla. in speculo peregrini. quęstio. decadis. 1. cap. 1. Francil. Titelma. lib. 8. de consider. rer. nat. cap. 4.

- 12 lutherani corrumpunt hodie omnes ferę libros christianę religionis.
- 13 libri sancti ab hęreticis deprauati comburendi sunt.
- 14 libri sanctorum, ne ab hęreticis corrumpantur, quo pacto curandum sit.
- 15 libros poetarum non emittēdos in lucem ante censuram constitutorum iudicum, statuit Plato quadam in lege.
- 16 libros excudi, priusquam ab episcopo & apostolico inquisitore sint examinati, vetant concilium Lateranense & Tridentinum.
- 17 libri hęreticorum vitandi & comburendi sunt, etiam si aliqua in illis eleganter tractata reperiantur.
- 18 Christus seruator noster cur dæmones veritatem dicentes loqui prohibuit.
- 19 libros hęreticorum ob curiositatem legentes reprehenduntur.
- 20 libros hęreticorum quomodo & qui legere possint.
- 21 libros hęreticorum, eos præsertim qui religionis non sunt, permissis summi

Y s ponti

De libris

- pontificis legere possunt viri sapientes.*
- 22 *libri hæreticorum, nisi eorum nomē sup-
primatur, legi non possunt.*
 - 23 *hæreticum esse illum, apud quem hære-
ticorum libri reperiantur, immeritò
quidam censent.*
 - 24 *libros hæreticorum habentes quo in nu-
mero ponendi sint.*
 - 25 *libris hæresum conuinci possunt, qui eos
ediderunt.*
 - 26 *libros hæreticorum retinentes quomodo
puniendi sint.*
 - 27 *libri Lutheranorū, nihil aliud ferè sunt,
quàm famosi libelli in pōtificem max.
& in catholicam ecclesiam.*



Non solum verè religionis cultores, sed etiam qui peruersam atque impiam religionem suscipiunt, libros noxios damnare solent. Plato ille diuinus poetarum libros, qui de dijs suis parum religiosè loqui videbantur, repudiandos & extirpandos. lib. 7. de legib. censuit. Et prothagoræ libros, in quib⁹ de diuinitate malè sentiebat, Athenienses in concione combusserunt, sub præconis voce à singulis, qui illos habebant, inuestigati, vt Cicero. lib. 1. de nat. Deo. & Laerti. lib. 9. & lactant. lib. de ira Dei, aucthores sunt. & August⁹ Cæsar duo millia Fatidicorum librorum concremauit: quemadmodum Sueto. in eodem Augusto. & Dion. lib. 54. memorant.

2 Et libri religionis Numæ Pompilij à prætore in senatum delati, quia leues quasdam sacrorum cau-

fas continebant, ex patrum auctoritate cremati sunt. Additq; Valer. Maxi. li. 1. cap. 1. septè fuisse libros illos græcos de disciplina Sapientia: quos quia aliqua ex parte ad soluendam religionem pertinere existimabantur, Petilius prætor Urbanus ex auctoritate senatus, per victimarios facto igne, in conspectu populi cremauit: quia noluerunt præsci viri, quicquam in ciuitate asseruari, quo, animi hominū à Deorū cultu auocarentur. Cuius rei meminerunt Plutarchus in Numæ Pompilij vita, Plinius. lib. 13. naturalis histor. ca. 13. & alter Plinius. lib. de viris. illustri. Titusliuius. lib. 40. lactant. lib. 1. de diuin. instit. ca. 22. diuus Augu. lib. 7. de ciuita. Dei cap. 34. Freculphus. lib. 3. chroni. Francif. Floridus. lib. 1. lectionum successuarum cap. 13.

3 Liuius quoque lib. 39. ita scribit: quoties hoc patrum aorumque ætate negotium est magistratibus datum, vt vaticinos libros conquirerent comburerentq; Et idem liuius lib. 25. quo diutius trahebatur bellum, tanta religio, & ea magna ex parte externa, ciuitatē incescit, vt aut homines aut dij repente alij viderentur facti, &c. Vbi potētius iam esse id malū apparuit, quàm, vt per minores magistratus sedaretur: prætori vr̄bis negotium ab senatu datum est, vt his religionibus populum liberaret: is & in concione senatus consultum recitauit, & edixit, vt quicumque libros vaticinos,

nos,

Titulus

XXXVIII.

174

nos, præcatione hæc, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasque ad se deferret, ne quis in publico, sacroque loco, nouo aut exterrorico sacrificaret. Hæc ille. Et Iulius Paul. lib. 5. receptarum sententiarum. titul. ad leg. Corneli. de Sica. libros magicæ artis apud se neminem habere licet, at penes quoscumque reperti sint bonis ademptis, ambutisque his publicè in insulam deportentur: humiliores capite puniantur. & Vlpianus ait libros improbare lectionis, protinus corrumpendos esse. in l. Cetera. ff. fam. hercis.

4 Et rex ille Antiochus putans libros veteris testamenti, noxios & reprobos esse, edicto pœnali eos prohibuit: & milites eius, libros legis Dei combusserunt igni, scindentes eos: & apud quicumque inueniebantur libri testamenti domini, secundum edictum regis, trucidabant eum, vt sacra Machabæorū Historia proditur. lib. 1. cap. 1. Et eodem errore atque impietate infectus Diocletianus, edictis iussit, vt sacra omnia volumina igni concremarentur. Euseb. lib. 8. eccl. histo. cap. 2. Nicepho. lib. 7. c. 3.

5 Ex quibus omnibus alijsq; multis perspicuum est, sapientes homines iure quodam gentium, vt susceptam quique religionē tuerentur, reprobos libros damnasse: ac multò id magis fieri debuit à verè religionis cultoribus, ne in expiabilibus religionibus, in rempublicam no-

stram inducerentur. Quamobrem Hebræi quidem atq; Christiani libros impiorum combusserunt, & multi ex eis, qui fuerant curiosa sectati, vt in actis apostolicis legitur, contulerunt libros, & combusserunt eos coram omnibus: & computatis pretijs illorum, inuenerunt pecuniam quinquaginta millia: ita fortiter crescebat verbū Dei, & confirmabatur. actor. 19. Faber in mal. contra Luth. tex. 19. §. 3.

6 Quo vel solo patet, tales libros exurere signum euidentis esse, augmenti & confirmationis synceræ fidei: è contrario autem eos tolerare, maximum argumentum est, fidem catholicam frigere, minui, & infirmari: Itaque inquirendi sunt à catholicis hæreticorum libri, & inuenti protinus concremandi: quod multis legibus pontificijs est cautum.

7 In sexta synodo generali can. 63. historias ab hæreticis confictas igni tradere iubent patres: & Leo ille magnus præcipit, vt hæreticorum codices interdicanter & ignibus concrementur. Quod in concilio Constantien. renouatum est, & apostoli ipsi libros hæreticorum damnarunt. cano. 59. & damnatis authoribus, libri quoque illorū vetiti intelliguntur. conc. Constantien. sessio. 8. & 15. cap. fraternitatis de hæret. Nicepho. lib. 8. eccl. histo. cap. 53. & libro 3. cap. 1.

8 Multis quoque legibus religiosi principes libros impiorum con-

dem-

demnant. Constantinus magnus Arrij libros, Theodosius & Valentinianus, libros Nestorij, Valentinianus & Martianus libros Euty-
 chetis & Apolinarij, Honorius & Theodosius libros Mathematicos, Arcadius, Honorius, & Iustinianus, libros omnes hereticorum publice comburi iusserunt. Addo etiam Carolum magnum qui libro legis Francie. cap. 73. hanc legem tulit: pseudographæ & dubiæ narrationes, vel omnino quæ contra fidem catholicam sunt, neque credantur, neque legantur, sed comburantur ne in errorem per talia scripta populus mittatur. l. damnato. l. quicunque. C. de heret. l. ult. titu. 16. lib. 9. & l. 24. titu. 4. lib. 16. C. Theodosi. 5. synodo Constantino. actione. 1. Socrates. lib. 2. histor. tripar. c. 15. Nicepho. lib. 8. histo. eccl. cap. 25. & libro. 17. cap. 9.

9. Huius rei suppetunt affatim exempla: in synodo illa Nicena Arrij libri combusti sunt. In sexta & octaua synodo generali hereticorum scripta cremata fuere. Diu^o Cyprianus libros magicos palam combussit ut Grego. Nazanze. est author, oratione. 19. quod ipsum Theodas quoque fecit, sicuti Damascenus in historia retulit. Gelasi^o, Simachus, & Ormisda Manicheorum libros exuri fecerunt: & qui olim arte magica insignes erant, ad Christianam religionem conuersi, impia vanitatis libros incendijs tradebant. ut Athanasius memorat libr. de in-

carinat. verbi. Quid plura? Quotannis in Hispania plurimi hereticorum libri ardent.

10. Multæ autem sunt causæ, propter quas libri hereticorum in ignem mittendi sunt: nam si vitare debemus impiorum colloquia praua, multo magis eorum libros: eorum quæ scribuntur, magis nocere possunt, quia premeditata sunt, & fortiores nervos habent. Ad hæc qui legunt, vehementius insistant, quæ qui audiunt, & plus veneni bibunt: & sæpius libros legere atque discere possunt. Deinde, semel emissum volat irrevocabile verbum: at scripta per multa specula durant, & posteris etiam inficere queunt. Denique voces hereticorum, civitatem unam replere vix possunt, libri vero de populo in populum, de regno in regnum perfacile transeunt. Quæ obrem habendi sunt veluti perennes quidam fontes, perpetuum virus scaturientes. Libri etenim fontes esse intelliguntur. ut ex psal. 67. satis apparet, & inibi theologi observant. & Pierius retulit in Hieroglyphicis. Alfonso Castræsis. lib. 2. de iusta hereticorum puni. cap. 15.

11. Non tantum venenati sunt omnes hereticorum libri, sed & ipsi heretici, sanctorum scriptis virus suum immiscere solent, verbulo vno, altero clanculum aut addito, aut dempto, aut mutato, prout cuique ad suam rem facere videtur. Sic olim euangelia ipsa, & apostolorum scripta, ab hereticis sæpe fuisse deprauata

prauata, Tertullianus contra Martionem locuples testis est. Sic libri Clementis, Dionysij, Origenis, & aliorum ab impijs corrupti fuerunt. Sic demum synod^o Chalcedonen^o: & acta quintæ synodi, & capita quædam Ephesini concilij adulterata fuisse, authores sunt Euseb. lib. 4. eccl. histo. cap. 23. & lib. 5. ca. vlti. & lib. 6. cap. 10. Rufinus lib. de adulter. librorum Origenis, Isidor. lib. 3. de sum. bon. cap. 12. Ioannes Picus in apologia. quest. 7. Brunus lib. 6. de hereticis. cap. 7.

12. Et ne longè factorum exempla petantur, corrumpunt hodie Lutherani sacros ferè libros omnes: quos magno studio curant, ut sic deprauati, ad Indos usque perveniant: usque adeo verum est, quod ille Hierony. de hereticis iam olim scripsit: in eo se lucrum putant consequi, si alios decipiant, & ipsi perditos ceteros perdant. Fieri enim ferè solet, tam in alijs disciplinis, quàm in religionis, ut quod quis vehementius amat, id cupiat omnes contemplari atque amplecti: & quæ pertinaciter sibi persuaserit, ea in lucem prodant, firmiterque credenda totis viribus persuadere conentur. Hierony. in Esai. cap. 19. Hermas Letmatius lib. 2. de instau. relig. c. 5.

13. Scripta quoque sancta ab hereticis deprauata, laceranda & comburenda sunt: quia plusquam libri hereticorum nocere possunt: Hos enim vitamus omnes: illa vero bona fide legimus: ac fieri potest, ut le-

gentes in insertos alicubi errores, velut in scopulos aliquos impingamus: atque inde id eveniet quod Leo ille magn^o epistola. 91. scriptum reliquit, ut pietate sanctorum voluminum deprauata, non quod spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit legatur & prædicetur.

14. Huius autem contagij non aliud remedium inueniri potest, nisi quædignum est diligentia curetur, ne usquam locorum, quous idiomate, siue religionis, siue serij, siue ludicri libri aut libelli imprimantur, vendantur, importentur, legantur, habeantur: nisi quos publica auctoritate delecti censors approbarint: ita planè ut officinæ excudendorum librorum publicè ubique auctoritati pateant, non secus atque officinæ cudendæ monetæ. Et hoc tantò maiore solitudine, quanto par est existimandū, plus interesse rei publicæ, religionem incorruptam esse, quàm monetam. Ac tantò quidem iustius transgressores punire licebit, quanto maleficium ipsum circa præstabilius est. 9. ethi. cap. 3. Hermas. lib. 3. de instau. religio. c. 5. Brunus lib. 6. de heretic. cap. 7.

15. Eodem ferè pertinet lex illa Platonis: nemo poëta præter civitatis leges, & præter iusta vel honesta, vel bona, fingere quicquid audeat: neque liceat quæ composuerit, ulli priuatorum ostendere, antequam constituti hac de re iudices, legumque custodes, & viderint & approbaerint.

rint. Et paulo post. In faniremus & nos omnino & ciuitas omnis, si antequam magistratus viderint quæ composuistis, & dicenda ad populum iudicauerint, admitteremini. Hæc Plato libro. 7. de legibus. qui lib. 8. addit. Nemo audeat musam horum iudicio non probatam canere, etiam si Thamyre, Orpheiq; hymnis sit suauior.

16 Extat concilij Lateran. decretum, vetans ne quis liber imprimatur, nisi per episcopum & inquisitorem apostolicum diligenter sit examinatus: qui contra fecerit, in sententiam excommunicationis incurrat, & libri publicè ardeant. Quod & in synodo Tridentina renouatum est, & regijs pragmaticis, pœnis magnis sancitum. Lateran. ses. 10. Tridenti. ses. 4.

17 Et quauis in hereticorum libris (in ijs præsertim qui ad religionem pertinent) aliqua reperiantur eleganter tractata: nihilominus tamẽ, libri eorum vitandi, & comburendi sunt. Nam vt Irenæus lib. 3. aduersus hereses. cap. 4. inquit. Non oportet quærere apud alios veritatem, quam facile est ab ecclesia discere. Adde quod vt Leo magnus ait, quauis sint in illis, quedam quæ videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis: sine mendacio cõsumbitur verbum legis, & sapientia in ore fidelis complanabitur. eccl. 34.

18 Timendum quidem est, ne dulcedine veritatis lectores allecti, im-

pietatis venenũ incauti liguriant: atque ea causa fuit vt Christus seruator noster demonia veritatem dicentia loqui prohibuerit, quemadmodum Theophylactus, Euthymius, & alij in euangelium Marci obseruarunt. cap. 1. Et inibi Beda inquit: Quare autem demonia dominus se loqui prohibet, Psalmista manifestat, qui ait: peccatori autẽ dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas per os tuum? Nequis dũ prædicantem audit, sequatur errantem. Improbis enim magister est diabolus, qui falsa veris sepe permiscet, vt specie veritatis, testimoniũ fraudis obtexat. Quod idẽ in acta apostolorum. ca. 16. iterans addit.

*Ne corrumpamur amari
Melle doli, si vera canit, qui falsa ministrat.*

Vt arator ait. Tum illud addo.

Impia sub dulci melle venena latent.
Simile quippiam tradit Origenes. in lib. nume. homil. 16. & Chrysostr. in. cap. Matthæi. 13. homil. 47. & concio. 2. de Lazaro.

19 Sed quauis hæc ita sint, quiescere tamen nescit praua curiositas & Eux filij vt bonũ & malũ sciant, libros hereticorũ legunt. Quasi verò in omni doctrinarũ genere innumerabiles libri non extent, quorũ lectione curiosi homines satiari non queant. Isti verò præcepta pontificum contemntes, vehementer peccant: nã qui eos spernit, Christum spernit. Deinde comittunt se periculo erroris impij: & qui amat

periculum

periculum, peribit in illo: & qui tegerit picem, inquinabitur ab ea. Luc. 10. ecclesi. 3. & 13.

20 Summi tamen theologi, concessu pontificis Maximi, libros hereticorum legere poterunt: vt fallaces eorum doctrinas refellant: exemplo Dionysij episcopi Alexandrini, qui lib. 3. de baptismo huiusmodi verba scripta reliquit. Ego & tractatus hereticorum lego, & traditiones eorum perscrutor, etiam si videar ad horam verbis eorum pollui: sed multum mihi confert hoc ipsum, quod ex ipsorum verbis arguere eos possum. Denique cum aliquis ex fratribus, & compresbyteris prohiberet me, ne heretica lectione, tanquam cœni alicuius fœtore polluerer, visio mihi quedam à Deo ostenditur, quæ me confirmaret, & sermo ad me factus est, hæc mihi euidenter proloquens: lege omnia quæcũq; in manus tuas venerint: quia probare singula quæq; & discernere potes: quando quidẽ ex initio tibi hæc causa fuit credendi. Amplexus sum visionem, quia & apostolica sententiã congruebat, dicenti: omnia probate, quod bonum est tenete. Retulit hæc Eusebius lib. 7. eccle. histo. ca. 6. & Nicephorus meminit lib. 6. cap. 8. Godofredus in. l. Danato. C. de heret.

21 Viri quoq; sapientes, permissu pontificis Maximi, legere possunt hereticorum libros: eos præsertim qui religionis non sunt, sed vel iuris ciuilibus, vel medicinæ vel artium

liberalium: vt si qua prodesse catholicis queant, ab hereticis, tanquam ab iniustis possessoribus auferatur. Quod iam olim de libris gẽtilium legendis diuus August. alijq; traderunt. Aug. lib. 2. de doctri. Chri. cap. 40. ca. turbat cum seq. dist. 37. Nicepho. libro. 10. ecclesiast. histor. cap. 26.

22 Sed si id fiat, ne nominãdi quidem heretici sunt. Laudat Plutar. Lacedemonios, eò qd flagitiosus quidam, cum optimam dixisset sententiam, Lacones ipsam approbarunt sed illi ablatam, alij qui bene vixerat, ascripserunt. Quod prolixè memoras Aulus Gellius, nobile id & illustre consilium fuisse dicit: Ac tandem his verbis concludit: sic bona sententiã mansit, turpis author mutatus est. Quod si viri illi, veræ pietatis ignari, dedignati sunt, ex improborum ore veras & honestas sententias audire: quanto magis catholici cauere debent, ne vel ex ore, vel scriptis hereticorũ immortalitatis verba capiant: vt quos etiam Deus tanquam organa diaboli indignos iudicat, ex quorum ore veritas denuntietur. Plutar. in Apotheg. Gelli. lib. 18. ca. 3. Philo. lib. quod deterius potiori insidari soleat. Brun. lib. 6. de heret. c. 6.

23 Multi iurisperiti, nõ admodum peritè aiunt, si libri hereticorum apud aliquem reperiantur, hoc ipso probatum erit, illum hæreticũ esse: atq; adeo vt conuictum puniri possit. In quo mea quidem sententiã bis errant.

De libris

errant. Primum, quod præter leges id genus probationis inducunt: quod neque usquam relatum, neque unquam receptum est. Deinde quod ex ea sola præsumptione siue ficta probatione, putant, Christianum hominem impietatis damnari posse. Quod lege pontificia nominatim ventum est. c. literas de præsumpt. Falluntur Achidia. Ioan. Andr. & Domini. in. ca. filij de hæretic. li. 6. Ludoui. Roma. singul. 323. Ioan. Anan. in. cap. si quis episcopus. de hæret. Hippoly. in. l. qui fallam. ff. de fall. & in practica. s. diligenter. & consil. 52. Gratus consil. 151. libr. 2. Ludoui. Care. de hæreticis nu. 125.

24 sunt qui aiunt, suspectos esse illos, qui libros hæreticorum habent: quorum sententia probabilis est. Ego verò plurimum arbitrio iudicium tribuendum censeo: nam ex personarum & librorum qualitate, aliisque circumstantiis, causa cognita, iudices in vna quaque specie melius statuere poterunt. Ioan. Andr. & Domin. in cap. 2. de hæret. lib. 6. Mat. in const. Sicilię. titul. 1. q. 10. Felin. in. ca. si quis episcopus. de hæret. Gonsa. de hære. prauit. quest. 13. Albert. de assertioni. cath. quest. 28. Godofred. in. l. damnato. C. de hæreti.

25 Ceterum libris hæresum conuinci possunt eorum authores, & plenam aduersus eos probationem faciunt, si modo planè constiterit ab eis compositos esse. Nec enim minus hæretici sunt, qui hæreses dicunt,

quam qui eas scribunt: imò deliberatione maiori, libri scribuntur, quàm verba emittantur. Accedit eò Iustinus ille martyrio & philosophia illustis, qui in prima questione Gentibus posita inquit: impium est, etiã sola cogitatione indigna de Deo sentire: si vero ad huiusmodi impietatem, quam sola opinio & cogitatio pariat, etiam oratio & assertio addatur, maior impietas efficitur: si & asseratur, & scripto enuntietur, necessario omnem malitiam & vitium talis impietas complectitur. Quã ob rem diuus Aug. epistola. 96. inquit. Anathemet Pelagius scripta sua, vbi contra gratiam Dei, etsi non per contumaciam, tamen per ignorantiam disputat, &c. ca. vlti. 24. q. 2. Leo epistola. 91. ca. 15. l. lex Cornelia. s. si quis librum. ff. de iur. Sozomenus. lib. 3. histor. tripart. c. 9.

26 Quæ pœna sit afficiendus, qui libros hæreticorum retinet, sæpè questum est: & lex quidem magni Constantini ait: Si quis conscriptiones Arrij celasse comperiat, & non repente proferens, igne consumpserit, mortis supplicio subiaceat. Honorius quoque & Arcadius hanc legem tulerunt: Codices, hæreticorum doctrinam continentes, summa sagacitate queri ac prodi mandamus, sub aspectibus iudicium incendio mox cremandos: ex quibus si quid fortè aliquis, qualibet occasione vel fraude occultasse neque prodidisse conuincitur, sciat se velut noxiorum codicum retetorem

capite

Titulus

capite esse plectendum. Valentinianus autem & Martianus aliquãtò mitius: lex enim eorum ait: nemo huiusmodi habere libros, & sacrilega scriptorum audeat monumenta seruare: quod si quis in his criminibus fuerit: deprehensus perpetua deportatione damnentur. Postremo Iustinianus cõstitutione nouella inquit: neque Severi dicta scripta apud quẽquam Christianorum manent, sed profana sunt, & à catholica ecclesia aliena, ignique comburantur à possessoribus: nisi illis retinendis in periculum adduci velint. Præterea à nemine in posterum conscribuntur, sciens quod illius dicta conscribentibus, abscissio manus in pœnam interrogabitur: nolimus etenim vt illorum blasphemia ad alia prorepat seculã. Socras. lib. 2. histor. tripart.

De mahumetanis.

- 1 Mahumetanorum appellatio quos complectatur.
- 2 Mahumetus vitia, & secta ab eo introducta uis prouido.
- 3 Mahumetis sectam, ridicula cum sit, cur tot homines sequantur.
- 4 Mahumetani ad inquisitorum iurisdictionem non pertinent, nisi fuerint baptizati.
- 5 Hispania eo potissimum nomine felice appellari debet, quod ab hæresibus intacta est.
- 6 Christianus mahumetis secta se addicens, quomodo puniendus.

1 Mahumetanorum appellatio. Ne hoc loco accipim⁹ sarrac

XXXIX.

177

part. ca. 15. l. 24. titul. de his qua super religione contend. C. Theod. l. quicumque. C. de heret. Nouella. 42. vt Anthimus, Seuerus, &c.

27 Nobis verò, qui sententiam sanguinis ferre non possumus, magno argumento esse debent supra scriptæ leges, vt seuerius in eos animaduertamus, qui dolo malo hæreticorum libros occultant. Quod si, hæc qui famosum libellum reperunt, & non illum statim supprimunt, capitali sententia damnantur: quanto acerbius puniendi sunt, qui libros hæreticorum seruant, præsertim Lutheranorum: qui nihil aliud ferè sunt, quam in pontifices maximos, in diuos omnes, in ecclesiam catholicam, in religionem Christianam, impij famosi que libelli. l. 1. C. de famos. libellis.

Titul. XXXIX.

cenos, Mauros, Turcas & ceteros barbaros omnes, qui Mahumetè illum impostorè, & pseudopphetam colunt: quorum omnium secta falsissima & spurcissima est, & que facile à quouis homine, infima etiã eruditionis, expugnari & cõfutari potest: ea enim lumini naturali & supernaturali repugnat, & ab omni philosophia recta que ratione profus abhorret. Cõposuit Mahumetes ipse Alcoranum, idest, collectione præceptorum: librum quidem vsque adeo confusum & inuolutum,

Z vt

vt vix magno labore ab homine quopiam doctissimo explicari, aut ordinari queat: quod euidēter ostēdit imprudentiam & ignorantiam atque cæcitatem authoris. Continet præterea tot fabulosa portenta contra legem Dei & bonos mores, vt irrisione magis, quàm confutatione dignus sit.

2 Mahumetes ipse homo fuit sacrilegus, tyrannus, peruersus, qui non doctrina, eruditione, aut vitæ sanctitate, sectam suam persuasit, sed vi & armis, fraudibus atque muneribus eam introduxit. Nihil habet ea secta præclarum aut sublime, nihil attingit de puritate cordis, nihil de contemplatione veritatis, nihil de vera beatitudine: tota est in terrenis delitijs, in obscænis corporis voluptatibus: nullis vnquam veris miraculis claruit. Mahumetes, neque ab vlllo propheta, viro sancto aut erudito vnquam laudatus est: à seipso sepissime dissideat: & ingenuè fassus est, nescire se, an ipse, & qui eum sequuntur, in via salutis essent. Addiditque se credere quòd nullus legem suam erat intelleturus: neque mirum id, quandoquidem ille met, seipsum non intellexit. Etenim vt sapiens ait. Impius confundet & confundetur. Docuit auditores suos, quòd qui occidit inimicum, vel ab inimico occiditur, in paradysum ingrediatur: paradysum vero dicebat, carnalis cibi, & potus, & commixtionis mulierum,

fluuiumque vini & mellis & lactis, & scæminarum, non presentium sed aliarum commixturam, multorum annorum futuram & affluentem voluptatem: neque non & alia luxuria & stultitia plena, vt Pauli diaconus memorat. lib. 18. rerum Romanorum vide Pompon. Latum in Licinio. & Baptistam Egnatium post vitam Heraclij.

3 Dixit fortasse quispiam, quid est igitur quamobrem tam innumerabiles hanc sectam sequuntur? In promptu causa est quia voluptatibus seruit. Etenim (vt apud Xenophontem est) fiti persæpe vt habeant plures qui secum sentiant, improbi viri quàm probi. Improbitas enim proficiscens, per subitas voluptates, harum persuasionibus vtitur, quò multi secum sentiant: At virtus ad arduum agens non est admodum potens, vt subito & inconsulto ad se trahat. Et Aristotel. 6. Polit. inquit. Permissio viuendi, vt quisque velit, magnam colligit fauentium multitudinem: nam vulgo dissoluta gratior est, quàm temperata vita. Sic meretrici dicenti (vti Elianus refert lib. 13.) Ego quidem o Socrates multum tibi presto: nam cum tu nemine, ex meis, à me possis abalienare, ego cum libitum est, tuos omnes à te auoco. Respondit Socrates, quid mirum est hoc? Si quidē tu ad decliuē tramitē pēs rapis: ego vero ad virtutē co-

go

go, ad quam arduus & plarisque insolitus est ascensus. Sic Mahumetes, Lutherus & ferè cæteri heretici omnes, hac ampla via, improbos homines rapiunt, relicta illa Christi arcta, quæ ad vitam ducit: quam viam consueunt admodum pauci.

4 De Mahumetanis autem nō est cur pluribus disputemus, quandoquidem ad iurisdictionem inquisitorum non pertinent, nisi forte baptizati fuerint: quò casu in hereticorum vel apostatarum numero habendi sunt. Accedit etiam quòd lege regia expulsi sunt Mahumetani à tota Hispania: & præterea interdictum illis est, ne vnquā ad eam reuertantur, pœna mortis & publicationis bonorum aduersus illos, qui contrarium fecerint, constituta. Item illud eadem lege continetur, vt bona omnia eorum, qui Mahumetanos receperint, ipso facto confiscentur.

5 Onimium scælix Hispania nostra priorum principum beneficio, ab impiorum & hæreticorum pestifera contagione purgata: fatentur hoc ipsum externi, qui regnum nostrum ob eam rem aiunt esse, sicuti est, scælicissimum: sed vnus testimonio breuitatis causa contentus ero. Hosius ille doctissimus libro. 3. aduersus prologomena Brentij, nullum (inquit) regnum est, nostro hoc infælici seculo, magis ab hæresibus intactum, quàm sit, vel hoc solo nomine felicissi-

num, Hispaniarum regnum: cui propter hanc in fide catholica constantiam, & eius tuendæ diligentiam, alias præterea multas felicitates Deus largitur. Sic etiam Pausanias. libro. 1. de religione Atheniensium loquens inquit. Quam tō cæteris Deorum cultu Athenienses præstent, secunda, qua in præsentia vtuntur fortuna, argumento esse potest. Incredibile penè est, quanta felicitate coalescant regna, in quibus iustitia permixta est religione: quæ cum in Hispania fulgeant, mihi coniecere licet, diuina prouidentia factum esse, vt Indorum gens tam late longæque diffusa, ab Hispanis potius, quàm ab alijs nationibus inueniretur: nempe vt rectam puramque fidem ab Hispanis hominibus edocentur. Annuntiatum à nostratibus est omnibus ferè Indis euangelium Christi, & innumerabiles barbari facti sunt Christiani, domino cooperante, & multis magnisque signis catholicam fidem confirmante, ad hæreticorum omnium confusionem.

6 Sed ad Mahumetanos reuertamur. Contra Christianum, qui Mahumetis sectam sequutus fuerit, regia lege capitis pœna constituta est: sed iure pontificio, quò inquisitores apostolici vtuntur, desertor ille tanquam apostata puniendus est. l. 4. titul. 25. part. 7. ca. contra Christianos de hæretic. libro. 6.

Denique contra Mahumetem &

Z 2 Alco

Alcoranum multi multa scripserunt: vide si vis Nicolaum Cusam arque Dionysium, & Armaca-

De matrimonio.

1. Vxoribus duas aut plures habens a iudice seculari puniendus est.
2. Inquisitores cur sapenumero de causis eorum cognoscant, qui plures habent uxores.
3. Inquisitores quatenus cognoscere debeant de illorum causa, qui plures habent uxores.
4. Inquisitores quando procedere debeant aduersus eos qui plures uxores habent.
5. Vxorem alienam qui scies ducit, & mulier que scienter nubit alterius viro, a quibus puniendi sunt.
6. Uxores plures habentes, qua poena affici soleant ab inquisitoribus.
7. Indices ecclesiastici ad verbera damnare possunt reos.
8. Monachus post professionem solennem, matrimonium contrahens, si occulte id faciat, an ab inquisitoribus puniendus sit.
9. Monachum, qui occulte matrimonium contrahit, ab inquisitoribus puniri non debere, falsa videtur opinio.
10. Inquisitores cognoscere etiam possunt de crimine monachi occulte uxorem ducentis.
11. Lutheri haeresis asserentis monachos posse ducere uxorem, iam olim condemnata est.
12. Clerici qui uxorem ducunt, eodem stylo ac monachi coercendi sunt.
13. Clerici nuptijs incestis inquinati qua poena afficiendi sunt.
14. Maritus qui uxore viua absque eius iusto consensu ad sacros ordines promouetur, qua poena afficiendus sit.
15. Sacerdos qui filiam spiritualem nefario incestu contaminauerit, quomodo puniendus sit.

num libro . 18 . de erroribus Armenorum. Ludou. viues lib. 4. de veri. fid. Chri.

Titul. XL.

16. Maritus an habitare teneatur cum vxore haeretica ecclesia reconciliata, & vxor cum marito.
17. Matrimonium contractum inter catholicos & haeticos. an ratum sit.
18. Matrimonium praedictum ratum esse nonnullis rationibus ostenditur.
19. Matrimonium praedictum ratum non esse, & praedictas rationes nullius esse momenti, demonstratur.
20. Matrimonium inter Christianos & haeticos ultra concilia prohibent.
21. Concilia que matrimonium inter Christianos & haeticos prohibent, a pontificibus maximis approbata sunt.
22. Matrimonium inter Christianos & haeticos vetitum est, poenis etiam adiectis.
23. Matrimonium hoc qui dixerit ratum esse, probare debet exceptionem, cum regula sit ei contraria.
24. Matrimonij praedicti non qualiscunque prohibitio est, sed varijs poenis sancita.
25. Matrimonia legitima & iusta separantur propter haesim superuenientem.
26. Matrimonium & societas cum haeticis diuino iure prohibetur.
27. Matrimonium iisdem de causis quibus irritum est inter infideles & Christianos, inter haeticos & fideles irritum censetur.
28. Haeticorum consuetudo periculosior est quam infidelium.
29. Haeticorum societate perniciosam esse ex Paulo ostendi potest.
30. Christianis graue & nefarium iugum est, cum haeticis societatem coniungere.

Matri

stianos contractum, iure optimo irritum esse censei debet.



D iudicem secularem pertinet, punire eum qui duas aut plures uxores

habet: quemadmodum plurimis Romanis & regijs legibus continetur. Et Athalaricus Gothorum rex, huiusmodi legem tulisse fertur: vno tempore duabus nemo copuletur vxoribus: quia se nouerit rerum suarum amissione plectendum. Nam aut libido est, & recte perfrui non finitur: aut cupiditas, & iure nuditate damnatur. Author Casiod. lib. 9. variarum. Episcopi quoque atque iudicis ordinarij cognitio est, quoties de viribus huius, vel illius matrimonij, questio tractatur. I. eum qui duas. C. de adult. ca. 2. de secun. nupt. l. Miles. §. Mulier de adult. aucl. hodie. C. de repudijs. regia lex. 7. titul. 15. lib. 8. ordinat.

2. Ceterum inquisitores de his criminibus cognoscere saepe solet propter abusum matrimonij, & suspicionem haeresis inde orientem: censetur enim de hoc sacramento male sentire, qui cum pluribus matrimonijs simul contrahit: quamobrem plerique putant inquisitores de tali crimine cognoscere posse. Lappus in cap. accusatus. §. sane de haeret. lib. 6. Domi. & Philip. Franc. in princ. eiusdem cap. Francif.

Z 3 Squila

31. Matrimonium cum infideli contractum, cur potissimum irritum esse debere, quidam theologus asseruerat.
32. Christi membrum efficitur quisquam, non solum per sacramentum fidei, sed per fidem etiam sacramenti.
33. Matrimonium cathecumeni, aut apostatae, cum catholica, vel infideli, an sit ratum.
34. Matrimonium apostatae cum catholica ratum esse, quidam theologus ex Ambrosio deducebat.
35. Ambrosius de matrimonio loquens, nuptias infidelis & haereticae cum Christiano ex aequo prohibuit.
36. Matrimonium inter fidelem & infidelem prohibet Tertullianus.
37. Christianum virum cum muliere haeretica coniungi non licere, docet canon 72. sextae synodi generalis.
38. Sexta synodi generalis canones magnam habent auctoritatem.
39. Theodorus Balsamon Antiochenus patriarcha canoni. 6. synodi generalis multum tribuit.
40. Mattheus monachus graecus de canone sextae synodi generalis magnifice sentit.
41. Matrimonium inter Christianos & infideles aut haeticos, leges septipartita prohibent.
42. Haeticus infidelis dici potest.
43. Matrimonium inter Christianos & haeticos cur contrahere non liceat.
44. Hieronymus matrimonium inter haeticos vel infideles & Christianos, quibus verbis improbet.
45. Matrimonium praedictum multa concilia & sancti viri damnant & prohibent.
46. Matrimonium praedictum quantum distet a iusto sanctoque connubio docet Tertullianus.
47. Matrimonium praedictum quibus rationibus adducatur auctor, ut irritum putet.
48. Matrimonium inter haeticos & Chri-

Squila. in tract. de fide. catho. ca. 15. sum. Rose. verbo hæreticus num. 6. Gonfa. de hæret. prau. quest. 9. Felin. in cap. ad abolendam. de hæret. Ioan. Lup. in cap. per vestras. §. 18. nume. 25. Couar. lib. 4. decretal. pa. 2. c. 7. §. 3. Alfon. lib. 1. de iusta hæret. puni. cap. 1. Conrad. Brun. lib. 1. de hæret. c. 2. diffusius Alberti. libr. de agnosc. assertio. cathol. q. 23. nu. 49.

3 Videtur tamen quod inquisitores, vsque eo duntaxat cognoscere valeant, vt planè intelligant, vtrum reus male sentiat de sacramento matrimonij, vel non: quod vbi peregerint, functi sint officio suo. Nam si constiterit, reum in fide non aberrasse, neque vnquam credidisse, licere simul duas vxores habuisse: videtur quidè quod inquisitores vltra procedere nequeant. Nihilo minus tamen cõsuetudo inualuit, vt interdum reos istos puniant: sed ea consuetudine abuti non debet. Nam si colore aliquo reus excusetur à suspitione hæresis, consultius facient inquisitores, si cognitionem hanc iudicibus ordinarijs reliquerint. Quid enim si prius matrimonium ex causa probabili nullum esse dicatur: quid si propter longam absentiam, rumores mortis alterius coniugis, alter ad secundas nuptias transierit? Nunquid infamandi aut puniendi tanquam hæretici erunt, qui talia matrimonia bona fide contraxerint? Profectò longe aliud sacris canonibus decretum est. Nam vxorem absentis, quæ priusquam de

morte viri sui certa esset, alteri nupsit, quodammodo venia dignam iudicauerunt patres, in sexta synodo generali. Quod multis quoque patrum decretis Gratian. comprobatur. 6. syno. cap. 93. c. 1. cum seq. 34. quæstio. 1. vi. l. Miles. §. Mulier. ff. de adulterijs.

4 Tunc autem iure procedunt inquisitores, cum de hæresi suspectus est reus, vel quia originem habet ex gente Mahumetanorum, vel quia palam duas duxit vxores. Nam priori casu verisimiliter præsumi potest quod legem sequitur Mahumetis: & posteriori, suspectus est ipso facto, quia malè videtur sentire de sacramento matrimonij, qui publicè illud spernit, eoq; abutitur. Quod idè in alijs similibus causis seruari poterit: nam si barbari ad fidem conuerfi plures vxores secundum leges maiorum suorum habeant, in eadem causa suspitionis erunt: multò quidem ante Mahumetem, barbari & carnales homines pluribus vxoribus abuti solebant. Cuius rei salustius in bello iugurthino his ipsis verbis meminit: Iugurthæ filia Bocconupsit: verum ea necessitudo apud Numidas Maurosq; leuis dicitur, quod singuli pro opibus quisque quàm plurimas vxores, denas alij, alij plures habent: sed reges eo amplius: ita animus multitudinem distrahitur nullam pro socia obtinet, pariter omnes viles sunt.

5 Eadem quoque causa est puniendi eum, qui sciens matrimonium contra

cõtrahit cum aliena vxore: & item inquirendi aduersus mulierem illam, quæ scienter nubit alterius viro: quia vterque abutitur sacramento matrimonij, & cooperatur adulterino coniugio. Abb. in cap. 2. de spons. duorum glos. in l. vtrū. ad l. Põp. de Parri. l. si quis vxori. de furt.

6 Pœna verò qua inquisitores punire solent istos, si plebei sint hæretici. Reus ad publicum spectaculum simul cum hæreticis trahitur, & propter leuem suspitionem abiurat, & fustibus ceditur: hodie quoq; ad triremes ad quinquenium damnatus est, parte dimidia bonorum publicata, si filios non habuerit: quemadmodum lege regia plenius continetur. Ad quas pœnas inquisitores damnare reos possunt, etiam si sacerdotes ipsi sint: non enim connumerantur inter pœnas sanguinis, quas imponere clerici nequeunt. Sic anno superiori falsidicos testes ad triremes condemnauimus. Ieum qui duas C. de adult. iuncto. §. Item lex Iulia. de adulterijs. insti. de publ. iudi. petitio. 105. anno. 1548. Alberti. de assert. catho. quest. 23. nu. 76.

7 Et iectus fustium iudicibus ecclesiasticis iam olim in vsu fuisse, diuus August. est author. qui Marcelino scribens inquit. Confessionem virgarum verberibus eruiisti, qui modus coërtionis & à magistris artium liberalium, & sæpè etiam in iudicijs solet ab episcopo haberi, & clerici etiam flagellis cædi possunt.

August. epistola. 159. ca. sententiam sanguinis. ne cler. vel mona. c. vniuersitatis de sent. excom. & illic. Felin. ca. fraternitas. 12. quest. 2. cap. 1. de calumni. c. cum beatus. 45. disti. Ioan. Ber. in pra. c. 125.

8 De Monacho illo qui post solennem religionis professionem contrahit matrimonium, hac distinctione iuris periti cõmuniter vt solent: aut publicè facinus hoc perpetravit, quo casu magis suspectus est, ipso facto male sentiens de votis monasticis: videtur enim asserere, id sibi licere, quod palam cõmittere non erubescit. Aliud esse aiunt, cum occultò monachus duxit vxorem, quia tunc magis præsumitur dolo peccasse, quàm intellectus errore. Quamobrem priori casu procedere poterunt inquisitores, posteriori non item ar. l. 2. §. pen. ff. vi bon. rapt. Iacob. Burr. & Bald. in l. Nemo. C. de sum. trinit. Abb. in. c. de homine de celeb. mis. & cõf. 68. lib. 1. Idè rursus & Felin. in. c. Cū quidam de iur. iur. Ioan. de Anan. & Felin. in. c. Ad abolendam. de hæret. Franc. Squila. de fide catholi. cap. 15. Gonfa. de hæret. prauit. questio. 9. Matth. de Affli. in consuet. sicil. tit. 1. q. 7. Ioan. Lup. in ca. per vestras. §. 18. Albert. in rub. de hæret. li. 6. q. 13. nu. 37. Alfon. lib. 1. de iust. hæret. puni. c. 1. Brun. lib. 1. de hæreticis capit. 2. Ludouicus, Caietan. tractatu de hæreticis. numero. 38.

9 Sed vereor ne hæc opinio falsa sit, & ratione careat: mihi certè

parum fundata videtur: nam et si impudentius ille faciat qui palam has nuptias celebrat, non tamen suspicione magna carebit, qui eas occulte contraxerit: quinimo plerumque fit, ut vehementiori suspicionem laboret, qui clandestina talia committit: nam qui male agit, odit lucem. Et ut Arist. lib. 7. ethic. ait magis iniusti sunt illi, qui magis occulte procedunt. Et sicuti Socrates lib. 5. histo. eccle. inquit. ea que occulte geruntur, improbitatis suspitione plenissima sunt. Quod multis exemplis confirmare possem, que alij ante nos reculerunt. Ioan. 3. Arist. 7. Ethico. cap. 6. Socrat. hist. tripa. lib. 34. I. vltim. de ritu nuptiarum non existimo. ff. de adm. tuto. cap. cum ex inuncto. de heret. Tirac. in prelatione de retra. conue. num. 13. & deinceps. & lib. de poen. causa. 57.

10. Cum igitur crimen utroque casu idem prorsus sit, neque differentia ponatur nisi in qualitate ambigua, non video cur tam diuersa cognitionis causa constituenda sit. Itaque mea sententia cognoscere quoque poterunt inquisitores de crimine monachi occulte matrimonium contrahentis: presertim his temporibus, postquam impius & impurus Lutherus palam docere non erubuit, licere monachis omnibus, etiam cum virginibus Deo dicatis, liberè matrimonium contrahere. Quod & ipse apostata publice perpetravit: sanctimoniali, quam miseram secum traxit in perditione,

incesta copulatus libidine. Quem non puduit frequenter asserere, eque non esse arbitrij sui, ut se seruaret ab usu & commixtione foemina: quin non erat arbitrij sui, mas esset an foemina. Ex quo pari absurditate colligere solebat votum castitatis esse impossibile. Quod ideo illi sensisse puto, quia helluo & vinolentus erat: venter enim vino est uans, cito despumatur in libidinem. Vnde Cuius meus Lucanus libro decimo eleganter cecinit.

Plenum epulis, madidumque mero, venterque paruum.

Inuenies.

11. Hec autem haeresis Lutheri iam olim condemnata est, & multi doctissimi viri nominatim illam confutarunt. Ceterum illud pretere non potui, quod in concilio Turonico eo tempore celebrato, quo licebat clericis iuxta usum Orientalis ecclesie habere uxores, de monachis tamen tale decretum extat. Si qui in monasterio conuersi sunt, nullatenus exinde habeant licentiam euagandi: neque (quod absit) ullus eorum coniugem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere. Nam si uxorem duxerit excommunicetur, & de uxoris male sociate consortio etiam iudicis auxilio separetur: & infelix monachus tali coniunctione fedatus, ab ecclesia segregetur, donec reuertatur ad septa monasterij: & indictam ab Abbate, quandiu preceptum ei fuerit, agat poenitentiam.

tiam. Haecenus concilij cano. Inquisitores vero ieiunia & orationes iniungere solent, cum detractione perpetua in monasterium. concilio Turonico. can. 11. Adde. ca. impudicas. C. si quis sacro. c. Monacho. ca. & quia. 27. q. 1. Vide Nicepho. lib. 2. cap. 15. cum seq. & lib. 6. ca. 30. Alfons. Vinas. aduersus Lutheri dogmata. Philip. 18. cum seq. Peronum li. 2. Topico. theologorum. 12. Differentiam illam inter publicum & occultum matrimonium monachorum sequuntur aliqui in matrimonijs clericorum: sed iisdem omnino rationibus ab eis dissentio: demque seruari debere sentio, in presbyterorum diaconorum, & subdiaconorum nuptijs, que in matrimonio monachorum supra retuli. Has quoque incestas nuptias clericorum eodem errore approbat impurus ille Lutherus contra innumerabilia fere concilia, & sanctorum patrum decreta: denique aduersus traditionem, & consuetudinem totius occidentalis, hoc est catholice atque apostolice Christi ecclesie. Ioan. Lup. in. c. Per vestras 5. 18. Ioan. Bern. in pract. crimi. cap. 74. contra Lutheri dogmata. Gratia. 27. disti. cum. seq. & dist. 32. Hiero. lib. 1. aduersus Iouinia. & iterum epistol. aduersus Vigilantium. Gerson. dialogo. de castitat. eccles. Faber in malleo contra Lutherum tract. 4. Echius in Enchirid. tiru. 19. Alfons. aduersus haereses verbo sacerdotum. Albert. Pighius controuersia. 15. Ti-

raquel. in. 15. lege conubiali. nu. 82. Bartho. Latomus aduersus Bucerum, controuersia de coelibatu sacerdotum. Marti. Ayala. de diuinis & eccle. tradi. titulo de coelibatu.

13. Clerici autem in sacris ordinibus constituti qui nuptijs incestis inquinati, officio & beneficio ecclesiastico priuandi, & uxores dimittere cogendi, & digna poenitentia puniendi sunt. Presbyteri ab ordine deponantur, & sacro ministerio priuentur. Diaconus sit alienus a ministerio, & vacet a clero, & ab omni ordine sacro remoueat, & officio ac beneficio ecclesie careat: quibus poenis pari ratione subdiaconus puniendus est: & ita sacris canonibus continetur. Seuerius autem constituerunt patres in 8. concilio Toletano, hoc verborum tenore: Quicumque etiam si inuicti, ad ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere quam semel receperunt gratiam, donumque nequaquam audeant: Si vero ad coniugia moreque seculi redire attulerint, omni ecclesiastica dignitate priuentur, & apostata habeantur, & in monasterio donec vixerint, sub poenitentia retrudantur. Hodie tamen solent ad tempus in monasteria detru di: ut illic ieiunijs certis & orationibus vacent: & ultra suprascriptas poenas canonicas, pecunia quoque multetur. ca. 1. de cleri. coniu. ca. decernimus. c. presbyter. c. Presbyterum. 28. dist. c. si quis a modo cum. seq. 81. dist. 6. synod. generali.

netali cap. 6. c. Diaconus. 27. distin. ca. eos. 32. disti. & 8. cōci. Toletano can. 7. regia. l. 41. cum seq. tit. 6. par. 1. Cleme. 1. de consang. & affin. loā. Ber. in pract. c. 27.

14 Quæsitum fuit, qua pœna puniendus esset maritus qui vxore viua sine iusto consensu illius, ad sacros ordines promotus fuit. Cui quæstioni respondimus, non esse aliam pœnam iure pontificum definitam, quam eam, quæ constitutione quadam Ioan. 22. continetur: hoc est, quod neque matrimonio soluto in suscepto ordine ministrare, neq; ad superiores ordines prouehi, neq; ad aliquod beneficium, vel officium ecclesiasticum valeat promoueri. Sed quia non tam de criminis punitione, quam de effectu sacrorum ordinum, illic tractatum esse videtur, & impunitū esse non debet tam graue crimen, placuit omnib; qui de proposita quæstione consultabamus, vt instar eorum qui post sacros ordines vxorē ducunt, isti quoque punirentur. Neque enim magni refert, an matrimonium antecedit vel consequatur, quandoquidem vtroque casu, & sacramento matrimonij, & sacrorum ordinum, & cælibatui clericorum par fit iniuria. Quam obrem cum ex facto quæstio tractaretur, suspēdimus reum ab officijs & beneficijs ecclesiasticis, & præter publicam pœnitentiā qualis blasphemis iniungi solet, multa pecuniaria imposta, in mona-

sterium ad certum tempus illum detrusimus. extrauag. antiquæ concertationi. Ioan. 22. titul. de voto. & illic glo. in part. nouerit conuenire, & quæ paulo ante diximus nume. 12.

15 Sacerdos qui spiritualemente filiam nefario incestu cōtaminauerit, ab omni officio deponatur, & cūctis dieb; vitæ suæ in monasterium detrudatur. ca. Omnes ca. si quis sacerdos. 30. q. 1. Ioan. Ber. in pract. c. 76.

16 Quæsitum fuit, an vir aut vxor habitare teneatur cum coniuge hæretico ecclesiæ reconciliato? Et cum fornicatio illa spiritualis efficiat, vt matrimonium separari possit, relinquitur planè, coniugem catholicum cogendum non esse ad habitandum cum hæretico pœnitente. Quin etiam catholicus poterit vxore illa inuita ad religionem conuolare. ca. vlt. de conuers. coniug. c. de illa de diuort. Sot. in. 4. sentent. dist. 39. arti. 4.

17 Cæterum perdifficilis & perobscura quæstio est de matrimonio contracto inter catholicos & hæreticos: multi enim putant ratum esse id matrimonium. Tho. & Sot. lib. 4. sentent. dist. 39. Guil. in specul. titul. de diuor. glo. in ca. non oportet. 28. quæstio. 1. Card. Præp. & alij in cap. vlti. de condi. appof. viger. in institutu. de sacram. matrimo. Syluest. verb. matrimonium. 8. §. 10.

18 Huius opinionis rationes admodum paucas inuenio: sed eruditus quidam theologus has mihi suggessit.

gessit. Vnam, quod hæreticus habet fidei signaculū indelebile, quam obrem capax est sacramentorum: alteram, quod tale matrimonium nullo iure est irritum: tertiā, quod sequeretur ex contraria sententia, hæretici mentalis cum catholica, nullum esse matrimonium: quartam, quod hæreticus ante sententiam non priuatur dominio bonorum: ergo multo minus priuatus erit potestate sui corporis, vt illud in huiusmodi matrimonium trāsferre nō queat: quintam q; hæreticus contrahens matrimonium cum Iudæa vel infideli non obligatur, neq; ratum est tale matrimonium propter signaculum fidei: sextā quod irritum est matrimonium catholice contractum cum cathecumeno quanuis ille credat & confiteatur catholicam fidem: septimā, quod hæresis non tollit fidem connubialem neque prolem, neq; sacramentum: ergo non repugnat coniugio, si non pugnat cum bonis coniugij: Octauā, quod inter Iudæos & infideles verum est matrimonium: & melioris cōditionis sunt catholicus & hæreticus: nonā, q; si hæresis superueniens, nō dirimit matrimoniū, ergo neque illud impedit, sed separabuntur coniuges quousque respiciat hæreticus.

19 Sed iam videamus an isthæc argumenta dissolui possint. Primum quidem fortissimum esset, nisi huiusmodi matrimonium prohibitū foret: nā hæretici aliqua sacramēta

retinent. c. sacramēta cum seq. 1. q. 1. Ad hoc, negamus tale matrimonium non esse iure aliquo irritum: quinimo id postea probabim; nec vires habet argumentum tertium, quia de hæretico intellectuāli, siue purè mentali ecclesia nihil iudicat. Quartum verò argumentum fragilissimum est, quia hæreticus nō priuatur potestate sui corporis, sed eius matrimonium cum catholica contractum irritum est ipso iure. Quintum quoque argumentum negari potest eadem facilitate, qua asseritur: & quanuis cōcederemus verum esse, nihil inde relinqueretur aduersus nostram sententiam. Item argumentum sextum negari posset, quia diuus Ambro. non loquitur de cathecumeno, & si de eo loqueretur, nostræ sententiæ non aduersaretur, quinimo pro nobis est. ca. Cauc. 28. q. 1. Deinde septima ratio fragilis est, quia neque infidelitas tollit fidem conjugalem, neq; prolem neque sacramentū. & quia legibus ecclesiasticis, matrimoniū istud hæreticorū fit irritū. Octauū autē argumentum fragile est: quid enim ex eo sequitur, quod inter Iudæos & infideles verum sit matrimonium? Denique supremum argumentum fragilissimum quidem est: quia legitimum iustumque matrimonium dirimi non potest culpa vnius coniugis, alioqui hæreticus fieri posset, aut fingeret se hæreticū esse, qui vellet relinquere coniugem: & quos Deus coniunxit separaret

pararet homo.
 20 Haecenus contrarię opinionis argumenta ferē omnia explōsa eie-
 ctaque sunt: nunc verō sententiam
 nostram probabiliorem esse fortas-
 se ostendemus. Ac primum qui-
 dem concilium Elibertinum in-
 quit: hęreticis qui errant ab eccle-
 sia catholica, neque ipsis catholicas
 dandas puellas, sed neque Iudęis
 neque hęreticis dari placuit, eō
 quōd nulla possit esse societas fide-
 lis cum infideli: si contra interdi-
 ctum fecerint, parentes abstinere
 per quinquennium placuit. ca. 16.
 Et concil. Laodicenum, eos qui ad
 ecclesiam pertinent indifferenter
 filios proprios hęreticorum nuptijs
 minimē sociare debere. & rursus.
 Quoniam non oportet cum hęre-
 ticis commiscere connubia, &
 vel filios vel filias dare, sed po-
 tius accipere, si tamen profiteantur
 Christianos se futuros esse &
 catholicos cap. 10. & 31. Et concilium
 Carthag. tertium item pla-
 cuit, vt filij vel filię episcoporum,
 vel quorumlibet clericorum, gen-
 tilibus vel hęreticis, aut schismaticis
 matrimonio non iungantur. c.
 12. Et concil. Agathen. Non oportet
 cum hominibus hęreticis mi-
 scere cōnubia, & vel filios vel filias
 dare, sed potius accipere, si tamen
 se profiteantur Christianos esse fu-
 turos & catholicos ca. 67. cap. Non
 oportet. 28. q. 1.

21 Quōd si quispiam dixerit, hęc

omnia concilia esse prouincialia:
 huic ego responderim, à ponti-
 ficibus summis & ecclesia catho-
 lica fuisse approbata: & proferam
 pręterea concilium œcumenicum
 Chalcedonens. cuius verba sunt.
 Quoniam in quibusdam prouin-
 cijs concessum est lectoribus & cā-
 toribus vxores ducere, constituit
 sancta synodus, nulli eorum lice-
 re, alterius sectę accipere vxor-
 em. Et paulō post, non possint
 liberos suos, hęretico vel paga-
 no vel Iudęo matrimonio con-
 iungere, nisi vtique persona, quę
 orthodoxę coniungitur se ad or-
 thodoxam fidem conuertendam
 spondeat. Si quis verō hanc de-
 finitionem sanctę synodi pręter-
 rierit regularum condemnationi-
 bus subiaceat canone. 13.

22 Ex quibus omnibus perspi-
 cum est, matrimonium pro-
 positum vetitum esse, pœnis e-
 tiam adiectis: quo fit vt possimus
 asserere, irritum fore atque in-
 ane. Quod si quis dicat, mul-
 ta prohibentur quę facta valent:
 huic equidem obiecerim iuris re-
 gulam prorsus contrariam. Lex e-
 nim inquit, quę lege fieri prohi-
 bentur, si fuerint facta, non solum
 inutilia, sed pro infectis etiam ha-
 beantur: licet legislator fieri Prohi-
 buerit tantum, nec specialiter di-
 xerit, inutile esse debere quod fa-
 ctum est: sed & quod fuerit sub-
 sequutum ex eo, vel ob id quōd
 inter

interdicente lege factum est, istud
 quoque cassum & inutile esse præ-
 cipimus. Nam legislatori, quod
 fieri non vult, tantum prohibuisse
 sufficit, cętera quasi expressa ex le-
 gis licet voluntate colligere. Non
 dubium. C. de legib. l. 1. c. 1. m. 1.

23 Ergo qui ait connubium illud
 ratum esse, probare debet exceptio-
 nem, cum regulę sit contraria.
 Nā diocesi multa prohibita, si fiant,
 valent: ergo matrimonium istud ra-
 tum est: perinde est, ac si dixeris:
 multi mortui sunt, igitur Petrus est
 mortuus: multi sunt in ecclesia, er-
 go & Ioannes est in ecclesia: quę
 collectiones falsę sunt & ineptę.

24 Adde quod non ea qualiscunq;
 prohibitio est, sed varijs pœnis san-
 cta, vt ex cōcilijs Elibertino, Chal-
 cedonensiq; patet. Ac pręterea Bo-
 nifacius octauus constituit, vt mu-
 lierum, quę scienter hęreticis nupse-
 rint, dotes confiscentur. ca. decre-
 uit de hęretic. lib. 6. Et Theodorus
 Balsamon enarrans canonem præ-
 notatum cōcilij Chalcedonen. in-
 quit, definitum est, neque eorum
 liberi hęreticis vel Iudęis coniun-
 gantur, nisi vtique prohibita per-
 sonę polliceantur a sua hęresi, vel
 superstitione recedere: tunc enim,
 si ad orthodoxam fidē accesserint,
 consequentur quoque nuptię. Eos
 autē qui hęc transgrediuntur ca-
 nonicis pœnis subiicit synodus. Le-
 ge Laodicenam synodum & Car-
 thaginensem, & inuenies separari
 matrimonium, quod cum hęreti-

co contractum est: existimo autem,
 etiam cum separatione, eos quoq;
 puniri secundum presentem cano-
 nem, sicut enim ad concordiam de-
 ducuntur canones. Hęc ille.

25 Vides, nō solum prohibitionem
 sed pœnas, neque tantum pœnas,
 verum & separationem. Nec mirū
 id, nām & legitima & iusta matri-
 monia separantur propter hęresim
 superuenientem, quemadmodum
 epistolis maximorum pontificum
 sacrisque decretis sepe cōstitutum
 est. cap. 2. c. de illa. c. quanto de di-
 uortijs.

26 Et quid attinebat vetare tot le-
 gibus id quod sepius diuino iu-
 re iam pridem prohibitum fuerat,
 si post innumerabiles prohibitio-
 nes, adhuc sceleratum illud matri-
 monium, firmum ratumque futu-
 rum erat? Paulus apostolus ait, Ne tibi
 quidem cum hęreticis esse sumen-
 dum, eosq; deuitādos esse: & apost.
 atque euāgelista Ioannes vetat, ne
 eos in domum recipiamus, nec aie
 illis dicamus. Et apostoli omnes
 prohibuerunt, ne cum hęreticis o-
 remus. Et a cōcilio. 4. Carthag. in-
 terdicuntur conuiuia & sodalita-
 tes hęreticorum: & nihilominus ra-
 tum erit contractum cum eis ma-
 trimonium.

27 Huc accedunt omnes ferē causę
 quibus irritum est matrimonium
 inter catholicum & infidelem cō-
 tractum: quę quidem locum ha-
 bent in connubio catholicę atque
 hęretici. Nam causā quę videtur
 esse

esse potissima, ea est: ne coniux catholici ab infideli corrumpatur. Inquit enim lex: non sociabis cum eis coniugia, neque filiam tuam dabis filio eius, neque filiam illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum ne sequatur me: & ut magis seruiat dijs alienis: irasceturque furor domini & delebit te cito. Deut. 7. & 1. Eldrae. cap. vlti.

28 Maius autem periculum seductionis imminet ab hæretico, quàm ab alio in fidei vltio, quem admodum quotidiana experientia, comperitissimum est. Omnes enim deridere solemus Iudeos, idoloplatras, & Mahumetanos, paucique catholici ab istis capiuntur vnquam: ab hæreticis verò pluri decipiuntur in dies.

29 Alię quoque causę hereticis accommodari possunt: quid enim prohibet quin verbis Pauli apostoli paululū permutatis, ita loqui possimus? Nolite iugum ducere cum hæreticis, quę enim participatio iustitię cum iniquitate? aut quę societas luci ad tenebras? Quę autē conuentio Christi ad Belial, aut quę pars fidei cum hæretico? Quis autem consensus templo Dei, cum idolis. 2. Corin. 6.

30 Iugum quidem graue ac nefarium id esset, quod catholicus duceret cum hæretico: nulla quę participatio verę religionis cum hæresibus est: nulla societas catholice lucis, cum hæreticorum tenebris, nulla conuentio Christi ad Belial, nul-

la pars fidei cum impio, nullus consensus templo Dei cum hæresibus: quę nihil aliud quàm idola sunt. Sed theologus ille dicebat, precipuam causam, quæ irritum est matrimonium, cum infideli contractum, eam esse, quod infidelis non habet characterem baptismi. Vnde tria deducebat vnum, quod cathæcumenus fidem habens catholicam, non potest matrimonium contrahere cum catholico, sed huiusmodi nuptię sunt irritę: alterum, quod apostata, qui penitus recessit à fide catholica, & factus est Iudeus vel Mahumetanus, si contrahat cum catholico, ratum erit matrimonium: tertium, quod si idem ille apostata, contrahat cum Iudęa vel infideli, erunt irritę nuptię. Hęc ille asserit, sed ea non probat.

32 Mihi verò admodum dubia ea omnia esse videntur: nam Innoc. 3. inquit, non solum per sacramentum fidei, sed per fidem etiam sacramenti aliquem effici membrum Christi: & qui Christum habet per fidem, etiam si baptismum non habeat, habet utique fundamentum, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus: superedificare posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quęlibet ecclesiastica sacramenta: cum illud non sit generaliter verum, neque de nouis neque de veteribus sacramentis: quod baptismus sit fundamentum illorum: quoniam & sacramentum coniugij & eucharistię à non baptizatis reci

recipi potest. Hęc ille. c. vlt. de pres. non bapti.

33 Quo vel solo patet, tria illa iam ante dicta, labare: nam & cathæcumeni matrimonium cum catholica contractum ratum esse videtur: & cum baptismus non sit fundamentum omnium sacramentorū, neque sine fide catholica proficit, sed noceat, fortassis verius est quod apostata contrahere poterit cum infideli & firmum erit connubium illud: quod si cum fidei contraxerit irritum prorsus sit matrimonium. Nam & apostolus & sacra decreta, de fide magis quam de baptismo loquuntur. Neque vlli dubium est, olim cathæcumenos multos solitos esse differre baptismum, ut ab omni peccato expiati, recta via in cęlum tenderent, & tamen interim catholicam fidem tenebant, nec satis scio: an infideles tunc dici possent.

34 Noster ille theologus suę opinionis laudabat authorem diuum Ambro. qui lib. de Abraham inquit. Nō est satis nisi ambo initiatis sacramento baptismi, & c. Quasi verò baptismi sacramentum efficiat ut eo initiatus etiam hæreticus, etiam apostata, matrimonium cum catholica contrahere possit, cum infideli nō possit. Sed si recte perpendantur verba omnia beatissimi Ambrosij, nihil minus probant, quàm opinionem prædictā. Inquit enim Ambro. Caue Christiane Gentilem vel Iudęam atque alienigenam, hoc est omnem hæ-

reticam & alienam à fide tua, accipere tibi vxorem. Prima coniugij fides castitatis gratia est, si Christiana sit, nō est satis, nisi ambo initiatis sacramento baptismi, simul ad orationem nocte vobis surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus Deus. c. caue. 28. q. 1.

35 Vbi primum obserua diuum Ambrosium æquiparasse infidelē hæretico, & pariter vtriusque nuptias prohibuisse: deinde nihil esse loquutum de characterem baptismi, neque de eius effectu, cum initiatus efficitur hæreticus vel apostata. Postremo, perpēde beatum Ambro. de solo matrimonio legitimo & rato verba illa dixisse, ait enim, simul ad orationem vobis surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus Deus. Non sufficit ergo ut sacramento baptismi sint coniuges initiati, nisi & ambo catholici sint. Nam cum apostata vel hæretico, neque orandum est, neque loquendum quidem. Quin etiam diuus August. vetat, ne quis ducat vxorē, nisi eiusdem religionis & fidei, neque aliter coniugia maneat copulata: Tum illud addo, quod Paul. apostolus coniugem fidelem cum infideli habitare permittit: ecclesia verò catholica separat coniugem fidelem ab hæretico, neque eos simul habitare sinit. Quo planē intelligitur, periculosius esse cum hæretico, quàm cum alio infideli habitare. Cor. 7. c. sic enim. 28. q. 1.

36 Accedunt eodem, quæ Tertullianus

lianus scripsit. li. 2. ad uxorem: quis dubitet obliterari quotidie fidem cōmercio infideli? bonos corrumpunt mores confabulationes mala, quanto magis conuictus & indiuiduus vsus? Quomodo potest mulier duobus dominis seruire, Deo & marito Gentili? Sed viderit qualiter viro officia pendat, domino certè non potest pro disciplina satisfacere, habens in latere diaboli seruum procuratorem domini sui, ad impediendum fidelium studia & officia: vt si ieiunia obseruanda sunt, maritus eadem die cōuiuium exerceat, & cætera in eadem sententiam.

37 Quid plura? Canon septuagesimus secundus sextę synodi generalis inquit, non licere vnum orthodoxum cum muliere heretica cōiungi: neque verò orthodoxam, cū viro heretico copulari: sed etsi quid eiusmodi ab vlllo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existimare, & nefarium cōiugium dissolui: neque enim ea, quæ non sunt miscenda, misceri, neque ouè cum lupo, neque peccatorum sortem cum Christi parte coniungi oportet. Si quis autem ea quæ à nobis decreta sunt, transgressus fuerit, segregetur.

38 Sed aiunt multi, canones illos non esse factos à sexta synodo generali, neq; omnino recipiendos esse. Hi autem sunt Anastasius, Theophanes, Humbertus, Franciscus Torrensis, & Canus. Contra Gra-

tianus inquit, Adrianum papam sextam synodum suscepisse cū omnibus canonibus suis. Et in septima synodo Tarasius Patriarcha & Petrus episcopus, & Epiphanius, omnes illos canones tanquàm sextę synodi approbant. Quod quidè si verum est, peracta controuersia est. c. sextam cum seq. 16. dist. Tamen si autem canones illi cœcumenici concilij non sint: quis dubitat eos (paucis exceptis) autoritatis penè inuitabilis esse? Primo quia conditi sunt, à ducentis viginti septem episcopis catholicis. Adhæc quia plurimi sapientissimi viri theologi & iuris periti episcopis illis ad fuerunt vt fieri solet in huiusmodi conuentibus celeberrimis. Deinde quia tota Gręcorum ecclesia eos canones vt concilij generalis suscepit ac venerata est. Postremo quia Gratianus, Innocent. 3. septima synodus cœcumenica, & alij multi horum canonum autoritate vtuntur iure quàm optimo, quia multa ibidem continentur notatione ac veneratione digna. Habet hoc præterea canon ille. 72. q. cū rem grauissimam sanciat, neque ab ecclesia catholica, neq; ab vniuersalibus aut generalibus synodis, neque ab vlllo sanctorum doctorū vnquam reprobatus est. Canus quin etiam vir accerrimi ingenij, q. quotquot canones trullanos potuit, lacerauit ac vellicauit, de canone tamen illo nihil quod male diceret, habuit: vt proculdubio tacito omnium consen-

su

su videri possit, esse probatus. vide Canum li. 5. de locis theologi. c. vlt.

39 Neque verisimile est canonem istum ab hæreticis fuisse corruptū, quia totus cōtra hæreticos est. Adde quòd Theodorus Balsamon Antiochenus patriarcha canonem illum integrum retulit, atque ita interpretatur: lex ciuilis definit matrimonium, societatem & cōmunionē diuini & humani iuris: hinc ergo consequenter sancti patres decernunt, iure matrimonij non esse coniungendum virum fidelem mulieri infideli: vel infidelem mulierē viro fideli: sed & si quid eiusmodi factum fuerit, diuellendum ac separandum esse matrimonium, vt quod consistere nō possit. Quæ est enim (inquiūt) lupo cum agno societas, quorum est penitus contraria voluntas: sibiq; sunt inuicem in omnibus aduersi & infesti, quòd sit contraria eorum viuendi ratio? Et non solum separandum esse matrimonium, sed eū qui tale aliquid ausurus est segregandum esse, statuūt.

40 Eadē ferè scribit Matthæus monachus Gręcus in opere canonum græcorum cap. quòd non oporteat contrahere cum hæreticis: vbi laudans canonem superscriptum addit: si secundum legem ciuilem matrimonium definitur, cōmunicatio & cōmmercium diuini humanique iuris, quomodo conueniri potuerūt inter se illi, qui circa maiora discordes sunt, animæ dispositione contraria sentientes circa

fidem? Propterea etiam post illiciti matrimonij solutionem, excommunicare quoque dignum censet perseverantes.

41 Tum illud addo, quòd magni illi theologi ac iuris periti, qui regias leges septipartitas condiderūt, hanc quoque sententiam comprobauerunt, & lata lege sanxerunt. Et quanuis in foro ecclesię constitutio illa pro lege non sit habenda, perspicuum tamen omnibus est, esse leges illas omnigena cruditione refertas. l. 15. titu. 2. par. 4.

42 Quòd si vim ipsam nominis obserues, infidelis est, qui fidem promissam violat: hæreticus autem fidem catholicam, quam professus fuerat, violat: ideoque Balsamon rectè pro hæretico infidelem posuit. Et scholastici theologi aiunt, hæresim esse infidelitatis speciem: & vt alibi retuli, hæreses idola sunt, atque aded hæretici infideles & idololatræ, non iniuria dici poterunt: quòd fit, vt irritum eorum cum catholicis matrimonium contractum sit.

43 Accedit eodem, q. hæreticus extra ecclesiam est. Et cum hæretico non licet loqui, quia sermo eius vt cancer serpit: hæreticus deuitandus est, vt vipera, vt basiliscus. Quo igitur iure catholicus cōnubio stabili cū eo iungi potest? Cū hæretico neq; cibus sumendus est, nec eū in domū introducere possumus: & tamen cū eo matrimonium ratū cōtrahere possumus? Qui colloqui prohibent

A a hibern

De matrimonio.

hibent, qui orare simul vetant, qui cohabitare non sinunt, hi matrimonium contrahere permittunt, aut ratum volunt esse contractum?

44 Diuus quidem Hieronymus inquit, nullus est inter eos fidus affectus, quorum diuersa fides est: neque vllum odium vehemētius est, quàm quod ex religionis diffidio nascitur: nulla ergo inter coniuges istos erit amicitia, nulla societas, nullum consortium nulla diuini aut humani iuris communicatio: nullum igitur matrimonium.

45 Cōcilium Laodicenum & Carthaginē 3. concilium Agathense, diuus Ambrosius & Augustin^o tale matrimonium damnāt & prohibent. Conci. Elibertinum & œcumenica synodus Chalcedon. & Bonifacius .8. non tantum id vetant, sed etiā puniunt. Alexand. 3. Vrba. 3. Innoc. 3. propter superueniētem hæresim separant matrimonia, etiā legitima. & rata. Ecclesia græcorū omnium irritas nuptias declarat, & nefarium coniugium dissoluit, quomodo Deus istos coniunger? Quomodo erunt duo in carne vna? Quomodo ergo à sacerdote benedicentur? Et quo denique modo, connubium inde sumet originem, vnde separari debet? Neque enim potest quicquā ab eo casu incipere, quo debet extinguī. vsu fructum cū moriar. de vsu. & vsu. legato.

46 Quantum verò tales nuptiæ distent à iusto sanctoque matrimo-

nio, ex verbis Tertulliani satis perspicuum est: is enim in fine libri posterioris ad vxorem inquit: vnde sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij, quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum angeli renunciant, pater ratum habet? Quale iugum fidelium duorum vnus spei, vnus voti, vnus disciplinæ eiusdem feruitutis? Ambo fratres, ambo conferui, nulla spiritus carnisue discretio: at qui verè duo in carne vna, vbi caro vna, vnus & spiritus, simul orant, simul voluptantur, & simul ieiunia transigunt, alterutro ducentes, alterutro hortantes, in ecclesia Dei pariter, in angustijs, in refrigerijs, neuter alterum celat, neuter alterum vitat, neuter alteri grauis est: liberè æger visitatur, indigens sustentatur, eleemosynæ sine tormento, sacrificia sine scrupulo: sonant inter duos psalmi & hymni, & mutuo prouocant, quis melius Deo suo canet. Talia Christus videns & audiens gaudet, his pacem suam mittit.

47 Equidem multas, magnasque causas video, quib^o adducor vt putè irritum esse matrimoniū propositū: ecclesiæ legē non inuenio, quæ tales nuptias permittat, nedum approbet, vel confirmet: contra verò iam ante retuli ecclesiasticas leges non paucas, quæ nefarium istud connubium vetant, damnant, puniunt, separant atque dissolunt.

Quòd

Titulus

XLI. 186

14 Quòd si propter consanguinitates & affinitates quasdam remotas, nullum efficitur dirimiturque matrimonium, si œcumenica Tridentina synodus clandestina connubia, etiam inter catholicos iuncta, iure ac merito irrita, nulliusque roboris esse decernit, quantò id magis fieri debet, in eo, (de quo disputatio est.) iniusto nefarioque ma-

trimonio? Ego quidem optarim summi pōtificis decreto canonem illum Trullanum aut confirmatū, au renouatum esse: his præsertim temporibus quibus (proh dolor) omnia ferè regna (Hispaniam excipio) impiorum hæreticorū sunt plena. Vid. Couarrub. libro. 4. decret. par. 2. cap. 6. s. vltim. in. 3. editione.

De ministris & eorum officijs

Titul. XLI.

- 1 Ministros rei pub. optimos & idoneos eligi permagni interest.
- 2 Alexandri Severi in eligendis magistratibus prudentia & integritas.
- 3 Ministri sanctæ inquisitionis quot sint, & eorum nomina.
- 4 Index bonorum publicatorum qui eligendus: & quod sit eius munus, & ad quem ab eo prouocari liceat.
- 5 Exequutor quis sit, & quot nominibus appellari soleat, eiusque munus quare versetur.
- 6 Custos carceris à quo hodie creari soleat.
- 7 Notarij qui eligendi, & eorum officium quod sit.
- 8 Tabellionem alium possunt inquisitores creare, si id postulet necessitas.
- 9 Scripta sanctæ inquisitionis, & actorū quomodo custodienda sint, & quibus eorum cura demandanda.
- 10 Medici, & custodes ianuarū quales sint eligendi in sancta inquisitione.
- 11 Assessores siue consultores ab inquisitionibus conuocari debent.
- 12 Assessores quales eligendi.
- 13 Assessores seu consultores, ab inquisitionibus vocati consilium gratis præbere debent.
- 14 Consultores simul cum inquisitoribus de liberare debent, & ea tenenda sentē-

- 15 Familiarium siue stipatorum munus & numerus: & quales sint eligendi.
- 16 Familiaribus immunitates quædam nuper concessa fuerūt in iussu regis, & eorum numerus fuit præfixus.
- 17 Familiarium numerus quo pacto fuit præfixus.
- 18 Familiarium catalogus in vnaquaq; provincia dandus est consistorijs ciuitatum.
- 19 Familiares in causis criminalibus eximuntur à iurisdictione iudicū secularium, exceptis nonnullis criminibus.
- 20 Familiares comprehendere possunt à iudicibus secularibus.
- 21 Familiarium causa quando referenda sit ad regiam curiam.
- 22 Familiaris qui simplex homicidium committit, ab inquisitoribus puniendus.
- 23 Adulterij crime grauius esse quàm homicidium, quidam Scauola sensisse aiunt.
- 24 Adulterij crimen grauius esse quàm homicidium, Scauola non sensit.
- 25 Adulterij crimen grauius esse quàm homicidium, Scauola non sensisse, multis ostenditur rationibus.
- 26 Scauola verba ex quibus colligebant nonnulli, grauius esse adulterij crime quàm homicidium, declarantur.
- 27 Ministri sanctæ inquisitionis, oportet vt

Aa 2 inter

De ministris & eorum officijs.

- interdum suorum munerū rationem reddant.
- 28 *Visitatoris munus, & qualis is eligi debeat.*
- 29 *Inquisitores & ministri nihil emant ex bonis publicatis.*
- 30 *Ministri omnes sanctæ inquisitionis iurare tenentur coram inquisitoribus & episcopo, quod officia sibi commissæ fideliter exercent.*
- 31 *Inquisitores, consultores, & ceteri, iurare tenentur se arcana omnia fideliter celaturos.*
- 32 *Magistratus quātū deceat arcana celare.*
- 33 *Inquisitorum & ministrorum stipendia, & a quibus eis soluenda sint.*
- 34 *Salaria ministris sanctæ inquisitionis solvantur ex bonis publicatis, & quomodo solui soleant.*
- 35 *Inquisitores & ceteri omnes ministri per se ipsos officijs inserviant.*
- 36 *Ministri sanctæ inquisitionis si iter facere velint, a quo veniam petere debeant, & quot dies abesse possint.*
- 37 *Ministri omnes suis stipendijs contenti sint, & munera non accipiant.*
- 38 *Minister nemo esse debet in ea provincia, in qua inquisitor sit eius consanguineus, vel dominus.*
- 39 *Ministri sanctæ inquisitionis a quibus puniendi sint.*
- 40 *Officijs duobus sanctæ inquisitionis nemo præesse potest, aut duobus salarijs frui.*
- 41 *Officialem sanctæ inquisitionis qui vulnerat aut occidit, a quibus puniri debeat.*



Reipublicæ salus nō tam in legibus sita est (vt Aristoteli placet) quā in magistratibus & ministris, vt mihi quidem videtur: leges enim in chartis mutæ iacent, neq; vlli nocent aut profunt: magistratus verò & ministri reipublicæ, te-

ges ipsas loqui aut silere faciunt: & cunctis nocere passim & prodesse possunt. Fieri nō posse videtur (inquit Arist.) vt rectè ex legibus administraretur ciuitas, nō quæ optimis, sed quæ à prauis ciuibus gubernatur. Quò magis enitendum erit, vt optimarū legū, optimi eligantur custodes, ne leges ipsæ iaceant & silcant: sed vna eadēq; voce omnibus semper & vbiq; loquantur. Id autē facile fiet, si magistratuū electores, nō priuatis affectibus custodes legū quæ fierint, sed tantum iustitiæ zelo: nō propter consanguinitatē, affinitatē, amicitiam, familiaritatem, preces, fauorē, ambitionē, aut propter alia id genus omnia: sed propter merita idoneorum, propter cōmune bonum, propter salutem reipublicæ. Debētur quidē præmia meliorib⁹, officia peritioribus; deniq; reipublicæ debētur optima. Canē quidē (inquit, elegāter Demost.) ouili de generē & ignauū custodiēdo nemo præfecerit: reipublicæ autē gubernatoribus pleriq; dicūt, quoslibet esse præficiēdos custode, qui cū delinquētēs se differres simulēt, ipsi vel in primis custodiendi essent. Arist. li. 1. rhetor. l. 1. solut. matri. Demost. orat. 2. cōtra Aristogitonē. 4. poli. 8.

2 Alexander ille Seuerus, Romanorum imperatorum omnium ferè optimus, qui cōsiliarios habere meruit Sabinum, Vlpianum, Paulum, Pomponium, Alphenum, Africanum, Florentinum, Martianum, Callistratū, Hermogenum,

Venu

Titulus

XLI.

187

Venuleium, Tryphonium, Metianū, Celsum, Proculum & Modestinum: omnes iuris professores celeberrimos: quorum faciebat cuncta consilio: ille inquam Alexāder, exēplo nobis esse potest: qui præsides, pro cōsules, & legatos, nūq̄ fecit ad beneficiū, sed ad iudiciū vel suū vel senatus: & vbi aliquos voluit prouincijs iudices dare, vel magistrat⁹ aut præpositos facere, nomina eorū proponebat, hortans populum, vt si quis aduersus eos quid haberet criminis probaret manifestis reb⁹. Dicebatq; graue esse, cū id Christiani & Iudæi facerēt in prædicandis sacerdotib⁹, qui ordinādi sunt: nō fieri in prouinciā rēctoribus, quibus & fortunę hominū cōmitterentur & capita. Idē quoq; princeps dicere subinde solebat, inuitos nō ambientes in rempublicam collocādos. Deniq; Vlpianū virum optimū & iurisperitissimū, non tantum pro cōsiliario, sed etiā pro tutorē habuit: atq; idē summus imperator fuit, q̄ eius consilijs præcipuē rempublicā rexit. Author Aelius Lampridius in Alexandro seuro.

3 Sed iam ad ministros officij sanctæ inquisitionis reuertamur. In vna quaq; prouincia Hispaniæ duo aut tres inquisitores esse debent: iudex bonorū publicatorū vnus: exequutor vnus: notarij tres: duo a fectis, tertius sequestrationum: custos carceris vnus: nūtius vnus: custos ianuarū vnus: & medicus vn⁹. Præterea necessarij sunt assessores &

consultores periti, familiares & alij de quibus nūc seorsum tractare oportet: si prius hoc tātum dixerim, experientia iam olim fuisse cōpertum, lōgè vtilius & cōmodius esse, vt inquisitores eligantur iurisperiti, quam theologi: quicquid theologaster ille deliret Occā. 4. instructione Toletana. cap. 2.

4 Iudex bonorum publicatorū, is eligendus est, qui sit vir probus & iurisperitus, non ex genere Iudæorū Mahumetanorum vel hereticorum, sed qui assessoris officio fungi queat. Huius officij est iudicare inter fiscum & priuatos de his causis, quæ de bonis hæreticorum tractantur. Sed & cognoscere poterit inter priuatos cum causa fuerit cōnexa, vt Gabriel quemada tradit quæst. 1. & 3. Ab eius sententijs ad senatum appellari debet, nō autem ad alios iudices. Sed si lis fuerit inter ecclesiasticas personas, vel de redditibus beneficiorum, tunc inquisitores cognoscere debent, vt quodam senatus consulto plenius continetur. Hunc autem iudicem & alios omnes ministros inquisitor generalis consilio senat⁹ eligit. Exequutor est, qui præcepta inquisitorum exequitur. Huius officium præcipuē versatur in cōprehendēdis & custodiēdis reis: quos etiā absentes persequi & vincire tenetur, salario sibi constituto contentus. Sed si opus fuerit vt familiares illum comitentur, taxandum est il-

A a 3 lis

De ministris & eorum officijs.

lis salarium ab inquisitoribus & à receptore, soluendum ex bonis fisci. Et cum sit merus exequutor mādati fines custodire diligenter debet, ac præcepta iudicum ad vnguē executioni mandare. De eius officio Aristo. libr. 6. Politi huiusmodi verba scripta reliquit: Alius magistratus ex omnibus ferè & maximè necessarius, & idem molestissimus est, qui in iudiciorum executionibus, siue damnatus quis fuerit, siue factus reus, versatur: quiq; carceri, custodijque præest. Itaq; propter odium, quod magnum incurrit, molestus est: sed tñ magistratus necessarius est: frustra enim exercentur iudicia, nisi ad finem perducantur. Quod & Plato libro. 6. de legibus alijque tradiderunt. Hos, & apparitores & statores appellat. 4. instr. Toleta. cap. 26. Aristo. 6. Polit. cap. 8. l. 2. §. post originem. de orig. iur. cap. 1. §. vltim. de statu. regular. lib. 6. Catel. cotta. in memora. verbo, statores.

6 Custodia carceris ad exequutoris officium olim pertinebat, & quoties illum abesse contigerat, alium custodem suis sumptibus carceri præficere tenebatur: hodie verò custos carceris ab inquisitore generali creatur, diuersusque est ab exequutore. Quod ante multa secula Athenis quoque fieri solebat, ut loco prænotato Aristot. est author: vbi, multis in ciuitatibus, inquit, custodiarum præfectus diuersus est ab exequutore, ut Athenis magistra-

tus eorum, qui vndecim viri nominantur. Itaque commodius est, ut hic magistratus diuisus sit, & solerter quod eius ratio postulat, provideatur: neque enim minus hic necessarius est, quam is de quo modo differuimus: nam viri probi maximè magistratum hunc recusant, improbis non rectè committitur, qui custodiri magis debent, quam alios custodire. 4. instr. Toleta. c. 26. Aristo. 6. Poli. c. 8.

7 Tabelliones, quos & notarios & secretarios appellant, denunciationes, accusationes, & omnia causarum acta scribere debent: hi sunt eligendi laici: sed in causis hæresis hoc munere fungi possunt clerici & monachi, in sacris etiam ordinibus constituti. Et quantum in Hispania laici creati soleant, fortassis tamen expediret, ut clerici eligerentur: quia minus indigerent, quam hi, qui vxores & filios habent: nam salarium vix vni sufficit. Hi quoque scribere tenentur in libro quodam omnia mandata inquisitorum data exequutoribus & receptoribus contra hæreticos & eorum bona, ut si quæstio de his emerferit, illinc assumi queat quicquid ad eam dirimendam sit necessarium. Præterea hi salario contenti nihil propriis accipere debent, excepto notario bonorum publicatorum, cui licet iura legitima petere, quia non habet certum salarium. Suis quoque sumptibus proficisci debet intra prouinciam suam, ad faciendum

Titul.

XLI.

188

ciendum testium ratificationem, & probationem defensionum, & exceptiones aduersus testes: ut quodam senatusconsulto continetur. cap. vt officium. §. ad conscribendas. de hæret. lib. 6. secunda instr. Hispalen. c. 13. & instr. 4. Tol. c. 18.

8 Quod si necessitas vrgeat, possunt inquisitores alium tabellionem creare, eiq; salarium iustum soluere, ut epistola quadam senatus cauetur. Is autem qui est à secretis tenetur promotori fiscali, & alijs litigantibus fidem facere, ac testimonium scriptum tradere, de tempore condemnationis & commissi criminis. Neq; enim exhibenda est copia totius processus, ne lites oriatur ex litibus, & totius causa retegatur arcana: unde cõsequeretur, ut omnibus manifesta fieret nomina testium, & saluti eorum parum consultum esset: ac exceptiones plurimè à calūniatoribus aduersus eos proponerentur. Iure igitur his dānis occursum est epistola quadam generalis inquisitoris. Præterea hi omnes notarij quotidie debent sex horis ad tribunal inquisitorum assistere. Quod si quispiam eorum in officio deliquerit puniendus est pro mensura delicti pœna pecuniaria, vel officij suspensione, aut priuatione, vel exilio, generalis inquisitoris & senatus arbitrio moderando. Epistola data Granatæ die. 4. Septemb. anno dñi. 1499. & instr. 4. Tolet. c. 28. & 13.

9 Scripta sancte inquisitionis, sub tribus clauibus custodienda sunt:

quas promotor fiscalis & notarij seruare tenentur, neq; legi aut ostendi cuiquam debent: nisi coram illis omnibus. Præterea scripturæ actorum diligenter sunt custodiendæ in auditorio inquisitorum, ut præsto sint quoties illis opus fuerit: neq; licet notarijs eas ostendere alicui neq; in aliū locum trāsferre: quod si contrarium fecisse cõuicti fuerint, officio sine spe veniæ priuati sunt. Inquisitores tñ à regijs iudicibus, vel ab his quorum interesse cõstitit requisiti, præcipere debent notarijs, ut exemplum earum exhibeant: ita tamè ut secreta officij, quæ occulta esse oportet, propterea nō retegatur: quod epistola quadam senatus cauetur. Exemplum aut actorum quæ publicè legi solent, dari debet, videlicet cõfessionum, sententiarum, & aliorum eiusdem generis, neq; præterea quicquā. 3. instr. Valdolita. c. 7. & Tolet. 4. c. 13.

10 De nuntio, ianuarum custode, ac medico plura dicere superuacaneum est, quia ministeria eorum omnibus nota sunt, & nihil ferè aliud eos facere oportet, quàm id quod officiorum nomina præ se ferunt: hi eligendi sunt (sicut alij omnes ministri) viri boni, minimeque suspecti, & ex veteribus Christianis procreati.

11 Assessores periti, quos consultores nominare solemus, ab inquisitoribus cõuocandi sunt, ut in causis fidei cõsiliū eis præbeant. Cū enim de rebus grauissimis deliberandum persæpè sit, necesse est viros sapientes, theologos & iurisperitos cõuocare:

De ministris & eorum officijs.

theologos, vt propositiones examinent, & earum explicent qualitatē: iuris peritos, vt de punitione vel absolutione reorum ac de alijs causarum meritis consilium præbeant opportunum. Horum probitas in primis necessaria est: nam vt libro de legatione ad Caium inquit Philo: solet Deus bonis viris bona suggerere consilia. Hos ad se vocandi, quoties expedire visum fuerit, potestatem habent inquisitores: & si ne illis nihil definire solent: quò fit, vt syncerissima, iustissima & sanctissima sint eorum iudicia. Erit enim salus, vt sapiens ait, vbi multa consilia. Et sicut cogitationes dissipantur vbi non est consilium, sic vbi sunt plures consiliarij, confirmantur. Et qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Quamobrem Plato in theage, consilium sacram rem esse dixit. Et Polibius ab Euripide dictum scribit, consilio sapienti magnam vincti militum manum. Etenim cum plures ad consultandum conueniunt, & vnusquisque partem habet virtutis ac prudentiæ, fiunt in vnum collecti, quasi homo vnus, qui multos pedes habeat, & multas manus, multosque sensus: vt alij aliam partem, cuncti autem cunctas discernant: vt Aristot. inquit. Quod Ioann. Chryso. eleganter exornat. c. vt commissi. §. aduocandi. de hæret. lib. 6. prouerb. 11. & 13. & 15. Aristo. lib. 3. polit. c. 7. & 11. Chryso. ad populum Antioche-

num homil. 51. Ludou. Cælius lib. 11. lectione antiqua. cap. 9.

12 Eligendi autem sunt ad hoc munus viri prudentes, boni & periti, quibus acta omnia causarum referenda & comunicanda sunt, & eorum audito consilio, ad sententias procedendum est. Præterea inquisitores cum his peritis simul, & nõ seorsum, consultare ac deliberare solent, vt quibusdam epistolis senatus cauetur. Hi quoque iurare debent, q̄ arcana omnia celabunt: quæ si vnquam reuelauerint, in sententiam excommunicationis ipso iure incurrant. ca. vlti. §. 1. cum seq. de hære. lib. 6.

13 Hi assessores seu consultores ab inquisitoribus vocati, consilium gratis præbere debent, vt quidam iuris periti aiunt: & quanuis possint salarium sponte oblatum recipere: illud tamen petere nequeunt, quia negotium catholicæ fidei omnes Christiani defendere ac procurare tenentur. Cæterum assessores, qui vt Adrianus pontif. libr. quest. inquit, oculi sunt iudicium, in quacūque causa, & si spiritualis illa sit, iustè accipiunt salarium pro ministerio & labore: sed multa honestè accipiuntur quæ inhonestè petuntur. Archid. Ioan. Andre. Domini. & Philip. Franc. in. c. vt commissi. §. aduocandi. de hæret. li. 6. Anchar. in principio. eiusdem capituli Brunus. lib. 4. de hæreti. c. 3. Adrianus quolib. 10. ca. statutum. §. assessores. de rescrip. lib. 6. l. 1. §. proinde. de varijs.

Titulus

XLI. 189

rijs & extra ordi. cogniti.

14 Quæri autem solet, an inquisitores consilium consultorum consequi teneantur: quod Arnal. Alber. probabilius esse putat: nisi fortè consilium esset iniustum. Verior tamè sententia est, q̄ simul omnes deliberare debent, & suam sententiã singuli dicere: illa verò sequenda est, quæ maiori & saniori parti melior & iustior visa fuerit. Extat epistola senatus apud inquisitores Cordubens. qua decretum est, vt si concordēs sint inquisitores & ordinarius iudex, eorum sententia præferatur: quanuis diuersus sit consultorum omnium consilium: est enim iurisdictionis inquisitorum & ordinarij iudicis: & ipsi auditis peritorum sententijs & actis causarum penitus inspectis, & circumstantijs omnibus plenius excussis, certius & melius definire possunt. Sed apud inquisitores Valdolitanos nisi plures in eandem sententiam cõuenerint, etiam si prædicti iudices cõcordes fuerint, nihilominus ad senatū causa mittitur. Alber. in. ca. 1. de hæret. lib. 6. quest. 10. & lib. de agnos. assertio. catho. questio. 26. l. Puberibus. de susp. tuto. l. vlti. §. vbi. C. de bonisque libe. Abb. Decius & cæteri in ca. si pro debilitate de offi. deleg.

15 Familiares quoque, siue stipatores, necessarij sunt, vt inquisitores comitentur, & eos si opus fuerit ab hæreticorum insultibus tueantur, & vt exequutores sequantur cum reos voluerit comprehendere, & vt

alia faciãt, quæ ad officij sanctæ inquisitionis munus melius exequendum iudices expedire decreuerint. His familiaribus concessum est, vt armis vti queant, sed eis abuti non debent. Eligendi autem sunt viri boni & pacifici, & qui vxores habeant. vt episto. quadam senatus cauetur: neq; plures admitti debent, quã officij necessitas postulauerit. Clem. 2. §. vltimo. de hæreti.

16 Et quia familiaria non dantur familiaribus, & nemo gratis seruire tenetur, necesse est, vt eis priuilegia aliqua concedantur: qua in se diuersis mandatis regijs, iam pridem variatum est: modo concessis immunitatib⁹, modo propter familiarium excessus, & effrenatam eorum multitudinem, abrogatis. Tandem anno superiori iussu regis conuenientes in vnum, quidam ex regio consilio, cum senatu sanctæ inquisitionis, constitutionem promulgarunt, qua familiarib⁹ immunitates quædam conceduntur, & eorum numerus præfinitur, & ordo etiã præscribitur, quo dissensiones & contentiones inter inquisitores & regios iudices in causis familiarium deinceps supprimantur & componantur. 4. instrut. Tolet. c. 5. constitutu. regia. promulgata die. 19. Martij anno domini. 1553.

17 Ac primum, de numero familiarium constitutum est, vt in Tolitana ciuitate ab inquisitoribus eligantur, quinquaginta familiares: in ciuitate Hispalensi, totidem, &

A a 5 alij

De ministris & eorum officijs.

alij quinquaginta in Granatenſi, & nō plures: in Cordubeniſi & Cōchē. & municipio Valleolitano quadraginta: in ciuitate Murcię triginta: in Calagurria, & Ilerena viginti quinque: in quolibet oppido trium millium municipum eligi poſſint decem: in vno quoq; oppido mille municipum ſex: in ſingulis alijs quingentorum, quatuor: in cæteris vicis minoribus duo tantū in vno quoq; illorum. Sed in quolibet vico maritimo, aut limitaneo eligi queant quatuor. Hęc de numero familiarium, quōd ſi plures electi fuerint, nullō priuilegio fruētur. l. r. §. 1. C. de collegiatis. lib. 11. l. vlti. de apparit. magiſtr. milit. li. 12. l. vlti. ff. de excuſat. tuto.

18 Item eadem conſtitutione cautur, vt in vnaquaq; prouincia detur cōſiſtorijs ciuitatum matricula familiarium: vt præfecti vrbibus, & decuriones cognoſcant ipſos familiares & videant, ne numerum excedant: & ſi fortè ſeditioſi fuerint aut officio indigni, vt id ſignificēt inſiſtori generali & ſenatu: quod fieri quoque debet, quoties quiſpiam in alicuius familiaris locum ſubrogatur. Præterea conſtitutum eſt, vt in omnibus cauſis ciuilibus familiares coram iudicibus ſecularibus conueniantur, perinde ac ſi familiares non eſſent. l. ex eo tempore. ff. de milit. teſtam.

19 In cauſis verò criminalibus familiares eximuntur à iuriſdictione iudicum ſecularium, & puniri

debent ab inſiſtoribus, excepto crimine læſæ maiestatis, & nefando crimine contra naturam, & rebellionis vel ſeditionis publicę. Item à laicis iudicibus coercendi ſunt familiares, qui contra literas ſecuritatatis à principe conſeſſas deliquerint: & qui rebelles & contumaces fuerint aduerſus mandata regia, & proditores & raptores mulierum: & publici latrones, & effraçtores eccleſiarum, monaſteriorum, vel aliarum ædium, & incendiarij: & qui alia crimina, vel his maiora, vel atrociora commiſerint: & qui pro caciter aut pertinaciter contemnant regioſ iudices: & qui eis reſiſtunt: & qui officia ſecularia exercentes, in officio ſuo delinquant.

20 Cæterum ſeculares iudices cōprehendere poſſunt familiares, propter illa etiam crimina, quorū cognitio ad inſiſtores pertinet: ſed tunc, ſtatim eos remittere debēt ad ſuos iudices cum probatione ſummaria delictorum, idque ſumptibus familiaris delinquentis. Item eadē cōſtitutione cauetur, vt quoties familiares deliquerint in vrbe, aut loco vbi non reſident inſiſtores, toties teneantur oſtendere iudicibus loci in quo familiaris deliquit, exemplum ſententię aduerſus eum ab inſiſtoribus late, cum teſtimonio publico, quo planè cōſtet ſatiſfactum eſſe ſententię contra eum ſuper illo crimine late.

21 Si verò lis oriatur inter inſiſtores, & ſeculares iudices, ſup cognitione

Titulus

XLI.

190

23 tione criminis à familiare cōmiſſi, tunc referenda cauſa eſt ad regiam curiam cū probatione delicti ſummaria: vt cauſa cognita per duos conſiliarios regioſ, & alios duos ſenatus ſanctę inſiſtionis, ſimpliciter & ſine ſtrepitu & figura iudicij cauſa remittatur ad illos iudices, ad quos eius cognitio pertinere viſa fuerit: & ab hac ſententiã ſuplicare non licet. Præterea ſi diſcordes fuerint hi ſupremi iudices in remittendis reis, nec tres in vnam ſententiã cōſenſerint, rex ipſe conſulendus eſt. Interim autem cuſtodendus eſt familiaris ab eo iudice, qui comprehendit illum: ſed ſuper ſedendum eſt in cauſa, donec remittatur ad ſuum iudicem, cui facta declaratione ſtatim reſtituendus eſt, ſi fortè ab alio iudice vinctus fuerit. Hactenus regia conſtitutio, data die. 10. & confirmata die 19. Martij, anno domini. 1553.

22 Ex quibus omnibus perſpicuū eſt, cognitionem homicidij ſimplicis à familiare cōmiſſi ad inſiſtores pertinere. Quid autem adulterij? quidam dicebat, maius crimen eſſe adulterij, quàm homicidij: ſed id verum non eſt. Nam ſiue animum attendas ad Dei offenſam, ſiue ad rei publicę damnum, ſiue ad facti atrocitatem, ſiue ad legum pœnas, longè grauius eſſe homicidium, quàm adulterium inuenies. c. ſi quod. q. 33. q. 2. Socinus in rubri. de adult. in fine. & noſter Paddilla in. l. trãſigere. C. detraſ. nu. 77.

23 Atqui non pauci iuriſperiti putant Scæuolam iuriſconſultum aliud ſenſiſſe: verum illi non bene conſiderarunt, quid Scæuola dixerit: is enim inquit, matre & vxore hæredibus inſtitutis ita cauit: à te vxore chariſſimæ peto, ne quid poſt mortem tuam fratribus tuis relinquant: ſcis vnum fratrem tuū filium noſtrum occidiſſe, dum ei rapinã fecit: ſed & alius mihi deteriora fecit. l. Lutiſ. §. matre. ff. de legat. 2.

24 Ex his verbis extremis quidam male conijciunt, deteriora illa fuiſſe adulterium cum vxore teſtatoris cōmiſſum: ſed ij non perpendūt illum, quem adulterum eſſe fingūt, fratrem eſſe vxoris, quam teſtator neque vocaſſet chariſſimam, neq; hæredem inſtituiſſet, ſi eam adulterium cū in ceſtu cōmiſiſſe ſciret.

25 Quòd ſi quiſpiam dixerit, adulterium fuiſſe cōmiſſum, cum alia vxore teſtatoris: is primū conſideret, nihil tale in ſpecie propoſita retuliſſe Scæuolam: deinde neq; facta eſſe præſumenda, neq; extraneam perſonam eſſe intelligendã, niſi expreſſa ſit. Poſtremo, illud conſequi abſurdiſſimum, q̄ ſimplex adulterium deterius eſſet, quàm parricidium: neq; enim illud ſimplex fuit homicidium, ſed occidit ſobriniū auunculus, id eſt ex ſore nepotem. l. ſi emancipati. C. de col. l. ſi ita. §. Chryſogonus. ff. de ver. bo. oblig. l. Lutiſ. §. matre. de lega. 2. l. r. ff. de parric.

26 Ergo verba illa, mihi deteriora fecit,

De ministris & eorum officijs.

fecit, de alijs criminibus adulterio grauioribus accipiēda sunt: vel per hyperbolem & excessum ab offenso & irato testatore dicta fuere: vel certè comparatiuum pro positiuo interpretandum est, vt in illis Martiani verbis, si seruus vxorem domini corrupisse dicatur, aut aliud qd grauius admisisse: non enim facile grauiora crimina reperire licebit, quā ea sunt quę Scęuola & Martianus commemorant: comparatiuū autem pro positiuo positum sepismè obseruatum est l. interdū. s. i. ff. de publica. l. 2. s. ceterum. ff. vi. bon. rapt. l. benignius. ff. de legib. l. 1. C. de dolo. vide Tiraquel. lib. de pœnis. causa. 1.

27 Sd iam ad inquisitores, aliosque ministros reuertamur: quorū officia cum sint perpetua, necesse est vt interdum rationem suorum munerum reddant: quod valde quidem vtile est, vt qui malè fecerint, puniatur: qui autem bene, laudè & præmium consequantur: deniq; vt omnes cautiōres fiāt, est enim cōmodum vt animi pendeant, neque eis quicquid velint, efficere liceat: nā vt Aristo. ait, licentia quicquid libet agendi, nō potest malum quod est in quoquo homine cauere. Erāt & Athenis magistrat⁹ logistę, quibus omnes magistratu functi, intra triginta dies, quam magistratu decelsissent, administrationis rationē reddebāt: præco autem proclamabat his verbis: quis vult talem tali functum magistratu de antea ctæ

vite accusare facinorib⁹? & qui accusare volebat, admittebatur. Hui⁹ quoq; rei meminit Plato lib. 6. de legib. hoc verborum tenore: nemo iudex magistratusue sit, qui gesti officij rationē sui, non referat, præter eos, qui regum instar finem rebus imponunt. Obserua exceptionem à diuino Platone positam, qui indecens esse iudicauit, vt supremi iudices maleuolorum calumnijs, sicut ceteri iudices, exponantur. l. 1. C. vt omnes iud. tam ciuil. quam mil. Aristo. 6. polit. c. 4.

28 Solet igitur creati magistratus qui visitet inquisitores, & omnes alios ministros: quem ob eam causam visitatorē appellant. Hunc Plato eligendum esse censet, virum penè diuinum, quem inuenire difficile esse fatetur. Creandus ergo est ad hoc munus vir aliquis moribus & eruditione cōspiciuus, & ætatis maturæ: is (vt apud Platonem est) in omni virtutum genere cunctis excellere debet, quique nō pauciores, quam quinquaginta, natus sit annos. Is visitare omnes inquisitorū prouincias, & quicquid correctione dignum cognouerit, ad inquisitorem generalem & senatum referre debet. Fines mandati diligenter obseruet, nec sit hospes eorum, quos visitat: neq; ab eis aliquid accipiat, neq; per interpositas quidē personas. Si verò vnus non sufficit, alter vel plures eligēdi sunt. Pœtus Phrasca apud Cornelium Tacitum lib. 15. annalium inquit: olim quidem

Titulus

LXI.

191

dem non modò prætor aut consul, sed priuati etiam mittebantur, qui prouincias viserent, & quid de cuiusque obsequio videretur referret, trepidabātque gentes de æstimatione singulorum. Solus (vt audio) magnus meus auunculus Franciscus Simancas ecclesię Cordubē. Archidiaconus, vir profectò reipublicæ non pœnitendus, hoc munere sine collega hactenus funct⁹ est: nam priuatim hodie creati solent visitatores. quoties in aliqua prouincia id expedire videtur. Plato. 12. de legib. 4. instr. tolet. c. 3.

29 Præterea prohibitum est inquisitoribus & ministris, ne quid emāt ex bonis publicis, etiam si publice vendantur. Qui verò aliquid emerit, quamuis id faciat palam & bona fide, nihilominus in sententiam excommunicationis incurrit, & centum aureorum multa puniendus est. 4. instr. Toletana. c. 23.

30 Item omnes ministri sanctę inquisitionis iurare tenentur coram inquisitoribus & episcopo, seu eius vicem gerente: q̄ officia sibi commissa fideliter exercebunt: quod alij quoque magistratus & ministri reipublicæ similiter iurare solent. Clem. 1. s. porro. de hæret. l. rem nō nouam. C. de iudi. Liubemus. 2. de erogat. milit. anno. li. 12. & illic Ioānes de Platea.

31 Iurant præterea inquisitores, cōsultores, & ceteri, q̄ arcana omnia fideliter celabūt: quę si quis eorum prodere ausus fuerit, dignus profe-

ctò est qui officio priuetur, & alijs etiam pœnis, pro criminis qualitate puniatur: nam id grauius delictū est genere suo, quā furtū. Quamobrem sapienter admodum vetus disciplina regum Persarum, silentium vitæ periculo sanxerat. Et sicuti Quintus Curtius lib. 4. memorat, lingua grauius castigatur, quā vllam probrum, neque magnam rem sustineri posse credunt ab eo, cui tacere graue sit, quod homini facillimū voluerit esse natura. Vñ apud eosdē Persas nemo cōsiliorū est conscius, præter optimates taciturnos & fidos: vt Ammianus Marcellinus. li. 21. est author. Ex omnibus, quibus humana pectora serijs grauib⁹que complectuntur affectibus, nullam difficiliorem credit Fabius, declamatione. 19. quam silentij virtutem: adeò proptissimo sermone facile delinquimus: additque non prodere secretum, primam fuisse sapientiam in priscis illis morum mentiumq; rectoribus 4. instr. Tolet. c. 4. Domi. Sot. lib. de ratione tegendi secretum. q. 1. Ioannes Bohemus lib. 3. de moribus omnium gentium cap. 24. Angelus in. l. athletas. s. calumniator. de his. qui not. infam. Brunus lib. 3. delegat. cap. 2.

32 Addendum eodem est, q̄ magistratus & ceteri ministri qui reipublicę consilijs interfunt, vsque adeò arcana omnia fideliter custodire tenentur, vt ante pati debeant fortunarum & vitæ dispendium, quā

vt

De ministris & eorum officijs.

vt ea volentes, inuiti, aut coacti reuelent. Nam cum arcana reipublicae sint propter salutem vniuersorum, ab illis vsque ad animam & sanguinem custodienda sunt, quibus tota respublica arcana sua committit, & honores atque stipendia pro officijs tribuit, & qui iureiurando fidem suam in idipsum astringerunt. Quod quidem tanto magis seruari debet, quanto res ipsa, grauior & periculosior sit: puta si torqueatur quispiam, vt earum reru arcana reuelent, quae in sacro inquisitoru foro aduersus hereticos decerni solent. Soto prope finem de rat. reg. fecre.

33 Salaria inquisitoribus & ministris a republica soluenda sunt, cui magno quidem labore, sed maiore vtilitate inseruiunt. Cuilibet igitur inquisitori praefinita sunt sexaginta millia annua, hodie centum millia numerum: quorum quilibet estimatur duobus numulis aereis, quos albos vulgo appellant iudici bonorum publicorum triginta millia: promotori fiscali totidem: tabellioni siue notario triginta: executori sexaginta, receptori totidem: nuntio viginti millia: custodi ianuarum decem millia: medico quinq; millia: quae salaria possunt augeri arbitrio generalis inquisitoris, & soluenda sunt a receptore temporibus praefinitis: qui si secus fecerit, priuam poterit ab inquisitoribus ipsius officio. 4. instr. Tolet. cap. 2. & instr. 3. Valdolita-

na. cap. 13.

34 Haec omnia salaria soluuntur ex bonis publicatis: & pars tertia praestari debet in principio cuiusque quadrimestris: & exinde deberi incipiunt, ex quo iudices & ministri proficiscuntur ex domibus suis ad negotia huius sanctae inquisitionis tractanda: quod si moriantur ante quadrimestre completum: nihilominus eorum erunt, nec ab haeredibus repetenda sunt. l. legatus ante quam. ff. de legatio. l. 1. §. diuus Seuerus. de extraordi. cogni. l. sed addes. §. vltim. ff. locati. 2. instr. Hispalen. c. 2. l. tempus. ff. de vacatio. & excusatio. munerum.

35 Illud prudenter admodum in instructionibus continetur, vt inquisitores & ceteri omnes ministri per se ipsos officijs inseruiant, non autem per substitutos: atque id quidem iustissime, quia eorum industria eligitur, non aliorum: nec iustitia patitur, vt alter onera subeat, alter vero stipendia & honorem ferat. Recte igitur Alexander Seuerus dicere saepe solitus erat, eos esse promouendos, qui per se rempublicam gerere possent, non per assessores: & vnum quemque id agere debere, quod nosset. 3. instr. Valdolita. cap. vlti. Aelius lampridius in Alexandro Seuero. l. vlti. de excusa. tuto. l. nullus qui nexu. C. de decurio. lib. 10. l. 1. §. ne autem. C. de caduc. tollendi. c. vlti. §. 1. de offic. delegat.

36 Ministri autem abesse non debent,

Ticul.

XLI.

192

ben, nisi prius veniam ab inquisitoribus impetrauerint, quam illis concedere possunt, vsque ad viginti dies duntaxat: qui vero absens fuerit vltra viginti dies, aut venia non impetrata discesserit, salario priuetur: & absentiae ministrorum scribantur, & salaria illis non soluatur a receptore, nisi libro absentiarum inspecto: & ita senat^o epistolis quibusdam scripsit.

37 Praeterea cautum est multis instructionum capitulis, vt ministri omnes suis stipendijs contenti sint, & munera non accipiant, ne poculenta quidem, aut esculenta: qui vero accepisse aliquid conuictus fuerit, officio priuetur, duplum soluat, in excommunicationis sententiam incurrat: ac decem millibus numis mulctetur: & qui ex ministris id sciuerit, & inquisitoribus non reuelauerit, isde poenis subiaceat. 1. instr. Hispalen. c. 25. & instr. 2. c. 1. & instr. 4. Toletana. c. 15. & 18.

38 Ad haec, nemo esse debet minister huius sancti officij in ea prouincia, in qua inquisitor sit eius consanguineus, vel dominus. Prohibitum quoque est, ne quispiam ministrorum alicui negotiationi se immisceat, neque id facere possit, per interpositas personas: qui vero contra fecerit, officio priuetur: & viginti millibus numis mulctetur: & qui hoc non prodiderit, excommunicetur. 4. instr. Toleta. c. 12. & in fine omnium instructionum scriptarum, & in impressis. fo. 21.

confert. l. militem. C. de procurat. l. milites. locati. l. 1. & illic glos. & ceteri. C. negotiato. ne militent. li. 12.

39 Si quid autem leuius commiserint hi ministri, ab inquisitoribus puniri debent: si vero aliquid grauius in officio admiserint, ad inquisitorem generalem & senatum referendum est: vt si causa id expostulet, officio illos priuet, quae poena iure recepta est, vt qui delinquant in officio, priuentur, aut interdican- tur illo. 1. instr. Hispalen. cap. 27. l. 1. de legatio. l. si aliquid. C. de susce- pto. & archar. lib. 10. regia. l. 12. titu. 29. parte. 7.

40 Prohibitum quoque est iisdem instructionibus, ne quis duobus officijs praesit, neue duobus fruatur salarijs. Quod si in omnibus officijs publicis, & beneficijs ecclesiasticis seruaretur, longe profecto melius, rebus publicis consultum esset: neque enim occuparet vnus, quae multis sufficerent: neque multi deficerent, vbi vnus non sufficit. Vnde Plato. lib. 8. de legibus: duas artes, inquit, aut studia duo diligenter exercere humana natura non patitur. Nemo etiam satis potest arti quidem vni vacare, & alterius artis opifici praesidere. Quam ob causam eodem libro statuebat, vt qui duabus artibus vacaret, vinculis, mulcta, expulsione, vniam tantum complecti cog- retur. Et lib. 2. de republi. idem Plato ait, impossibile esse, vnium plures artes bene exercere. Et rursus lib. 3. eiusdem operis: singuli singula re-

etè

et e cōficere possunt: plura verò mi-
nime. Quod si quis plura tractare
aggrediatur, in singulis ita deficiet,
vt in nullo euadat egregi⁹. Et Arist.
lib. 2. politi. prauum videri ait, ab
homine vno plures magistratus ge-
ri: vnicū enim ab vno optimè per-
ficitur opus. Et iterum lib. 4. Profe-
cto munus quodque melius, si quis
vni tantum procuratori vacet, o-
bitur, quam si multis negotijs disti-
neatur. Xenophon quoq; lib. 8. de
Pædia Cyri, scriptum reliquit: fieri
non potest, vt qui multis vtitur ar-
tibus, is homo omnia pulchrè fa-

De occultis.

- 1 Occultorum criminū varia species sunt.
- 2 Hæreticus occultus an sit excommuni-
nicatus ipso iure?
- 3 Hæreticum purè intellectualem, non
incidere in sententiam excommuni-
cationis, theologorum fere omnium
sententia est.
- 4 Ecclesia non habet potestatem super actus
solos interiores.
- 5 Ecclesiam non habere potestatem super
actus solos interiores, multis argumē-
tis probatur.
- 6 Ecclesia quos actus interiores punire &
prohibere soleat.
- 7 Hæreticus qui hæresim quam corde cō-
cipit, verbo aut scripto parit, licet oc-
cultissimè, in sententiam excommuni-
cationis incidit.
- 8 Hæreticus purè mentalis inueniri potest,
contra Pighium.
- 9 Hæreticus purè mentalis, qui hæresim
occultissimā amico detegit ab eo cōsi-
liū petēs, an incidat in excommunicationem.
- 10 Hæreticus purè mentalis an incidat in
excommunicationem, tametsi per io-
cum dixerit, se aliquando hanc aut il-

ciat. 4. instru. Toleta. c. 18. Arist. 2.
polit. c. 9. & lib. 4. c. 15. Thomas lib.
4. de regimi. princip. c. 20. l. si plu-
res. ff. de pact. ca. 1. 89. distin. l. quis-
quis. C. de postul. l. hac par. de pro-
xi. sacro. scrit. lib. 12. regia. l. 10. tit. 4.
parte. 3. Lucas in. l. omnes iudices.
de decurion. lib. 10.
41 Qui occidit aut vulnerat officia-
lè, puniri debet ab inquisitorib⁹, &
relinqui curiē seculari, si crimè fue-
rit dignum morte: & ita Leo. 10.
constituit, & eo iure vtimur. Alber-
ti. lib. de secreto. nume. 64.

Titul. XLII.

lam hæresim credidisse?

- 11 Hæresis purè mentalis, quæ nunquā pro-
diit in actum exteriorē, nõ eget ab-
solutione inquisitorum.
- 12 Hæreticus occultus qui alios inficit, de-
bet statim iudicibus indicari.
- 13 Hæreticus occultus an se ipsum prode-
tere teneatur?
- 14 Hæreticum se quispiam esse cōstitens in
foro pœnitentiæ, & neque pœnitentiā
agere, neque alios quos scit hæreticos
esse prode-tere volens, an indicari possit
a sacerdote?
- 15 Hæresim in confessione dictam, quando
sacerdotes indicare debeant.



Multifariam crimen
aliquando occultū
dicitur: nam est cri-
men per se occultū,
quod nihil habet
vnde possit ab hominibus cognō-
sci: hoc est crimen, quod sola cogi-
tatione committitur, & solo corde
retinetur, nec voce aut opere extra
procedit

procedit. Est & crimen occultū per
accidēs, quod extrinsecus progre-
ditur, sed testibus probari non pōt.
Hoc aut crimē quāuis occultissimū
sit, posset tñ ab aliquo naturaliter
audiri, aut videri. Crimē quoq; oc-
cultū dicitur, quod plenè probari
nequit: & illud item quod non est
manifestum aut notorium. c. vestra
de cohabit. clerico. & muli. & illic
interpretes. Alfon. lib. 2. de pot. leg.
pœn. capit. vlti.

2 Quæri autem solet, an hæreticus
occultus excommunicatus sit ipso iu-
re, & in alias etiam pœnas incidat,
contra hæreticos statutas. Cui quæ-
stioni simpliciter iuris periti respon-
dent, quod etsi hæresis occulta sit,
nihilominus occult⁹ hæreticus in-
cidit in illas pœnas. Qui si hoc pu-
tant verum esse, cum hæresis natu-
ra sua est occulta, id est purè men-
talis siue intellectualis: proculdu-
bio vehementer errant. Sin autem
de occulto, loquuntur, quod oppo-
nitur probabili, aut notorio, sen-
tentia eorum vera erit. Sic igitur
accipienda est horum iuris perito-
rum sententia. Ioan. Gofre. Raimū,
& glos. in Clemē. 1. §. verum de he-
ret. & inibi Paul. Stepha. & Ioan.
Imole. numero. 18. & Cardin. in. §.
vltim. Item. Abba. Ioan. de Anan.
& Felin. in cap. vltim. de heretic.
Andre. Tiraq. in. l. si vnquam. C. de
reuocand. donation. verbo reuer-
tatur. nume. 240.

3 Nam quòd hæreticus purè in-
tellectualis, qui nunquam hæresim

protulit, non incidat in sententiam
excommunicationis, neq; ob eam
rem subiaceat iudicio ecclesiæ, aut
iurisdictioni civili, constans & re-
cepta theologorum sententia ferè
omnium est: quam frustra impu-
gnare conatur Arnaldus Alberti-
nus, Petrus de Palude. in lib. 4. sen-
ten. distinct. 13. Antoni. 3. par. su-
mitu. 24. cap. 4. Angel. in sum. verb.
hæretic. nume. 2. Syluest. verb. excō-
municatio. 7. Caieta. verb. hæresis.
in fin. Ioan. Driedo. lib. 3. de liber.
Christ. pagi. 60. Alfon. lib. 2. de
iust. heretic. puni. cap. 12. & iterum
lib. 2. de pote. leg. pœn. cap. vlti.
Hermas. lib. 2. de instaur. religion.
cap. 6. Soto. in lib. 4. senten. dist. 22.
quæstio. 2. arti. 3. contra. Alberti. lib.
de agno. asser. cat. q. 33.

4 Maxima & præcipua ratio hu-
ius propositionis est, quia vt con-
corditer theologi docēt, ecclesia nõ
habet potestatem super actus solos
interiores, neq; illos sua iurisdic-
tione, dirigere, prohibere, aut punire
potest. Gerson in regul. morali. Du-
ran. in lib. 4. senten. dist. 11. q. 8. Pe-
trus Palud. ibidem. distin. 13. & Al-
main. distin. 17. quæst. 1. artic. 3. &
iterum tract. de potest. eccles. ca. 10.
& rursus tract. de autho. eccles. ca.
3. Caietan. & Fran. Victo. sup Tho.
22. quæst. 11. ar. 3.

5 Quæ sententia multis argumē-
tis vrgentissimis comprobatur. Pri-
mo quia leges humanæ governa-
re nequeunt cogitationes homi-
num, neq; illas iudicare, quia cas

De occultis.

non cognoscunt. Ad hæc ecclesia nunquam vsa est hac potestate, ergo eam non habet: nam otiosa est potentia, quæ nunquam aliquid operatur. Præterea ecclesia nullam potestatem aut iurisdictionem exercere potest per solos actus interiores: non excommunicare non absolueret, non sacramenta aliqua ministrare: igitur neque potestatem habet super actus interiores. Deinde verum ac tritum prouerbum est, quod ecclesia non iudicat de occultis. Ad postremum occultorum actuum cognitio soli Deo reserua- ta est, neque enim iuxta intuitum hominis Deus iudicat: Homo namque videt ea, quæ apparent, dominus autem intuetur cor. Accedit Paul. Apostol. qui ad Corint. scribens inquit: nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat dominus qui manifestabit consilia cordium I. cogitationis. de poen. ca. Tua nos. c. sicut de Simon. c. humane aures 22. quæstio. 5. lib. 1. reg. ca. 16. & 1. ad Corint cap. 4.

6 Contrariam tamen opinionem defendere conatur Adrianus pontif. Maxim lib. quæstionū, cui subscribit Albertus Pighius. lib. 6. Hierarch. eccles. Sed argumenta illorum facile refelli possunt: nam etsi ecclesia nonnunquam prohibere aut punire videatur actus interiores, non eos solos tunc intuetur, sed actus alios exteriores: quorum interiores vel sunt causæ vel rationes. Nam interior actus duobus modis

considerari potest: priori, per se tantum, putatum in solo corde nascitur & consummatur, & extra non procedit: quo casu loquitur theologorum agmen: posteriori modo considerari poterit simul cum actis exterioribus tanquam causa commisionis aut omissionis illorum: tunc autem perspicuum est, quod iudicio & iurisdictioni ecclesie subijciuntur ac iudicium etiam secularium. Verbi gratia, propter actum aliquem exteriorem inquiri poterit, de intentione & voluntate, de scientia vel ignorantia, ac de alijs id genus: ceterum solus actus interior, sine actu aliquo exteriori, non subijcitur humane legi. Adrian. quolib. 8. Albert. Pighius. lib. 6. Hierarch. eccl. c. 6.

7 Theologi omnes vno ore fatentur, quod is, qui hæresim, quam corde conceperat verbo aut scripto perperit, quamuis id clanculum, & occultissimè fecerit: nihilominus eo ipso in sententiam excommunicationis incidit, & alijs poenis hæreticorum obnoxius est. Nam etsi eadem omnino causa esse videatur huius hæretici & illius qui hæresim corde occultat, differentia tamen inter utrumque magna est, occultum enim per se habet ex propria natura, non subesse cognitioni sensitivæ, ex qua incipit humana cognitio, secundum quam ecclesia iudicat: occultum verò per accidens, subiacet sensibus humanis, etiam si testibus probari nequeat. Quam ob causam huiusmodi occulta se-

pe

pe indicantur ab ecclesia, occultis peccatis: excommunicatis: quod tamen de alijs occultis pure intellegendis non valet ab ecclesia: et in suis legibus non inuenitur recepta sit à doctissimis hæc differentia, quæ apud plurimos & prudentissimos dicitur. Omnes theologos supra citatos. Porro de sent. exco. cap. clericis. de immunitate eccl. lib. 8. glo. an. c. 2. s. verum de hæret. 8. Nonne audiendus est Albert. Pighius loco prænotato, negans inueniri posse hæreticum aliquem pure mentalem: quia statim hæresis consummata, ut ille ait, prodit exterior, neque potest celari, si electio errori coniecta, efficax perfectaque sit. Ego verò non sanè dispicio quid prohibere possit ne hæresis consummata retineatur in corde, aut hæreticus pure mentalis propter metum, aut pudorem, vel ob aliam quamlibet causam celare tamen hæresim nequeat. Nam quod solo corde consummari possit hæresis, non puto ipsum Albertum Pighium inficias fuisse iturum: sicut enim fides virtus est, quæ perficitur interius, sic ex opposito hæresis intus consummatur solo dissensu interiori cum consensu impiæ voluntatis: quem admodum Caietanus tradit, & ante illum docuit Bal. Erravit tamen in alio Bald. putans, hæreticum pure mentalem excommunicatum esse, & hæreticorum poenis coerceri posse: quem recentiores quidam pari errore sequuti sunt. Sed

ut patet ante dixi, ea opinio concorditer ab omnibus, iure quâ optimo iam pridè explorata est. Caiet. 22. quæst. in art. 3. Bald. in lib. Si quis non dicam rapere. C. de episcopis. & cler. Ioan. de Anan. c. si quis ep. de hæretic. Ludou. Caron. tract. de hæretic. nu. 87. Albert. li. de agno. cath. quæstio. 25.

9 Peregrina quæstio est, an hæreticus pure mentalis, qui coram inquisitoribus occultissimam hæresim confitetur, vel se reuelat amico, petens ab eo consilium, incidat in excommunicationem propter illum actum exteriorem: Cui respondit Fraciscus victoria, tale hæreticum excommunicatum non esse, quia exterior ille actus est bonus, & hæreticus non protulit hæresim asserendo illam, cui sententiæ vehementer assentior: illud quoque addens, multo magis, an de sententiâ locum habere, cum hæreticus in foro sacro poenitentie intellectualè hæresim confessus fuerit: quia non modo actus ille bonus, sed pius etiâ, & extra iudiciū humanum est. Frac. Victoria super Tho. 2. 2. q. 11. art. 3. ca. si sacerdos de offi. ordin. Couarr. in c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. part. 2. reg. 1. nu. 7. vide Chrys. in epistol. ad Hebræ. homil. 21. colli. vltim.

10 Illud autem maiorem dubitandi rationem habet, quod idè ille celebris theologus addit, hæreticum, scilicet pure mentalem excommunicatum non esse, tamen per iocum dixerit, se aliquando hanc, aut illam hæresim credidisse: quia non

Bb 2 asserit

asserit hæresim illam, sed tantum narrat, aut refert. In qua equidem opinione subsisto: nam qui aiunt sufficere qualemcūq; actum exteriorem, ut hæreticus incidat in excommunicationem, non addunt necessariam esse assertionem in illo actu. Accedit eodē, quod in re tam seria iocus execrabilis est: nam ut alibi quoque retuli.

Non paritur ludum fama, fides, oculus.

Fauet nihilominus illi opinioni vulgare iuris peritorum proverbium: qui declarat, narrat, aut refert, nil noui facit. Quam obrem fortassis hæc opinio benignitatis gratia defendi poterit. I. Nam ludus ad l. aquil. l. hæredes. §. de testamen. l. Ad eod. §. cum quis. de acqui. rerum domin.

Ex distinctione supra scripta inter occultū per se & occultum per accidens, colligenda est vera intelligentia, cuiusdam capitis primæ instructionis Hispalen. vbi cum generaliter primum tradatur forma publicæ abiurationis, deinde hæc exceptio ponitur: nisi crimen vsque ad eod fuerit occultum, ut solus pœnitens illud sciat, nec ab alio reuelari possit: tunc enim secreto reconciliatus, absolendus est. Hoc inquam intelligi debet, cum hæreticus intellectualem hæresim protulit vel scripsit, & nullus eam audiuit vel legit. Nam hæresis purè mentalis, que nunquam prodijt in actum exteriorem non eget absolutione inquisitorum, neque ab-

aiuratione, aut reconciliatione: sed sufficit eam proprio sacerdoti confiteri, & ab illo beneficium absolutionis impartiri potest. Prima instructio Hispalen. cap. §. directo. Inquisi. fo. 152.

Ceterum etsi occultus hæreticus sit, qui alios inficit atque peruerit, potest ac debet statim iudicibus indicari, nulla præcedente monitione: quia subuersus est, quæ est huiusmodi. Alios occultos peccatores monemus & corripiamus, ut resipiscant, ut eorum existimationi consulamus: ceterum de pertinaci hæretico, qui perniciosissima reipublice pestis est, qui spirituale venenum propinat catholicis, nulla spes conuersionis est: quam ob rem publicum bonum, præferri debet bono illius priuato. Et hæc est constans theologorum & iuris peritorum sententia, quam & Leo ille magnus probare videtur, sermo. 4. de collectis, dicens, Manichæos vbicunq; latentes vestris presbyteris publicate: magna est enim pietas, prodere latebras impiorum, & ipsum in eis, cui seruiunt, diabolium debellare. Tum addotria, vnum quod hæreticus non in te, sed in Deum peccat: Alterum, quod non frater, sed hostis est: tertium, quod qui ecclesie non credit, is neque te corrigentem audiet. Tho. 22. quæst. 33. artic. 7. Hostiē. in sum. tit. de hæret. col. 4. Innoc. in cap. 1. de testib. cog. Gōsal. de here. præ. quæ. 6. theolog. in

in li. 4. senten. dist. 19. Albert. Pighi. lib. 1. hierarch. eccle. c. 4. Alfo. lib. 2. de iust. hæret. puni. c. 25. Sotto. lib. 5. de iust. & iur. quæstione quinta art. 1. Vide titulum de denuntiatione.

13 Quæri autem solet, an hæreticus occultus teneatur seipsum prodere, cum in generali inquisitione interrogatur à iudice vtrum sciat aliquem hæreticum esse, id que fit nulla præcedente infamia? Prima fronte videri posset, quod talis hæreticus teneatur seipsum prodere: quia quoties iudex iustè interrogat, toties subditus debet illi dicere veritatem. At in proposita specie iudex iustè inquisitionem generalem facit. Nihilominus tamen contraria sententia verior & benignior est, iugum enim domini suaue est, & onus eius leue: esset autem res grauissima, obligare aliquē, ut se prodatur sine indicijs interrogatus. Quæ ob causam beatus ille Chryostomus super epistolam Pauli ad Hebræos, scriptum reliquit: nō tibi dico, ut te prodas in publicum, neq; ut te apud alios accuses: sed obedire te volo prophetæ dicenti: reuela domino viam tuam: neque enim quispiā se ipsum prodere tenetur, iudici iniustè interroganti: iudex autem nisi præcedant indicia, non iustè interrogat istum tāquam reū, sed tanquam testem. Quam ob re poterit reus iustè celare crimen dicens, nescire se quis fecit, quia non sic scit, ut dicere teneatur. cap. quis aliquando de pœni. distin. prima.

14 Deinde quæritur si quis in foro pœnitentiæ confitetur, se hæreticū esse, & non vult agere de tam graui crimine pœnitentiam, neque alios prodere, quos scit hæreticos esse, quid tunc faciet sacerdos? Albericus & quidam alij respondēt, qd poterit hoc reuelare illis, qui prodesse possint & non obesse. Sacerdos enim (ut isti aiunt) tūc non est astrictus sigillo confessionis, quia hæreticus non vult agere pœnitentiam. Sed hæc opinio falsissima est, quia sacerdos eodē etiam casu obligatus est sigillo sacramenti, quod ei nullo modo frangere aut aperire licet. Neq; enim potest vnquā tā graue periculū ecclesie imminere, quo nō sit grauius violare huius confessionis sacramentū. Alberic. post Ray. in rub. C. de hæreti. nu. 8. cōtra illos est Hostien. in summa. tit. de pœni. §. in quo tenetur. Archid. in ca. sacerdos. de pœnit. dist. 6. Alex. Ale. 4. par. q. 78. mēb. 2. ar. 1. Gerson. sermo. de pœnitētia. & iterū sermo. 2. contra superbiam oēs theologi lib. 4. sent. dist. 21. Martinus Nauarrus referens plures in eodē cap. sacerdos nu. 119. Ioan. Medina lib. de pœnit. titu. de cōfes. celāda. domi. Soto lib. citato supra. mēb. 3. q. 4. Alberti. de agnos. assertio. catho. quæ. 25. & lib. de secreto num. 211. & est cōmunis omnium sententia.

De officio receptoris.

15 Adde quòd si liceret tales hæreticos indicare, deterrerentur illi à sacramento confessionis, & pœnitentiam non agerent, nec alios hæreticos proderent: e contrario autè sacerdotes possunt salutaribus monitis confitentibus prodesse, ac bono communi consulere, prædicando in genere contra hæreticos, & admonèdo generaliter inquisitores & alios iudices. Cæterùm species vna duntaxat excipitur, in qua licet hæresim in cõfessione dictam

reuelare: scilicet, cùm hæretici simulata confessione, hæreses suas persuadere conantur ipsismet sacerdotibus: quod nonnulli hæretici Lutherani tentasse dicuntur: in qua sola specie verò esse poterit verficulus ille: est crimen hæresis, quod neq; cõfessio celat. Nã si de cõfessione intelligatur, quæ est vera accusatio, (quanuis fiat ab impœnitente) falsissimus esset, atq; ad eò Christianis auribus indignus, vt supra memorati tradunt.

De officio receptoris. Titul. XLIII.

- 1 Receptoris officium quod sit.
- 2 Receptor qualis eligendus.
- 3 Receptor adesse debet bonorum sequestrationibus.
- 4 Sequestratio & depositum quomodo differant.
- 5 Sequestratio quo pacto fieri debeat.
- 6 Sequestro quomodo tradenda sunt bona reorum.
- 7 Sequestro quando non traduntur bona reorum.
- 8 Bona aliena conscripta cum bonis hæreticorum proprijs dominis sunt restituenda. es etiam alienum protinus soluendum est.
- 9 Receptor quæ bona reorum distrahere debet.
- 10 Bona reorum quæ seruari possunt locanda sunt à receptore & sequestro.
- 11 Bona reorum vendi non debent nisi auctione constituta, quod & in locatione seruandum est.
- 12 Fiscus simplum duntaxat præstabit pro cuietione, quanuis duplum vel triplum receptor promiserit.
- 13 Bona hæretici, postquam ille fuerit damnatus, cui & quomodo tradenda.
- 14 Bona reorum, de quibus l. i. est, & quæ

- pignori nexa sunt, quando & quomodo vendi possint.
- 15 Bonorum publicatorum distractio propter temerarias lites differenda non est.
 - 16 Bona fisco & alijs communia, si commode diuidi nequeant, à quo vendenda sunt.
 - 17 Receptorum pœna, si secus fecerint ac tenentur, in ijs quæ sui muneris sunt.
 - 18 Receptores & alij officiales non possunt quicquam emere ex bonis publicatis.
 - 19 Receptores vnius prouinciæ non debent occupare bona hæreticorum quæ ad alios receptores pertinent.
 - 20 Receptores pecuniam à sequestro receptam, vel ex bonorum venditione coactam, intra tres dies proximos deponere debent in arcam publicam.
 - 21 Receptores debitoribus fisci nequeunt remittere, aut donare pecunias.
 - 22 Receptores transactionem facere nequeunt.
 - 23 Receptores quo pacto se gerere debeant cum fisci debitoribus.
 - 24 Cause fisci quomodo agenda.
 - 25 Debitoribus fisci quod spatium temporis

Titulus

XLIII. 196

- concedi potest, vt comparèt pecuniã, quam fisco soluant.
- 26 Bona reorum aslinari debent antequã vendantur: & praconia in loco celebri faciendã.
 - 27 Receptor, si aliquid emerit ex pecunia fisci suo nomine, non fisco sed sibi acquirit.
 - 28 Receptor, si rem alienam vendidit putã esse hæretici, tenetur domino pretium restituere.



- Receptor vulgò appellatur qui bona publicata recipit, qui mandato regis procurator fisci est: & bona confiscata petit, defendit, vendit: & salaria & alias impensas, sancti officij soluit.
- 2 Is eligendus est ad hoc munº qui vir probus & locuples sit, & rationes conficere & referre sciat, & fideiussores idoneos dare debet, vt persoluant reliqua.
 - 3 Ad officium receptoris pertinet adesse bonorũ sequestrationibº: & si enim generaliter in causis civilibº prohibita sit sequestratio, in criminalibus tñ frequētissimè fieri solet: præsertim in causis grauioribus, qualis est hæresis: ne quis bona publicada, vel surripiat vel abscondat l. si quis intra. C. de bon. da.
 - 4 Et quanuis id, quod sequestratio nē appellant, depositũ magis esse videatur, quã sequestrũ, quia hoc est, quod à pluribus in solidũ, certa cõditione custodiendũ reddendũque traditur: depositũ verò ab vno duntaxat fieri potest: & sequestres quoq; à depositarijs in eo differant, & illi

plurium partiũ se medios gerat, & apud eos eandẽ rē, de qua controversia est, plures deponant: depositarij aut̃ ab vno etiam deligantur: ego tamẽ, vt apertius loquar, & sequestrationem & sequestrũ usurpabo. l. propriè. & l. licet. ff. de positi. l. sequester & inibi Alciat. de verb. significatione.

5 Sed ad receptores redeamus. Sequestratio fieri nõ debet, nisi antecedente iussu inquisitorum: fieri autẽ debet per executorẽ coram receptore & notario sequestrationũ, & alio tabellione, & omnia bona reorum, quæ in eorũ potestate inuenta fuerint, & ab alijs nõ possidentur, scribenda sunt sigillatim in indice, siue inuentario: & eius bina exemplaria conficienda sunt, ab vtroque notario seruanda. l. si quis intra. C. de bon. dam. l. 3. de boni. vac. lib. 10. secunda instructione Hispalensi. cap. 8.

6 Ea omnia bona tradenda sunt sequestro cum inuentario subscripto ab executore & eodẽ sequestro & notarijs: alterũ autem exemplar, custodiendum est à notario sequestrationum: & eligendus est ab executore & receptore sequester, cuius aliquis idoneus, qui non sit confanguineus hæretici, neq; malo genere natus. & ita quodam senatusconsulto cautum est.

7 Sed quando proceditur contra hominẽ mortuũ, non debet sequestro tradi bona illi, sed scribenda & oblianda sunt, & fideiussoribus

De officio receptoris.

dati relinquenda sunt possessori-
bus. Sed neque reorum bona, de-
ponenda sunt apud sequestrum, cū
ex crimine delato confiscatio bo-
norum fieri non debet, quemad-
modum quibusdam senatuscon-
sultis continetur.

8 Si bona aliena cōscripta fuerint
cum bonis hæretici, confestim do-
minis eorum restituenda sunt. Aes
quoque alienum soluendum est ex
bonis sequestro traditis non expe-
ctato totius causæ exitu. Demum si
reus fuerit absolutus, omnia eius
bona protinus ei reddenda sunt. l.
vlt. ff. de requir. reis. 4. instr. Tolet.
cap. 22.

9 Res tempore perituras, & quæ
deteriores fiunt, item ea quæ nimiū
sumptuosa sunt (veluti iumēta aut
venalitia) receptor distrahere de-
bet iussu inquisitorum: neque enim
sine permisso eorum quicquam fa-
cere potest. Ex alijs quoque causis
vendere poterit, præsertim res su-
peruacuas, putà, vt ædificia sarciā-
tur, ne agri inculti sint: si qua pecu-
nia sub pœna debetur, vt restitua-
tur: denique vt reus alimenta per-
cipiat. l. Aristo. l. igitur. l. ait prætor.
§. vlt. ff. de iure deliberan.

10 Deductis necessarijs impensis,
pecunia quæ superfuerit ex vendi-
tione earum rerum deponenda est
apud eundem sequestrum: & nihil
de ea receptor attingere debet, do-
nec reus damnatus sit. Cæteræ au-
tem res, quæ seruari possunt, locan-
dæ sunt iustis pretijs à receptore at-

que sequestro: & ita multis instru-
ctionum capitulis continetur.

11 Sed ea bona & quæ fuerint con-
fiscata non sunt vendenda nisi au-
ctione constituta, & præconio addi-
cenda sunt plurimo licenti. Idem
erit seruādum in locatione, iisdem
enim iuris regulis locatio & vendi-
tio consistit. 2. instr. Hispal. c. 9.
l. 2. ff. locati.

12 In his autem venditionibus fi-
des & diligentia exigenda est à re-
ceptore: & quanuis duplum vel tri-
plum receptor pro euictione pro-
miserit, re tamē euicta, fiscus sim-
plum duntaxat, præstabit. l. non
intelligitur. §. diui & l. si curator. ff.
de iur. fil.

13 Hæretico dānato sequester sta-
tim tradere debet bona omnia re-
ceptori corā duobus notarijs, neque
quicquam recipere aut vendere po-
test, nisi coram eis. Iudex vero bo-
norum publicatorum, instan-
tia receptoris præconibus concla-
mare iubeat auctiōem futuram
quisquis sua interesse putauerit,
sciat bona publicata vendēda esse:
æ si quid petere voluerit, ad iudicē
veniat, & ius suū persequatur: ne-
mine autem veniente, bona immo-
bilia distrahenda sunt, & in aucti-
ōe addicenda trigesimo die, præco-
nijs & alijs solennibus anteceden-
tib⁹, idest, receptore & ceteris quo-
rum interest citatis. 4. instr. To-
let. ca. 24. l. 1. & 2. C. de fid. instr. &
iur. haste. fiscal. lib. 10.

14 Res verò, quæ in controuersia
sunt,

Titulus

XLIII. 197

funt, nō debent à receptore distra-
hi, sed differenda est eorum vendi-
tio, donec lis finita sit: res autem ne-
xas pignori distrahere possunt rece-
ptores: ita tamen vt non lēdatur ius
creditorum: sed si quid superfluum
est in re, ea lege vendatur, vt in pri-
mis creditoribus præcedentibus sa-
tisfiat: & si quid superfuerit fisco
inferatur. l. res quæ. ff. de iur. fisci. 4.
instr. Toletan. ca. 23.

15 Verum propter temerarias lites
non est differēda diu bonorum pu-
blicatorum distractio: sed ea bona
vendi poterunt: & deponenda est
apud sequestrum quantitas pretij
equalis æri alieno in iudiciū dedu-
cto, & estimationi litis: sicuti quo-
dam senatuscōsulto decretum est.

16 Bona præterea communia fisco
& alijs si cōmodè diuidi possunt,
diuidenda sunt: si verò cōmodè
diuidi nequeunt, aut vtilius est, vt
integra & indiuisa vendātur, id fi-
sci priuilegium est, vt etiam si mi-
nima portio ad eum pertineat, vni-
uersa à receptore distrahantur, sed
pretium suę partis tantum fisco tri-
buendum est: reliquum alijs domi-
nis restituendum. l. 1. C. de vendit.
rerum fisci. lib. 10. & 4. instructione
Toleta. c. 23. quemada. quæst. 5.

17 Receptores nihil prætermittere
debēt ex his quæ supra scripta sunt:
nam si secus fecerint, in sententiam
excommunicationis incurrent, &
centum aureorū pœna plectentur,
& præterea damna omnia fisco re-
sarcient. eodem. c. 23.

18 Neque receptores, neque alij offi-
ciales quicquam emere possunt ex
bonis publicatis, nec per se nec per
interpositas personas, etiam si ea pu-
blicè vendantur: qui cōtra fecerint,
in supra scriptas pœnas incurrent.
4. instr. cap. 24. l. non licet. ff. de
contrah. empt. l. aufertur. §. 1. ff. de
iur. fisci.

19 Receptores vnius prouincię nō
debent occupare bona hæreticorū,
quæ ad alios receptores pertinent:
sed eos certiores earum rerum face-
re: qui secus fecerint officio priua-
ti, & damnum & duplum soluent.
2. instructio. cap. 11. confert. l. Titium
& Mauium. §. 1. ff. de administ. tu-
torum.

20 Omnes numos receptos à se-
questro, & pecuniam ex bonorum
vēditione redactam receptores in-
tra tres dies proximos deponere
debent in arcam publicam tribus
clauibus occludendam: quod sacer
senatus noster excommunicatione
& pœna pecuniaria sanxit.

21 Receptores, fisci debitoribus pe-
cunias remittere nequeunt: & si quæ
sunt ab eis remissę, reuocantur. Idē-
que erit in donationibus: nō enim
ad hoc eis cōceditur bonorum ad-
ministratio, vt perdant. l. impera-
tores. ff. de pact. l. filius familias. ff.
de donati.

22 Sed neque transactionem rece-
ptores facere possunt: nulli enim
procuratorum principis, non con-
sulto principe, transigere licet, &
eo iure utimur. l. nulli. ff. de transa.

De ordine procedendi.

- l. i. de off. procura. C. fa. 4. inst. c. 23.
- 23 Illud quoque obseruare debent, quod Vlpianus. lib. singulari, de officio curatoris reipublicæ his verbis scripsit. Prospicere reipublicæ se curitati debet præses prouinciæ, dummodo nõ acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instãtia humanum: nam inter insolentiam iniuriosam, & diligentiam non ambiciosam, multũ interest. Et hæc quidẽ receptoribus dicta videri possunt, qui fisci debitores inquietare non debent, si modo ius fisci saluũ sit. l. si bene collocatę. ff. de vsur.
- 24 Cause fiscales agendę non sunt, nisi presentibus his, qui negotijs fisci solent interuenire: quod si non interueniente fisci aduocato decise fuerint, in integrum restituntur. l. non inteligitur. §. pen. & l. si fiscus. ff. de iur. fisci.
- 25 Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam,

- vt eam fisco soluant, dilatio duorũ vel trium mensũ concedenda est, iudicantis arbitrio: prolixioris autem temporis spatium a rege postulandum est. l. in fraudem. §. fiscalibus. ff. de iure fisci.
- 26 Res æstimari debent antequam vendantur, & præconia facienda suat in locis frequentioribus ciuitatis, aut oppidi vicinioris: & omnia legum solennia seruare tenetur receptor. in subhastatione & auctio ne. l. hæc editali. §. is illud. C. de secu. nupt. l. iubemus. C. de defens. ciuit. Petrus rebusus. tract. de præconijs & licitati.
- 27 Si receptor emerit aliquid nomine suo ex pecunia fisci, nõ fisco sed sibi acquirit: poterit tamen fiscus alijs bonis receptoris non stãtibus, agere actione hypothecaria, vt scribit. Gabriel quemada. questio. 21.
- 28 Si receptor veditit re alienã, putans eam esse hæretici, tenetur restituere pretiũ dño. l. Bene a Zenone. C. de quadr. præf. Quemada. q. 22.

De ordine procedendi. Titul. XLIII.

- 1 Inquisitores quid facere debeant, cum primum prouinciam aliquam, aut ciuitatem ingrediuntur, quas nunquam ingressi fuerant.
- 2 Inquisitores clerum & populum præconio conuocare debent, cum primum ingrediuntur aliquam ciuitatem.
- 3 Inquisitores, vbi primũ ad aliquam prouinciam perueniunt, quale edictum proponere debent.
- 4 Inquisitorum alter visitare debet prouinciam, alter verò in ciuitate, vbi sedes

- eorum constituta sit, manere.
- 5 Inquisitores vicissim facere debent visitationem, & generalẽ inquisitionẽ.
- 6 Inquisitores & eorum ministri, quorum hospitio vti non possint.
- 7 Inquisitio generalis quando fieri soleat.
- 8 Inquisitio specialis quid sit, & quando fiat.
- 9 Inquisitio specialis quando fieri possit in crimine hæresis.
- 10 Inquisitores an procedere possint aduersus hominem bonæ famæ propter literas

Ticul.

- ras secretas alicuius.
- 11 Testes quomodo ab inquisitoribus excipi debent, cum ad illos veniunt testificandi gratia.
- 12 Citatio realis quid sit, & quid verbalis.
- 13 Reus citatus ex diuersis locis & eodem tempore ab episcopo & ab inquisitoribus, coram quibus se sistere debet.
- 14 Rei quid ab inquisitoribus interrogandi sint prius.
- 15 Reos quid amplius interrogare oporteat.
- 16 Rei decem primis diebus post eorum capturam benignẽ admonendi sunt, vt veritatem fateantur.
- 17 Rei admonendi sunt, vt relictis & abiuratis erroribus conuertantur.
- 18 Hæretico quot monitiones fieri debeant.
- 19 Hæretico tres monitiones fieri debere, quare verior sit sententia.
- 20 Rei ter admoneri solent, antequam a promotore fiscali accusentur.
- 21 Promotor fiscalis quando & quomodo proponere debet accusationem reus.
- 22 Accusationis copia reo fieri solet.
- 23 Testium ratificatio quomodo & coram quibus fieri debet.
- 24 Testes cum sibi & prioribus testimonijs non constãt, quomodo tractandi sint.
- 25 Testimonia si inter se cohæreant quomodo & quando reis edenda sint.
- 26 Inquisitores quando ad sententias vel interloquutiones procedere debeant.
- 27 Inquisitores generaliter interrogare debent reos de socijs criminum, & de ijs a quibus hæreses didicerunt.
- 28 Rei, si suspitione aliqua premantur, interrogari debent de socijs & sceleribus suis, adhibitis etiam tormentis.
- 29 Inquisitor, qui prius cognoscere cepit de aliqua causa, alijs in eadem præferendus est inquisitoribus.
- 30 Hæresis causa simpliciter & de plano tractanda est.
- 31 Inquisitoribus Hispania præscriptũ est cap. quodam. 3. instructionis, vt de plano & absque strepitu procedant in causis hæreticorum.
- 32 Hæreticorum causa quanta potest fieri

XLIII.

198

brevitate tractari debent, vt pluribus instructionum capitulis continetur.

- 33 Hæreticorum causa non sunt differenda ab inquisitoribus, vt reos complures simul puniant.
- 34 Reos in carcere inclusos æquum est aut quã citissimẽ puniri, si pœna digni sint: aut absolui, si culpa careant.
- 35 Inquisitores multis prædicationibusque interrogationibus vti debent.



Vniuersum ordinẽ iudicij sanctissimẽ huius inquisitionis cursim breuiterque differamus,

necesse est a primo inquisitorũ ingressu rem ipsam exordiri. Cũ primum igitur inquisitores ingrediuntur prouinciã aut ciuitatem, quas nunquam ingressi fuerant, debent in primis literas delegationis, quibus inquisitores creati sunt ostendere capitulo ecclesiæ maioris & consistorio ciuitatis: vt constet eos causarum hæresis iudices esse. prima instruct. Hispalen. cap. 1. l. obseruare. de offi. procõsul. & leg. l. i. C. de mādāt. prin. c. cũ in iure. de offi. de lega. Brunus li. 1. de legatio. cap. 8. cum sequenti.

2 Deinde, conuocare debent præconio clerum & populum, vt certo die festo conueniant omnes in ecclesiam maiorem, vt illic sermo de catholica fide habeatur, & potestas & iurisdicatio inquisitorum, & quamobrem missi sunt, publicẽ declaratur. Posthæc, sermone finito, præcipiant inquisitores vt omnes simul coram cruce, ac libro euangeliorum,

De ordine procedendi.

gelliorum, iurent se prestaturos fauorem & auxilium sancte inquisitioni, eiusque ministris: & non impediunt illos per se vel per alios, aut quouis quaesito colore. Quod iusiurandum specialiter prestare tenentur seculares iudices, & eorum ministri: & in actis scribendum est a tabellionibus inquisitorum. Præterea confestim legendæ sunt coram omnibus literæ monitoriæ aduersus cunctos rebelles, prima instruct. Hispalen. c. 1. & 2. confert. c. vt commissi. s. conuocandi. de hæret. li. 6. c. excommunicamus. s. moneatur. eodem. titul. lib. 5. authent. si vero C. de hæreti.

3 Post hæc proponere debent inquisitores edictum cum dilatione triginta vel quadraginta, vel plurium dierum, prout melius eis visum fuerit: intra quam quicumque spõte, suos errores & hæreses coram inquisitoribus plenè confessi fuerint, & alios hæreticos indicauerint, admittendi sunt ad pœnitentiam salutarem, & ecclesiæ catholicæ reconciliandi: nec mortem aut vincula, nec bonorum publicationem patientur: sed inquisitorum arbitrio, pro qualitate personarum & criminum, pœnam aliquam pœcuniariam soluēt, aut eleemosynas dabūt: quod benignitate regia cõcedi solet: cuius gratiæ patentem literæ inseri debent edicto. 1. instru. Hispalen. cap. 3. & 7. confert. c. vergētis de hæret. & Hostien. in sum. tit. de hære. col. 2.

4 His actis, alter inquisitorum visitare debet prouinciam, & quacunque ierit edicta generalia proponet quibus præcipiet sub excommunicationis pœna, vt quicumque nouerit, aliquid factum vel dictum contra fidem catholicam, & legem euangelicam, id protinus inquisitori reuelet. Si quid autem relatū fuerit, scribendum est secretò per tabellionem inquisitorum. Alter verò inquisitor manere in ciuitate, in qua sedes eorum constituta fuerit, & ordinandis actis causarum præsidere debet. Sin autem res nulla sit quæ hūc residere cogat, ne otiosus sedeat, aliam quoque prouinciæ partem eodem ordine visitabit. quinta instruct. Hispal. ca. 2.

5 Hanc visitationem & generalem inquisitionem vicissim facere debent inquisitores per omnes vrbes & municipia prouinciæ suæ: qua in re qui negligentes fuerint, officio priuandi sunt. In hac autem visitatione possunt inquisitores compellere, vt iurent ac testimonium perhibeant, eos omnes quos expellere crediderint. Simile quippiam fieri solebat tēporibus Iustiniani: sed non ea synceritate, qua nostri inquisitores vtuntur. ca. excommunicamus. s. adiicimus. & s. vlti. de hæretic. const. nouella. 17. præcepta præsidum. s. enim vero.

6 Cauere autem debent in hac visitatione inquisitores ab hospitio eorum, qui consanguinei sint, vel affines hæreticorum, Iudeorum, &

Mahu

Mahumetanorum: quod etiam seruare tenentur ministri eorum, neque ab hospite quippiam gratis accipiant: quia stipendijs suis contenti esse debent: & quia non leuis amicitia propter eam causam reconciliari solet: nam vt Homerus cecidit, locofrateris hospes est: vnde priscis viris iungi hospitio, erat atq; si maius iungi amicitia: & hospitio renuciare, nil erat aliud, quam amicitie renuciare. Ad hæc, tam firmum erat ius hospitij apud veteres, vt nulla ratione, nisi renuciatum dissolui posset. Quod exemplo Quinti Crispini Romani, & Badij Campani comprobatur Linius. li. 5. 2. belli puni. Et Aristote. lib. 2. magnorum moralium, amicitiam, inquit, hospitalis validissima videtur: neque enim vllus in ea est communis, de quo ambigatur finis. Et in libris sacris sæpe hospitij mentio facta est: nam & Eliseus hospitibus suis fauit. lib. 4. regū cap. 4. & 8. 4. instru. Toletan. ca. 19. Arist. lib. 2. magni moral. ca. 11. Gellius. lib. 5. c. 13. Conrad. Brun. li. 3. de legatio. cap. 8.

7 Per inquisitionem verò procedunt inquisitores, plerumque motu proprio ratione officij sui: & interdum ad alterius promotionem, vel denunciationem: idque vel generaliter vel specialiter: generaliter inquirunt, quoties prouinciam visitant, & generalia edicta proponunt ad inquirendos occultos & incertos hæreticos: & hæc inquisitio non exigit necessariò præcedentem

infamiam; sed ratione officij fieri potest, ac debet, in fidei catholicæ fauorem, & Christianæ reipublicæ utilitatem. c. excommunicamus. s. adiicimus. & s. vlti. de hæret. li. 25. de his qui sup. religi. contē. C. Theod. Bart. in. l. 2. s. si publico de adult. v. Specialis inquisitio est, per quam specialiter de certis personis & criminibus inquiritur: & hæc fieri non debet: nisi præcedat infamia, quæ vicem accusationis obtinet. Genes. 18. Luc. 16. c. qualiter de accus. Hipok. conf. 53. Grat. conf. 59. lib. 2.

In crimine tamen hæresis procedi potest ad hæc specialē inquisitionem propter indicia & suspiciones, & præsumptiones verisimiles, etiam si infamia non præcedat, quod tamen caute atque secretò fieri debet, ac sine damno cuiusquam: c. excommunicamus. s. adiicimus. de hæret. & inibi Cardinal. Ioan. de Anani. & Felin. ca. vt officium in princip. eod. titu. lib. 6. & illic Dominic. & Philip. Fran. Bart. in. l. congruit. de offi. præf. Bald. in. l. libemus. C. de proba. Alciat. in. ca. 1. de offic. ordinum. 49.

10 Quæsitum scio, an inquisitores procedere possent aduersus hominem bonæ fame propter literas secretas alicuius, quibus de illo aliqua crimina hæresis, vel apostasię indicabantur: Et prima quidem fronte videbatur id non licere ac prohibitum esse quadam epistola decretali Innoc. iij. placuit tamen plerisque eo casu procedi posse: si modo is qui

qui literas ad inquisitores misit si-
de aliqua dignus esse videatur, &
iuramento id confirmauerit apud
inquisitorum delegatos siue com-
missarios, parui enim refert, utrum
voce, vel scriptis quisquam reum
iudicibus indicet. Adde q. multi
qui longe absunt, non aliter pos-
sunt hereticos indicare: eorum igitur
testimonium repellendum non
est. Quod nec Innoc. iij. negat
cuius decretalis epistola de illis ta-
tam loquitur, qui famulos libellos
occulte mittunt, aut spargunt. Quod
idem iam olim Trajanus Plinio re-
scripsit his verbis, sine auctore pro-
positi libelli, nullo crimini locum
habere debent; nam & pessimi exē-
pli, neque nostri seculi est. Author
idem Plinius lib. 10. epistolarum. c.
inquisitionis. s. tertie. de accusati. l.
3. cū seq. de famos. libel. C. Theod.
c. testes. 3. quest. 9. Adde Thom. 22.
q. 67. ar. 3. Lucam de Pena in. l. vlti.
C. de bon. vac. lib. 10. Angel. tract.
de malef. parte, hec est quædā in-
quisitio. Hippol. in practica. s. cō-
stante Alciat. in. c. 1. de offic. ordin.
nu. 34. cum seq. Albert. lib. de agno-
sce. assertio. cathol. q. 34. nume. 54.

11 Cum testes ad inquisitores ve-
niunt, ut contra hereticos vel sus-
pectos testificentur, exhortandi sunt
atque monendi, ne odio, inimici-
tia, aut alio prauo affectu, falsum
testimonium perhibere audeant:
& præterea declarandum est illis,
quàm graue scelus committant falsi
testes omnes; sed hi præcipuè, qui

de crimine hereticis innocentes infa-
mant; quod si zelo catholice fidei
se moueri dixerint, scribenda sunt
eorum testimonia. Post hec, visita-
tione peracta, conuenire debent
inquisitores, & collatis & perfec-
tatis testimonijs, conuocatis quæ-
situs fuerit, uiris peritis, promotore
fiscali id postulante, de comprehē-
dendis reis deliberabunt. 4. instruct.
Toler. 9. 20. & instruct. Hisspal. c. 1.

12 Deinde, quidam reorum reali
citatione, alij verbali citandi sunt;
realis citatio est, quæ fit per captu-
ram; verbalis quæ fit per literas, vel
per nuntium. De citatione reali suo
loco satis diximus multa; de citatio-
ne verbali hoc ferè tantum obser-
uandum est, quod tunc demum fie-
ri debet, cum de leuiori crimine a-
gitur, vel cum leuiter suspectus est
reus: nam si graue crimen sit, & ple-
nè probatum: citatione reali opus
est, ne reus fugiat. Adde etiã quod
citatio verbalis causam continere
non debet, propter quam reus cita-
tur: ideoque neque loci neq; tem-
poris neq; delicti declaratio requi-
ritur: sed generaliter illi præcipien-
dum est, ut se sistat coram inquisi-
toribus, quia volunt ab eo quædam
scire. Clem. 1. de heret. Brun. lib. 4.
de hære. c. 6.

13 Quod si reus ex diuersis locis ci-
tatus fuerit eodem tempore ab epi-
scopo & ab inquisitoribus, sistere
se debet coram inquisitorib; quia
ad causas fidei specialiter delegati
sunt: nisi fortè aduersus exemptos
procederet

procederet episcop' iure delegato:
quo casu locus esset gratificationi.
In Hispania tamen semper in his
causis præferendi sunt inquisitores,
ut alibi dixi. ca. sanè de offi. de lega.
ca. studuisti. de offi. de lega. iuncto.
ca. ut commissi. de hæret. li. 6. l. si quis
graui. s. si cum omnes & ibi Ioann.
igneus ad Silani. Archid. Ioã. And.
Domin. & Philip. Franc. in. ca. per
hoc. de hæret. lib. 6. Ioan. de Anani.
& Felin. in. ca. excommunicamus. s.
vlti. eodem. titul. Iacobarius lib. 2.
de concil. art. 5.

14 Post hæc, rei ab inquisitoribus
interrogari debent, qui sint, quibus
parentibus orti, quibus locis com-
morati, quibus officijs & exercitijs
educati: ut ex eorum confessione
(quæ scribenda est à tabellione) in-
telligi possit, utrum uita eorum, cū
dictis rebus congruat. Sed in pri-
mis necessarium est, ut de locis in
quibus conuersati sunt, diligenter
interrogentur: primò, ut videant iu-
dices, an in locis illis uerisimile sit,
hereses fuisse dictas: deinde, ut ex
confessione reorum constet, eos in
locis illis fuisse, in quibus hereses di-
ctas esse probatur: postremò, ne fal-
sis testibus locus relinquatur, pro-
bandi negationem coarctatam lo-
co & tempore. Sed multa simul in-
terroganda non sunt, ne reus cum
Sycophanta Plautino dicere possit:
multa simul rogatas: nescio quid
expediam potissimum: sin vnum
quicquid singillatim & placidè p-
cunctabere, & meum nomen, &

mea facta, & itinera, ego faxo scias.
Plautus in Trinun.

15 Deinde, quærendum est ab eis,
nunquid sciant, quam ob causam
citati aut comprehensi sunt: qui si
palàm confessi fuerint ueritatem,
peracta erit eorum causa: si uerò di-
xerint, se nescire quam obrem vo-
cati aut uincti sint, tunc inquisito-
res addent, non esse moris officij
sanctæ inquisitionis, quempiã sine
causa citare, aut comprehendere,
aut in carcerem mittere: proinde
consciências suas exonerates, Deum
solum præ oculis habentes, excogi-
tent, num fortè dixerint, aut com-
miserint aliquid aduersus fidem ca-
tholicam, & legem euangelicam:
quod si adhuc negauerint, aut se
non recordari, dixerint, protinus
monitiones fieri debent, quemad-
modum iam dicturi sumus. Om-
nia autem interrogata, responsa, di-
cta q; reorum à notarijs præscriben-
da sunt.

16 Benignè igitur admonendi sunt
rei, & subinde exhortandi, ut sim-
pliciter plenè, ac uerè fateantur,
quicquid commiserint contra ca-
tholicam fidem: & ut caueant ne
fortè cōtra se ipsos, aut cōtra quos-
libet alios falsum testimonium di-
cāt: quod si fecerint, benignè cum
eis agetur: sin autem ueritatem oc-
cultauerint, audietur promotor fi-
scalis, & fiet iustitia. Quæ monitio-
nes eodem tenore renouandæ sunt,
intra decē primos dies post captu-
ram reorum, & ita olim eadem di-
latio

De ordine procedendi.

latio decem dierum concessa fuit Nestorio per Celestinū papam. 4. instructi. Toleta. ca. 6. Alfons. lib. 2. de iusta hæret. puni. cap. 1.

17 Admonendi autem sunt rei, ut relictis & abiuratis erroribus, conuertantur. Quod Paulus apost. Timoth. docet in quiens; cum modestia corripiente eos, qui resistunt veritati, ne quando det illis Deus poenitentiam: id est, si forte aliquando illuminati à Deo poeniteant de errore, & respiciant à diaboli laqueis, à quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Hæc est voluntas eius, qui vult, omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ut beatus Bernar. ait. Hoc denique velle se perhibet, qui non simpliciter, capite vulpes, sed capite inquit, nobis vulpes paruas. Sibi ergo & sponsæ suæ, hoc est catholicæ ecclesie, iubet acquiri has vulpes, cum ait, capite nobis. Itaque qui hæreticum admonet, illò intentionem suã dirigere debet, ut errantem conuertat: cogitans illud Iacobi apostoli: qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam suam à morte, & operit multitudinem peccatorum. 2. Timoth. 2. Iacob. 5. Bernar. super cant. sermo. 64. Alfons. lib. 2. de iust. hæret. puni. cap. 18.

18 Sed quæri solet, quot monitiones hæretico fieri debeant. Alfons. Castr. duas tantum fieri debere cõtendit: quia non plures exigit Paul. in epistola ad Titū. Apostolus ta-

men de his monitionibus non loquitur, sed de correctione extraiudiciali: vel certè illic non traditur ordo procedendi ad punitionem hæretici: sed tantum docet Paulus, hæreticum pertinacem vitandum esse: quod post vnam duntaxat correptionem fieri debet, cum constat illum insanabilem esse.

19 Quamobrem fortassis multi aiunt, Paulum vnam tantum correptionem ibidem exigere: nõ enim legitur apud eos, post primam & secundam correptionem, sed post vnam solam: sic enim est apud Irenæum. lib. 3. aduersus hæres. apud Tertulli. lib. de præscriptio. aduersus hæretic. apud Cyprian. lib. 3. ad Quirinum. Apud Ambros. in eadem epistolam Pauli ad Titum, & ibi id ipsum adnotarunt alij: & fatetur Hierony. hanc quoque lectionem apud quosdam Græcos se reperisse. Verius igitur est, ut tres monitiones requirantur, quod & consuetudine receptum est, nam trinis diebus fieri solent: & alibi sæpè tres monitiones requiruntur. Alfons. lib. 2. de iust. hære. puni. ca. 1. epist. ad Titu. c. 3. Gonsa. de hæret. prauit. quest. 8. act. 3. synodi Chalcedon. c. cõuenientibus. 1. q. 7. canõ. apost. 32. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. ca. omnes decimæ. 16. q. 7. ca. de presbyterorum. 17. q. 4. ca. contingit. 2. de sent. excom. ca. nouit de iudic. c. de illicita. 24. q. 3. ca. 1. de milite vasal. qui contu. est libro. feudo. Ioannes Lupus allegatione de hæresi. §. 4.

Tres

20 Tres autem monitiones fiunt antequam reus à promotore fiscali acculetur: alia præterea fit ante publicationem testimoniorum: alia ante sententiam questionis habendæ, alia ante canonicam purgationem. Sed hæc omnes admonitiones, modeste fieri debent, & cum charitate: nõ autem asperè, aut cum rigore: nõ suggestionem aut metu iudicium, rei ea, quæ non commiserint, confiteantur. Et ita epistola quædam senatus sancti inquisitionis sapienter admodum continetur.

21 Quod si tribus monitionibus iudicium, reus nihil confessus fuerit, promotor fiscalis decimo die à tempore capturæ, proponet accusationem, in qua reum de his criminibus accusat, quæ testium dictis comprobata sunt eaque articulosa factorum commemoratione complectitur. Cæterum personarum nomina, locus, ac dies commissorum criminum, in accusatione occultantur: cætera verò nominatim exprimuntur. Verbi gratia, promotor fiscalis accusat Bucerum, dicens illum hæreticum esse: quia certo die presentis anni, coram certis personis, in quodam loco, dixit, votum castitatis esse impossibile, ac proinde neminem obligare: cui cum quidam ex his, qui id audierunt, dixisset, hæc hæresim esse Lutheri, respondit Bucerus animo pertinaci, nõ esse hæresim, sed veram sententiã: vñ cõcludit promotor fiscalis petens, Bucerum hæreticum declarari, & grauissimis poenis contra hæreticos iure statutis, puniri.

22 Huius accusationis copia reo fieri solet, cui protinus per articulos respondere debet: eiusque responsum à tabellione coram inquisitoribus illico scribendum est. Quod si adhuc negauerit, aduocatus ei datur, qui nihil ferè aliud facere solet, quàm ea, quæ in accusatione continentur, negare: ac simul asserere reum esse, & semper fuisse catholicum, idque ex pluribus eius pijs rectisque operibus euidenter constare: & apud omnes existimationem eius integrã optimamque semper fuisse. Deinde cõcluditur, & ad probationem eorum, quæ vtrinque allegata sunt, terminus à iudicibus præfinitur: intra quem promotor fiscalis testes iterum producet, & reus suas defensiones probat. ca. qualiter. 2. §. debet de accus. Albert. lib. de agnos. assertio. cathol. q. 24. nu. 23.

23 Vocati autem à iudicibus testes, diligenter perscrutari & interrogari debent: ac primum eis dici solet, nunquid sciant, quorsum vocati sint? Qui si responderint scire, aut suspicari, se vocatos esse propter illam causam, in qua testimonium coram eisdem iudicibus perhibuerunt: tunc iterum ab eis queritur, an meminert eis, quod in eadem causa testificati sunt: & an id verum sit, & verum velint addere, detrahere, mutare, aut corrigere aliquid: interim aut quicquid responderint scribendum est fideliter à notario: deinde iterum examinatur: & priora testimonia illis ostendi non solent: ut planius

Cc nius

De ordine procedendi.

nus veritas aut mēdaciū, ex eorū constātia, aut in constātia deprehēdatur: etenim (vt in prouerbio est) mendacem memotē esse oportet. Demum hęc ratificatio coram iudicibus & tabellione ac duabus religiosis ac discretis psonis fieri debet. Nam cū pars ipsa, cuius interest, adesse non potest, eius vice interuenire debent honestę personę. l. r. s. si pecunia. ff. de posit. l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemad. testa. aperi. c. vt officium. s. verum. de hęcet. lib. 6.

24 Quod si posteriora testimonia, cum prioribus cōgruentia nō fuerint: tunc testibus legi debent priora testimonia, & interrogādi sunt, cur illa tam variē dixerint? & modestē monendi, vt in veritate persistant: postremō quicquid respōderint, scribendum est: & testes varij ac vacillantes in custodiam mittēdi sunt, et si id causa deposcit torquēdi & puniēdi sunt. l. eos. de fals. l. ex libero. de quęstionibus.

25 Si verō testimonia conueniētia fuerint, edenda sunt reis post dilationem concessam ad probationes faciendas: sed nomina testium occultari solent: quia vel illis, vel sanctę inquisitioni graue periculum ac detrimentū ex testium reiectione immineret. Deinde per triduū testimonia illa descripta reis relinquuntur: quo tempore lapso respōdere debēt singulis testimonijs per articulos, negando aut confitendo. Quod si hęcet confelsi fuerint

acta ferē causa erit: sin autem adhuc negauerint, communicare debent cum aduocato exceptiones ac defensiones, quas contra testes, & eorum testimonia proponere atq; probare sibi expedire putauerint: ad quarum probationē iterum dilatio concedenda est. c. vlt. s. r. de hęcet. l. r. C. de dilation. cum seq.

26 Quibus omnibus peractis, iudices cum assessoribus & consultoribus, probationibus excussis, delibērabūt: & iuxta causarum merita ad sentētiās vel interloquutiones procedent: & innocentes absoluent, & pertinaces iudici seculari relinquērit: & suspectos pro criminū, personarum, & probationum qualitate, condemnabūt ad quęstionem, vel abiurationem, vel purgationem, vel carcerem, vel relegationem, vel vt pœnam pecuniarum soluāt, vel eis iniungent, vt ieiunijs, orationibus, & elemosynis suam culpam purgent, & redimant.

27 Item illud quod penē omiferam diligenter iudices curabūt, vt reos generaliter interrogēt, de socijs criminū, ac de omnibus alijs, a quib⁹ hęcet didicerunt, & quos hęceticos esse, vel fuisse sciunt. Quod si quid eorū retexerint, id a notario scribendū est in libris inquisitionū. Neque dubiū est, quin liceat in crimine hęcetis de cōscijs interrogare, quia vergit impietas in maximā reipublicę perniciem: & quia peior est crimine lēse maiestatis: quin tā instructio. Hispalen. cap. vltim. Bald.

Titul.

XLIII.

202

Bald. conf. 95. li. 5. Ioan. Drie. li. 1. de libert. Christi. pag. 228. Domin. Soto. lib. de rat. regen. secret. mēbro. 2. quęstio. 6. dd. in. l. repeti. de quęstio. & in. l. vlt. C. de acusa.

28 Nā si in multis alijs criminibus hoc licet multo magis in hęcet. Iulius Paulus. lib. 5. sentē. tit. de quęstio. inquit: in criminibus erūctis, quęstio quidem adhibetur: sed nō statim a tormentis incipiendū est: ideoque prius argumentis quęrendum est: & si suspiciōe aliqua reus arguatur, adhibitis tormentis de socijs & sceleribus suis cōfiteri compellitur. Et idem in eodem lib. tit. ad leg. Iul. maiest. in reuā maiestatis inquit: prius cōuenit quibus opibus, qua factione, quibus hoc auctoribus fecerit: & id ipsum in crimine falsę monetę, & in alijs quibusdam sancitum est. l. r. C. de fals. monet. l. Diu⁹ Adrian. ff. de custod. reorum. l. & si certus. l. prius. ff. de senat. consul. sillani.

29 Cū autē a diuersis iudicibus aduersus eosdem hęceticos procedi possit, ille inquisitor qui prior procedere incēpit, alijs in eadem causa pręferendus est. Quamobrē inquisitores aliarū prouinciarum ad illum qui pręuenit mittere debent testimonia: & quicquid contra reos habuerint: etenim pręuentioni locus est inter inquisitores, quia inquisitio succedit in locum accusationis: & quemadmodum pręfertur in accusatione, is qui pręuenit: sic etiam in inquisitione. 3.

instructio Valdolitana. c. 8. l. diuus. de custod. reorū. l. qui de crimine. C. de accusat. l. de offic. consul. l. si quis a multis. de noxalib. & illic notant Dynus & Floria. Item Beneficius de Vitali. in clem. Pastoralis. s. nos tam ex superioritate de re iudicat. nume. 150.

30 Illud quoq; sciendū est, qd in his criminibus procedi debet simpliciter & de plano, sine aduocatorum strepitu: & illis solennibus omisis quę magis ordinē iudiciorū, & ritū actorū, quā substantiam & veritatē causarū respiciūt. cap. vlt. de hęcet. lib. 6. clem. sapē de verb. signi. glo. in extrauag. ad reprimēdū quomodo in lase maiestatis crimine proc. Oldrad. cōf. 115. Soeinus senior cōf. 54. lib. 4. Philip. Corn. conf. 315. lib. 3. Felia. in. c. 1. de libel. oblati. Brun. lib. 4. de hęcet. c. 5.

31 Pręterea capite quodā tertię inquisitionis cauetur, vt oēs inquisitores Hispanię in procedendo aduersus hęceticos & suspectos eundem ordinem seruent: quod quia in vsu non erat fecimus octoginta capitula, quibus idem ordo iudicij vbiq; sibi constet: quę quidem ab omnibus inquisitorib⁹ custodiēda sunt, quemadmodum edicto generalis inquisitoris continetur, quod typis excussum est anno domini sex qui millesimo sexagesimo primo. 32 Postremō pluribus instructionū capitulis cōtinetur, vt in causis quāta fieri pōt breuitate pcedatur: nec differatur, aut suspēdantur, spe

De papa

futurarum probationū: quia forte nunquā superueniēt, & interim rei opprimūtur, & eorū bona dissipātur ac dilabūtur. Instru. Valdolitana. c. 2. & 3. & iterū. 4. Toleta. c. 6. & rursum. 5. Hispalen. cap. 6.

33 Quas ob causas hoc vnum animaduertendū & vitandū est, quod inquisitores quidā facere solēt: qui vt reos quamplūres simul puniant, multorū causas, iam dudū conclusas diutius differunt atq; suspēdunt: vnde fit, vt rei quī plenē suos errores confessi sunt, carceris pœnam indignē patiātur, & squalore, tæbe, ac diuturna custodia macerentur, & quod lōgē grauius & periculosius est, vt cōfessiones iuste factas reuocare, & euanescere in cogitationibus suis, atque interdū mori, ac desperare soleant. Sāctius igitur & benignius fiet, si plenē cōfessi, ecclesie protinus reconcilientur, quod die festo intra ecclesiam aliquā satis solenniter fieri poterit: excepto si iusta causa aliud facere cogat.

De papa.

- 1 Papam Lutherani & sacramentarij cōuicijs & mendacijs, primatu expellere conantur.
- 2 Pontifex maxi. Christi vicarius est sub calo.
- 3 Petri primatus ex pluribus locis euangelicæ historie ostenditur.
- 4 Petri prerogatiua ex multis euangeliorum locis demonstrantur.
- 5 Petro plus eminentia datum est in actūs apostolorum, quam ceteris omnibus.
- 6 Pontificem max. Petro successisse in apostolica sede apertissime ostenditur.

Titul. XLV.

- 7 Pontificem max. Petro successisse, probatur sumpta similitudine ab ecclesia triumphante ad militantem.
- 8 Pontificem max. Petri successorem esse probatur sumpto argumento à synagoga ad ecclesiam.
- 9 Monarchia regimē omnium alicrum optimum est.
- 10 Pontificem max. vnum esse debere, penes quem summa ecclesia potestas sit, probatur, quia regimē monarchia optimum est.
- 11 Ecclesia catholica nullo modo consistere possit

Titulus

- posset absque vno supremo capite, cum quo in terris communicaret.
- 12 Pontificem max. vnum esse oportet in ecclesia, aliter enim multa incommoda orirentur.
 - 13 Petro non tanquam piscatori & homini priuato, sed tāquam apostolorum principi, & antistiti maximo, promisit Christus clauēs regni caelorum.
 - 14 Petro, non tanquam piscatori clauēs regni caelorum relictas esse, probatur.
 - 15 Lutherani sedis apostolicæ & pontificis max. autoritatē ac potestātē negant.
 - 16 Pōtificis Max. autoritatē & potestātē quomodo Lutherani eleuare studeāt.
 - 17 Pontifices Maximi à Lutheranorū conuicijs afferuntur.
 - 18 Pontificum Max. successio.
 - 19 Pontifex summus quomodo eligendus esset ab ecclesia, etiam si Petrus nihil olim de successore prouidisset, aut hodie cardinales omnes perijissent.
 - 20 Pōtiffices maximi vt nūquā defecerunt à fide catholica, sic nūquam defecturos esse, multi sanctissimi viri docent.
 - 21 Pontifices maximos semper in fide catholica permansisse, & permansuros, synodi quamplurima testantur.
 - 22 Pontifices maximos semper in fide catholica permansuros probatur ex verbis Christi.
 - 23 Pontifices max. semper in fide catholica permansuros probatur rationibus.
 - 24 Pōtifficus summi amplissima potestas, & quomodo ab eo incœperit & pendeat Romanorum imperium.
 - 25 Pōtiffex maximus in ordine ad finem spiritualem, amplissimam habet potestatem in omnes principes orthodoxos.
 - 26 Pontificis max. hac amplissima potestas, probatur rationibus.
 - 27 Lutherus, ecclesiarum & pontificum bona diripienda esse, impijissime docebat.
 - 28 Pontificibus & episcopis necessarius est rerū externarū splendor & affluentia.
 - 29 Paupertas quantum imminuat autoritatem antistitum & presbyterorum.
 - 30 Paupertas neque ex se ipsa quidpiam ha-

XLV.

203

bet magna commendatione dignum, neque vituperandum diuitiæ.

- 31 Diuitias, si cum sapientia cōiunctæ sint, multi sapientes viri meritō laudant.
- 32 Questiones dubia de fide quæ ad papam referri debent, quando ab inferioribus prælatis decidi possunt.
- 33 Inquisitores Hispania, si scandalum timeatur ex qualitate aut multitudine eorū qui de hæresi suspecti sunt, quid facere debeant.
- 34 Papa, si concedat rescriptum seu priuilegium in præiudicium officij sanctæ inquisitionis, quomodo obtemperandum.
- 35 Papa quidpiam contra publicam vtilitatem decernente, quid faciendum sit.
- 36 Papa, si hæreticus esset, quomodo obuiare oportet.



Voniā, Lutherani & sacramentarij alijque huius tēporis pestiferi hæretici, papam, pōtifficem maximum, in ordinē cogere, ac primatu expellere impijs conuicijs, mendacijs, cauillationibus, argumentis fallacibus, dictarijs sacrilegijs, & mille nocendi artibus, per sæpe tentarunt, in dieque idipsum conari & perpetrare non desinunt: sentientes nimirum Petri gladium suis ceruicibus imminere: operæ pretium me facturū putauī, si pauca, quæ hanc heresim euidentissimē cōfutāt, breuiter à me strictimque dicantur, in eorū præcipuè gratiā, qui præter Bartholū & Baldū nihil fere legere solēt: ne si casu in libros, aut hæreticorū colloquia inciderint: turbati eos, aut hæsitare contingat.

2 Constantē igitur asserimus, & cū catholica ecclesia confitemur,

Cc 3 omnes

De papa

oēs pōtīfices maximos, rectē iustēq; electos, Christi vicarios esse sub celo, & legitimos Petri apostolorū principis, successores: eolq; habere summā in ecclesia catholica potestātē: quibus obtēperare in his, quæ ad fidē & religionē pertinet, & in spiritualib⁹ obedire tenemur: si modo ad ouile Christi pertinere volumus: quæ veritas literis sacris, cōciliorum canonibus, patrū decretis, sanctorum doctorū sententijs, & vnanimi orthodoxorū omniū, quotquot vnquam fuerunt, cōsensu, & ecclesię vniuersalis traditionibus approbata, peruagata, tradita, & cōsecrata est. c. omnes. 22. distin.

3 In primis, ergo primatus Petri à nobis asserēdus est: quia ille fuit, vt verē dixit Eusebius) primus Christi vicarius, & Christianorū pontifex. Ex pluribus aut locis euāgelicę historię primatus Petri ostēditur manifestē. Primo, ex euāgelio Matthei vbi Iesus dixit Petro, tu es Petrus, & super hanc Petrā edificabo ecclesiā meā: & portē inferi nō præualebūt aduersus eā: & tibi dabo claues regni cęlorum & quodcūq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcūque solueris super terram, erit & solutum in cęlis. Deinde, ex verbis illis à Ioannē relatis eadē veritas cōprobatur, quibus redemptor mūdi eidē Petro dixit, pasc agnos meos, pasc oves meas: ego orauī pro te, ne deficiat fides tua: & tu aliquādo cōuersus, confirma fratres tuos. Alij quoq; euangelistæ

ceteris apostolis Petrū pręferre solent, ac multis prerogatiuis cū prerlatum esse ostendūt. Sic à generalitate aliorū honoris gratia eximitur: sic pro eo cęsus soluitur: sic ipse tāq; os apostolorū sape dño nostro sol⁹ respōdit: sic Iesus eius nomē mutauit: sic solus Petr⁹ ad Christū super aquas venit, & misit se in mare: alij autem discipuli nauigio venerunt: sic alijs mandatur, vt laxent retia sua, & soli Petro dicitur, duc in altum. Matthæi. 16. Ioan. vltim.

4 Pręterea Petrus ante alios apostolos fraternę correctionis modū diligenter quęsiuit: & alibi ad ecclesię catholicę vtilitatē, ipse solus Iesum interrogauit, dicens: ecce nos relinquimus omnia & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis: & imminēte passionis tēpore, soli Petro dixit Iesus, nō potuisti vna hora vigilare mecum: volēs ostendere, Petrū prę ceteris ex cōmisso sibi officio vigilare debuisse. Et cū multi discipulorū abiissent retrō, & Iesus dixisset apostolis, nūqd & vos vultis abire? respōdit ei Simō Petr⁹: dñe, ad quē ibimus? verba vitę æternę habes, & nos credim⁹ & cognouim⁹, quia tu es Christus fili⁹ Dei. Itē Petr⁹ amputauit Malchi auriculā, & vt inquit brūs Gregori⁹, ipse tollit gladio spiritali aurē interiorē malę intelligētis. Postremo, Iesus dixit Petro, sequere me, quod nō modo intēlexit de genere martyrij, sed de ordine magisterij, vt ait theophilus. & alij exponunt: sequere me, scilicet, gerendo

Titulus

XLV. 204

do vices meas, & in officio pastoralis & in martyrio. Que omnia ex ipsismet euāgelij Petri primatum non obscurē ostendunt.

5 In actis quoq; apostolorum pl⁹ eminentię datum est Petro, quam ceteris omnibus: neq; vllus fuit apostolus, qui presentibus reliquis tanta fecerit, quanta Petrus. Ille enim primatus officia exercuit in electione Mathiæ, & in concilio apostolorum. Idem ipse in die Pentecostes, omnes apostolos defendit: ipse loquutus est in concilio repletus spiritu sancto. Ananiam quoq; & Saphiram solus Petrus sententia mortis damnauit. Simonem illum magum ipse cōfudit: & quam plurimos Iudeorum ad Christi fidem conuertit, multisq; miraculis prę alijs omnibus claruit. Sed & Paulus ille diuinissimus Petri primatum agnouit, ascendēs Hierosolymā, vt cum eo conferret euangelium. Denique Petrus in fide ardentiorē se omnibus pręstitit. Quas ob causas vniuersi sapientes Christiani orbis semper & vbiq; Petrum apostolorum principem, & Christi vicarium vno ore confessi sunt.

6 Quod autem omnes summi pōtīfices Petro successerint in apostolica sede cum eadem autoritate, & equali potestate super vniuersum orbem, non solum perspicuū est fundatissima ecclesię catholicę traditione, sed vnanimi etiam Christianorum omnium sententia receptum & probatum est. Hoc sanē

multi gloriosi martyres atque pontifices scriptis suis subinde testantur: hoc omnia iusta concilia fatentur: hoc omnes sanctissimi & sapientissimi viri asserunt: hoc denique omnes Christi oues ab exordio nascentis ecclesię semper cognouerunt. Ceterum vt cursim quosdam commemorem, qui scriptis suis hanc veritatē asserunt: quos mihi videre contigit, hi ferē sunt: Clemens, Anacletus, Sixtus, Iulius, Anicius, Eleutherius, Zepherinus, Anterius, Fabian⁹, Marcellus, Melchisedes & Cyprianus, martyres pōtīficesq; sanctissimi: item Polycarpus, Iræneus, Athanasius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Optatus, Cyrillus, Socrates, Anselmus, Bernardus, Thomas, & innumerales alij. Hoc idem in omnibus sacris synodis, generalibus, sacerdotalibus, & prouincialibus sæpissime confessi sunt patres: hoc tandem antipodas ipsos & eos omnes, qui in prouincijs, insulisq; remotissimis sub Hispanorum ditio ne viuunt, hodie tenere, ac profiteri scimus. Hieronym⁹ in episto. ad Damasum, & in epistol. ad Theophilum. Chrysolto. epistol. 1. ad Innocen. August. contra Donatistas episto. 162. & episto. 165. Cyprianus epistola. 11. & epist. 13. lib. 3. Gratianus in patrum decretis distinct. 17. cum seq. Athalaricus apud Cassiodorum li. 8. variarum. Thomas cōtra errores grecorum opusculo primo. Torquemada lib. 2. de ecclesia

cap. 48. cum seq. Armacanus lib. 7 de erroribus Armenorum. Aluarus Pelagius lib. 1. de planctu ecclesie. arch. 60. Pomponius Letus in vita galli: Alciatus in episto. inter claras. C. de summ. trinit. Lindan^o lib. 4. Panopliæ euangelicæ cap. 82. & deinceps. Canus li. 6. de Locis theologicis cap. 3. & ultimo.

7 Et quamuis argumenta humana debiliora sint, quam ut in rebus fidei summa operis niti oporteat: quia tamen ingenia nostra solidis rationibus plurimum delectantur: aliquas vrgentissimas & , vt Plato dicebat in Gorgia, ferreas adamantinasque breuiter iam addere placuit: quarum prima sumitur à similitudine militantis ecclesie ad triumphantem: illa enim ad exēplar huius effigiata est. Quemadmodum igitur in ecclesia cęlitum vn^o Deus hierarchiæ cęlesti præest, vbi ipse est omnia in omnibus: sic in ecclesia militate necessarius est summus pontifex, qui omnibus ecclesiasticis ordinibus præsit. Hac similitudine vtitur apostolus in epistola ad Hebręos: hac sacer Dionys^o in ecclesiastica hierarchia: hac Bonifacius secūdus in epistola ad Eulaliū: vbi eleganter ostēdit, per diuinam sapientiam optimè constitutū esse, vt minora maioribus subdatur, & omnes episcopi papę obediunt. Eadem vtitur diuus Gregori^o, & post eū Bernardus li. 3. de cōsideratione ad Eugenium: hac tandem vsi sunt patres in concilio Romano sub Iu-

lio secūdo. ad Hebręos. 8. Ioan. Torquemada lib. 2. de ecclesia. c. 1. cum seque.

Deinde, à synagoga ad ecclesiam, sicuti à figura ad veritatem, efficax argumentum est: dicente apostolo, omnia in figura contingebant illis: & ait alibi: lex vmbriam habet futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: sicut ergo synagoge Iudæorum præfuit vnus, qui princeps sacerdotum dicebatur, cui qui non obtemperabat (vt in Deuteronomio legitur) morte dignus erat: sic & in ecclesia Christi, quę longè melior & perfectior est, quam Iudæorum Synagoga fuerit, pontifex summus venerandus & suspiciendus est. Quanti autē fuerit pōtificatus, rex Agrippa testatur in ea epistola, quam ad Caium imperatorem scripsit: equidem, inquit, Iudæus natus sum, natale solū mihi sunt Hierosolyma, auos, proauosque reges habui, & ex his etiam aliquot summos pontifices: quam illi dignitatem pluris faciebāt, quam regiā, rati quanto Deus antestat homini, tanto pontificatum regno excellētiorem: ad illius enim curam diuinas res, humanas ad huius pertinere. Hęc apud Philonem lib. de legatione ad Caium. 1. Cor. 10. ad Hebręos. 10. Deute. 17. Ecchius li. 2. de primatu Petri cap. 27. Albertus pighius lib. 2. hierarch. ecclesiast. cap. 3.

Ad hęc, regimen monarchiæ omnium aliorum est optimum: iuxta

iuxta quod libro secundo Iliados Homerus cecinit.

Non bona multorum ditio: rex imperet vnus.

Et Darius apud Herodotū in Thalia inquit, vnus viri qui optimus sit, imperio nihil esse meli^o: additq; monarchiam esse omnium præstantissimum. Et Plato libro civili ait, vnus dominatio bonis coniuncta legibus sola omnium rectissima est. Et Isocrates in Symmachico, si & ingenia hominum, & actiones intueamur, vniuersi monarchias præstare ceteris fateantur. Et ciuis meus Lucanus.

Nulla fides regni socijs, omnisque potestas,

Impatiens consortis erit.

Et Seneca item Cordubensis in Agamemnone.

Nec regna socium ferre, nec rede sciunt.

Et Quintus Curtius: imperium quod sub vno stare potest, dum à pluribus sustinetur, ruit: & Origenes homilia nona in Ezechielem, principium malorum omnium est multitudo & diuisio: principium vero bonorum vnitas, & à turbis, à multitudine in vnitatem redactio. Et Cyprian^o tractatu de idolorum vanitate, quando vnquam regni societas, aut cum fide cępit, aut sine cruore desijt: Ad summā post Aristotelem in libris ethicorum, hęc est omnium, qui rectè philosophantur, concors vnanimisque sententia. 8. Ethic. cap. 10. Stobęus sermone. 47. Tiraquclus de iure primo-

geniorum. quęstio. 4.

10 Cū autē opera Dei perfectissima sint, vt in Deuteronomio traditur, quis creder illum ecclesie suæ dilectissimæ regimen aliud reliquisse, quam optimum? quod & ipse per Esaiam haud obscure significasse videtur, dicēs: quid vltra debui facere vineę meę, & non feci? Accedit Ezechielis vaticinium: pastor vnus erit omnium. Et iterum, suscitabo super eos pastore vnum. Et illud item Osee, congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum. Deut. 32. Esaiæ. 4. Ezechielis. 37. & 34. Osee cap. 1. Gregorius ad episcopos Galliæ. Leo nonus aduersus præsumptiones Michaelis. Bernar. lib. 3. de cōsideratione ad Eugenium. Tho. lib. 1. de regimine principum cap. 2. & 5. Tiraquel. de iure. primogeniorum. quęst. 4. nume. 23.

11 Accedit eodem, quod ecclesia catholica, quę maximā vnitatem habet, nullo modo consistere posset sine vno supremo capite, cum quo in terris communicaret: perinde atque alia omnia corpora naturalia & mystica. Etenim omnis multitudo, vt subsistere possit, ordinari debet per vnum aliquod principatum obtinens: neque regnum sine rege, neque exercitus sine duce, neque ciuitas sine præside, diu permanere possunt: quod non tantum recta ratio & rerum experientia docet: sed nature quoq; ordo id ipsum euidenter ostēdit. Planetæ inferior-

res subsunt superioribus: & animalia brutaque ducem sequuntur: auis item vna cunctas ducit: apes in ministerio regi obediunt: in corporibus quoque animantium, caput cetera tuentur, & venerantur membra: & in partibus animæ rationi appetitus subijcitur: quod si ab eo deficiat, in præceptis non solum animam, sed & corpus trahit: denique sine ordine nec res publica gubernari, nec natura consistere, nec vlla ratio in hominum mentibus esse potest. Vnde cognoscere facile licet, quales nouitij hæretici sint, qui omnem ecclesiæ ordinem e medio tollunt, & hierarchiam ecclesiasticam peruerunt; & acephalos nos esse volunt. Basilius de præceptis religiosorum. Sancta lib. 1. de clemetia. Cyprianus tractatu de simplicitate prælatorum. Chrysostomus in epistola ad Romanos sermone. 23. & in epistola ad Hebræos homilia vltima. Nazanzus sermone, de moderandis disputationibus. Hieronymus ad Rusticum monachum. c. in apibus. 7. que. 1. Albertus Pighius. lib. 2. hierarchia ecclesiastica. c. 2. Confessio Polonica. de fide & symbolo cap. 26.

12 Ad hæc, rerum contingentium difficultas atque perplexitas principem vnum in ecclesia desiderant: nam quoties de fide aut religione, aut intelligentia sacræ scripturæ quæstiones & contentiones emergunt, necesse est, ut supremus aliquis iudex adeatur, cuius inuitabile sit iudicium: qui possit ecclesiasticas

lites, inter ipsos etiam episcopos ortas, componere, & contumaces punire: alioqui nec vnam fidem haberemus omnes, nec foret vnquam vllis controuersiarum finis: sed schismata & hæreses vniuersam ecclesiam conturbarent: essetque deformior & foedior Christianæ reipublicæ facies, quam alterius cuiuslibet sectæ, religionis, aut superstitionis. Accedit Cyprianus pluribus epistolis dicens, vnde schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, nisi dum episcopus, qui vnus est, & ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur? & Hieronymus aduersus luciferianos: ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quædam, & ab omnibus eminens detur potestas, tot in ecclesia efficiuntur schismata, quot sacerdotes: que omnia hodie rebus ipsis in hæreticorum conciliabulis experimur. Cyprianus epistola. 3. li. 1. & epistola. 9. lib. 3. & epistola. 9. lib. 4. Ambrosius cathari. in secunda claustra scripturarum prope finem. Bartholomæus Latomus aduersus Bucerum post dimidium controuersia de auctoritate ecclesiæ.

13 Deinde verba illa omnia, quibus Iesus promisit Petro clauas regni cælorum, & illi dedit iurisdictionem summam ligandi atque soluendi: & illa item quibus Petro commisit omnes oues suas, & constituit eum summum ecclesiæ pastorem: & illa denique verba quibus priuilegium illud

illud profus diuinum imperrauit Petro, ne scilicet, fides eius vnquam deficere posset: ea inquam omnia credenda sunt Petro dicta, non quasi piscatori, aut homini priuato post paucos annos morituro: sed potius tanquam apostolorum principum, & ecclesiæ catholicæ antistiti maximo: ac proinde cum vita Petri extincta non fuerunt, sed ad omnes eiusdem dignitatis legitimos successores eodem iure diuino transferuntur: ea etenim que dignitati conceduntur, non pereunt morte regentis, aut habentis illam, sed ad omnes successores eiusdem dignitatis trãseunt. c. quoniam Abbas. de officio. de legat. l. mortuo. l. proponebatur. de iudicijs.

14 Que veritas comprobatur, quia Christus ecclesiam suam constituit & ordinauit, ut esset in seculum seculi duratura: iuxta diuinum illud Esaiæ vaticinium, super folium Dauid & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia, a modo & vsque in sempiternum: accedit veritas ipsa per Mattheum dicens: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi: sed Christus edificauit ecclesiam suam super Petrum: consequens ergo fuit, ut eo mortuo, alius post alium cum eadem Petri potestate semper substitueretur: sicuti & in veteri lege semper fuit aliquis summus sacerdos: nec minus diligit nunc ecclesiam suam Christus, quam tempo-

re Petri dilexerit. Adde quod longissime distaret a diuina sapietia, talem primatum ecclesiæ suæ relinquere, qui in ipso statim exordio periret, & cum primo pontifice extingueretur. Postremo, eadem ratio, qua Petrus factus fuit princeps ecclesiæ, durat in successoribus eius: quini- mo, longè magis necessarius fuisse videtur post Petrum primatus ille, quam Petri tempore: tum quia in ipso initio religionis Christianæ; per alios apostolos atque discipulos potuisset ecclesiæ melius consuli, quàm illis defunctis: tum etiam quia postea maior diffusiorque facta fuit ecclesia, & plures subortæ sunt hæreses, maiorque schismatum superuenit occasio. Quid multa? cui hæc non sufficient, plura nihil proderunt. Esaiæ. 9. Matthei. vlti. Torquemada lib. 1. de ecclesia cap. 28.

15 Lutherani tamen contra rerum naturam, contra sacras literas, contra ecclesiam catholicam, contra synodos omnes, contra vniuersum consensum patrum, denique contra veritatem clarissimam, sedis apostolicæ atque pontificis maximi auctoritatem & potestatem ore sacrilego negant: nosque acephalos, id est, sine capite, sine ordine, sine vinculo & vnitatem, in schismate, ac plusquam Babylonica confusione perpetuò esse volunt. Nam ut Gregorius Nazanzus quadam oratione scribit, sine capite nullus ordo: sine ordine, nulla multitudo subsistit: vbi autem ordo non est, quid aliud

aliud quam cōfusio esse potest? Et enim, vt apostolus ait, quæ sunt à Deo, ordinata sunt: & alibi inquit omnia secundum ordinem fiant in vobis. Et in canticis canticorū, ecclesia dicitur esse terribilis, vt castrorum acies ordinata. Econtasio autem in inferno nullus est ordo: cui similis est Lutheranorum ecclesia, in qua nullus est ordo, sed sempiterna confusio: quibus illud euenit, quod libro iudicum legitur, in illis diebus nō erat rex in Israel, sed vnus quisque, quod sibi videbatur bonum, hoc faciebat. Nazanze. oratione. 21. ad Roma. 13. cantic. 6. iudicum. 17. & cap. vltimo Augustinus lib. 1. de libero. arbitrio cap. 6. & lib. 2. de ordine.

16 Sed aiunt hæretici, multos pontifices summos malos viros, fuisse, ac proinde illis parēdum non esse: quibus veritas per Matthæum respondet, super cathedram Moyfi sederunt scribæ & pharisei. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis seruate & facite: secundum opera verō eorum nolite facere. Nec enim dignitas officij damnanda est propter hominum peccata: quod olim prudenter admodum Catonem dixisse Plutarchus est author: nam cū publius Clodi⁹ accusaretur à Cicero, & Cicero diceret a Clodio in tribunatu gesta irrita esse oportere: non placuit id Catoni, sed assurgēs dixit: si tribunatu quemadmodum ceteri multi abusus est Clodius, ipsum corrigere oportere, qui deli-

querit, non verò potestatem tribuniciam dissoluere. Et vt beatus Augustinus inquit, verissimum est, non res ipsas, sed homines, qui eis malè vtuntur, esse culpādos. Quod & Fabius eleganter differit: & Hieronymus ad Rusticum monachū scribit: in omni conditione & gradu optimis mixta sunt pessima. Fuerunt inter sanctos angelos demones: inter prophetas Balaā: inter apostolos Iudas: inter diaconos Nicolaus: denique inter optimos pessimi. Matth. 23. Plutar. in Catone Vticensi. August. lib. 1. de libero arbitrio cap. 15. Fabius lib. 2. institutio. oratoria. cap. 17. Raynaldus lib. 2. ad Henricum octauum regem Angliæ confessio. polonica de fide & simbolo cap. 29.

17 Adde quòd, plurimi iam olim fuerunt sanctissimi, doctissimi, & sapientissimi pontifices Maximi, qui glorioso martyrio consummati sunt: quorum vitam & mortem omnipotens Deus plurimis, maximisq; miraculis illustrauit: qui primatum ecclesiæ, nec approbassent, nec gessissent, nisi ab ipso Christo illum constitutum, creatum, & cōprobatum esse certissimè nossent. Addo etiam Chrysostomi verba, qui quodam loco scribit: cō videris sacerdotē, indignū ne traducas sacerdotiū: non enim oportet, dānare res, sed eum qui re bona malè vtitur: quandoquidem & Iudas proditor fuit: verū non ob id accusatur ordo apostolicus, sed illius animus

mus: nec crimen est sacerdotij, sed malum animi: & tū igitur ne sacerdotium vituperes, sed sacerdotem malè re bona vtentem. Etenim si quis tecum disputet, dicatque: videri illum Christianum: respōdet, at ego nō de personis, sed de rebus tibi loquor. Alioqui quot mendici facti sunt carnifices, ac venena pro Pharmacia dederunt? non tamen antè vitupero, sed malè vtentem arte. Quod nauicè malè rexe-runt nauigra? verū non ars nauigandi mala est, sed illorum anim⁹. Si Christianus fuerit improbus, ne incuses professionem ac sacerdotiū, sed re bona vtentē malè. Hęc ille, & aliā in eodem loco plurima. Ex quibus omnib⁹, multisq; alijs perspicuum est, istam perditorum hominum opinatiōem, non tam hæresim, quā phrēnesim esse. In summa pontifex maximus ab omnibus venerandus & in terris Christi vicarius credendus & asserendus est: hoc visum est diuinitus, hoc à beatis maioribus traditū: hoc perturbare velle atq; peruertere (sicuti quodam loco beatus Augustinus inquit) nihil est aliud, quam ad veram religionem sacrilegam viam querere. Ad summā vt noster Prudentius in Hippolyto cecinit.

Vna fides vigeat, prisco quæ cōdita templo est,

Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri.

Chrysostomus de verbis Esaiæ, videri dominum. homilia. 4. & in epi-

stola ad Colossen. homilia. 3. in fine & in epistol. 2. ad Timoth. homilia 2. col. 4. cum seq. & sermone de virtutibus & vitijs. col. pen. August. lib. de vtilitate credendi. cap. 10.

18 Ceterum, quia de successione pontificum nihil ferè iure diuino cautum inuenitur, sciendum est, omnes antistites maximos solenni electione successisse, nonnullos etiam à suis predecessoribus nominatos, ac designatos fuisse: quod in exordio catholice ecclesiæ interdum factum fuisse traditur: quia Christiani tunc non habebant liberam eligendi facultatem, propter tyrānorum persecutiōnes: quam ob causam auctoritas summa pontificum eisdem temporibus cognita cunctis non erat: quia impedita & suppressa fuit gentiliū & hereticorum tyrannide. Ipse autem Petrus Clemētem sibi successorem elegit, dicens: sicut mihi gubernandi tradita est à dño meo Iesu Christo potestas, ligandi soluendique, ita & ego tibi committo, vt ordines dispositores causarum diuersarum. Cuius rei clemens ipse, Alexander primus, Ioannes tertius, Aegesippus, Nicephorus, alijq; multi authores sunt. Et Adrianus primus concilio græcorum scribens ait: Petrum diuino iussu auctoritatem potestatis, & pastoralem curam successoribus suis reliquisse. Clemens. epistola. 1. ad Iacobum fratrem domini. Alexander epistola ad omnes orthodoxos. Ioannes episto. decretali ad vniuersos

De papa

uersos episcopos Germaniæ & Gal-
liæ, Nicephorus lib. 2. histo. ecclesia-
sticæ cap. 25. c. si Petrus. 8. quæstio. 1.
cum seq. Torquemada lib. 2. de ec-
clesia cap. 35. cum seq. & iterum cap.
51. platina de vitis pontificum.
19 Quamuis autem Petrus nihil de
successore prouidisset, aut hodie
cardinales omnes bello, peste, aut
alio casu simul perirent, ecclesia ta-
men posset pontificem summum
eligere. Quia cum hæc dignitas à
Christo creata sit, vt perpetuò du-
ret in ecclesia, cōsequens etiam est,
vt ecclesia semperius habeat elige-
di alioqui fieri posset, vt peruò va-
caret sedes apostolica, & conditio
ecclesiæ deterior esset, quam cuius-
uis alterius reipublicæ. Quod si ta-
lis casus eueniret, tunc ius elegendi
papam ad solos episcopos pertine-
ret: quia illi sunt pastores, quibus
post antistitem maximum tota re-
rum ecclesiasticarum administra-
tio iure diuino concessa est, quippe
qui successerunt in locum aposto-
lorum. Sed hæc electio multis eccle-
siasticis constitutionibus iam pri-
dem cardinalibus commissa est, à
quibus pontifices summi, non in-
terrupta serie temporum, vsque ad
presens certa successiōe electi sunt.
c. in nouo. 21. distin. cap. vlti. 68. di-
stinct. c. in nomine. 23. distinct. c. li-
cet. de electio. c. vbi periculum. eo.
titu. lib. 6. & in clementina. ne Ro-
mani de electio. Tho. Vualdensis.
in doctrinali. tomo. 1. lib. 2. cap. 39.
Driedo lib. 1. de libertate Christia-

na. cap. 2.

20 Hæc autem sententia memora-
ratu digna est, fidem ac definitio-
nem sedis apostolicæ, principium
esse certissimum indubiæ veritatis
eorum, quæ certa fide tenenda, cre-
dendaque nobis sunt: nec enim dis-
sensit vnquam à sententia catholi-
cæ ecclesiæ: sed cum sacris literis, &
apostolicis, ecclesiasticisque tradi-
tionibus semper ei conuenisse cō-
pertissimum est. Quam veritatem
plurimi sanctissimi & sapientissi-
mi viri docent & comprobant: asse-
rentes, cathedram apostolicam ab
ipso Deo Christo tali priuilegio in
persona Petri, donatam fuisse, vt si-
cuti nunquam errauit hætenus, sic
etiam in finem vsque seculi, fidem
eius nunquam defecturam esse cre-
damus. Hoc scriptis suis testantur
antistites multi sanctitate, doctri-
na, & antiquitate venerandi: scili-
cet, Lucius, Sixtus, Felix, Marcus,
Eusebius, Euaristus, Alexander,
Iulius primus, Bonifacius secun-
dus, Agatho, & Leones duo, pri-
mus & nonus: quorum verba scien-
ter omittimus, vt breuitati con-
sulam, vno tantum, aut altero
testimonio contenti. Leo ille ma-
ximus inquit: venerabilis & effi-
cax oratio Christi obtinuit, quod
hætenus fides Petri non defecit,
neq; defectura credatur in throno
illius in seculum seculi: sed confir-
mabit corda fratrum, sicut hucusq;
confirmare non cessauit. Et Leo no-
nus contra Michaellem hæc verba scri-

Titulus

XLV.

208

scripta reliquit: nonne à sede prin-
cipijs apostolorum, tam per eundem
Petrum, quam per successores suos
reprobata, conuicta, atque expu-
gnata sunt omnium hereticorum
commenta, & fratrum corda in fi-
de Petri, quæ nec defecit, nec nun-
quam deficiet, sunt confirmata?

21 Comprobant eandem senten-
tiam multarum synodorum, &
sanctorum patrum testimonia cō-
plura. Hoc enim docuit Alexan-
drina synodus sub Athanasio, &
ecclesia Carthaginensis temporibus
Bonifacij secundi: & cōcilium A-
lexandrinum in epistola synodali
ad felicem: & magna synodus Chal-
cedonenis: & sexta synodus gene-
ralis, & item octaua: hoc etiam cō-
fessi sunt omnes episcopi Tarraco-
nenses ante mille annos: & vniuer-
si episcopi Numidiæ ante mille du-
cetos: quod & Ireneus, Cyprianus,
Athanasius, Ambrosius, Hieronymus,
Augustinus, & ceteri oēs cōfentiunt.
Sed vnius diuinissimi Bernardi ver-
ba præterire non potui: qui ad In-
nocentium scribens inquit: oportet
ad vestrum referri apostolatum
pericula quæque, & scandala emer-
gentia in regno Dei, ea præsertim,
quæ in fide contingunt: dignum
nanq; arbitror, ibi potissimum re-
farciri damna fidei, vbi non possit
fides sentire defectum: hæc quippe
est huius sedis prerogatiua.

22 Hæc eadem sententia satis aper-
tè probatur illis Christi verbis: ecce
satanas expetiuit vos, vt cribraret

sicut triticum, ego autem rogavi pro-
te, vt non deficiat fides tua: & tu a-
liquando conuersus confirma fra-
tres tuos. Et item ex illis, pasce oues
meas: & non pro eis rogo tantum,
sed & pro eis, qui credituri sunt: &
ex illis, tu es Petrus, & super hanc
Petram ædificabo ecclesiam meam:
& portæ inferi non preualebunt ad-
uersus eam. Quæ verba non tantum
de Petro, & p ipso Petro dicta sunt,
sed etiam pro summis pōtificibus
legitimis Petri successoribus: quo-
rum fides in officio illo pastorali non
defecit, nec deficiet vnquam: & por-
tæ inferi, (hoc est,) hæresis, infideli-
tas, & erronea fides, non preualebunt
aduersus hoc fundamentum eccle-
siæ. Adde q; si verum est, sicuti est,
quod sacerdoti legali concessum
erat in veteri synagoga, priuilegiū
hoc, vt in rebus fidei ac religionis
iudicaret semper iudicij veritatē,
vt in Deuteronomio continetur,
multo magis credendum est, con-
cessum id ipsum fuisse pōtifici sum-
mo, qui præest apostolicæ cathe-
dræ, quam elegit dominus. Luc. 22.
Ioan. 21. & 17. Matth. 16. Deut. 17.
23 Hanc veritatem catholicæ ec-
clesiæ traditione, sacrisq; literis ful-
citam, rationes quoque multæ vi-
uæ atque spirantes comprobant. Nā
omnis de fide quæstio ad summum
pontificem referenda, & iudicio eius
terminanda est: quod si is diuino il-
lo priuilegio munitus non esset,
profecto malè consultum foret ec-
clesiæ in tantis errorum, hæresumq;
pro-

procellis. Si papa ut vnus nostrum
 permetteretur errare: quorsum que
 stiones fidei iudicio eius erant com-
 mittenda? Quomodo potest cate-
 ros fratres confirmare, qui equè la-
 bi potest, ut illi labuntur? Multa præ-
 terea ex opinatione contraria con-
 sequeretur absurda: quippe nullus
 teneretur definitioni summi pon-
 tificis in rebus fidei credere: nec ec-
 clesia facile suum finem attingere
 posset, in explicabilibus tenebris &
 hæresibus confusa & inuoluta: plu-
 rima suborirentur schismata: nec
 haberemus omnes vnā fidem: nec
 vllus esset hæresum finis. Sed longè
 melius res habet: Christus enim con-
 stituit & ordinavit, ut fides aposto-
 licæ sedis nunquam deficeret: sed
 semper præfulgeret ecclesiæ: ut fa-
 cile possent hæreses omnes extirpa-
 ri: quod & rebus ipsis & subsequen-
 tis effectibus perspicuum factum est.
 Accedit eodem, quod hanc diuina
 constitutione nihil hæcenus
 dissoluere potuit: non schismata, non
 hæreses, non mors, aut vincula, non
 odium, non amor, non timor non
 corruptissimi mores: nihil horum,
 inquam, efficere potuit, ut sedes a-
 postolica deficeret, aut quippiam
 definiret hæreticum. Quæ cum ita
 sint: quis vsque eò desipiat, ut iudi-
 cium Dei non agnoscat? Nunquid
 non dicere possumus, verè digitus
 Dei est hic. c. quoties. 24. quæst. 1. c.
 maiores. de bapt. c. cuncta. 9. q. 31.
 c. arecta. 24. quæst. 1. cum seq. Tor-
 quemada lib. 2. de ecclesia. c. 109. cū

seq. Albert. Pighi^o lib. 4. hierarchiæ
 ecclesiasti. Hofius. lib. 2. aduersus
 Brentium.

24 Nec tantum in controuersijs fi-
 dei papa summus iudex est, verum
 etiam in rebus ecclesiasticis & spi-
 ritualibus ipse summus princeps
 est, ad quem omnes Christi oues in
 his causis confugere, atque appella-
 re possunt. Eius curæ atq; regimini
 Christus Deus noster subiecit fide-
 les vniuersos, quando suas oues illi
 pascendas commisit. Hunc omnes
 reges & principes venerari & ado-
 rare tenentur, iuxta vaticinium il-
 lud Esaiæ: reges eorum ministra-
 bunt tibi, & mox: gens & regnum,
 quod non seruerit tibi, peribit. Ab
 eodem summo pontifice incæpit,
 & ab eo pendet iustum Romano-
 rum imperium: quod Leo tertius transtu-
 lit à grecis ad germanos. Imperij
 quoque electores instituit Grego-
 rius quintus. Item ab eodem anti-
 stite maximo confirmatur, electus,
 iniungitur, cõsecratur, & corona-
 tur, & eidem pontifici solenniter
 imperator iurat. Præterea pontifi-
 ces maximi imperatores etiã ipsos
 condemnare, & exaugurare pos-
 sunt. Sic Innocentius quartus Fe-
 dericum secundum dånauit: Grego-
 rius septimus Henricum quar-
 tum abiecit: Innocentius tertius Phi-
 lippum eiecit, & cõfirmavit Otto-
 nem: quod & Clemens sextus fecit,
 repudians Ludouicum Bauarum,
 & in eius locum Carolum quartum
 confirmas. c. si quis vestrum. 2. q. 6.
 cum

cum. seq. Esaiæ. ca. 60. c. venerabilè.
 de electio. c. tibi dño. 63. distinctio.
 Clem. 1. de iure iuran. Tho. lib. 3. de
 regimine principum cap. 10. & 19.
 Platina de vitis pontificum.

25 Quauis aut ecclesiastica pote-
 stas distincta sit à seculari, & papa
 iurisdictione civilem non habeat in
 secularium principum regna, ni-
 hilominus tamè in ordine ad finem
 spirituales habet potestatem maximam
 amplissimam potestatem in omnes princi-
 pes orthodoxos. Vnde si princeps
 aliquis inutilis esset, aut iniquas le-
 ges contra religionem, aut contra bo-
 nos mores cõderet, aut quippiam
 simile faceret, in detrimentum re-
 rum spiritualium, posset papa seruatim
 iustus circumstantijs congruum reme-
 dium adhibere: priuando etiam ta-
 lem principem administratione &
 iurisdictione, si id res ipsa expo-
 laret. Quod Zacharias potestatem ad-
 uersus Childericum Francorum re-
 gem, fecisse traditur: & Innocentius
 quartus aduersus quendam Portugal-
 liæ regem. Quæ omnia nisi summus
 pontifex posset, manca proculdu-
 bio eius potestas esset: nec satis per-
 fectè Christus prouidisset ecclesiæ.
 Cæterum cum respublica spiritua-
 lis perfecta sit, & sibi sufficiens: ut
 seipsam indènem seruet: potest ea
 omnia facere, quæ necessaria fue-
 rint ad suum finem consequendum:
 exercendo etiã iurisdictionem in eos,
 qui in rebus temporalibus alioqui
 sibi subiecti non essent: quod qui-

dem iure naturali cuiusque principi
 facere contra aliorum rempublicam
 licet. c. cum ad verum. c. duo sunt. 26.
 distinctio. c. si duobus. §. vltimo de
 appellatio. c. gradi. de supplem. ne-
 glig. prælato. c. alius. 15. q. 6. Ioannis
 Torquemada lib. 2. de ecclesi. cap.
 113. eum sequent.

26 Accedit eodem, quod finis tempora-
 lis potestatis pendet quodammodo à
 fine potestatis spiritualis: scilicet e-
 nim humana, quæ secularis pote-
 statis finis vltimus est, ut pote im-
 perfecta, in beatitudinem superna-
 turalem ordinatur, tanquam in sui
 perfectionem, & summum omnium
 bonum: ergo si temporalis potestas
 ab illo fine deuians, rebus spiritua-
 libus obstat, merito à summo rerum
 spiritualium principe moneri, ordi-
 nari, & coerceri iure diuino & na-
 turali potest. Præterea cum Chri-
 stus ipse omnes oues suas pontifici
 maximo regendas commiserit, ad-
 dita potestate plenissima ligandi
 atque soluendi: consequens etiam
 est, ut omnia illi concessa esse intel-
 ligamus, quæ necessaria sunt ad id
 munus perfectè gerendum. Poterit
 igitur omnes Christianos ad con-
 cordiam & vnitatem cogere: delin-
 quentes punire: excessus corrigere:
 officio inutiles amouere: lites com-
 ponere: controuersias definire: de-
 niq; omnia ecclesiæ necessaria ordi-
 nare, regere, & constituere. l. 2. de
 iurisdictione. omni. iud. ca. præterea.
 de officio. de leg. l. vltim. de officio
 D d eius.

eius. l. i. si quis iusdi. non obtempe-
ra. vide Abulen. numerorum. 15.
quæstio. 48. omnes theologos in
lib. 4. senten. distinctio. 18. Albert.
Pighium lib. 5. hierarchie ecclesia-
sti. Hermam lib. 7. de instauranda
religio. Marti. Aialam lib. de diui-
nis & ecclesiasticis traditionibus
parte. 3. tit. de episcopali potestate.

27 Et quia impius Lutherus, quos-
dam alios sequutus hæreticos, eccle-
siarum & pontificum bona di-
rapienda esse docebat, id scilicet mo-
liens, ut autoritas, atque potestas
ecclesiastica vilesceret atque peri-
ret: (nam spiritualia sine tempora-
libus vix sustentari possunt (nō fue-
rit alienū pauca, quæ hanc insanif-
simā heresim destruat, breuiter hoc
loco perstringere. Ac primū quidē
hæretici cū Laurētio Valla suadere
nituntur, magnū Cōstantinū eccle-
siæ Romanæ nullā fecisse donatio-
nē: sed quæ nunc possidet bona, in-
iuste ab ecclesia & summis pōtifi-
bus occupatā fuisse: quod quidē est
à ratiōe & veritate lōgè aduersum:
satis enim cōstat, nō modo magnū
illū Cōstantinū, sed etiā Aribertū
& Luithprandū, Lōgobardorū re-
ges, Pipinū quoq; & Carolum ma-
gnum, alios item complures, mul-
tis magnisq; donationibus eccle-
siam Romanam iam olim locuple-
tasse. c. ego Ludouicus. 63. distinct.
c. futurā. 12. q. 1. l. diui. C. de natura.
liberis. c. Cōstantinus. 96. distin. c.
fundamenta de electio. lib. 6. Gra-

tianus. 12. q. 1. Nicepho. lib. 8. eccle-
histo. ca. 54. Paulus diaconus lib. 6.
de gestis Longobardorum cap. 10.
& cap. 13. Albert^o pighius lib. 5. hie-
rarch. ecclesiast. cap. vlti. Alfonsus
Castren. li. 6. aduersus hæreses titul.
de ecclesia, hæresi. 4. Alciatus lib. 7
parergon. iuris. cap. 19. Covarrū. lib.
4. resolutio. cap. 16.

28 Habet itaque Romana ecclesia
sub antistitem sacra ditione ma-
gnū iustumque principatum: nō
solum iustis quæsitum titulis, sed
etiam diuina prouidentia ordina-
tum. Aeterna quippe Dei sapiētia,
humani ingenij morūque nostro-
rum consciā, sanē intelligēns, car-
nalibus hominibus (ut est pars ma-
xima ecclesiæ) non satis reuerēdam
& venerabilem fore sacrosanctam
pontificum autoritatē, à qua regi
voluit vniuersalē ecclesiam, si abie-
cta lateret in paupertatis sordibus:
externarū rerum affluētia eā extulit
& sublimauit: ut omnib^o etiā prin-
cipibus esset venerabilis, nocētibus
& sceleratis metuenda. Quod &
in reliquis episcopis atque prælatis
necessarium esse perspicuum est:
non enim magis eos, quā reges
& principes, aut seculi milites, pau-
pertatis iugo onerauit Christ^o: nec
minus in rectoribus ecclesiæ, quā
in magistratibus secularib^o neces-
sarius est rerum externarum splen-
dor, si modo vneranda & metuen-
da esse debet eorum autoritas.
Quam doctrina tantū, aut morib^o
aut

aut vitæ exemplo, (et si quispiam
diui Petri sanctimoniam haberet,)
tantam deploratissimo hoc seculo
assequi, atque tueri, quanta necessa-
ria est, nullo sanē modo poterit. Vt
enim libro tertio de summo bono
Isidorus noster ait: plus venerantur
homines in hoc seculo pro tempo-
rali potentia, quā pro reuerentia
sanctitatis. cap. 63: adde Gersonem
tractatu de statibus ecclesiasticis.

29 Etenim paupertate vilescunt, ac
penē ludibrio habentur isti titulo
tantum episcopi, & clerici merce-
narij: e cōtrario autem diuites atq;
potētes omnibus sunt venerabiles:
Paupertas enim, (ut ille ait.)

*Ridiculos homines facit, & vbi que ia-
cere.*

Et sicut sapiens in proverbij in-
quit: etiam proximo suo pauper o-
diosus est. Et iterum, fratres homi-
nis pauperis oderunt eum, in super
& amici procul recesserunt ab eo.
Prætereo cōsultō plura, quæ in eā-
dem sententiā Ioannes Stobæus,
alijque retulerunt: proverb. 14. &
19. Stobæus sermone. 94. Lucas de
pena. in l. vltim. C. de his qui num.
libero. libro. 10. Seneca de vita bea-
ta ad Gallionem.

30 Nihil ex se ipsa paupertas habet
magna commendatione dignum,
nec vituperatione diuitiar: absit ab
animis fidelium (ut inquit Ambro-
sius) tam irreligiosa persuasio : ut
cuiquam sanctorum, quibus Deus
& diuitias est largitus & honores,
ad verē humilitatis meritum cre-

datur, vel opulētia offuisse, vel di-
gnitas: cū eis ad huius virtutis pro-
fectum vtraque profuerint. Quā-
uis enim tota vitā hominis tenta-
tio sit super terram: & tam abundā-
tia, quā inopia, materia soleant
esse peccati: cum vel diues extollit-
ur ad superbiam, vel pauper profi-
lit ad querelam: extiterunt tamen
in omnitépore, & in nostra quoq;
atate nō defunt, sicut & boni pau-
peres, ita & boni diuites. Cui con-
sonant Hieronymi verba, in episto-
la ad Siluinam: nec diuiti obsunt
opes, si eis bene vtatur: nec paupe-
rem egestas cōmendabiliorem fa-
cit, si inter sordes & inopiam pec-
cata non caueat. Ad vtriusque rei
testimoniū, & Abraham patriar-
cha, & quotidiana exempla suppe-
ditant: quorum alter in summis di-
uitijs amicus Dei fuit: alij quotidie
in sceleribus deprehensi, pœnas le-
gibus soluunt. Vide Chrysolto. in
epist. ad Philip. sermo. 2. col. pen. 25.

31 Adde quod (ut ecclesiasticus ait)
vtior est sapientia cum diuitijs, &
magis prodest vidētibus solem: si-
cut enim protegit sapiētia, sic pro-
tegit pecunia: cui sanē obediūt om-
nia. Et rursus: bona est substantia,
cui nō est peccatū in cōscientia. Et
Plato lib. 1. de legibus, diuitiæ cecē
nō sunt, sed acutē cernūt, si prudē-
tiam sequantur: quod & in libro
primo de republica docet. Et Ari-
stoteles libro primo ethicorū: fieri
nō potest, aut nō facillē fit, ut is res
agat præclaras, cui defunt faculta-
tes:

tes: quia (vt alius ait) plurimum virtutibus obstat res angusta domi. Pindarus quoque asserit, diuitias, si cū sapientia coniunctæ sint, præstantissimas esse. Nec ab his dissentit Horatius inueniens.

*Vxorē cum dote, fidemq; & amicos,
Et genus & proauos regina pecunia
donat.*

Et alibi ait,

*Et genus & virtus nisi cum re, vilior al-
ga est.*

Vereque ille censuit (vt apud Plutarchum est) qui primus pecunias, rerum agendarum nervos esse, dixit. Et Leo ille magnus sermone quinto, de collectis: diuitiæ, inquit, bonæ sunt, & humane societati plurimum profunt, cum à beneuolis habentur & largis: nec illas aut luxuriosus prodigit, aut auar⁹ abstrudit. Deniq; redemptio animæ viri diuitiæ eius: quoniam qui pauperi donat, redimit animam suam. Improbè igitur maligneq; faciunt sacrilegi heretici, qui ecclesiarum & sacerdotum bona, occupanda, expilanda, rapiendaq; esse, contra naturalia diuinaq; iura impudenter, impieq; asserere non verentur: ecclesiastes. 7. & 10. & 13. Aristote. 1. ethicorum. 8. prouerb. 13. Plutar. in Cleomene. Ambrosius lib. 8. in Lucam Augustin. lib. quinquaginta homiliarum familia. 30. Greg. lib. 10. in Iob. cap. 28. Stobeus sermone 89. cum sequenti.

32 Ceterum, vt à digressionē reflectamus ad id quod erat institutum

quamuis dubiæ quæstiones, quæ in fide catholica & religiōe Christiana oriuntur, ad pontificem maximum referendæ sint: inferiores tamen prelati in concilijs, prouincialibus eas interdū definire poterunt: scilicet, cum erit in mora periculū.

Quod elegāter his verbis Hermas & Matius ait: si verò quis aliquod dogma in vulgus sparserit, de quo dubitari possit, hæreticum ne esset, an religioni consentaneum, huius diiudicatio est summo summo societatis religiosæ tribunali reseruāda: vt sapientissimæ potestati difficillima deur quæstio excutienda. Nec enim prius inferioris dignitatis personis libera de his sentētia dabitur, quā super iā diuulgato dogmate, ita suprema potestas pronūtiauerit, vt de re iudicata nulla amplius supersit ambiguitas. Sit tamē illi, quibus harum rerū summa commissa est, seram sint allaturi opem, & periculum sit, ne ipsum negotiū in peius serpat, erit interim inferiori potestati hui⁹ suspecti dogmatis discussio permittēda: vt tñ illi, cū res postularit, superioribus iudicib⁹ eā committāt. Hoc propterea cautū; ne dū superiorū censura, spectatur, populo Christiano pestilēs doctrina pro sano dogmate diuulgetur. c. maiores de baptis. c. quoties. 24. q. 1. Hermas li. 2. de instaurā. religi. c. 9.

33 Adde etiā, qd si ex qualitate, aut multitudine illorū, qui suspecti de hæresi essent, graue scādalū timeretur, nō liceret inquisitoribus aduersus

uersus eos procedere non consulto pontifice summo. Sed inquisitores Hispaniæ consulere debent in his, alijsque grauioribus causis inquisitorem generalem, & senatum. c. inquisitores. de hæreticis lib. 6. & inibi. Ioan. And. & Philip. Fran. 4. in Iru. Toletana. c. 21. vide Gonsalū de hæretica prauitate quæst. 7. Alfonso lib. 1. aduersus. hereses cap. 8. & lib. 1. de iusta heret. puni. cap. 5. & deinceps.

34 Illud aut prætereūdum non est, qd si papa cōcesserit rescriptum seu priuilegium aliquod in præiudiciū officij sanctę inquisitionis, obtemperandum est illi, sed non est executioni mandādum. Debet ergo supplicari ab eiusmodi rescriptis, vt papa recti⁹ informatus à regio legato ea reuocet, vel suspendat. Nec enim verisimile est, vt summus pastor ecclesiæ quippiam facere uoluerit in detrimentum catholicę fidei, & hereticorum fauorem. Quinimo si papa decernat aliqd, quod sapiat manifestam heresim, non est illi villo modo parēdum, sed potius liberè modesteq; resistēdum: quæ admodum Hostiensis, Florianus, & alij prudenter admodum censuerunt. 2. in Iru. Hispalen. cap. 3. c. si quando & illic interpretes de rescript. hosti. & Ioan. And. in c. proposuit. de concessio. præben. Floria. in. l. sed & loci. §. 1. finium regūdo. Lud. care. tract. de hereticis nu. 99.

35 Vnde fit, vt si quid papa decreuerit cōtra publicam vtilitatem, vt

puta, cōtra ius patronatus laicorū, contra ius eligendi beneficia, seu sacerdotia patrimonialia, vel quippiam simile, id manu regia retineri & impediri soleat: quia regum officiū est ab huiuscemodi iniurijs populos sibi subiectos liberare: & iure naturalis defensionis licet principibus secularibus, cum modamine inculpatæ tutelę (id est salua semper in omnibus summi pontificis autoritate) obuiare abufui notorio ecclesiasticę potestatis: ne pax publica perturbetur, & commune bonum detrimentū patiat. Hieremie. cap. 21. cum seq. capitu. regū. 23. quæst. 5. c. filijs. 16. q. 7. Stepha. Aufr. de potestate. secularium. regu. 2. Guil. benedi. in. c. Rainūtius de testam. parte, & vxorē nu. 454. Caietanus de potestate papæ. c. 27. Marti. Nauarrus in. c. cum cōtingat. de rescript. primo remedio, fundamēto. 10. Hermas li. 7. de instauran. religio. cap. 25.

36 Postremò, si papa hæretic⁹ esset, generale concilium de illius hæresi cognoscere posset: si verò hæreticus decesserit, successor eius iudex esset. ca. si papa. 40. distinctio. & illic Præposit⁹ & cæteri. 24. quæstio. 1. cap. 1. Archidia. Ioan. And. Ancha. Domini. & Philip. Francus in. ca. in fidei. de hæretic. lib. 6. Albericus in rubric. C. de hæreticis. Gonsalus de hæretica prauitate quæstio. 7. Almainus de autoritate ecclesiæ cap. vlti. Decius. consil. 151. Caietanus de potestate papæ

De pœnis

cap. 18. cum seq. Albertus Pighius
lib. 6. hierarchiæ ecclesiasticæ cap.
14. & deinceps Alexand. Iass. De-

cus & Horosius noster in. l. est re-
ceptum. de iurisdictione. omn. iud.
Iason consilio. 95. lib. 4.

De pœnis. Titul. XLVI.

- 1 Pœna triplici de causa à sceleratis homi-
nibus repeti solent.
- 2 Pœna, quæ duntaxat tendit ad illius emē-
dationem qui peccavit, cuiusmodi sit.
- 3 Pœna, quæ damnum illatum refarcitur,
qualis sit.
- 4 Pœnas à sceleratis hominibus repetere
reipubl. interest.
- 5 Pœna vniuersi, metus multorum est.
- 6 Pœna eorum qui delinquant, documentū,
doctrina, & exemplum est aliorum.
- 7 Heretici propter multas causas iustissi-
mè puniuntur.
- 8 Heretici puniendi sunt, ne multos sibi si-
miles faciant.
- 9 Heretici maxima adhibita diligentia
puniri debent.
- 10 Heretici afferunt neminem propter hæ-
reses esse puniendum.
- 11 Libertas Lutheranorum pessima.
- 12 Licentia & impunitas homines deterio-
res reddit, correctio aut et virga bonos.
- 13 Hereticos puniri debere ex euangelica
lege deducitur.
- 14 Hereticos puniri oportere, multis sancto-
rum testimonijs probatur.
- 15 Hereticos multo magis puniri oportet,
quàm adulteros.
- 16 Heretici maiori quodam iure puniri de-
bent, quàm falsarij.
- 17 Hereticum multo magis punire oportet,
quàm sicarium & homicidam.
- 18 Seditio quàm pestifera & perniciosa sit
reipub.
- 19 Hereticus perniciosissima seditionis cau-
sa est in republica.
- 20 Hæresis & schisma vnitatē & amicitia
ciuitatū & populorum miserabiliter
dissipant.
- 21 Mœcenatis consiliū ad Augustū Casarē
in nouarum religionum authores.

- 22 Hereticus cum catholicis nulla pax neque
amicitia esse potest: neque inter ipso-
met hereticos.
- 23 Heretici quot malorum causa extiterint
semper in Repub.
- 24 Ariana pestis quot mala olim inuexerit.
- 25 Heretici cum muros ecclesiæ catholice
violenter, multo maiori supplicio digni
sunt, quàm qui muros ciuitatum de-
moliuntur.
- 26 Heretici cum in clericos & monachos
immanissimi sint, puniri debent.
- 27 Lutherani cum sanctimonialia & vir-
gines rapiant & violent, graui suppli-
cio afficiendi sunt.
- 28 Lutherani multo grauius puniri debent
quàm sacrilegi.
- 29 Lutherani cum sacram Dei militiā dese-
rant, grauius puniendi sunt quàm mi-
litiā profanæ desertores.
- 30 Lutherani grauius quàm transfuga pu-
niri debent.
- 31 Lutherani cum occidant ecclesiam ma-
trem regenerantem, grauius quàm
parricidæ puniri debent.
- 32 Heretici iustissimè puniuntur quia fures
sunt, & latrones, & per ostium eccle-
siæ non intrant.
- 33 Religionis violatores apud omnes natio-
nes seuerissimè semper puniti sunt.
- 34 Religionum nouarum authores in quos
grauissimè animaduersum est, nonnulli
adducuntur.
- 35 Religionis contemptores qui ea de causa
puniti sunt.
- 36 Ecclesia catholica in quem finem hereti-
cos punire soleat.
- 37 Ecclesiæ prima intentio est vt heretici
conuertantur.
- 38 Pœnis cur impios affici oporteat.
- 39 Legis officium.

Hereticos.

Titulus

XLVI.

213

- 40 Hereticos quantum oporteat puniri, do-
cet experientia.
- 41 Hereticorum punitionem rem esse rei-
pub. saluberrimā, Hispania testis est.
- 42 heretici impiissimi vltimi supplicij pœna
iure optimo damnantur.
- 43 hereticos vltimo supplicio affici deberē,
ex numerorum libro deducitur.
- 44 Religionis contemptores reos esse mortis
omnes philosophi senserunt.
- 45 heretici iure optimo comburantur.
- 46 hereticos igni tradendi iure diuino cōsonat.
- 47 Ignis pœna aduersus impios & hereti-
cos antiquissima est.
- 48 heretica pestis igni, extirpanda est, ne
nobis Deus irascatur.
- 49 heretici qui igni tradendi sint.
- 50 hereticis pertinacibus & manifestis bel-
lum in ferre licet, illoque indicto eos
occidere & spoliare.
- 51 pragnans mulier etsi heretica sit, non pu-
nienda est donec pariat.
- 52 hereticis data fides seruanda non est.
- 53 hereticis data fides quare non sit seruā-
da.
- 54 hereticis fides à principe vel publica po-
testate data seruanda est.
- 55 hereticis quare omnia commercia sint
interdicta.
- 56 hereticis quæ legata fuerint quando ad
fiscum pertineant.
- 57 heretici ab omnibus iudiciorum actibus
repelluntur.
- 58 heretici iudices esse non possunt.
- 59 Philippus pater magni Alexandri quen-
dam iudicem officio priuauit, eā quod
capillos sibi inficeret.
- 60 Theudericus aser diaconum suum occi-
dit, quod ad Arrium defecisset.
- 61 heretici non possunt aliquod officium pu-
blicum gerere.
- 62 heretici nullam ecclesiasticam potesta-
tem habere possunt.
- 63 heretici beneficij & iuribus ecclesiasti-
cis frui non possunt.
- 64 Iudices plures & diuersi, eodem tempo-
re, contra eundem hereticum, proce-
dere possunt.

- 65 hereticus ad ecclesiam fugiens, non de-
fendatur praesidio sanctitatis loci.
- 66 heretici perpetua notantur infamia.
- 67 Pœna eadem in plebeios & nobiles con-
stituta est, in crimine hæresis.
- 68 Nobilis in hæresim incidens infamis &
vilius habetur, & plebeiiorum pœna pu-
niendus est.
- 69 Clericus, qui sit hereticus pertinax, rela-
psus vel impœnitens, quo pacto puniē-
dus sit.
- 70 Clericorum hereticorum degradatio siue
exauguratio, quo pacto facienda sit.
- 71 Clerici heretici bonis omnibus tempora-
libus ecclesiasticisque beneficij & di-
gnitatibus priuandi sunt.
- 72 Clerici heretici an beneficij ecclesiasti-
cis priuati sint ipso iure.
- 73 hereticus manifestus eorū vasalli obedire
nō tenetur: nec quisquā eis depositū redde-
re, aut fidē & obsequiū prestare debet.
- 74 hereticus priuatus est omni domino na-
turali, civili, & politico.
- 75 Regis heretici regnum cum superiorem
non habeat, an confiscari possit?
- 76 Suspecti de hæresi quando puniri possunt
pœnis pecuniarijs.
- 77 hæreses eorū qui suspecti erant de crimi-
ne hæresis, cōdemnari non debent ad
pœnas pecuniarias prestandas.
- 78 Iudex quo pacto se gerere debeat in pœ-
nis arbitarijs.
- 79 Iudex, cū causa id exigat, pœnas etiā legi-
bus praesinitas augere, vel temperare pot.
- 80 hæresiarcha & magistri errorum diuini
punendi sunt.
- 81 Iudex an possit arbitrio suo pœna mortis
aliquem afficere?
- 82 heretici non modo pœnis temporalibus,
sed æternis etiam puniuntur.
- 83 Opera bona extra caritatem & vnitatem
facta quid prosint.
- 84 Iudices quali animo esse debent ad indi-
dicandum.
- 85 Pœna cur publica esse debeat.
- 86 hæresim qui dixit, aut fuit hereticus an-
te multos annos, mitius puniendus est
si correctus fuerit.

Dd 4 Domus

vnquam serpens momordit, aut araneus: sed tamen eas animantes vt videritis, statim occiditis. Ad eundem igitur modū, Athenienses, etiā cum natura serpentina präditū hominem videritis, ne dum vestrum singulos mordeat, spectate, sed primus quisq; qui in eū incidit vlciscatur. Cuius sententiā Philo renouatis, libro secundo de specialibus legibus, inquit, sicut viperas, scorpiones, aliasque venenosas bestias, priusquam mordeant, aut faucient, aut omnino se commoueant, sine mora ad primum aspectum occidimus, præcauendo genuinam eorum malitiam, priusquam noceant: eodem modo etiā homines plectendi sunt, qui cum sint animalia rationalia, nihilo secius à natua mansuetudine in ferinos mores degenerant: & pro delictamento habent, lædendi quotquot possunt licentiam.

9 Multo magis puniri debent heretici, qui iam nocuerunt, præsertim si sint insanabiles. Vt enim Cicero inquit Philippica octaua: in corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, vri ac leuari patimur, vt membrorum aliquod potius, quam totū corpus intreat: sic in reipublicæ corpore, vt totum saluum sit, quidquid est pestiferum amputetur.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus

En se recidendum est, ne pars sincera trahatur.

Et Plato diuinus libro nono de legibus ait: quos insanabiles legislator esse sentit, vltimo supplicio hos afficiet, non ignorās, satius fore his, qui insanabiles sunt, mori, quā viuere: ac si vita priuantur dupliciter prodesse ceteris. Nam horum exemplo à peccato ceteri deterretur, & improbis hominibus ciuitas ipsa mundatur. Et Hieronymus apud Gratianum: rescādæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est. c. rescādæ. 24. q. 3.

10 Sed aiunt heretici, fidem rem esse liberam, ac proinde neminē propter hereses puniendum esse. In quos sanè mihi perinde facere videntur, ac si fures, latrones, raptores, sicarij & ceteri facinorosi dicerent, furta, latrocinia, rapinas, homicidia, & alia similia crimina, impunita esse debere: nam heresis crimen his omnibus, grauius & pestilentius est. Quod autem aiunt, neminem esse cogendum ad suscipiendam fidem, quis negat? Sed qui fidem catholicam suscepit, cogendus est in ea perseuerare: ne arbitrio suo abutēs, in hereses insanissimas præcipitetur, & perditus ipse ceteros perdat. c. displicet. 23. quest. 4. cum seq. c. vides. 23. quest. 6. c. de Iudeis. 45. distinct. confessio. Polonica. cap. 91.

Nec

11 Nec moueat quenquam effrenata illa libertas Lutheranorum: nam vt Augustinus inquit, posse peccare, nec libertas est, nec pars libertatis: quæ est enim peior mors, quàm libertas erroris. Et Plato epistola octaua, seruitus ac libertas, si modum excedat, vtraque mala est: si modum obseruet, vtraque bona. Et Aristoteles libro quinto politicorū capite nono ait, vitiosum esse, viuere, vt vnusquisque vult: viuere autem conuenienter reipublicæ, non seruitutem, sed salutē esse. Et Chrysostomus in epistolam Pauli ad Romanos, sermone. 23. libertas dissoluta & moderamine carens, vbiq; mala, confusionisque causa est. Postremo ij heretici sunt quos diuus Petrus velut digito ostendit, dicēs: in errore conuersantur, libertatem promittentes, cū ipsi serui sint corruptionis, & cæt. 2. Petr. 2. Aug. epistol. 166. & epistola vlt. c. extremo. de poenitentia, distinct. 2.

12 Virga atque correctio tribuit sapientiam, vt ait sapiēs: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrē suam. Et Comicus, deteriores nos omnes sumus licentia. Et Esaias, sola vexatio intellectū dabit auditui. Et alibi, misereamur impio, & non discet iustitiam facere. Et libro secundo Machabeorum capite sexto, multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est iudiciū. Adde quod, vt Hieronymus inquit, libro

tertio aduersus Pelagianos, ille hereticum interficit, qui esse hereticū patitur. Ceterum nostra correctio, viuificatio est: vt heresi moriens, viuat catholice fidei. pueri b. 29. Esaię. 26. & 28.

13 Et ne aliunde argumenta petamus, ex ipsa euangelica lege perspicuè constat, hereticos puniendos esse. Ac primū quidem veritas ipsa per Matthæum & Marcum inquit, vè homini illi, per quem scādalum venit. expedit enim ei, vt suspendatur mola asinaria ad collum eius, & demergatur in profundum maris. Nemo autem est, à quo tam graue scādalum veniat, quàm ab heretico. Deinde, Paulus apostolus pseudo prophetam cecitate percussit, quia subuertebat vias Domini rectas, & proconsulem à fide conabatur auertere. Et alibi, punitionē hereticorum idem Paulus desiderabat, inquiens: vtinam abscindantur, qui vos conturbant. Et in Ioannis Apocalypsi, Deus ipse increpauit episcopos, qui hereticos tollerabant. Postremo, eodem pertinent omnia illa Christi verba, quibus heretici nominantur lupi rapaces. Quis enim lupos ouibus Christi inhiantes, non persequatur? quis cōprehenso nō interficiat? Matth. 18. Marci. 9. act. 13. ad Galat. 5. Apocalyp. 2. Matth. 7.

14 Præterea id ipsum innumerabiles ecclesiæ pontifices sancti doctoresque tradiderunt: ego tamen breuitatis causa tribus ero conten-

tus.

tus Anastasius pontifex maximus, Manichæos, quos ad fidem catholicam perducere nō potuit, ne sanctum gregem suā contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo exilio relegauit. Et Leo ille magnus ad Leonem Augustum scribens, inquit: hæreticorum pertinax infidiosa contentio illico conquiescit, si imperiali potestate frænetur. Et Bernardus in cantica: melius foret proculdubio, ut coereretur gladio illius, qui non sine causa gladiū portat, quā ut multos in suoserrores attrahere permittatur. Prætereo Cyprianum, Originem, Nazanzenum & ingens agmen. Constantinus Armeno pulus lib. 6. promptuarij. tit. 11. Origenes super numeros homilia. 9. Cyprianus libro de exhortatione martyrij. c. 5. Nazanz. oratio. 10. August. lib. 3. cōtra Gaudentium. ca. 26. & epistola. 48. Leo epist. 72. & 80. & 91. Bernar. in cantica homilia. 66. Thom. 2. secundæ quæstio. 10. cum seq. Alfonso lib. 2. de iusta hæretic. punitione cap. 3. Hermas lib. 7. de instauratione religio. cap. 22. & deinceps. c. nō vos & sequæ. c. si audieris. 23. quæstio. 5. c. nimirum. ca. displicet. cum seq. 23. q. 4. c. nec is 15. quæstione. 1.

15 Huc accedunt argumenta fortissima: nam hæretici crimen grauius est, quā adulterij corporei: seuerius igitur puniendū est. Quo argumento utitur Augustinus in ea epistola, quæ est ad Bonifacium, dicens: cur enim cum datum sit diui-

nitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniatur, & sacraligia permittantur? an fidem non seruare animā Deo, leuius est, quā feminam viro? epistola. 50.

16 Deinde, falsarius qui monetam, qui leges, qui rescripta principis falsat, iustissime quidem punitur: quantō magis hæreticus, qui scripturam sacram, qui leges omnipotentis Dei corrumpit, atque subuertit? Demosthenes ille, oratione cōtra Timocratem, inquit: illud etiā vobis recitabo, quod Solonem aliquādo dixisse ferunt apud iudices, in eo accusando, qui legem perniciosam rogarat, in hanc sententiā: receptum esse in vniuersum apud omnes ciuitates, quæ monetā adulterant, morte mulctādū. Deinde interrogasse iudices, nū eis ea lex iusta & laudabilis videretur? Qui cū videri sibi respondissent, subiecisse: putare sese, argenti monetam priuatorum cōtractuum causa reperitam inter ciues: sed leges monetam esse reipublicæ: iudices igitur oportere, multō magis si quis eam, quæ ciuitatis moneta sit, corrumpat, odisse & punire, quā si quis eam, quæ sit hominum priuatorū. Atque ut intelligerent, haud dubiè maius esse delictum, corrumpere leges, quā adulterare monetam, addidisse: multas ciuitates haud dissimulanter argento, quod sit ære & plumbo contemperatum, videntes, tamen esse incolumes, nec vllum ex ea re capere detrimentum: at si qui

qui perinde legibus adulterinis vsi, receptas corrūpi siuerint, eorū nullos vnq̄ non interuentione periisse.

17 Ad hæc, homicida iustissimas peccati sui pœnas luit: & eò magis si per insidias aut veneno interfecerit quenquam: hæreticus autem infidiator pessimus grauioribus pœnis dignus est, quippe qui multorum incautas animas veneno pestiferi dogmatis morte infelicissima occidit. Attestatur mihi diuus ille Hieronymus, qui in caput Iob. 24. hæreticus, inquit, homicida est, qui animas hominum noxijs & lethalibus sensibus interficit. Et Augustinus qui ait: videte qualia faciunt & qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore, sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conqueruntur. Adde quod vbi de religione, ibi de vita quoque agitur, ut Philo inquit libro in Flaccum. c. quando. 23. q. 4.

18 Item, seditiosi homines, qui ciuium pacem & amititiam peruertunt, & reipublicæ tranquillitatem dissipant & disturbant, quibus supplicij digni non sunt? Hoc spectant leges, hoc volunt, incolumen esse ciuium conjunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent, ut Cicero dixit. Et Plato ille diuinus libro quinto de republica docet, nihil esse ciuitati perniciosius, quā diuisionem atque discordiā: nihil melius quā cōcordiam & vnitatem. Aristoteles quoque libro secundo po-

liticorum, capite secūdo, ait: summum bonum ciuitatibus in amititia ponendū esse. Et alibi, videtur, inquit, amititia reipublicam cōtinere, & maiore quā iustitia, in studio fuisse legum latoribus: quod si amititia inter omnes esset, nihil esset quod iustitiam desiderarent: at si iusti essent, tamen amititiæ præsidium requirerent. Denique finis vniuersæ virtutis est amititia & vnitatis, ut Pythagorici tradunt, & Proclus est author, libro de anima & dæmone. Aristo. 8. Ethico. cap. 1. Cicero tertio officio. Julius Paulus lib. 5. sent. tit. de seditiosis.

19 Atqui nemo est, qui tam perniciosam seditionem in reipublicā inferat, quā hæreticus impius: nemo qui tot simul populorum, tot gentium, tot nationum, non modo corporibus, verum etiā animis pestem & interitum Machinetur. Est quidem hæreticus violator pessimus ecclesiasticæ pacis: quæ non nisi vnitatis prædicationis euangelicæ custoditur, ut Leo ad Martinum Augustum scripsit, epistola. 57. l. 4. tituli lib. 16. C. Theodo. Brunus lib. 2. de seditio. cap. 10.

20 Vnitatem autem & amititiam nihil magis peruertit quā schisma & hæresis: ut enim Nazanzenus inquit, nihil cōcordiam tam fortiter cōciliat, quā cōsonantia de Deo: & nihil magis ad discordiā facit quā dissōnātia d' illo. Et Hiero. nullus est inter eos fidus affectus, quorū diuersa fides est. Nā quemadmodū extra con-

controuersiam est, nulla re magis, quam efficaci religione atque eius vnitate, in vnus corporis societatem conciliari continerique liberos homines: sic omnibus perspicuum est, nihil eos magis separare & contra se diuidere, quam in religione dissidium, pugnam atque discordiam. Id nanque dissidium omnium maximum & perniciosissimum est: primum quæ rem præstantissimam, religionem scilicet, perturbet: deinde, quod societatem omnibus communem & arctissimam sua cõtatione laxet: denique, quod amicitiam soluat, qua neque iucundior, neque sanctior esse potest. Nam cum inter omnes res humanas nihil sit religione præstantius, nil in quo pari animorum alacritate promi sint homines, nil etiam cui firmi⁹ adhereant: necessario relinquatur, ut nulla neque arctior neque tenacior, neque iucundior esse queat, aut debeat amicitia, quam ea quæ ex Christianæ religionis consensu nascitur: & contra nullum odium vehemētius & pertinacius, & acerbius, quam quod ex religionis dissidio oritur: ex diuersitate autem religionum protinus seditiones oriuntur. nouel. constitutio. 103. actio. 14. Nazanze. oratione. 10. Hierony. in Matth. cap. 10. Hermas. lib. 2. de instauranda religione. cap. 1.

21 Huc pertinet consiliū illud prudentissimi mæcenatis ad Augustū Cæsarem: Deum, inquit, semper & ubique ita cole, ut moribus patriæ

est receptum, ad eundemque cultum alios compelle: peregrinarum verò religionum authores odio & supplicijs prosequere, non modo Deorum gratia quos qui contemnit, haud dubie nihil quoque aliud magni faciet, sed propterea etiam, quod qui noua numina introducunt multos ad utendum peregrinis legibus pelliciunt: inde coniurationes, cõditiones, & conciliabula existunt, minime vnus principatui commodæ res. Hæc Dion. Cassius historiæ Romanæ lib. 52.

22 Non igitur amicitia vera, nec cõcordia aut pax esse potest. inter catholicos & hereticos, ne inter ipsos quidem impios. Non enim est pax impijs, ut ait Esaias, sed sunt quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculationem & lutum. Et ut Platon inquit in Iyside: improbi nunquam vel sibiipsis, vel inuicem, similes sunt, & amici: sed stolidi penitus & instabiles. Et Aristoteles libro nono ethicorum: improbi nisi ad breue & exiguum tempus concordēs esse non possunt. Et alibi præuus nunquam sibi amicus est, se nanque semper oppugnat. Et Proclus libro de anima, improbus secum consentire non potest. Cũque semper secum pugnet, nimirum cũ alijs consentire non potest: necesse est enim tum propter naturam rationalem videre quodammodo verum, tum propter rationem perturbatam plurimum ignorare, secũque

dissi

dissidere. Et paulò post: contingit merito plarisque ad seiplos discordia frequēs: quoniam aliqua quidẽ a sensibus intronittunt, aliqua rursum ab imaginatione, aliqua ab opinione frequenter, nonnulla ab ira, a concupiscentia multa: non enim solũ ex opinionibus tales quedam passiones mouentur hominibus, sicut Stoici tradunt sed etiam cõtra, propter passiones quasdam & impetus, opiniones sæpe permittant: quandoque ex optimis pessima sæpe reperiunt. Hi ergo a multis principijs atque potentijs, & his quidem deterioribus, multiformes in se motiones accipientes, nimirum animam dissidentem habent atque discordem. Sciẽtia verò recta præditi ab vno quodã superiore principio cognitionem suscipiunt: vniuersam intellectus enim eis principia tradit: iam verò omnes sententiæ veræ, filia sunt intellectus: cum igitur a tali quodam principio simplicitate procedant omnes, merito omnes inuicem sunt concordēs. Esaiæ. 48. & 57. lib. 9. ethic. cap. 6. & lib. 2. magno. moralium. cap. 11.

23 Quam sint hæretici rebus publicis perniciosi, testis est nunc Germania: testis fuit nuper Anglia: testis iam olim vniuersus orbis, impiorum hæresibus frequenter concussus. Arrianorum perfidia (ut vno sim exemplo contentus) non solum parua res, sed etiam maximam labefactatæ sunt. Nec enim tam

tum affinitates, cognationes, amicitia, domus, verum etiam vrbes, populi, prouinciæ, nationes, vniuersum postremo Romanum imperium funditus concussum & emotum est. Nam cum profana ipsa Arrianorum nouitas, velut quedam furia, capto prius omnium imperatore, cuncta deinde palatij culmina legibus nouis subiugasset, nequaquam deinceps destitit vniuersa miscere atque vexare, priuata ac publica, sacra profanaque omnia: nullum boni & veri gerere discrimen, sed quoscunque collibisset, tanquam de loco superiore percutere.

24 Tunc temerata coniuges, depopulata viduæ, profanata virgines, monasteria demolita, disturbati clerici, verberati leuite, acti in exiliũ sacerdotes, oppleta sanctis ergastula: quorum pars maxima interdictis vrribus, protrusi atque extorres, inter deserta, speluncas, feras, saxa, nuditate, fame, siti affecti, attriti & tabefacti sunt. Atque hæc omnia nũquid vllam aliam ob causam, nisi utique dum pro cælesti dogmate humanæ superstitiones introducuntur: dum bene fundata antiquitas scelestâ nouitate subruitur: dum superiorum instituta violantur: dum rescinduntur scita patrum: dum cõuelluntur definita maiorum: dum sese intra sacratæ atque incorruptæ vetustatis castissimos limites profanæ ac nouellæ curiositatis libido non cõtinet: Hæc Vincetius Lyriensis

- nenfis libro aduersus hærefes. Vide Raynoldum polum ad Hærricum octauum regem Anglię: Ioannem cocleum, de actis & scriptis Lutheri, Bartholomeum latomum in cōfutatione criminationis Buceri.
- 25 Accedunt præterea argumenta fortissima contra hæreticos Lutheranos (quorum appellatione sacramentarij & Anabaptistę ac cæteri pestiferi huius temporis impij continentur) lex ait: si quis violauerit muros capite punitur: quanto maiori pœna digni sunt, qui muros ecclesię catholicę violant, & ecclesias ipsas funditus euertunt. l. vlt. ff. de rer. diuersio.
- 26 Si quid in sacerdotes aut alios ecclesię ministros committitur, capitali sententia vindicatur: & ij hæretici nihil non admittunt contra clericos & monachos & cæteros Dei ministros. l. si quis in hoc gen^o. C. de episcop. & clericis.
- 27 Raptores virginum aut viduarum, quæ Deo dicatę fuerint, pessima criminū peccantes, capitali supplicio plectendi sunt: quinimo si quis non dicam rapere, sed attentare tantummodo iungendi causa matrimonij sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriendus est: & ij homines scelerati & nefarij sanctimoniales rapiunt, easq; incestis nuptijs polluūt. l. raptores l. si quis non dicam. C. de episcop. & cleri. c. si quis rapuerit. 27. q. 1.
- 28 Sacrilegi ad bestias damnantur, aut viui exuruntur, vel in furcas su-
- spenduntur, vt Vulpianus memorat. Aelianus quoq; libro vndecimo varię historię retulit, sacrilegos iuxta legem delphicam, præcipites agi solitos: & ij omnes hæretici publica sacra compilāt. l. sacrilegij & l. sacrilegi. ff. ad leg. viliam peculat. c. quisquis. 24. quæst. 3. c. nulli. cap. prædia. 12. quæstio. 2.
- 29 In profana militia desertores capite puniri solent: quātō magis puniendi sunt impij, qui sacram Dei militiam deserunt. l. non omnes. §. desertor. ff. de re milita.
- 30 Transfugę viui exuruntur, vt inquit Vlpianus, aut certē furca suspenduntur, vt ait Iulius Paulus: & transfugas vbicunq; inuēri fuerint, interficere licet, sicuti Martianus est author: quin etiam is qui volens transfugere apprehensus est, capite punitur, quemadmodum Modestinus tradidit: exurendus est itaq; impi⁹, qui ad hæreticos hostes pessimos Christianæ reipublicę transfugit. l. aut damnum. §. hostes. l. si quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis. l. 3. in fine. ff. ad leg. Corne. de sicarijs. l. 3. §. is qui ad hostem. l. proditores. ff. de re militari.
- 31 Ad extremum, quibus pœnis digni nō sunt parricidæ: ij autem hæretici ecclesiam occidunt matrē re generantem: fatendū est igitur, eos plusquam parricidas esse: si quidē est atrocius animę matrē occidere, quā corporis. Ea est igitur atrocitas tot ac tantorum criminū, vt grauissimam animaduersionē, & horren-

- & horrendi exempli postulet supplicium. l. pœna. ff. ad leg. Pompe. de parrici. leg. Sancimus. C. de sacrosanct. ecclesijs. c. qui abstulerit. 12. quæstio. 2.
- 32 In summa hæretici iustissime puniuntur, quia furēs sunt & latrones: & per ianuam ecclesię non intrant: quia sunt adulteri atque falsarij: quia sicarij sunt, & occidunt animas: quia seditiosi sunt & hostes: quia reipublicas labefactant atque peruertunt: denique, quia directō diuinam maiestatem lædunt: Nam si in eos rectissime legum latores animaduertunt, qui principem lædunt atque reipublicam, quātō rectius in eos animaduertendum est, qui Deum ipsum omnipotentem lædunt: cum sit longē grauius diuinam quam humanam, & æternam, quā temporalem lædere maiestatem: athen. Gazaros. C. de hæreticis. cap. vergentis. de hæretic. c. cum secundum eod. titul. lib. 6.
- 33 Quas ob res non modō veræ religionis cultores punire solent hæreticos, sed hi etiam qui verum Deum ignorabant, varijs pœnis eos afficiebant, quos impios & hæreticos esse putabant. Sic eos qui Deorum prouidentiam negabant, impietatis damnabat antiquitas, vt libro de su-

perstitione Plutarchus est author sic Diopites decretum fecit, vt omnium, qui de dijs non rectē sentirent, aut de rebus caelestibus novos sermones inducerent, nomen deferretur, & iubente populo decretum ratū fuit, quemadmodū idem Plutarchus in Pericle, tradidit: Sic in causa violatę religionis licebat Athenis, abducere in carcerem, accusare publicē, causam apud Eumolpidas agere, proponere apud regem, vt a Demosthene proditum est, oratione aduersus Androtionem. Sic Iulius Paulus libro quinto receptarum sententiarum titulo de vaticinatoribus, qui nouas, inquit, & vsu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moueantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur. Et in curia Areopagitica publicum & capitale iudicium exercebatur propter nouam religionem. Quin etiam qui verbo vno patriam religionem læderent atque minuerent, religionis læsæ tanquam inaiestatis rei damnabantur. Sic denique vt Cicero libro secundo de legibus inquit, in omni religione impij, non solum vita cruciati atque dedecore, verum etiam sepultura & iustis exequijs caruerunt. Et Eusebius

in proemio libri quarti præparationis euangelicæ indicat, fuisse hoc quoddam ius gentium, vt noua religio reprimeretur, cum eius reprimenda causa, dicitur, vbiq; scriptas fuisse leges capitales.

34 Huius rei affatim exempla suppetunt, quorum aceruatim aliqua memorabimus. Scythæ Anacharsim occiderunt, & regem suum Scylem regno priuarunt, & necarunt, propter externos ritus: vt Herodorus libro quarto scriptum reliquit. Anaxagoras impietatis accusatus est, quod solem lapidem esse dixisset: author Plutarchus libro de superstitione. Athenienses Diagoram philosophorum pepulerunt, quia Deos negauit, & omnem eorum opem. Tatianus in oratione contra Græcos inquit, Diagoras Atheniensis erat, sed quod mysteria apud Athenienses profanasset, ab eis punitus est: idem Socratem damnauerunt, quod nouam religionem introducere videbatur, ac de Atheniensium religionibus detrahebat, sicuti Plato in apologia & epistola septima, & Cicero libro primo de natura Deorum, & Seneca epistola. 105. & Iustinus martyr in apologia prima pro Christianis, & innumerabiles alij

tradiderunt. Alciat. lib. 9. parergon. ca. 15. & Valerius maxim. lib. 1. cap. 1.

35 Alcibiades absens tanquam hæreticus damnatus est, vt Thucydides libro sexto, & libro octauo, & Plutarchus in eius vita, & Iustinus historicus libro quinto commemorant. Accusatus impietatis Aristoteles quod cultum Deorum minus probaret, in Chalcidem profugit: vbi diu versatus, quum literis amicorum ad reditum vocaretur, in hunc modum respondit: ex Athenis quidem recessi, ne causam Atheniensibus darem iterum scelus committi, sicuti in Socratem commiserunt: neue impie contra philosophum rursus fecisse incusentur. Cuius rei Guarinus in vita Aristotelis, & Crinitus libro decimo, de honesta disciplina capite tertio, Laertius alijque meminerunt. Persæ virum aliqui grauissimum Scotem capitis poena damnauerunt, quod à persarum religione ac caeremonijs auersus erat, & uxorem defunctam contra patrium ritum humanit. Testis Procopius libro primo de bello persico. Prothagoras, Anaxagoras, Anacharsis, & innumerabiles alij, apud Græcos, Scythas & Persas, ob eandem causam

sam varijs tormentis & supplicijs affecti sunt, vt Iosephus libro secundo contra Apionem, Plutarchus in vita Nicie, Diogenes Laertius in eorum vita, Chrysostomus in priorem Pauli epistolam ad Corinthios, homilia quarta, & Cyrillus libro sexto contra Iulianum, auctores sunt. Quid plura? idololatræ, hæretici, Mahumetani, non ob rem aliam tot Christi martyres beatissimos, exquisitissimis poenis excarnificauerunt, nisi quod suis religionibus, sectis, & superstitionibus aduersabantur.

36 Cæterum catholica Christi ecclesia non punit hæreticos, vt eos funditus perdat, sed vt conuertantur & viuant. Eò enim tendunt argumenta omnia, quibus Augustinus docet, hæreticos puniendos esse. Phreneticus ligandus, inquit, & corripiendus est, ne præcipitetur: & qui somno lethargico tenentur, excitandi sunt etiam flagellis: Deus quoque nos omnes flagellis corrigit: & pater filios, & pastor item errantia pecora flagello reuocat ad gregem. Præterea pro hæreticis sunt leges istæ poenales, quæ illis videntur aduersæ: quoniam multi per illas correcti sunt, &

quotidie corriguntur. Molestus est & medicus furenti phrenetico, & pater in disciplina to filio, ille ligandus, ille cedendo sed ambo diligendo: si autem illos negligant, & perire permittant, ista mansuetudo falsa, crudelitas quidem est. Hæc Augustinus, & alia in eandem sententiam. Diuus quoque Hieronymus ad Riparium scribens, inquit: non est crudelitas crimina pro Deo punire; sed pietas. Augustinus epistola. 48. & 50. libro. 3. regum capit. 20. cap. legi. 23. questio. 8.

37 Cuius ille meus Seneca, in libro de Clementia, dixit: in iudicando, siue corrigendo, hanc legem princeps quoque sequi debet: vt aut eum, quem punit, emendet: aut poena eius cæteros meliores reddat: aut sublatis malis securiores cæteri viuant. Ecclesiæ quidem prima intentio est, vt conuertat hæreticos, sicuti iam ante dixi: altera, vt hæretici poena sit metus omnium: vt qui malitia nocuit, supplicij profit exemplo: vt quos Dei timor à malo non reuocat, temporalis saltem poena cohibeat à peccato. Latabitur iustus (inquit) propheta

pheta regius) cùm viderit vindictam impij, manus suas laubit in sanguine peccatoris. Non letabitur iustus, quòd insultet peccatoris calamitati, sed quòd videat gloriam Dei illustrari, & homines à maleficio deterreri, dum improbi pœnas luunt: psal. 58. Chrysostomus ad populum Antiochenum. homilia. 50. l. i. C. ad leg. Iuli. repetund.

38 Sapienter admodum, ut solet, Aristoteles in fine libri vltimi ethicorum, inquit: multitudo necessitati potius, quam rationi: & pœnis, quàm honestati paret: idcirco aduersus inobedientes & hebetiores ingenio, castigationes pœnasque instituire oportet: eos verò qui curari & emendari nequeunt extrudere & exterminare. Improbis enim dolore afficiendus est, perinde atque iumentum. Nam ut Fabius ait, qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. Et Plato diuinus libro duodecimo de legibus, pœnis maligni vexantur, ut & ipsi, & qui puniri iniquitates viderunt, in iustitiam oderint, aut saltem minus in simili vitio peccent. Theo-

saltem terrore reuocentur. Et Demosthènes, oratione contra Aristogitonem: duæ res sunt, propter quas omnes feruntur leges: tum ut ne quisquam iniusti aliquid agat: tum ut ijs qui ius violarunt, puniatis, alij meliores reddantur. Fabius lib. 12. cap. 7. leg. 54. titul. 4. lib. 16. C. Theodosiani.

39 Ad tertiam illam causam ea pertinent, quæ Clemens Alexandrinus prope finem libri primi Stromatum, in hanc sententiam scripta reliquit: lex eorum, qui ei parent, curam gerens, ad pietatem in Deum instituit, & dictat ea, quæ sunt facienda, & propulsat vnumquodque peccatum, pœnas imponens ijs, quæ sunt mediocria: cùm autem viderit aliquem ita se habere, ut videatur immedicabilis, utpote qui ad extremam prouehatur iniustitiam: tunc aliorum iam curam gerens, ne ab ipso corrumpantur, tanquam aliquam partem à toto corpore rescans, sic eum qui est huiusmodi, occidit saluberrimè. Ac de his quidem nimis fortasse multa.

40 Sed quid argumentis opus est? Magistra rerum experientia docet, punitionem hereticorum remedium esse maximum ad extirpandas hereses: quemadmodum

modum e contrario maxima est illecebra peccandi impunitatis spes, ut Cicero dixit in oratione pro Milone. Cyprianus quoque sermone de passione Christi ait, facilitas veniæ peccatis laxat habenas: & ut inquit Ambrosius, incentiuū tribuit delinquendi. Et Chrysostomus sermone de Absalon: semper scelera dum non rescantur, incrementum accipiunt: & in augmenta facinorum profilitur, quoties secunda impunitate peccatur. Vbi autem experimentum docet, quid cōferat, quid illic opus est speculationibus? Ut Dionysius dixit, libro vndecimo antiquitatum Romanarum. Et sicuti Clemens Alexandrinus, libro primo Stromatū inquit, est vel maximè fide digna probatio, quæ est cum experientia, quia nihil ferè distat à demonstratione. c. est iniusta. 23. quæstio. 4.

41 Huius autem effectus testis est diuus Augustinus in ea epistola, quæ est ad Vincentium: testis religiosissima Hispania, cui plebs inquieta, auidaque est in nouas res, ut ait Liuius, & effrænatæ libertatis cupida esse solet, & quæ nisi pareret, imperat: attamen hoc præsentis remedio quiescit, & catholicam fidem puram ab heresibus seruat: quod sanè ad egregiam Hispaniæ laudem pertinet: quæ ut Vaseus inquit, sicut opulencia, bellica virtute, imperij amplitudine reliquas omnes prouincias vel superat, vel certè æquat: ita religionis antiqui-

tate, & veræ fidei cultu nulli omnino priores partes concedit. Fuit profectò Hispania Christianæ religionis semper obseruantissima, & fidem catholicam, qua semel imbuta, syncerissimè vsq; coluit, hereticis infestissima. Quotquot in Hispania sunt de rebus fidei cognitores, ea fide religionem officij seruant, ea integritate ac vigilantia, ut nemo quisquam hiscere contra sacrosanctam ecclesiæ statuta quidquam audeat. Alibi forsàn impiè facere non licebit, in Hispania ne loqui quid nisi piè, conceditur: alibi errores fortè iam nati extirpantur, in Hispania ipsa etiam errorum semina, anteaquam pullulent, opprimuntur. August. epistola. 48. Liuius lib. 22. Vaseus prioritomo chronicorum, Hispaniæ: cap. 9. Godofre. in. l. vltim. C. de hereticis.

42 Sed ad eam partem, ex qua egressi sumus, reuertamur: in hereticos, impios, & idololatrias vltimi supplicij pœna iustissimè constituta est, à diuino etiam legislatore. Nam in Deuteronomio lex ait: propheta, qui dixerit eamus & sequamur Deos alienos, interficietur: quia loquutus est, ut vos auerteret à domino Deo vestro. Et rursus, propheta, qui arrogantiā deprauatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi, ut diceret, interficietur. Itaque Iosias & Mathatias plures idololatrias occiderunt, ut in

De pœnis

libris regnorum & Machabeorum continetur. Et Athenienses quos impietatis damnabant, lapidibus obruebant, vt est apud Aelianum lib. 5. variæ historiæ. Deuterono. 13. & 18. lib. 4. regum cap. 23. lib. 1. Machabeo. cap. 2.

43 Quin etiam in libro numerorum capite vigesimo quinto, iratus dominus cōtra Iudæos quia Deos filiarum Moab adorauerāt, & initiati erāt Beelphegor, dixit ad Moysen: tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis. Et Phinees virum & mulierem ob eam causam pugione perfodit. De qua re differens Philo in primo libro de monarchia, inquit: qui à pietate deficiunt, plectendi sunt pœna vltima, quod tenebras præponāt luci clarissimæ, & data opera mentem excæcant, cum potuerint verum cernere. Permissum est autem cuius bene nato educatoque à talibus sine mora pœnas sua manu exigere, non expectato assensu senatus & iudicum, inuò ne delato quidem nomine: & sequi animi. amantis Deum, infestique vitij impetum, concitati aduersus impios nulla dignos clementia, semel accepta potestate senatus, iudicum, prætorum, tribunorum, accusatorum, testium, legum, populi: vt absque omnibus impedimentis intrepidè pro pietate decertare liceat. Et Paulus apostolus in epistola ad Hebræos, capite decimo, cōtra hereticos hoc

argumento vtitur: irritam quis faciens legem Moyfi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis, deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamēti pollutum dixerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

44 Celeberrimi quoque philosophi in eadem sententia sunt. Plato quidem libro decimo de legibus, impios non vna morte dignos esse cēfuit, sed pluribus. Isocrates in Panathenaico dixit, existimo, confessione omnium, pessimos viros esse, grauissimaque pœna dignos, qui res ad hominum salutem inuentas, ad aliorum perniciem conuertunt: neque ijs contra barbaros, neque contra delinquentes, sed contra coniunctissimos, & cognatos suos abutuntur: quod heretici omnes proculdubio faciunt. Et idem Isocrates in oratione contra Lochitem, æquum est, eos qui id violant, quod maximi facitis, grauissimo supplicio affici à vobis. Prætereo sciens alios.

45 Quamuis autem pluribus modis vltimum supplicium irrogetur: impij tamen heretici generali omnium consuetudine comburi solent: quod iustissimum quidem est, tametsi quidam dissentiant. Hostien. Ancha. Ioan. And. Card. Henrri. & cæteri in. c. ad abolendam de heret. Brunus. lib. 5. cap. 3. Areti. & Aleiat. in. l. 1. C. de summa trinit.

Titulus

trinit. Bertrandus consilio. 212. lib. 2. Alfonso lib. 2. de iusta heretico. punitio. cap. 12. Corasius lib. 3. miscellane. cap. 8.

46 Nec iniqua est ea consuetudo, sed iuri diuino consonat: inquit enim seruator noster, si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Et Paulus in epistola quæ est ad hebræos, terra proferens spinas ac tribulos, reprobata est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem: Huiusmodi terra est animus hereticorum, quæ tribulos & spinas profert suffocantes verbum Dei. Et ignis egressus à domino interfecit impios, qui recesserunt à Moyse. Ioan. 15. ad Hebræos. 6. nume. 16.

47 Quamobrem antiquissima est pœna ignis aduersus impios & hereticos, vt ex actis Chalcedonensis concilij satis constare potest. Illic enim episcopus Alexandrinus dixisse traditur: si Eutyches præter dogmata ecclesiæ sapit, non solum pœna dignus est, sed & igne. Anatholium quoque hereticum igni viuū combufferunt, vt Nicephorus prodidit libro decimo octauo ecclesiasticæ historiæ, capite quarto. Gregorius quoque libro primo dialogorum refert, Basilium magum Romæ fuisse combustum, & rem gestam laudat. Et propter impiam atque scelestam disciplinam Templarij concremati fuerunt, vt Petrus crinitus & Paulus æmilius authores sunt.

XLVI.

220

& Basilus hereticus cōmuni suffragio combustus fuit, sicuti Zonaras retulit in imperio Alexij comneni: Albij quoque heretici iam olim viui cremati sunt, quemadmodum Paulus æmilius libro sexto de rebus Francorum retulit. Item constitutionibus Siculis cauetur, vt viui heretici in conspectu populi comburantur, flammarum commissi iudicio. Quod legibus quoque Hispanis constitutum, & consuetudine iam pridem receptum est. Accedit etiā quod eadem pœna ethnici & heretici catholicos punire solebant, vt Eusebius, Ruffinus, Sozomenus, Nicephorus, ac Theodoritus in ecclesiastica historia locupletissimi testes sunt: actione. 1. Synodi Chalcedonen. Grego. lib. 1. dialog. cap. 4. constitutio. Siciliæ lib. 1. tit. 1. regia. l. 2. titu. 26. parte. 7. & l. 2. tit. 1. lib. 4. fori legum. 2. Machabeo 6. Eusebius lib. 4. histor. ecclesiastic. cap. 15. & lib. 5. cap. 3. & lib. 6. cap. 31. & lib. 8. cap. 11. Ruffinus lib. 11. eiusdem operis. cap. 2. Sozomenus lib. 6. historiæ tripartitæ. capit. 9. & 11. Theodoritus. eodem libro cap. 16. Pet. crinitus lib. 1. de honesta disciplina cap. 13. & lib. 24. cap. 13. Paulus æmilius lib. 8. Nicephorus lib. 3. c. 35. & lib. 5. cap. 30. & cap. 31. & lib. 7. cap. 10. & sæpe alibi.

48 Igne igitur extirpanda est heretica pestis: ne nobis Deus irascatur si hereticos dimittimur impunitos. Iuxta quod imperator Theodosius inquit: vnde ver solitam gratiā ab

iuravit: vnde estas messe ieiuna laboriosum agricolam in spe destituit aristarū? Vnde hyemis intemperata ferocitas hubertatem terrarum penetrabili frigore sterilitatis læsione dānavit? nisi quod ad impietatis vindictam transit lege sua naturę decretū? Quod ne posthac sustinere cogamur, pacifica ultione pianda est supremi numinis veneranda maiestas. Hæc ille: qui eadem illam constitutionem his verbis exorditur: inter ceteras sollicitudines, quas amor publicus perugili nobis cogitatione indixit, præcipuam imperatorię maiestatis curam esse perspicimus verę religionis indaginem: cuius si cultum tenere potueris, iter prosperitatis humanis aperimus inceptis. Et post aliqua: præterea præcipim⁹, ut quicumque seruum seu ingenuum inuitum, vel suasionē flectēdo ex cultu Christiana religionis in nefandam sectam, ritumque traduxerit, cum dispendio fortunarum capite puniatur. Et paulo post: cernat præterea, bona sua proscrip̄ta, pœnæ mox sanguinis destinandus, qui fidem alterius expugnauit peruersa doctrina. Lex profectō Hispano imperatore digna: vt enim Honorius & Theodosius aiunt, grauius est morte & immitius cede, si quis ex Christiana fide incredulitate Iudaica polluat. Adde Leonem magnum quodam loco dicentem, diligenter attendite fratres, & scitote, aliud esse in Deum peccare, a-

liud in hominem. Quādo enim in nos peccant homines, si pœnitentibus veniam non indulgemus, peccatum incurrimus: quādo aliquis in Deum peccauerit, si sine grandi districtione indulgere voluerit? participes nos peccatis eorum efficiamur. Quę sententiā Cyrilli quoque fuit libro sexto in euangelium Ioānis. cap. 9. C. Theodosi. titul. de Iudæis. l. 1. & lib. 16. titu. 6. l. 75. Leo. sermone de martyribus.

49. Hæc autem pœna ignis hæretici tantummodo relapsi, pertinaces, & impœnitentes puniuntur: nam alij omnes hæretici salutari pœnitenti iniuncta, ecclesię catholicę gratiō benignè admodum excipiuntur. Nec enim hæretici, etiam pertinaces, statim in ignem mittendi sunt: sed prius moneri sepe debent: & viris religiosis & eruditis colloquentibus, de statu causę, & animę salute illis consulendū est: nec protinus audiendi sunt perire volētes, sed sententia differri debet, vt hæreticus furor elanguat: donec vt Lucanus cecinit.

Deserat hic feruor mentes, cadat impetus amens,

Perdant, velle mori.

Nam sicut alius ait:

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est.

Et eò magis, quod de morte animarum æterna, dilatio & cunctatio est. Quod si diutius in errore permanserit hæreticus pertinax, tūc lata sententia, qua declareretur hæreticus

ticus, iudici seculari relinquendus est: qui confestim illum condemnare, & in ignē mittere debet: pertinaces autem viui cremari, alij vero anteaquam comburantur, singulari solent. Quod Ieyua quoque noster lib. 2. Variar. resolutio. retulit. cap. 10. Lucanus lib. 5. c. ad abolendā de hæreticis, quinta instruct. Hispal. cap. 9. Alfonso lib. 2. de iusta hæreti. puni. ca. 1. Hermas lib. 2. de instaur. religio. cap. 15. Godofredus in l. 4. C. de hæreti.

50. Adde etiam, quod aduersus pertinaces & manifestos hæreticos iustissima est belli causa: quia sunt orthodoxorum hominum hostes omnium perniciosissimi. Indictō autem eis bello, cuiuscūque licebit spoliare, comprehendere, atque occidere illos: & ciuitates eorum ferro & igne depopulari. Præterea Innocentius tertius constituit, vt catholici, qui crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto priuilegio sint muniti, quę accedentibus in terrę sanctę subsidium conceduntur. Deut. 13. ca. Si audieris. c. si vos. 23. quęst. 5. c. excommunicamus. §. catholici de hæreticis. Hostiē. in summa. tit. de hæretic. §. qualiter. Raymundus quoque. §. sed nunquid. Ioan. And. Ancha. & ceteri. in. ca. præfidentes. de hæretic. lib. 6. Alex. Ales. 2. parte quęstio. 181. membro. 11. Gonsalus. de hæreti. prau. quęst. 14. Alfonso lib. 2. de iusta hæreti. punitio. ca. 14.

Hermas lib. 2. de instaura. religio. cap. 13. Brunus lib. 3. de hæreti. cap. vltim. & lib. 5. cap. 16. Ludo. Carelius de hæreticis. nume. 148.

51. Iterum, prægnans mulier etsi hæretica sit vel suspecta, nec punienda tamen, nec excruciatā est quoad pariat. Quod antiquissima Egyptiorum lege cautū erat: existimabant enim, penitus iniquum esse, cum qui nihil commississet, vnā cū facinorosa pœnam pati: aut duos plecti, cum vnus deliquisset. Insuper cum sola peccasset mater, minime equum censebant, filium patri matrique communem luere maternam pœnam. Cuius legis meminit Diodorus Siculus lib. 2. & Plutarchus, libro de sera numinis vindicta, dicens, eam quoque gręcis transcrip̄tam fuisse: a quibus (ni fallor) ad Romanos trāsata fuit: & ab illis in Hispanos deriuata. l. prægnantis. de pœnis. l. 2. ff. de mortuo infer. l. 1. §. & generaliter. de ven. in possessio. mitten. l. regia. vltim. titul. 31. par. 7. Chrysostomus homilia. 5. de pœnitentia. Clemens Alexandrinus. lib. 2. Stromatum.

52. Ad pœnam quoque pertinet, & hæreticorum odium, quod fides illis data seruanda non est. Nam si tyrannis, piratis, & ceteris publicis prædonibus, quia corpus occidit, fides seruanda non est: longè minus hæreticis pertinacibus, qui occidit animas: porro fieri non potest incolumibus viris huiusmodi, quin simplices fidelium animæ capiantur.

At graue est fidem fallere: verum tamen (vt Marius Salomonius ait) promissa contra Christum fides si prestetur, vtiq; perfidia est. Iure igitur heretici quidam grauissimo coci-
lij Constantiensis iudicio legitima flamma concremati sunt, quamuis promissa illis securitas fuisset. Beatus quoque Thomas censet, hereticum indocilem prodendum esse iudicibus, non obstante fide, & iuramento, quibus catholicum astrinxerit. Concilium Constantiense canone. 6. Salomonius in. l. 2. §. exactis de Orig. iur. Tho. 2. 2. questio. 70. art. 1. & questio. 40. articu. 3. Cicero lib. 3. officii. cap. pen. Ambros. lib. 1. offi. cap. 29. Bar. in questio. Lucanę ciuitatis. & in. l. conuentionum. de pactis. & illic Fortunius & ceteri.

53 Accedit eodem, quod cum hereticis nullum commercium, nec pax vlla catholicis esse debet: quā obrem fides illis data, etiam iuramento firmata, contra publicum bonum, cōtra salutem animarum, contra iura diuina & humana, nullo modo seruanda est. In malis promissis (inquit Isidorus) rescinde fidem: & iuramentum esse non debet vinculum iniquitatis. Accedit etiam, quod pax & communicatio cum hereticis pertinacibus, iniusta & impia est: nec enim omnino pax esse potest, quę hereticorum simul & catholicorum professione permixta, cunctas religionis verę & syncerę sedes semper turbauit. Vnde Gelasius papa ab Anastasio im-

peratore insimulatus, quasi pacem detrectaret, quā ipse cum hereticis, iniquis tamē conditionibus facere instituerat: qualis ea esset pax, his verbis demonstrat. Ergo, inquit, gloriose imperator, nolo ego ecclesiarum pacem, quam etiā si cum mei sanguinis impedio prouenire possit, amplecterer? Sed precor te cuiusmodi debeat esse pax ipsa, non vtcunque, sed veraciter Christiana mente libremus. Quomodo enim potest esse pax vera, cui charitas intemerata defuerit? Charitas autem qualiter esse debeat, nobis euidenter apostolus predicat, qui ait: charitas & corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodo queso de corde erit puro, si contagio inficiatur externo? quomodo de conscientia bona, si prauis fuerit malisque commixta? quomodo fide non ficta, si maneat sociata cū perfidis? Quę cū a nobis sepe iam dicta sint, necesse est tamē incessabiliter iterari: & tandiu non tacere, quandiu nomen pacis obtenditur: vt nostrum non sit (vt inuidiose iactatur) facere pacem, sed talem velle doceam, qualis & sola pax esse, & preterquam pax nulla esse monstratur. c. in malis. c. inter cetera. 22. questio. 4. l. generaliter. de verbo. obligatio. c. non est obligatorium. de regul. iuris. Gelasius tomo de vinculo anathematis: Brunus lib. 3. de hereti. cap. 14. cum seq.

54 Sitamē fides hereticis data esset à principe vel publica potestate: exacte

acte seruanda esset: si modò quod addixisset, non sit de illo genere rerum, quas lex aut inspirata, aut naturalis vetat prestare. Non enim videtur esse vetitum, eorum quę ad naturę, aut gentium ius attinent, habere cum heretico commercium, presertim quod in columi religione haberi possit: quia possibile esset vt per pia monita, etiā pertinacissimus ad saniolem mentem redeat: quod tamen priuatus inuito superiore seruare non teneretur: publica nanque authoritas nullius partis suę, siue magnę, siue parue sed à Dei voluntate, imperioque dependet: contra, ab istius imperio pendet omnium, & singulorum, qui sub eo comprehenduntur, voluntates. Quamuis autem hereticus magis vitandus sit, quam reliqui religionis hostes, qui permitti queūt ex causa in Christiana republica commorari: nam ritibus nostris inspectis, suaque religione cum nostra discussa, spes est piorum hominum monitis ad nostram societatem posse perducere: hereticus tamē nullo modo in nostrę religionis republica erit admittendus: tam propter infatigabile alios corrumpendi studium, quàm propter fucatisimę impietatis, ideoque perniciosissimę, latius & latius semper serpens contagium, sub pulcherrimę (quod periculosissimum est) Christianę pietatis pretextu: vt difficile sit non tentari, penęque impossibile non inquinari. Hermas

lib. 2. de instaur. religio. cap. 14. & cap. 6.

55 Poena igitur ignis puniri debent heretici: aut si id fieri nō possit, certe amandandi & expellendi sunt, bonis etiam publicatis. Quod legibus regū Gothorum iam olim in Hispania cautum fuisse legimus: confiscabantur enim hereticorum bona, & honore ac dignitatibus exuti, perpetuo exulabāt: nec enim vlla communio catholicis esse debet cum impijs & hereticis, vt sepius diximus. Vnde fit, vt omnia cōmercia sint hereticis interdicta: nec eorum contractus, aut voluntates vltimę, nec alia eorū acta rata sint, nec ex testamento alterius quippiam accipere queant, presertim cū manifesti aut, conuicti fuerint. regia. l. 2. tit. 2. lib. 12. legum Gothicarum. l. Manicheos. l. Arriani. C. de hereticis. Brunus. lib. 5. de hereti. cap. 14. & lib. 6. cap. 3. cum seq. regia. l. 4. titu. 3. parte. 6. & l. 4. titu. 26. parte. 7.

56 Inde etiam fit, vt quidquid hereticis relinquatur, fiscus rapiat: si modò scienter illis relictum fuerit: nam si quis ignorans aliquem hereticum esse, heredem illum instituerit, probalius est, vt pro non scripta sit institutio, & hereditas proximioribus defuncti consanguineis deferatur: quemadmodum Baldo & quibusdam alijs placere video, quibus assentior. Nam si episcopus aut alij clerici hereticos, etiam consanguineos, hæredes instituerint, anathe

- anathemandi sunt, & illorum nomina delenda: id tamen locum non habet in his, qui ignorantes illos hereticos esse, eosdem hæredes instituerunt. regia. l. 16. titul. 6. lib. 3. fori legum. Bald. in. l. eam quam. C. de fideicommissis. Ancha. & Imolen. in c. 2. de testa. Alex. in. l. 1. C. de hered. instit. c. si quis episcopus. c. in eos. de hereti. & illic. Io. de ana. Feli. in. c. 2. de heret. lib. 6. Bal. consil. 334. lib. 2. Brunus lib. 5. de hereti. cap. 11. & Ludo. Care. eod. titu. nu. 151.
- 57 Hinc & illud est, quod hæretici repelluntur ab accusatione, ac testimonio, & ab omnibus iudiciorum actis, & omnino ab omni actione: nec audiendi sunt in iudicio si quid velint exigere: quia excommunicati sunt, & iuribus atque actionibus ipso iure privati. Quamobrem exceptio heresis omnem actionem excludit: sine qua nemo recte experiri solet. c. pagani. c. alieni. c. non potest. 2. questio. 7. l. quoniam. C. de heretic. c. excommunicamus. eod. titu. c. intelleximus de iudic. l. si pupilli. §. videamus. de negot. gestis. c. cum secundum. de heretic. lib. 6. glos. & Prepositus. in. c. quo iure. 8. distinct. Ripa. in. l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. posse. Brunus. lib. 5. de hereti. cap. 10.
- 58 Hæretici iudices esse non possunt, quia infames sunt & excommunicati, & omni dominio ac iurisdictione privati. c. vlti. de heret. lib. 6. l. vlti. C. de Iudeis. l. 1. titu. 2. libro legum nouellarum Theodosij.

59 Quod si Philippus magni Alexandri pater, iudicem quandam officio recte priuauit, quia capillos inficere solitus erat: quanto iustius à iudicandi munere repellendus hereticus est: Memorat plutarchus in apophthematis, quod cum Philippus quandam ex Antipatri amicis iudicum numero ascripsisset: posteaquam & barbam & capillos eum sibi inficere sensit, remouit: quod diceret, eum qui in capillis infidus esset, dignum non esse, cui in negotijs fides haberetur. Qui in pilis, inquit, infidus est, qualem in negotijs remur futurum. Cui confine est, quod Archidamus Lacedemoniorum rex in Cæum senem dixisse auunt: quid hic sani dicet, cuius non solum animus, verum etiam caput fucis contaminatum est: author Aelianus lib. 8. variæ historiæ. Vide Clementem Alexandrinum. lib. 3. pædagogici. cap. 3. Ludo. cælium. lib. 18. cap. 11.

60 Tum illud addo, quod maiores nostri in quarto concilio Tolitano dixerunt: non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Nec mirum est inquit Theodoritus) vt hæretici qui sic insaniunt aduersus Deum & sanctam ecclesiam, licet etiam alias transgrediatur leges. Quamobrem iure laudatur Theudericus afer, qui (vt apud Nicephorum est) cum diaconum haberet orthodoxum, à se admodum dilectum, & in arrianismum conuersus esset, vt eidem Theuderic-

- derico faueret, gladio eum interemit, dicens: si Deo fidem synceram non seruasti, quomodo mihi, qui homo sum, conscientiam sanam prestabis: c. non potest. 2. questio. 7. Theodoritus. lib. 2. historiæ tripar. cap. 22. Nicephorus. lib. 16. historiæ ecclesiasticæ. cap. 35. Zonaras tomo. 3. annalium, in imperio Anastasij dicori.
- 61 Ad hæc heretici, aduocati, tabelliones, aut procuratores esse non queunt, nec omnino publicum aliquod officium gerere: sunt enim infames & excommunicati, & nullum eum eis commercium debet esse catholicis. c. nulla officia. 54. distinct. c. infames. 6. questio. 1. c. alieni. 2. questio. 7. Brunus. lib. 5. de hereti. cap. 9.
- 62 Item heretici nullam habere possunt ecclesiasticam potestatem: quia diuisi sunt à capite illo, unde omnis authoritas & potestas in membra influit ad edificationem totius corporis ecclesiastici: & quia subiectos non habent, in quos iurisdictione uti possint, cum ab eis liberati sint ipso iure, vt etiam ante dixi. c. dicimus. c. pudenda. 24. questio. 1. c. præter. 32. distinct. c. verbum Dei. cum seq. de pœnitentia. distinct. 1. Cyprianus. episto. 6. lib. 1. Torquemada. lib. 4. de ecclesia. 2. parte. ca. 18. & seq. Pighius lib. 4. hierar. ecclesiasti. cap. 8.
- 63 Alijs quoque beneficijs omnibus & iuribus ecclesiasticis privati sunt heretici: ex quo fit, vt ius patronatus habere non queant: quia rerum ecclesiasticarum capaces non sunt, & omnibus omnino beneficijs habetur indigni. Quas ob res nec impetrare possunt beneficiū annalis possessoris, nec defenduntur sedis apostolicæ regulis. Lamberti. lib. de iure patron. parte. 1. questio. 1. ar. 7. Ludou. Gomes in regula cancellariæ de annali possessore questio. 3. & 52. & in regula de triennali. questio. 52. Brunus lib. 5. de hereticis, cap. 7.
- 64 Item illud in odium & pœnam hereticorum constitutum est, vt eodem tempore contra eundem hereticum plures ac diuersi iudices procedere possint: & vt hereticus teneatur, contra seipsum edere libros, & probationes ad confirmandam intentionem accusatoris. c. per hoc. de hereti. lib. 6. Clem. 1. & extrauag. ex eo, eiusdem titu. Ponzini. de la. mijs. nume. 74. Ludo. Gomes. in. c. dispensia. de rescript. lib. 6. nu. 18. interpretes. in. c. cum parati de appellat. Iacoba. li. 2. de concilio. arti. 5. Almainus. de suprema potestate laica. questio. 3. cap. 8. de libris edendis. glo. & Philipp. Francus. in. c. vt commissi de heretic. lib. 6. Perpuratus. in. l. vltim. C. de eden. Nicol. Arelata. de hereticis. notab. 21.
- 65 Adde etiam, quod hereticus ad ecclesiam fugiens non defendetur præsidio sanctitatis loci, id est, immunitate ecclesiasticam: tum quia contra ecclesiarum delinquit: tum etiam, quia per insidias multorum animas inficit, & occidit. Nam vt Augusti

Augustinus inquit, veneno falsæ, perniciosæque doctrinæ animas, multò infelicius, quàm barbaricus gladius, trucidant. Quamobrem Gundemirus Gothorum rex, qui hanc immunitatem Hispaniarum ecclesijs ante nongentos annos, cōcessit tria hominum genera excepisse dicitur: scilicet, latrones, proditores, & hereticos: ut in eius vita Petrus Medina memorat. cap. vlti. de immunit. ecclesia. c. 1. de homicidio Augustinus Hieronymo epistol. 28. Gonsalus de hereti. prauit. questio. 11. Hippolyt. in. l. ex senatus consulto. de sicarijs. Boherius decisio. 110. Remigijs Gonni. de immunita. ecclesiar. fallētia. 18. Co-uarru. lib. 2. resolutio. ca. vlt. Petrus Medina lib. de memorabilibus Hispaniæ cap. 18. vide Alonsum Tostadium. Exod. 22. questio 16. & Iosue 20. quest. 3. cum seq. catell. cot-tam in memorabilibus, verbo, a-sylum. Alciatum. li. 3. præsumptio. cap. 33. & lib. 7. parergon. cap. 6. Co-rasium lib. 5. miscellanę. cap. 23.

66 Præterea heretici perpetua no-tantur infamia: quæ pœna viris bo-nis est maxima: honor enim (vt A-ristoteles ait) maximum bonorum externorum, & proprium virtu-tis præmium est: è contrario autem infamia peccati comes, & pro-pria pœna est. Nec immeritò he-reticis & infamibus portę dignita-tum omni iure clauduntur. a. the. Gazaros. C. de heretic. ca. infames. 6. questio. 1. ca. alieni. 2. questio. 7. c.

infamibus. de regul. iuris. cap. 2. 5. heretici. de hereti. lib. 6. Aristot. 4. ethic. ca. 3. l. isti quidē. quod mer. causa. Brunus. lib. 5. de hereti. c. 8.

67 Et quamuis in omnibus ferè cri-minibus alia pœna nobiliores, alia plebei puniri soleant: in crimine tamen heresis eadem omnibus pœ-na sine delectu personarum con-stituta est. Solent quidem apud plerasque nationes aliter honestio-res, aliter sordidiores puniri: de Memnone thessalo Xenophon lo-quens, libro secundo de expeditio-ne Cysi minoris, inquit, interem-ptis vero ijs, quos ante dixi, præto-ribus, eo nomine quod Cysum contra regem iuuissent, cum eius-dem criminis esset damnatus, non statim tamen, neque eodem mor-tis genere sublatus est: non enim ei, vt ceteris, est caput à ceruicibus abscissum (quod supplicij genus honestissimum habetur) sed quod eius sceleris dignum fuit, regis ius-su, multis corporis cruciatibus la-ceratus, vix anno exacto exanima-tus est. Item Hirtius libro sexto de bello Hispaniensi, his verbis mili-tum & seruorum pœnam distin-guit: serui sunt in crucem sublati, militi ceruices abscissę. Eusebius quoque libro quinto ecclesiasti-cæ historię: rursus cruces, rur-sum pœnæ, rursus tormenta re-parantur: & si qui fortè ciues Ro-mani reperti sunt, hos plecti ca-pite decernit, ceteros verò bestijs tradi. Sic etiam legibus Hispaniæ nobilium

nobilium ceruices amputantur, plebei verò furcis suspenduntur. Eusebius lib. 5. ca. 3. l. moris: sed enim. de pœnis. l. Pedius. de incē-quina. naufragia. l. vltim. titul. 18. parte. 1. & l. 24. titu. 22. parte. 2. l. 3. & inibi gloss. de re milir. Bart. in. l. capitalium. §. serui. c. de pœnis. Tiraquel. de nobilitate. cap. 20. num. 104.

68 Ceterum nobilis in heresim incidens, infamis & vilis erit, & plebeiorum pœna puniendus: nec enim illa differentia est in rebus fidei & religionis inter magnos & paruos, inter nobiles & igno-biles. Etenim in vno spiritu omnes nos, in vnum corpus bapti-zati sumus, siue Iudæi, siue Gen-tiles, siue serui, siue liberi, vt Pau-lus apostolus in epistola ad Roma-nos scriptum reliquit. Et iterum ad Galatas scribens ait, non est Iudæus, neq; Græcus, non est ser-uus, neque liber, non est mascu-lus, neque fœmina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Et alibi, nō est Gētilis & Iudæus, circumcisio & præputium, barba-rus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in omnibus Christus. Hieronymus quoque in epistola ad Celantiam inquit: nescit reli-gio nostra personas accipere, nec conditiones hominum, sed ani-mos inspicit singulorum: seruū & nobilem de moribus pronun-ciat: summa apud Deum est no-bilitas clarum esse virtutibus. Et

Chrysostomus in epistolā ad Ro-manos sermone secundo: vbi fi-dei nobilitas quaritur, ibi nemo barbarus, nemo Græcus, advena homo, nemo ciuis, sed in eadem simul omnes ascenderunt digni-tatis excellētiā. Et sermone de-cimo quarto, nobilitas nostra ex fide est. Cum igitur nobilis equa-lis plebeio sit in rebus fidei & re-ligionis, & eadem pœna contra omnes hereticos constituta sit, relinquitur planè, quod perinde puniendus est hereticus nobilis, atque plebeius: & eò magis, quò grauior & perniciosior est nobi-lium heresim, magis que reipubli-cæ nocet. Nam vt eleganter ille

Omne animi vitium tanto conspe-ctum in seipso, quanto maior qui peccat habetur.

Et lex Honorij atque Theodosij ait: pares ceteris sint, quib' pares sunt in dogmatis prauitate. Et alia lex inquit, quos par facinus coinquinat & equat, verosq; simi-lis pœna comitetur. l. 49. titul. 4. lib. 16. C. Theod. & l. 1. titu. 27. lib. 9. eiusdem operis. l. si quenquam. C. de episcopis & cleri. l. nec in-fames. C. de decurio. li. 10. ad Ro-man. capit. 10. ad Galatas. 3. ad Colof. 3. Origenes. li. 1. in Job. col. 18. Cyprianus. tractat. cōtra De-metrianum. l. c. 15. Nazanze. ora-tione. 24. l. quedā. de pœnis. l. 2. ff. de

de re milita. c. nulli fas. 25. quæsti. ric. quia sanctitas. 50. distinct. ca. cum quidam. de iure iuran. & illic Felinus colu. 3. archidia. in. ed. qui contra. 24. quæsti. Tiraquel. de nobilitate cap. 20. nume. 118. & lib. de pœnis, causa. 31. nu. 25. & 134. Brunus. lib. 5. de feditio. cap. 47.

69 Quod si clericus in hæresim incidat, & pertinax sit, relapsus, vel impœnitens, degradandus est, & iudici seculari relinquendus: tunc autem realis regradatio, siue refectio, fieri debet ab episcopo loci ordinario, conuocatis abbatibus, alijsque prælatis, & religiosis ac doctis viris. Verum hæc exauguratio fieri non debet in alijs criminibus ab vno tantum episcopo, nisi cum reus constitutus est in minoribus tantum ordinibus: in maioribus enim vnus episcopus non sufficit, præterquàm in crimine hæresis. Sed hodie ab vno episcopo duntaxat degradatio fieri potest concil. Tridentin. sessione. 13. cap. 4. c. ad abolendam. c. excommunicamus. §. i. c. penult. de hæretic. c. 1. & inibi interpretes. de hæret. lib. 6.

70 Per hanc autem degradationem clericus ordine, dignitate, & omni privilegio exuitur: & fieri exauthoratio debet cum solenni detractione insignium clericalis militiæ: qua quidem à militia sacramissus & exauthoratus omni privilegio clericali destituitur, ademptis singulis ornamentis, ad eius,

qui exaugurandus est ordinem pertinentibus: quæ omnia solenniter fieri debent coram iudice seculari: cui degradatus est relinquendus, sed non tradendus. Quinimo iudices ecclesiastici pro eo efficaciter intercedere debent, vt secularis sententiam & pœnam citra mortem moderetur. c. nouimus, de verb. signifi. ca. degradatio. de pœnis lib. 6. l. qui de libertate. ff. de libe. causa. l. proditores. ff. de remilita. 2. de his qui not. infam. Cyprianus epistola. 1. lib. 2. Lucas in. l. 1. de priuilegi. schola. lib. 12. Bertachin. tract. de episcopo. lib. 5. ad finem. Albertinus in. ca. 1. de hæretic. lib. 6. Brunus. lib. 4. de hæreticis. cap. 13.

71 Præterea clerici hæretici non solum bonis omnibus temporalibus priuati sunt, verum etiam dignitatibus, beneficijs, & sacerdotijs alijsque stipendijs ecclesiasticis. Diocesani tamen requirendi sunt ad priuationem beneficiorum, nisi forte constiterit, eos scienter hæreticis illa contulisse. c. vt commissi. §. priuandi. de hæret. lib. 6. c. ad abolendam. c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. li. 5.

72 Sed hinc exoritur quæstio, an isti hæretici beneficijs ecclesiasticis priuati sint ipso iure, vel sententia iudicum sit necessaria. Multi dicunt sententiã priuationis non esse necessariam: sed Alfonso Castrensis, ait, necessariam esse sententiã: quia nusquam inuenitur hæc

hec pœna constituta verbis significantibus, sententiam ipso iure lata. 74 Cui ego vehemèter assentior: tum quia semper sententia, saltem declaratoria, necessaria est, vt alibi ostendimus: tum etiam quia hæc opinio æquior & benignior est. Adde quod frustra requirendi essent ad beneficiorum priuationem diocesani, si clerici iure ipso priuati forent, & sententia iudicum necessaria non esset. Compostel. in. c. quod sicut. de electio. Prepositus in. c. quo iure. 8. distinct. & in. ca. vlti. 19. distin. Felinus in. c. 2. de rescript. Ancharra. & Nicol. de milis, & Ioan. Bernard. qui eos citat in practica criminali. cap. 106. Alfonso contra. lib. 2. de iusta hæretic. punitio. cap. 9.

73 Item absoluti sunt à debito fidelitatis, dominij, & omnis obsequij, quicumque lapsis manifestè in hæresim, aliquo pacto, quacumque firmitate vallato, tenebantur astricti: quemadmodum Gregorius nonus constituit. Vnde relinquitur, quod is apud quem hæreticus quippiam deposuerit, non tenebitur post manifestam hæresim depositam rem illi reddere, sed fisco perenti. Præterea custodes arcium & quicumque Vasalli eadem constitutione liberati sunt à vinculo sacramenti, quo dominis fidelitatem promiserant. Quin etiam catholica vxor hæretico viro debitum reddere non tenetur. c. vltim. de hæretic. l. bona fides deposi. c. illa. de diuortijs. Alfonso

lib. 2. de iusta hæret. punitio. cap. 7. Ex eiusdem Gregorianæ constitutionis verbis constat, hæreticum esse priuatum omni dominio, scilicet, naturali, ciuili, & politico: naturali, quod habet in filios: nam propter hæresim patris efficiuntur filij sui iuris: ciuili, quod habet in seruos: ab eo enim serui liberantur: politico, quod rerum domini habent in subiectos: quo hæretici quoque priuantur. c. vltim. de hæretic. c. 2. §. vltim. c. cum secundum. de hæretic. lib. 6. l. Manichæos. C. cod. titul.

75 Quæsitum scio, an regnum hæretici regis, qui superiorem non habet, confiscari queat? Causa dubitationis oritur ex hoc, quod bona hæreticorum deferuntur fisco domini superioris: quamobrem Alfonso Castrensis censet, regnum illud ad filium regis catholicum pertinere, perinde ac si hæreticus defunctus esset. Quod si filius, & proximiores consanguinei hæretici quoque sint, regnum ipsum catholicum posset regem orthodoxum eligere. Si verò regnum hæreticum esset, electio regis catholici ad summum pontificem pertineret. Hæc est Alfonso nostri sententia, quæ mihi quidem non displicet: addo tamen quod regnum illud potest à catholicis occupari. ca. vergentis de hæretic. l. Gall. §. & quid si tantum. de libe. & posthu. c. grandi. de supplen. negligem. prælata. c. alius. 15. quæstio. 6. Aluarus Pelagius. libr. 1. ff. de

de planctu ecclesie. arti. 56. Alfonso. lib. 2. de iusta heretico. puni. c. 7. Bal. in. l. 1. C. de emancipa. libero. Corsetus de potestate regia. quest. 76. Godofre. in authen. si verò. C. de hereti.

76 Suspecti autem de crimine hæresis puniri poterunt pœnis pecuniarijs arbitrio inquisitorū: quodrum demum fieri solet, cum reus est vehementer suspectus, & propter etatem, vel valetudinem, vel aliam causam, nec torqueri, nec purgari potest: nam tunc trahitur cum alijs reis in publicum, indutus habitu pœnitentiæ, & abiurat solēniter, & tertia parte bonorum mulctatur, plus minusve, arbitrio iudicum. Sed has pœnas applicare debent expensis officij sanctæ inquisitionis: nec eas accipere possunt, ne insolutum quidem ratione salarij sibi, aut ministris debiti, ut mandato quodam generalis inquisitoris plenius continetur. c. accusatus. §. seculares. de hereti. lib. 6. c. si vos. 26. questio. 5. & inibi glo. item cardinalis. & Ioan. Imolen. in clem. 1. de vsuris. idem cardin. in clem. vlt. in fine de hereti. Fran. Squillacen. de fide cathol. cap. 31. Gonsalus. de heretica prauita. quæst. 8. Couarr. li. 2. varia. resolutio. c. 9. & instr. 4. Tolet. c. 8. Ioā. Bern. in practic. c. 134.

77 Ceterum hæredes eorum, qui suspecti erant de crimine hæresis, condemnari nō debent ad pœnas istas pecuniarias præstandas, etiam si mortui fuerint illi suspecti aceu-

satione pendente: quia suspensiones, quantumvis vehementes morte reorum extinguuntur. ca. accusatus. §. porro. de hereti. lib. 6. l. vlti. ad leg. Iuliam. maiesta. domini. & Philip. Fran. in dicto. §. porro. Anchar. in c. filij. de hereti. lib. 6. notab. 2. Hippolyt. in. l. vlti. de questionibus.

78 In his autem alijsq; pœnis arbitrarijs iudex non quidquid libuerit iudicare, sed leges & æquitatem, seruare debet. Nam sicuti Marcellus inquit, respiciendum est iudicanti, ne quid aut durius aut remissius constitutatur, quam causa deposcit: sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulat, statuendum est: & iuxta regulam Deuteronomij, pro mensura peccati erit & plagarum modus. Sepissimè quidem necesse est, ut iudex in pœnis, legum arbitrio suo vtatur, ita tamen ut leges non offendat: nec enim homo dominari debet, sed lex, & ratio. Et ut Aristoteles ait, qui legem imperare iubet, is Deum & leges iubet imperare: qui verò hominem, belluam adiungit: huic enim similis est cupiditas: & ira magistratus etiam optimos viros peruertit: lex autē est, mens sine appetentia: rectius igitur omnia ex legibus, quam ex voluntate hominū, quæ periculosa norma est, efficiuntur. Legū ministri (ut in oratione pro Cluentio inquit Cicero) magistratus: legum interpretes, iudices: legū denique idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse possimus.

Et

Et libro tertio de legibus, verè dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutū magistratum. l. respiciendum. de pœnis. Deutero. 25. l. 1. de vsuris. Aristotel. 5. ethico. cap. 6. & lib. 3. politico. cap. vltim. & lib. 2. cap. 8. l. 5. 1. ad Turpilianum. Brunus li. 3. de legatio. cap. 5. Tiraquel. lib. de pœnis in præfatione.

79 Ex causa tamē iudex potest pœnas etiam legibus præfinitas augere, vel temperare. Cause autem ex circumstantijs nasci solent: quæ seipsem modis æstimantur, ut Claudiantis iurecōsultus ait: causa, persona, loco, tēpore, qualitate, quantitate. euetu. l. quid ergo. §. pœna grauior. de his. qui notan. in fa. ca. de causis. de officio delegati. Chrysostomus. in Matthe. homilia. 76. col. vltim. de circumstantijs. l. aut facta. de pœnis. Fortunatianus. li. 2. Theoricorum in principio. Lucas in. l. 1. de colo. illyricia. libr. 11. & in. l. si apparitor. de cohortalib. libro 12. Tho. 1. secundæ questio. 7. & questio. 18. Duran. Richar. & ceteri in libr. 4. sententia. distinctio 16. Brunus. lib. 5. de hæreticis. cap. 19. Almainus tract. 1. moralium. cap. 6. cum seq. Tiraquel. de pœnis in præfatione.

80 Durius autem puniendi sunt hæresiarchæ, magistri errorum, & nouarum heresum authores & inuētores, & veterū resuscitatores: quia longè grauius, quam alij hæretici delinquūt: sunt enim lupi rapaces,

non parcentes gregi: loquētes peruersa, ut adducant discipulos post se: non tantum errantes ipsi, sed alios etiam in errorem mittentes. Docet hoc Ioannes in Apocalypsi dicens: apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta, qui fecit signa, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestia, & qui adorauerūt imaginē eius: viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure: & ceteri occisi sunt in gladio, & cetera. Quibus planè intelligitur, grauiori pœna puniendos esse aliorum seductores, quam seducti ab illis. apocalyp. 19. Brunus. lib. 1. de hæretic. cap. 4. & lib. 5. de sedition. cap. 6.

81 Et quamuis magna sit inter iurisperitos dissensio, possitne iudex arbitrio suo pœna mortis damnare quempiam: & plurimi putēt id ex magna causa licere: benignior tamen & verior sententia est, neminem quantumvis sceleratum, solo iudicis arbitrio pœna vltimi supplicij puniri posse. Prohibitum enim est præcepto diuino, hominem occidere: cuius præcepti exceptiones (ut Augustinus inquit) eadem ipsa diuina diuina fecit auctoritas: ut scilicet, occidere liceat secundū diuinas leges, publica tantum reipublice, aut principis, aut legislatoris auctoritate: non aut cuiusuis iudicis aut magistratus arbitrio: nā iudex legis custos, eiusq; minister est: nec vllam habet potestatem in hominis vitā, nisi expressa

Ff 2 lege

lege mortis pœna pro tali crimine constituta sit: etenim solus Deus dominus est vitę & mortis: nec vita cuiuspiam ex alterius arbitrio perdere potest. Perniciosę igitur errant iudices, qui ultimo supplicio puniunt illos, quorum crimina plane probata non sunt: vel si forte probentur, non tamen clarissima lege pœna mortis pro eisdem criminibus statuta sit. Etenim, ut Plato; Aristoteles, ceterique consentiunt, minima tantummodo iudicis arbitrio relinquenda sunt: mortis vero supplicium omnium pœnarum grauissimũ & maximũ est. Quod si crimen aliquod atrocissimum committatur, cui pœna mortis nominatim legibus pœfixa non sit: consulere principem iudex debet, non autem aliarum legum pœnas ad exemplum trahere, tamen si par, maiorue ratio id ipsum postulare videatur. l. i. de furib. balnea. l. i. de effracto. & expilato. l. i. ad Turpiliana. Seneca. li. 3. de beneficijs. Iason. in. l. qui iurisdictioni. de iurisdic. omni. iudi. Alfonso Castren. lib. x. de potestate legis pœnalis cap. 6. in fine. Domini. Soto lib. 5. de iustitia & iure quęstio. i. articu. 3. consulendus est princeps. l. diui fratres. l. ad bestias. de pœnis. nec extendendę sunt leges pœnales. l. at si quis. §. diuus autem Marcus. de religio. & sumpti. fune. §. cum igitur. authent. de non eligend. secũdo nubent. Ias. in. l. cum quidam. de liber. & post. hu. Aymo. de antiquitate. 4. parte.

§. transeo nunc. nu. 47. cum seq. Adde etiam, quod hæretici non modo pœnis temporalibus puniuntur, sed quod grauissimum & vehementer dolendum est, pœnis eternis. Etenim hæretico homini, qui ecclesie non tenet unitatem (ut ait Augustinus libro de fide ad Petrum) neq; baptisus neq; elemosyna neque mors pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem. Quod & Origenes, Cyprianus, Isidorus, & ceteri omnes tradunt. Cuius rei causa in promptu est: quia extra ecclesiam non est salus: & sicut Augustinus inquit, ecclesia catholica tota corpus est Christi, cuius illę caput est, Saluator corporis sui. Extra corpus neminem viuificat spiritus sanctus: quia (sicut ipse dicit apostolus) charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis: non est autem particeps diuine charitatis, qui hostis est unitatis: non habent itaque spiritum sanctum hæretici, qui sunt extra ecclesiam. cap. firmissimę. de hæret. c. alienus. c. vbi sana fides. c. seq. 42. q. 1. c. seq. Aug. lib. de fid. ad Petrum. c. 39. Origen. li. i. in Job col. 9. Cyprianus epistola ad Iubianũ. de hæreti. baptizã. prope. finē. Isidorus lib. i. de summo bono. c. 29. c. si quis a catholica. 23. q. 4. Aug. ad Bonifacium epistol. 50. & cõtra Donatistas epistola 152. & libro, de vera & falsa pœnitentia cap. 12.

83. Ceterum, neque hæreticus, neq; alius

alius quispiam facinorosus cessare debet ab operibus bonis: nam etsi bona opera extra charitatē & unitatem facta, mortua sint: profunt nihilominus ad impetrandam culpę remissionem & gratiã: ad promerenda bona temporalia: ad vitandam transgressionem pœceptorum: ad obstitendum inclinationi peccatorum: ad habitum virtutum generandum: ad consequendam intercessionem sanctorum: ad veniã facilius impetrandam: denique ad supplicium leuius. c. si quando. c. seq. de pœnitent. distin. 3. Alexand. Ales. 3. par. quęstio. 74. membro. 5. Altissiodorensis. lib. 3. tractatu. 2. q. 7. Abulensis. Math. 5. quęstio. 171. Duran. in lib. 4. sent. distin. 15. q. 3. & illic Gabriel distin. 16. quęst. 2. & Ioan. maior. distin. 15. q. 1. Syluester in summa, verbo charitas. §. 8. Adrianus. quolib. 8. col. 9.

84. Iudices vicem eorum dolere debent, quos ultimo supplicio legibus condemnare tenentur. Imple Christiane iudex (inquit Augustinus) pij patris officium: sic succensere iniquitati memineris, ut non in peccatorum atrocitatibus exerceas vliscendi libidinem: sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Sanẽ qui sponte hominem occidit, etiam quem lex occidere iubet, homicida est. Hi qui reipublicę pœsunt (ut apud Ciceronem est) legum similes esse debent, quę ad puniendum, non iracundia, sed æquitate ducuntur.

Vera iustitia compassionem habet falsa verò dedignationem. Nil cupiditate nocendi fiat, sed omnia cõsulendi charitate: nil fiat immaniter, nil inhumaniter: non homines, sed peccata odio habeantur: & quod seuerius castigare necesse est, non seuerius plectatur animo, sed medentis. Non sine cõmiseratione ac dolore ferenda est sententia vltimi supplicij, ut regijs legibus cõtinetur: & serenissimus Portugalię rex clementer admodum id seruare dicitur. Qua in re iure ac meritò laudatur Vespasianus, qui neque cæde cuiuspiam vnquam lætatus, iustis supplicijs illachrymauit etiam & ingemuit. Bias quoq; damnaturus quempiam ad mortem, lachrymatus est: & cũ dixisset quidã, quid est hoc quod fleas, cũ penes te sit condemnare hominem? respondit: quia necessariũ est, nature affectũ, legi suffragium reddere. August. ad Marcellinum episto. 159. c. circũcelliones. c. cum minister. c. prodest. 23. quęst. 5. Cicero. lib. 1. offic. c. vera iustitia. 45. dist. ca. odio. 86. distin. Chrysostomus in genesim homilia. 17. & in acta apostolorum homilia. 43. & in priorem Pauli epistolam ad Corin. homilia. 33. regia. l. vltim. titul. 3. parte. 7. Suet. tranquil. in Vespasiano capit. 15.

85. Hæretici pertinaces publicè in cõspectu populi comburendi sunt: & id fieri solet extra portas ciuitatis: quemadmodum olim in

De pœnis.

Deuteronomio capite decimo septimo, idololatra educébat ad portas ciuitatis, & lapidib⁹ obruebatur. Pœna auté publica esse debet, quia & potestas & iurisdictio iudicû publica est: & vt ciuis meus Seneca controuersia decima septima inquit: nō magis priuatum potest esse supplicium, quam iudiciû. Et libro tertio de ira, quid tam inauditum, quàm nocturnum supplicium? animaduersiones quò notiores sunt, plus ad exemplum, emendationemq; proficiunt. Et Plutarchus libro de fera numinis vindicta, scelestorum supplicia ideo manifestè cūctis ostendūtur, quoniam vindictæ cum ratione inflictæ officium est, alios per aliorum animaduersiones compescere ac cohibere.

86 Qui hèresim dixit, aut hœreticus fuit ante multos annos, mitius puniendus est, si correctus fuerit: nam si diu permanserit, puniendus est durius: tum quia crimé hèresis habet tractum successiuum: tum etiam, quia tãtò grauiora sunt peccata, quantò diutius animam alligant. c. vlti. de consuet. c. nō debet. de consagui. & affinit. Tiraquelus lib. de pœnis causa. 29.

87 Domus verò, in quam hœretici conueniebant ad hèreses docēdas atque discendas, olim quidem fisco vendicabatur, vt multis constitutionib⁹ codicis Theodosiani cōtinetur, titulo de his, qui super religione cōtendunt. l. 20. l. 23. l. 35. l. 49.

88 Quin etiam domus aliena, in quam hœretici conueniunt, domino domus permittente aut conueniente, similiter confiscatur, & dominus ipse punitur: & colonus, qui id non indicauit, deportatur, actor vel procurator possessionis uerbis coercitus, perpetuo metallorum operi deputatur. eodem titul. l. 11. l. 24. l. 26. l. 30. & l. vltim. C. de sacrificijs paganorum.

89 Sed plurimis constitutionibus, & quidem posterioribus, domus illa ecclesiæ catholicæ adjudicatur. l. 33. l. 42. l. 44. l. 47. l. 56. de his qui super religione contendunt. C. Theod. & l. 3. l. Arriani. l. quicumque. C. de hœretic. & constitutione nouella. 132.

90 Hodie tamen, si domus erat hœretici, cum reliquis eiusdem bonis publicatur: si verò aliena est, & in eam conuenerunt hœretici permittente aut sciente domino, funditus euerit solet. Quinimo nonnunquam diruitur domus & pretium eius domino ignoranti datur, cum id expedire videtur ad publicam ciuium utilitatem: vt habeant, scilicet, quibus cōmoneantur ac deterreantur. Iosue. 7. numerorum. 16. c. denique. §. turibula. 7. quæstio. 1. argumento. l. Lucius. ff. de euctio. l. si quis sepulchrum. ff. de religiosis.

91 Quid aut de eo fiet, qui se finxit officialem sanctæ inquisitionis, vt aliquem opprimeret, spoliaret, vel cluderet? Modestinus ait, qui se promilite

Titul.

XLVII.

228

milite gessit, vel illicitis insignibus est usus, vel falso diplomate uis comitauit, pro admissi qualitate grauisimè puniendus est. l. eos. ff. de falsis. & Iulius Paulus libro quinto receptarum sententiarum: qui insignibus, inquit, altioris ordinis utuntur, militiamque fingunt, quò quem terreant, vel cōcutiant, humiliores capite puniuntur: honestiores in insulam deportantur. l. 1. ff. de abigeis. Iul. Paul. lib. 5. titu. ad

legem Cornel. testamentariam. 92 Sed melior est Modestini sententia, vt recto iudicis arbitrio pro admissi qualitate puniatur in postor. Solet autem flagellis cædi: & nonnunquam ad triremes damnari. Nam etsi quid grauius admiserit, non possunt inquisitores apostolici eum curiæ seculari relinquere: iubebunt tamen vt ablata restituat. l. 1. ff. de concussione. l. pœn. ff. stellationatus.

De pœnitentibus & conuersis.

Titul. XLVII.

- 1 Pœnitentia post crimen admissum nihil prodest ad veniam & impunitatem coram iudicibus secularibus.
- 2 Iudices ordinarij, cum delicti perpetrati veniam quis petit, eam cōcedere non possunt.
- 3 Deprecatio quid sit, & apud quos locum habeat.
- 4 Deprecatio in sacro inquisitorû foro locū habet, & in eo iuris clementia est.
- 5 Pœnitentia & vera peccati cōfessio magni momenti est, ad veniam facilius consequendam.
- 6 Pœnitentibus hœreticis non solum pontificia leges, sed Cæsares etiam veniam concedere solent.
- 7 Hœreticis ad ecclesiam redeuntibus quãti olim temporis pœnitentia præfinitur, & quanti hodie.
- 8 Pœnitentia hœreticis imposita publicè agenda est.
- 9 Pœnitentes publici quo vestitu induti esse debent.
- 10 Pœnitentiam olim agētes cilicio & sacco induebantur.
- 11 Vestitu pœnitentiæ qui abiecerit, aut occultauerit, puniendus est vt impœnitens.

- 12 Inquisitores moderari non possunt tempus ab eis præfinitum, ad vestitum pœnitentiæ ferendum.
- 13 Vestitus pœnitentium, & saccus hœreticorum damnatorum suspendendus est in ecclesia, in cuius parœcia habitauerunt.
- 14 Pœnitentia insignia qui furantur, quomodo puniri debeant.
- 15 Hœretici qui ad ecclesiam redeunt, non solum publicam pœnitentiã agunt, sed eorum etiam bona confiscantur.
- 16 Pœnitentium bona interdum non confiscantur, quod non ipso iure, sed principum indulgentia fit.
- 17 Pœnitentibus, qui ad rectam fidem redeunt intra tempus ab inquisitoribus præfinitum, quid concesserint reges catholici.
- 18 Pœnitentes an sint exempti à iurisdictione regia?
- 19 pœnitentes non liberantur à iurisdictione regia.
- 20 Pœnitentes exemptos esse à iurisdictione regia, nō statuit decretū leonis magni.
- 21 Pœnitentes liberos esse à iurisdictione regia, quos intellexerit Leo magnus.
- 22 Pœnitentibus ecclesiæ reconciliatis, &

De pœnitentibus & conuersis.

- filijs ac nepotibus damnatorum, quibus rebus interdicitur.
- 23 Pœnitentibus, & filijs ac nepotibus damnatorum prohibetur ne equis vehantur.
- 24 Pœnitentes, & filij ac nepotes hereticorum neque e quulis vti possunt.
- 25 Pœnitentibus, & filijs ac nepotibus hereticorum mulabus etiã interdicitur.
- 26 Pœnitentes videntur neque a sinis nec vchiculis vti posse.
- 27 Pœnitentes heretici quo tempore & quomodo admittantur.
- 28 Pœnitens, qui publicè in alio regno hereticus vel apostata fuit, & priusquam ab aliquo accusaretur, veniam petit, quomodo admittendus est.
- 29 Pœnitens, qui metu imminentium probationum ad inquisitores venit, quomodo excipiendus.
- 30 Pœnitens, qui in carcere veniam petit, quomodo tractandus.
- 31 Pœnitens qui admonitus confitetur hareses, priusquam ei dicta testium edantur, quomodo excipiendus.
- 32 Pœnitens qui post editam accusationem confitetur, quomodo admittendus.
- 33 Pœnitens, qui postquam testibus se conuictum videt, confitetur, quomodo admittendus.
- 34 Hereticus manifestè deprehensus, nisi continuo post deprehensionem veniam sponte petat, seculari iudici relinquendus est.
- 35 Pœnitens errores confitens priusquam testibus publicatis conuincatur, damnandus non est ad perpetuum carcerem.
- 36 Hereticum quo vsque nonnulli asserant admittendum esse.
- 37 Hereticus vt admittatur, quando se conuertere debeat.
- 38 Iudicum arbitrio nonnulli asserunt relinquendum esse tempus admittendi hereticum.
- 39 Iudicum arbitrio relinquendum esse tempus admittendi hereticum, periculosa est opinio & explosa.
- 40 Pœnitentes hereticos vsque ad definitiuam sententiam admitti posse, sapienter maiores nostri decreuerunt.
- 41 Pœnitentes quomodo admittendos Lucij constitutio decernat.
- 42 Heretici, quos lex pœnitentia exigit vt sponte sua conuertantur, qui sint.
- 43 Sponte, non semper significat liberam voluntatem sine respectu cuiusquam.
- 44 Sponte sua confiteri, quis dicatur.
- 45 Pœnitens, qui non confessus est nisi vi & tormētis adhibitis, an admittendus sit?
- 46 Pœnitens confessionem tormentis extortam vltro post ratam faciens, loco sponte fatentis habendus est.
- 47 Continuo & confestim ad ecclesiam unitatē recurrere, quomodo quis dicatur.
- 48 Hereticus qui errores confitetur ante sententiã definitiuam, quomodo admittendus sit.
- 49 Iudices expectare vsque ad sententiã definitiuam, non longum tempus alicui videri debet.
- 50 Pœnitentes benignè sunt recipiendi.
- 51 Confessio reorum qualis sit iusta & vera censenda.
- 52 Lachrymæ nonnullis nihil profuerunt.
- 53 Pœnitentiã verã optimum signum humilitas est.
- 54 Hareses qui docet, an recipiendus sit, si redire velit.
- 55 Hæresiarcham non recipit Lucij tertij constitutio.
- 56 Hæresiarcham non recipi Lucij tertij constitutione, probatur amplius.
- 57 Hæresiarchas seuerissimè puniendos esse, etiamsi veniam petant.
- 58 Hæresiarcha & doctores errorum non vna morte digni sunt.
- 59 Lex qua de aliquo crimine simpliciter loquitur seruanda non est, cum alia concurrunt crimina.
- 60 Hæresiarcha & errorum magistri curiæ seculari sunt relinquendi.
- 61 Hæresiarcha cur ignoscere non oporteat.
- 62 Hæresiarcha multorum malorum causa est, & vt talis puniendus.
- 63 Lutherana heresum magistris cur nullo pacto sit ignoscendum.
- 64 Hæresum authores & magistros seuerissimè

Titulus

- risimè puniendos esse Paulus docet.
- 65 Lutherana heresum magistri merito curiæ seculari relinquuntur.
- 66 Lutherani non modo pestiferi heretici sunt, sed etiam seditiosi, atque euersores reipub.
- 67 Mæcenatis consiliū quod Augusto dedit de religione seruanda.
- 68 Hereticus qui regi aut principi hareses persuadere tentauerit, iudici seculari sine vlla miseratione relinquendus est.
- 69 Heretici qui reginam, aut filium, aut sorores regis, haresum venenis inficere conantur, seculari iudici relinquendi sunt.
- 70 Heretici qui filios regis inficiunt, iudici etiam seculari relinquendi sunt.
- 71 Lutherana heresum magistri seuerissimè omnium hereticorum puniendi sunt.
- 72 Hareses qui docere voluit, & nulli nocuit, an recipi possit.
- 73 Hereticus ille, vtrum iudici seculari iterum sit relinquendus, qui ab eo restitutus est inquisitoribus, eo quod dixisset se pœnitere velle, & alios hereticos indicare, se planissimè confessus fuerit.
- 74 Clericis cur non soleat publica pœnitentiã iniungi?
- 75 Clericis in grauioribus criminibus publica pœnitentiã iniungi debet.
- 76 Episcopi, cardinales, & ceteri huiusmodi publicam pœnitentiã agere debent, si heretici sint.
- 77 Pœnitentiã iniuncta qui planè non satisfecerit, quomodo puniendus sit.
- 78 Pœnitentiã ab inquisitoribus, diligenti consideratione præcedente, imponenda est.
- 79 Inquisitores ad misericordiam & clementiam, quàm ad crudelitatem & seueritatem proniores esse debent.
- 80 Iudices qui seueritatis gloriam affectat, & crudeles & atroces sunt, perniciose errant.
- 81 Conuersi qui dicantur.
- 82 Conuersi & eorum liberi an veteribus

XLVII. 219

- Christianus in omnibus æquandi sint.
- 83 Conuersorum atque Christianorum veterum non par habenda ratio in honoribus & dignitatibus.
- 84 Iudeorum genere orti merito ab Hispanis arcentur à nonnullis honoribus.
- 85 Conuersi recenter, & nandum satis edocti catholicam fidem, si labatur in heresim, quomodo tractandi sint.



Ost crimen admissū nihil pœnitentiã prodest ad veniã & impunitatē impetrandã, quod & in republica Hebræorū vsitatū erat, vt Iustinus philosophus author est. q. 104. l. qui ea mēte. ff. de furtis. l. si quis seruo. C. eod. titu. l. penul. ff. vi. bono. raptorum.

Vnde fit, vt coram ordinarijs iudicibus non sit locus deprecationi: quippe iurati & astricti religione iudices, gratiam delicti facere non possunt. Idque est quod Cicero pro Murena inquit, fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti veniam petit, nefarium est facinus, ignoscere.

Est autem deprecatio, cum & peccasse, & cōsultò fecisse reus cōfiteatur, & tamen postulat, vt sui miserentur: & ea locum habet apud principē & magistratus maximos, qui religione non ligantur, & vbiunque iuris clementia est: in qua deprecatione plurimum valere solent, benemerita, nobilitas, dignitas, propinquit, & amici. Rhetoricæ ad Herennium lib. 1. Fabius lib. 7. cap. 5.

De pœnitentibus & conuersis

4 In sacro inquisitorum foro iuris clementia est, atque adeo deprecatio locum habet: ceterum benemerita, nobilitas, dignitas, propinqui, & amici nihil hic prodesse possunt, sed cordis contritio, & confessio iusta, & spes in futurum innocenter viuendi. Est quedam in peccatis uerecundia, & pœnitentiæ portio, crimen fateri, nec deriuare culpam, sed recognoscere, ut Ambrosius inquit libr. 2. de Caim & Abel. c. 9.

5 Sed quia talium sententiarum pleni sunt libri theologorum veterum & nouorum: nō erit alienum ab alijs quedam mutuari. Marcus ille Cicero in Vatinius ait: facilius ijs ignoscitur, qui non perseuerare, sed ab errato se reuocare moliuntur: est enim humanum errare, sed ferinum in errore perseuerare. Et alibi, sit errati medicina, confessio. Et Seneca epistola. 54. somniū narrare vigilantis est: & vitia sua confiteri sanitatis indicium est. Et alter Seneca in Agamēnone: quem pœnitet peccasse, pœnē est innocens. Et Arrianus libro septimo, de rebus gestis Alexandri magni: summa medicina peccati est, & peccatū confiteri suum, & eiusdem pœnitentiā præ se ferre. Et per iāder Corinthi: cum peccaueris, subeat te pœnitentiā. Et Ouidius.

Namen confessis aliquod patet.

Et idem alibi.

Sepe leuant pœnas, ereptaque lumina reddunt,

Cum bene peccati pœnituisse vident.

Ex quibus omnibus alijsque multis perspicuum est, non ignorasse philosophos pœnitentiam esse virtutem: tamen nescisse videantur, eam esse virtutem specialem iustitiæ, qualis inter homines ad Deum esse potest.

6 Verū ad hæreticos reuertamur: quibus pœnitentibus, non solum pontificiæ leges, sed etiam Cæsareæ veniam cōcedere solēt. Arcadius, Honorius, & Theodosius, lege cōtra hæreticos lata, inquirunt, delicti veniam pœnitentibus damus. Et idem alia in lege: licet crimina soleat pœna purgare: nos tamen prauas hominum voluntates admonitione pœnitentiæ volumus emendare. Quicumque igitur hæreticorum, catholicam fidem, & ritum, quem per omnes homines cupimus obseruari, simplici confessione susceperint: licet adeo inueteratum malum longa ac diuturna meditatione nutriuerint, ut etiam legibus antelatis, videatur obnoxij: tamen hos statim, ut fuerint Deum simplici religione confessi, ab omni noxa absoluendos esse cōsemus: ut ad omnem reatum, etiam si maxime reos pœna videatur vrgere, sufficiat ad abolitionem errorum proprio damnauisse iudicio: quia nūquam debet miseris inuocatum religionis deesse subsidium. l. 4. C. de heret. l. 31. & l. 35. de his qui super religione contendunt. C. Theodo.

7 Hæreticis ad ecclesiam redeuntibus longi tēporis pœnitentiā olim præfi

Titulus

XLVII. 230

pœnitentiā erat. In concilio Elibertino cap. 22. decennium: in concilio Agathensi, Biēnium, ijs pœnitentibus præstituerunt patres: sed hodie arbitrio iudicum id tēpus præscribendum est, præsertim cum cōuertuntur hæretici priusquam sint in heresi deprehensi. ca. ad abolendam. de heret. c. tempora. c. his qui. c. pœnitentibus. c. pro qualitate. c. hoc sit. 26. quæstio. 7.

8 Hæc autem pœnitentiā publicè agenda est, ut cæteris exemplo sit: & quia enormia crimina cōfusione publica puniri debent. c. ego. de consecratio. distin. 2. c. iudicet. de pœnit. distin. 1. Alex. Ales. 4. parte. quæstio. 64. & prima instructio. c. 5.

9 Ad hæc, publici pœnitentes induti esse debent vestitu pœnitentiæ, duplici cruce insignito, quem vulgo sancti Benedicti nomine appellant: eoque uti debent tempore à iudicibus definito. 4. instruct. cap. 9. c. in capite. 50. distin. 1.

10 Sic olim qui pœnitentiam agebant, cilicio & sacco induebantur. Propheta regius psalmo. 34. ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio: humiliabam in ieiunio animam meam. Quo in loco diuus Hieronymus inquit: cilicium vestitus pœnitentiæ est. Et idē propheta psalm. 29. conuertisti plāctum meum in gaudiū mihi, concidisti saccum meum. Vbi Euthymius ait, saccus pœnitentiæ atque humilitatis signum erat. Et seruator noster, apud Mattheū cap. 11. si

in Tyro & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiā egissent. Quæ verba enarrans Theophylactus dixit, saccū illū cilicij, pœnitentiæ symbolū esse. Possent talia multa proferre, sed loca indicasse sufficiat. li. 3. regū. c. 21. & li. 4. ca. 19. Danielis. 9. Ioelis. 1. Ionę. 3. Hester. 4. Esaię. 58. c. qui sanctus. de pœnitentiā distinct. 1. c. Achab. eodem tractatu, distinctio. 3. concilio. 1. Tolitano. cap. 2.

11 Hoc vestitu insigniti esse debent pœnitentes, & cum super alias vestes portare: qui verò abiecerit eū, aut occultauerit, puniendus est, ut impœnitens. l. in lege. ff. de contrahen. emptio: Oldra. consilio. 184. Ana. in rubri. de apost. lupus in rubri. de donati. inter. vir. & vxor. §. 70.

12 Nec inquisitores ipsi moderari possunt pœnitentium ab eis tempus ad hunc vestitum ferendum: tum quia functi sunt officio posteaquā de tribunali pronuntiarunt: tum etiam quia id reseruatū est inquisitori generali atque senatui. l. iudex. ff. de re iudi. 4. instruct. cap. 9.

13 Vestitus ille pœnitentium & saccus hæreticorū damnatorum suspendendus est in ea ecclesia, in cuius parœcia habitauerunt: ut ea insignia monumentum sint ad memoriam impietatis eorum sempiternam: inscribenda enim sunt & renouanda in illis nomina hæreticorum, & quam ob rem dānati sint.

Cuius

De pœnitentibus & conuersis.

Cuius exemplar videre licet, in libro numerorum: ubi ignis egressus à domino interfecit ducentos quinquaginta impios; qui obtulerunt incensum: & locutus est dominus ad Moysen dicens: præcipe Eleazar filio Aaron sacerdoti, ut tollat turibula, quæ iacent in incedio, & ignem huc & illuc dispergat: quoniam mortificata sunt in mortibus peccatorum: producatque ea in laminas & affigat altari: ut cernât ea pro signo & monumento filij Israel. & Eleazar sacerdos affixit laminas altari, ut haberent postea filij Israel quibus commonerentur. c. 16. & c. & dixit dominus. de consecrat. distin. 2. c. deniq; .s. turibula. 7. q. 1.

14 Quæsitum fuit, qua pœna esset afficiendus, qui insignia ista furatus est: & plerisque placuit, arbitrio iudicum puniendum esse, non quidem ut furem, aut sacrilegum, sed ut contemptorem religionis & iudicum: ergo fustibus siue flagellis castigandus, aut ei multa irroganda, aut in exilium eiciendus est. l. si familia. l. si quis id, quod. ff. de iurisdictione. & illic noster Orosius.

15 Non solum publicam pœnitentiam agunt hæretici, qui ad ecclesiam redeunt, sed etiam bona eorum publicantur, & ecclesiasticis beneficijs priuantur: nec ea recuperare possunt, etsi ecclesie gremio excipiantur. Qua in re Paulus Parisius, veteres quosdam secutus, & Petrus rebuffus insigniter errât. c. cum secundum. c. ut commissi. s. priuan-

di. de hæreti. lib. 6. Parisius consil. 2. lib. 4. Rebuffus tractatu. de pacificis possessorib. nume. 196.

16 Quamuis enim bona pœnitentium interdum non confiscentur: id tamen non ipso iure, sed principum indulgentia fit, hoc est, cum hæretici conuertuntur intra tempus, quod gratiæ vocant: nam tunc priuilegio principis bona non auferuntur ab eis. c. vergentis. de hæreti. prima instruct. cap. 3. & cap. 7. Feli. consil. 10. Brunus lib. 5. de hæretic. cap. 6.

17 Hoc amplius constituerunt reges catholici, ut ij qui ad rectam fidem redeunt, intra tempus ab inquisitoribus pœnitentium, bona omnia perinde recuperare ac dispensare queant, ac si nunquam in hæresim incidissent: excepto, si bona immobilia alienare voluerint, id enim prohibentur facere sine decreto principis: ne bonis omnibus venditis ad religionis hostes transfugiant. 2. instructio. cap. 5.

18 Illud quæsitum est, an pœnitentes isti exempti sint e iurisdictione regia, & ab inquisitoribus duntaxat puniri possint? Et multi quidem putabant, à iudicibus regijs hos puniri non posse, tametsi hominem vulnerauerint, aut occiderint, quia Leonis magni decretum extat, quo pœnitentium causæ ad ecclesiasticum iudicem remitti videntur. Et Gratianus addit, generaliter id esse accipiendum, tam in ciuilibus causis, quàm in criminalibus: nec desunt iurif-

Titulus XLVII.

231

iurisperiti huius opinionis auctoritas. c. aliud. 11. q. 1. & inibi interpretes. Calde. consil. 7. titu. de iudicijs Hostien. in summa. tit. de foro cõpet. Guil. in speculo. titu. de competenti iudicio. s. 1. versic. 17. Antos. in. c. 2. de foro competenti. Aleazarus in praxi. tit. de competenti iudicio. ad i. versic. 16. Augusti. Bororius. in. c. de his. de accusatio. ubi ait, hæc esse communem opinionem.

19 Sed hæc opinio à ratione & veritate longè est auersa: nec enim crimen eximit quenquàm à iudice suo: nec lex aliqua istos liberat à iurisdictione regia: atque ea quidem multorum sententia est, qua utimur. l. pœn. ff. de interd. & relegat. Innoc. in. c. significatibus. de officio delegat. Abbas. Fran. Aræti. Andr. siculus. in. c. 2. de foro competenti. Maria. in. c. 1. eiusdem titu. versic. de. cima declaratio. Couarrubias lib. quæstionum. cap. 34.

20 Neq; his obstat decretum Leonis magni: illud enim cõsiliu est non lex: nec de reo loquitur, sed de actore. Nam & in epistola, quæ est, ad Rusticum. cap. 8. inquit: si quis pœnitens habeat causam, quam negligere fortè nõ debeat, melius expetit ecclesiasticum, quàm forense iudicium: & ita multi ea verba interpretantur. c. vltim. 14. quæstio. 1. Hugut. archid. Torquemada, & Prepositus. in. c. aliud. 11. quæstio. 1. Fran. Aræti. & Andr. siculus. in. c. 2. de foro compet.

21 Adde quod pœnitentes illi, de

quibus Leo locutus est, non fuerat hæretici ecclesie reconciliati, sed religiosi homines, qui statum pœnitentiæ profitebantur: hi autem quodam modo ecclesiastici erant, nam per manus impositionem clericum accipiebant, & vestitum commurabant, ut in concilio Agathensi capite undecimo proditum est. De his quoque in concilio Aurelianensi canonem. 18. daverunt, ut qui pœnitentiæ benedictione suscepta, ad secularem habitum, militiamque reuerti presumpserint, excommunicatione plectantur. Et in quarto concilio Toletano canone. 53. decreuerunt patres, ut quicumque ex secularibus, accipientes pœnitentiam, totoriderint se, & rursus præuaricantes, laici effecti fuerint, ab episcopo suo ad pœnitentiam reuocentur: quod si admoniti ad pœnitentiam redire noluerint, ut veri apostatæ coram ecclesia anathematis sententia condemnentur. Præterea multa in eadem sententia. 3. concil. Tolet. cap. 12. & concilio. 13. cap. 10.

22 Pœnitentibus autem reconciliatis ecclesie, & filijs ac nepotibus damnatorum interdictum est, ne argento & auro, & pretiosis vestibus, & armis utantur: & ne officijs publicis fungantur: quod pœna ignis sancitum est: sed hodie arbitrio inquisitorum puniuntur ij, qui secus fecerint. Et olim quidem togæ iure carebant, quibus aqua & igne interdictum erat, ut libro quar-

to

De pœnitentibus & conuersis

- ro epistolarum Plinius est author.
- 23 Capite sexto primæ instructio- nis præterea prohibetur, ne isti in equum ascendant, aut vehantur in equo: idemq; erit in equa: nam appellatione masculi fœmina comprehenditur. l. si ita scriptum. ff. de lega. 2. l. legatis. §. iumētis. de lega. 3.
- 24 Sed neque in equulis sedere poterunt: quia equus paruus, equus est. Et quamuis varij sint equuli, & varijs nominibus appellentur, non ideo tamen equi esse desinunt: nec genere differunt, sed mediocritate. l. vlti. ff. de fundo instru. vel instru- men. legato.
- 25 Plurimum dubitationis habet, an isti mula aduehi possint? mula enim alteri speciei est? Verum eadem omnino ratione, neque in mulam ascendere poterūt. Ad de quod mulæ Hispanæ nōnunquam sunt equis pretiosiores. Quin etiam rex ille David mulam suam plurimi fecisse videtur: cum filium suum Salomonem, regem creare volens, imponite, inquit, filium Salomonē super mulam meam. lib. 3. regum cap. 1. l. qui duos. ff. de legat. 3.
- 26 Ad summam, si mula, mulus, & equulus, frænis & ephippijs ornati sint, non magis vti eis poterūt isti, quam generosis equis. Quid? quod si aliunde argumenta sumere licet, nec asinis, nec vehiculis vti poterūt, sed pedibus iter facere debent: nam & ea pœnitētia quibusdam facinorosis imponitur. c. admonere. c. latorem. 33. q. 2. canone vltim. concilij Vormanciensis. ca. vlti. 13. quæst. 2.
- 27 Quæstio quidem vehemens atq; admodum implicita est: quo tempore, & quomodo, heretici pœnitentes admittantur. In solutione huius quæstionis longa distinctione opus est: aut enim occultus hæreticus, à nemine indicatus, seipsum ad inquisitores defert, & errores suos plenè fatetur: & is proculdubio recipiendus est: nec debet ei publica pœnitentia imponi: sed secreto absolueudus est, quemadmodū sub titulo de cōfessis pleni⁹ dixim⁹.
- 28 Aut alio in regno publicè apostata, vel hereticus fuit: & anteaquā aduersus eum quispiam testimonium dixerit, ipse ad sanam mentem sponte rediens, veniam & absolutionem ab inquisitoribus postulat: & is quoque admittendus est: sed errores abiurare publicè debet, & salutarem pœnitentiam agere. Cæterum nec pœnam carceris patietur, nec habitum pœnitentiū induet. i. instructio. cap. 8.
- 29 Aut metu imminentium probationum ad inquisitores venit, & consceleratos indicat, & errores suos plenè fatetur: & is quidem, si testes contra eum superuenerint, ecclesiæ reconciliandus est: sed mitius cum eo agi debet: nec enim ad perpetuum carcerem damnandus est, nec habitum pœnitentium diu portabit. l. quisquis. §. vlti. C. ad leg. Iuli. maiest. Hostien. & Felin. in. c. de hoc. de Simoni. Tiraquel. de pœnis,

Titulus

XLVII. 232

- nis, causa. 30.
- 30 Aut iam comprehensus, in carcerem coniectus fatetur hereses: & quidam putant, hunc admittendū non esse, quia tunc confessio spontanea non est. Sed horum opinio crudelis & falsa est, & ab omnibus ferè damnata: quia lex pōtificia nuptale sancit, nec efficit carcer, vt ea confessio non videatur spontè facta. c. ad abolendam. de hæret. Gril- lan. quæstio. 5. Alex. consil. 9. lib. 7. Syluanus consil. 89.
- 31 Quinimo qui admonitus confitetur hereses, priusquam ei dicta testium edantur, benignè recipiendus, nec ad perpetuum carcerem damnandus est: nam & is fateri videtur antequam deprehensus sit: nondum enim testibus aut confessione conuictus est. Hostiē. in summa. tit. de hereri. §. qualiter deprehēsus. cuius sentētia ab omnibus probata est, & prima instructione cōfirmata. cap. 11. addo. ca. presbyterum. 30. distinct.
- 32 Aut confitetur post editam accusationem, & admittendus quidem, sed seuerius puniendus est: quia non ante confiteri voluit, quā ex accusatione instrueretur, & planè intelligeret, quarum hæresum accusaretur.
- 33 Aut postquā testibus conuictus est, id est, publicatis testimonijs cōfitetur errores: & is etiam admitti poterit, sed in perpetuum carcerem detrudendus est: vt Gregorius nonus constituit: qui Lucio tertio non aduersatur, vt malè Syluanus existimauit: sed in diuersis speciebus loquuntur. c. pen. §. vlti. c. ad abolendam. de hæreti.
- 34 Lucius quidem ait, quicumque manifestè fuerit in hæresi deprehensus, nisi continuò post deprehensionem erroris ad fidei catholicę vnitatem sponte recurrerit, secularis iudicis arbitrio relinquatur. Omiserat maximus ille pontifex, qualem pœnitentiam agere debeant, qui postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad ecclesiæ gremium: idque est, quod Gregorius supplet, dicens: ad agendam condignam pœnitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur.
- 35 Ex quibus id quoque intelligitur, quod is qui confitetur errores ante quam deprehendatur, id est, priusquam testibus publicatis, aut sua ipsius asseueratione conuincatur, is (inquam) damnandus nō est ad perpetuum carcerem: sed iudicum arbitrio salubris pœnitentia imponenda est ei. c. mensuram. de pœniten. distinctio. 1. l. 1. ff. de iure deliberandi.
- 36 Sed quousque admittetur hæreticus? Multi aiunt, hæreticum pœnitentem ecclesię gremio excipiendum esse, etiam post sentētiā definitiuam, donec tradatur curiæ seculari: quia quandiu est sub inquisitorum manu, tandiu videtur, locum esse misericordię. Ioan. And. Abb. & Ana. in. c. excommunicamus. 1. §. 1. de hæret. Card. in. c. ad abolendam.

De pœnitentibus & conuersis.

bolendam. Aluaro. in. §. Gazaros. de statu. & consuetudi. lib. feudo. Syluester. in summa, verbo, heresis 1. quæstio. 12. Decius. consi. 137. Albertin. in. c. 1. de hereti. lib. 6. quæst. 12. Boherius decisione. 343. Ludou. Care. de hereti. nume. 159.

37 Hæc autem opinio à iure & ratione longè est auersa: iura enim exigunt, vt statim post deprehensionem conuertatur hereticus. Et diuus Cyprianus inquit: prohibèdi sunt à spe communionis & pacis, qui in infirmitate atque periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit. Adde q̄ iudex posteaquam semel dixit sententiam, iudex esse definit: semel enim malè seu bene functus est officio. c. idcirco. de pœnitent. dist. 7. l. iudex. ff. de re. iudicat. l. si quis fortè. ff. de pœnis.

38 Aliorum est opinio, id tempus in arbitrio iudicū esse: ij enim magis scire poterūt, quousque sit quilibet admittendus. Hostien. in. ca. ad abolendam. Matth. in constitu. Siciliæ titu. 1. Grillan. de heret. q. 5.

39 Verùm ea periculosa opinio explosa quoque atq; eiecta est: nec enim vita pœnitentium ex arbitrio iudicum pendere debet: quorum arbitratui leuiora duntaxat relinquenda sunt, & ea quæ impossibile fuit legislatori definire: vt Plato & Aristoteles tradūt. An ficta sit, nec ne, cuiuslibet pœnitentis confessio, id quidem legislator præuidere nō

potuit, cum sit magis facti, quàm iuris: quamobrem arbitrio iudicū idipsum reliquit: tempus autem facile præfinire potuit. Plato. 9. de legibus. Aristote. lib. 1. rhetorico. ca. 1. c. vt officium. §. si vero. de hereti. lib. 6. l. mora. ff. de vsuris.

40 Sapienter igitur decreuerūt maiores nostri, vt heretici pœnitētes vsque ad sententiam definitiuam admitti possint: nec deinceps veniæ aut clementiæ sit locus: quod & Gerson & nostrates tradiderunt: & eo iure vtimur. Verba Gersonis sunt: difficillimum est, cōvincere, aliquem pertinacem & incorrigibilem fuisse ante iudiciū: nam etsi millies protestatus fuerit ante sententiam, quod defendet errorem suum, admittitur tamē ad veniam in puncto sententiæ proferendæ, si se monstret pœnitere, & velle stare iudicio superioris: quāuis Occam videatur oppositum tenuisse: contra quæ est vsus & lex ecclesiæ. Hæc ille. 1. instruct. cap. 12. Gerson. 2. tractatu. de schismate. Gonsal. de hereti. prauit. quæstio. 20. alberti. in. c. 1. de hereti. lib. 6. quæstio. 12. Alfon. lib. 1. de iusta heret. punit. c. 22. Bertran. consil. 212. lib. 2.

41 Suprascriptis tamen vehementer obstat celebris illa Lucij constitutio, quæ vt admitti queat hereticus, exigit, vt sponte continuò & confestim ad vnitatem catholicæ fidei recurrat. Quomodo sponte ad vnitatem redit, qui squalore fatigatus carceris, & sæpe monitus, post

Titul.

XLVII.

233

post sexcenta periuria, vix tandem confitetur errores? Quomodo continuo, Confestimq; ad ecclesiam recurrit, qui post admonitiones, post accusationem, post edita testimonia, post menses plures, supplicium deprecatur: c. ad abolendam. de heret. Godofre. in. l. 4. C. eod. titul.

42 Vt ea dissoluantur, obseruandum est in primis, quod lex pontificia non requirit, vt omnes heretici sponte sua conuertantur: sed ij dūtaxat, qui clerici, aut monachi, aut cuiuslibet religionis obumbratione fugati fuerint, hi maximè ad fidei vnitatem vltro redire debent: quia vt Cyprianus inquit, religio violata, aut fraternitas perdita duplices pœnas eis irrogabit. Atque hæc quidē est legislatoris distinctio clerici à laico, hæc tamen à nemine animaduersa.

43 Deinde, notandum animaduertendumque est, verbum sponte, nō semper significare liberam voluntatem sine respectu cuiusquam: vt in loco illo poetæ: Saturni gentem nō vincis, nec legibus equam, sed sponte sua: & in multis iuris civilis locis. Nonnunquam enim, sponte fieri dicitur, quod quis voluntate sua, per se, & suo iudicio facit: quin etiam quod fit alio instante atque impellente sponte fieri dicitur. Cicero ad Atticum: quod profectò cū sua sponte, tum te instate faciet. Et libro de oratore: si sua sponte, quo impellimus, inclinant. Deniq; sponte quoque fit, quod nulla vi adhibi

ta fit: idem Cicero de senectute: senes autem sicut sua sponte, nulla adhibita vi consumprus ignis extinguitur. l. sed & si alio. l. qui tota. ff. ad trebelli.

44 Sic ergo in proposito, sponte sua cōfiteri, is quoque dicitur, qui cōiectus in carcerem, suo iudicio & voluntate sua fatetur errores, nulla vi adhibita. Quod eo magis intelligi potest ex subiecta materia: quia pontifex maximus ait, eos ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, qui postquā fuerint in hæresi deprehensi, ad ecclesiā redeūt: deprehensio autem est, cum quis in facinore manifesto deprehenditur: aut cum asseueratione sua in errore persistit, aut cum testibus, vel scriptis planè conuincitur. Ceterum quocunq; modo deprehensus confiteatur, non omnino fatetur liberè & vltro: & nihilominus confitetur sponte: nec enim omnis coactio voluntatem excludit. Cogitur aliquis vi veritatis, cogitur alius conscientia, & alius voluntate sua, vt ait comicus in Andria: coact⁹, inquit, tua voluntate es: & in eodem opere, coactus legib⁹ eam vxorem ducet: & in adelphis, quod vos ius cogit, id voluntate impetret. c. ad abolendam. & inibi glo. & oēs. l. si mulier. §. vlt. ff. quod met. causa.

45 Plusculū dubitationis ea res habet, cum reus nō ante cōfiteri vult, quam confessio ab eo vi adhibita, id est, tormentis extorqueatur: videtur enim, non sua sponte fateri:

Gg cui

De pœnitentibus & conuersis

cui consequens est, vt admittendus non sit: & ita Laurétio Syluano placuit. consil. 89.

46 Sed id ego longè secus existimo: nam etsi prior illa confessio tormētis extorta sit: ea tamen efficax nō est ad probationem & cōdemnationem, nisi sponte posteriore cōfessione rata habeatur: cū autem reus confessionem violentam vltro ratam facit, non est censendus inuitus: nec illa rati habitio vi adhibita extorquetur, sed omnino voluntaria est. Relinquitur ergo, vt si eius confessio iusta fuerit, is quoque admittendus sit. Et hæc sententia iudicum omnium consensu probata & recepta est.

47 Superest, vt alterum scrupulum eximamus: quomodo continuè & cōfestim ad vnitatem ecclesiæ recurrit, is qui post longum tempus cōfiteatur errores? sed lex pōtificia id exigat, post deprehensionē, hoc est, vt postquā fuerit reus in hæresi deprehensus, cōtinuè siue cōfestim ad ecclesiā redeat: eæ aut dictiones cū aliquo temperamēto tēporis accipiendæ sunt: & modò breuius, modò longius tēpus pro subiecta materia exigunt. Nā & Vlpianus modicū tēpus esse dixit, triginta dierū: & in proposito, non solet esse tēpus longū, à deprehensione vsq; ad sententiā: neq; hoc interuallū alio fine terminari potuit. l. ratū. & l. quod dicimus. ff. de solutionib. l. promissor. de cōstitutu. pecu. l. i. s. itē si ita. ff. ad leg. falcid. l. i. in princip. ff. de iti-

nere actuq; priuato. l. quo enim. s. i. ff. de rat. haberi. interpretes oēs in l. 3. s. eū igitur. ff. de vi & vi armata.

48 Igitur hereticus errores confessus ante sententiā diffinitiuam, recipi quidem poterit: sed iudices nō semper eum admittere debent, nisi cōfessio iusta sit, & nō falsa, & ficta seu simulata. Qua in re iterum eodē loco Laurentius Syluanus labitur, dicens nō esse in arbitrio iudicum, nō admittere hereticū confidentem ante sententiā: quasi verò iudicū arbitrato rei cōdemnarentur, & non potius id fiat à lege pōtificia: quæ non potuit hæc facta, & eorū circumstantias prudentiæ iudicum nō relinquere. c. vt officiū. s. i. de hæret. lib. 6. l. mora. ff. de vsuris. l. i. s. i. ff. ad Turpili.

49 Quod si cui longū esse videatur expectare vsq; ad sententiā: is multa consideret: primum, q; nulla vnquam de morte hominis cūctatio longa est. Deinde, q; Sextus Cæcilius angustissimū tempus esse dicebat sexaginta dierū alienandis manumittendisue seruis: non erit igitur longum, plures dies opperiri, vt hereticus conuertatur & viuat. Ad hæc, difficillimæ sunt repentinæ mutationes: itaque tempore hæreticus eget, vt ab impietate discedat. Tū illud addo, q; reipublicæ quoq; interest, vt hæretici spe veniæ cōsequendæ, participes impietatis iudicibus indicent: quod facere non solent ij, qui sciūt, sibi non esse ignoscendum. Postremò, non est vsque adeo

Titulus XLVII. 234

adeo facile ac dulce, fateri se fuisse hereticum, vt pudor, vt infamia, vt publicatio bonorū, vt habitus impietatis, deniq; vt dæmō ipse nō vehementer oblistat: nihil ergo humanū à nobis alienū esse debet. l. p. spe. ff. qui & a quib. c. si serm. de pœnitent. distin. 2. c. ancillam. 32. q. 2.

50 Vidi ego dicentes, quā fieri potest, vt conuertantur sponte, ij qui latitabant, fugiebant, & vix comprehendi poterāt, & inuiti detinentur in carcere? Eorū confessio metu mortis imminētis magis fit, quā vt reuertantur ex animo. Quibus respondere solebam, spiritus vbi vult spirat: & vexatio dat intellectū ecclesiæ de occultis non iudicat: leges pontificiæ in hæresi deprehensos admittunt: omnia sunt in benigniorem partem accipiendā: propensiores debemus esse ad absoluedum, quā ad condemnandum: & pœnis legum contenti, seueriores esse non debetis, quam leges ipse: nec præsumptionibus & suspicionibus quenquam damnare debetis. Nabuchodonosor pœnitentiā meruit fructuosam: nonne post innumeras impietates flagellat⁹, pœnituit, & regnum quod perdiderat rursus accepit? c. Nabuchodonosor. 23. quæstio. 4. l. si stipulatio. 19. de verb. obligat.

51 Nos verò integrā confessionē, iustam esse iudicamus, præsertim cū reus fleuit & ingemuit: hæc enim sunt signa veræ cōfessionis & pœnitentiæ: iuxta quod propheta regius

inquit, lachrymis meis stratum meū rigabo: & alibi, laboraui in gemitu meo, & gemitus meus à te non est absconditus: & apostolorū princeps fleuit amare. Præterea multa in hac sententiā, quæ ex Hieronymo, Ambrosio, Chrysostomo, Augustino, alijsq; multis Gratian⁹ retulit. L. 2. c. lachrymæ. c. porro. c. cōuertimur. c. quem pœnitet. de pœnitentiā. distin. 1. c. pœnitentiā. c. sunt plures. de pœnit. distin. 3.

52 Nec me latet, lachrymas nō nūquā nihil profuisse: veluti cū Esau non inuenit pœnitentiæ locū, quāuis cū lachrymis inquisisset eā: sed lachrymæ ille, vt ait Chrysostom⁹, nō erāt pœnitentiæ, sed animi violētis, & indignationis internæ: quod ex operibus eius perspicuum est. ad Hebræos. 12. c. irrisor. c. Iudas. de pœnitentiā. distin. 3.

53 Optimum quoq; signum est veræ pœnitentiæ, humilitas: nec enim sufficit à præteritis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt satisfiat dominō per pœnitentiæ dolorem, & per humilitatis gemitū: quia pœnitentia est humilium & bonorum fidelium pœna quotidiana, vt Augustin⁹ inquit: & vbi superbia regnat, humilitas locum habere non potest: sine humilitate verò veniā sperare non licet. c. non sufficit. c. tres sunt. c. quis aliquādo. in fine. de pœnitentiā. distin. 1.

54 Existit autem hoc loco quæstio subdifficilis, an is qui docet hæretes, quæ dogmatizantē vocāt, reci-

De pœnitentibus & conuersis.

piendus sit redire volens. Et prima quidem fronte videtur, hunc pœnitentem admittendum esse: nã & Lucius tertius in constitutione illa celebratissima, qua hæreticos pœnitentes excipit ecclesie gremio, eum quoque accipit, qui de sacramentis ecclesiasticis aliter docet, quam sacrosancta Romana ecclesia prædicat & obseruat. c. ad abolendam. de hæret.

55 Sed ea constitutio eget interpretatione iusta, non enim recipere videtur dogmatizantem, sed credentem: nam in prima parte vtrunque pariter vinculo perpetui anathematis obligat, quia vterque in excommunicationem incurrit: cum autem de admittendis pœnitentibus loquitur, nullam doctoris mentionem fecit. Nec existimandus est legislator æqualiter dissimiles accipere voluisse, cum sit longè grauior magistri quam discipuli culpa: lapsis enim & erratibus subuenitur, non autem seductoribus perditis, quibus lex diuina non parcat. Ait enim lex: si tibi voluerit persuadere frater tuus, aut fili, aut vxor, vel amicus, clam dicens, eamus & seruiamus dijs alienis: nõ acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, vt miserearis & occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum: lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à domino Deo tuo. Deutero. 13. l. hi qui. C. de apo-

statis. 56 Huc accedit, quod consequens clausula generalis non est equaliter ad antecedentia referenda, cum ratio dissimilis fuerit, & inequabilis causa. Quis autem ignorat, maximam esse distantiam inter doctorem & discipulum, deceptorem atque deceptum? l. cohæredi. s. qui discretas. & inibi. Areti. de vulga. & pupilla. Angel. in. s. hinc nobis. authen. de heredi. & falci. Imol. in. l. Caius solut. matri. Paul. in. l. vltim. C. de senten. Alex. in. l. in testamento. C. de testam. milit. Decius. consil. 456.

57 Quamuis autem alijs quoque pontificijs legibus pœnitentes hæretici recipiantur: ea tamen regula generali non comprehenduntur hæresiarchæ, neque doctores errorum. Etsi enim alijs hæreticis venia concedatur, isti tamen seuerissimè puniendi sunt, qui magistri fuerint & impietatis duces. Sic olim quia populus Israel fornicatus cum filiabus Moab, adorauit Deos earum, iratus dominus ait ad Moysen, tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. Sic etiam duces seditionum durius puniri solent, etiam si cæteris ignoscatur. Numerorum. 25. & l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iuli. de vi publica. Tiraquel. lib. de pœnis causa. 47.

58 Ad hæc, pontificie leges, quæ hæreticos

Titulus

XLVII.

235

reticos pœnitentes recipiunt, non sunt ad eos trahendæ; qui non vna morte digni sunt, sed plurib: satis enina superque est, vt vno crimini morte dignissimo ignoscatur: nec iustum aut æquum est, vt multa crimina sint impunita. Hæreticus autem propter quãlibet heresim in pœnã mortis incurrit: qui verò doctor heresum est, hoc ipso altera dignus est morte: nã vt lex ait, vltimo supplicio coercendi sunt, qui illicita docere tentauerint: & qui fidem alteri expugnat peruersa doctrina. l. quicunque. C. de hæret. pen. de apostat. & l. si de Iudeis. l. 75. ti. 6. li. 16. C. Theodoriani. l. 1. s. persuadere. & s. sed vtrum. ff. de seruo corrupto. l. 1. omni.

59 Accedit eodè, quod lex, quæ de aliquo crimine simpliciter loquitur, seruanda nõ est, quia alia concurrunt crimina. Vt enim Vlpianus inquit, nunquã plura crimina concurrerit faciunt, vt vlli impunitas detur: nec delictum ob aliud delictum minuit pœnam: sed interest publicè nullum impunitum relinqui. l. nunquã plura. de priuatis delictis. l. si adulterium cum incestu. l. vim passam. s. præscript. ff. ad leg. Iuli. de adulte.

60 Itaque relinquendus est curie seculari heresiarcha & magister errorum, & eò magis, si multis nocuit: venia enim indignus est, qui hæreses pluribus persuaserit: perinde atque homicida, qui multos occidit homines. Nam & hæreticus tot occidit homines, quot induxerit: homicida est & dolosus, quotidie animarum san-

guinem fundens, vt inquit Hieronymus in psalmum quintum. l. 3. C. de episcopali audientia.

61 Præterea punire oportet heresiarchas, nec eos villo pacto recipere, vt rudioribus discipulis atque reipublice melius eo exëplo cõsulatur. Et vt diuus Hieronymus inquit, ideo magistri hereticorum percutiuntur, vt saluum fiat discipuli. in Amos. c. 9. Brunus lib. 5. de seditione. cap. 6.

62 Tum illud addo, quod qui docet hereses, nõ gladio, sed veneno pestiferi dogmatis interficit: nõ corpore occidit, sed animam: non breui morte, sed sempiterna: quas ob res grauissimò supplicio dignus est. Huc accedit Augustinus alicubi dicens, pœnã Arrii apud inferos nondum esse ad certum acerbissimè modum terminatã, sed adhuc ea abigeri: quod nec dum finis sit sui prauis dogmatis, quo plurimorum animas non cessat occidere. l. 1. C. de maleficis. l. Sancimus de sacrosanct. ecclesia. l. respiciendum. ff. de pœnis.

63 Ex quibus omnibus, alijsque multis perspicuum est, magistris Lutheranarum heresum nullo pacto ignoscendum esse. Quippe quum multis simul vitijs & flagitijs sint contaminari: hostes ecclesie, inimici sanctorum, diuini iuris violatores, sacrilegi, honorum operum, atque adeo honorum omnium morum corruptores, rerum publicarum euersores. Nec enim ignosci potest ijs, qui nefaria crimina tantorum facinorum ac tam atrocium suscipiunt.

Gg 3 Magno

De pœnitentibus & conuersis.

64 Magno quidem argumento est Paulus apostolus in epistola ad Hebraeos capite decimo, dicens: irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quãtò magis putatis, deteriora mereri supplicia, qui filium Dei cõculcauerit, & sanguinẽ testamẽti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiẽ contumeliam fecerit? Lutherani autẽ filiũ Dei & ecclesiam sponfam eius cõculcant, & sanguinẽ testamenti pollunt, euãgelium deprauantes, & fide viuã abutẽtes, & sacramenta omnia tollentes ac profanãtes. Deniq; spiritui sancto cõtumeliã faciũt, traditiones eius irritantes, ac planè dicentes nullã veritatem eũ docuisse per mille quingẽtos circiter annos. Relinquitur ergo vt seductores Lutherani, a postulo iudice, sine vlla miseratione puniantur.

65 Præterea, qui docet hereses, præsertim lutheranas flagitiũ graue cõmittit, nõ solũ dãnabile, sed etiam dãnosum: falsarius est pessim⁹, qui non literas põtificis falsat, sed omnipotẽtis Dei. Cũ autẽ ecclesia nõ habeat pœnam condignã, qua iustè hunc punire possit: restat vt eũ curiæ seculari relinquat. c. nouimus. de verb. signific. c. ad falsariorũ. de crimine falsi. c. cũ non ab homine. de iudic. & inibi Anchar. & Aleia. Abb. & ceteri. in. c. at si clerici. de iudi. Felin. in. c. i. de constitutio.

66 Deinde, qui dogmata peruersi-

tatis persuadẽt ij proculdubio rẽpublicam ipsã disturbãt ac dissipãt: quod cũm hæreticorũ ferè omniũ sit, Lutherani tamẽ multò id magis efficiunt: qui hierarchiã ecclesiasticam tollũt, & christianã rempublicã labefactãt, atq; perfringũt. Quã obrẽ seuerissimè puniẽdi sunt: non modo vt pestiferi hæretici, sed etia vt seditiosi atq; euersores rei publicæ.

67 Consuluit meccenas, Romanorum sapientissimus, vt nõ solũ more maiorũ Augustus Cæsar numen diligentè coleret, sed & alios ad eũcũlum cõpelleret: eos verò qui peregrinũ aliquid aut hæuũ in religionẽ tentarent, puniret & coercceret: nõ solũ regionis causa, sed etia ipsius rei publicæ: vt à Dione proditum est libro quadragesimo secundo. Videbat vir prudẽtissimus religionẽ mutata, mutari quõq; rẽpublicas: vtrunq; autẽ in bene constituta rẽpublica perniciosissimum est, & maximis supplicijs dignissimũ.

68 Ille quoq; hæreticus qui regi, aut principi hereses, præsertim Lutheri, persuadere tẽtaberit, mea quidẽ sentẽtia, sine vlla miseratione iudici seculari relinquendus est: cõiunxit enĩm heresim cũ crimine læsæ maiestatis, hostili animo aduersus principẽ & rempublicã animatus: est quippe crimen maximi sceleris animã principis atq; ad eũ vniuersẽ rei publicẽ occidere velle. Nã vt ciuis meus Seneca libro primo de clementia inquit: animus rei publicæ, princeps est: ille vinculũ est, per quod

Titulus

XLVII. 236

quod rẽpublica cohæret: ille spiritus vitalis, quẽ tot millia hominũ trahũt. Rege in columi mēs omnibus vna est: impijs regnãtibus, ruinæ hominũ. prouerb. 28. regia lex. 13. & l. 24. titul. 13. parte. 2.

69 Similia dici possunt de hæreticis illis, q; reginã, aut filias, vel sorores regis venenatis doctrinis inficere conati fuerint. Nã & reges ipsi per eas mulieres facilius peruertere possunt: & in crimẽ læsæ maiestatis incurrunt, qui harũ fœminarum pudicitiam pollunt: ac multò quidẽ magis qui animas earũ adulterant. regia lex. i. cum seq. titu. 14. parte. 2. c. vlt. de conuersio. coniugato.

70 Eadẽ dici possunt in eos, qui filios regis inficiunt: nã & hi regiam quoq; maiestatem lædũt. Quadus Manichæos suę ditionis omnes occidit, eorumq; episcopũ, & libros combussit, quod vnũ ex filijs suis, in detestandam illam heresim pellexissent: author Ioãnes Zonaras in imperio Iustini Thracis.

71 Ad postremũ, doctores siue magistri Lutheranorũ dogmatũ, non sunt puniẽdi vt cæteri hæretici, sed pœnis seuerissimis sine vlla miseratione coerccedi: tũ quia exacerbãda sunt supplicia, quia multis grassantib⁹ exẽplo est op⁹: tũ etia quia propter immanitatẽ facinorũ licitũ est à regulis iuris discedere: & vt iurisperiti aiũt, propterea licet iura trãsgredi. l. aut facta. s. vlt. ff. de pœn. In noc. & cæteri in. c. i. de constitutio. Tiraquel. lib. de pœnis, causa. 49.

72 Quòd si q; docere voluit hereses, & nulli nocuit, recipi fortassè poterit: sed maiora in eo signa pœnitentiẽ requirenda sũt, vt ne ficta ei⁹ conuersio esse videatur. Neq; enim faciliẽ credendus est quispiã ab extrema impietate discessisse repente: nam peruersi, vt ecclesiastes inquit difficilè corriguntur, & mali homines & seductores proficient in peius, errantes & in errorẽ mittentes, vt ait Paulus in posteriore epistola ad Timotheum. c. 3. ecclesiastes. c. 1.

73 Ex eo autẽ quod supra dixim⁹, nata dubitatio est: an hæreticus post sententiã diffinitiuã conuersus, qui se dixit pœnitere velle, & alios hæreticos iudicibus indicare, si ob eã rẽ à iudice seculari restitutus sit inquisitorib⁹, & corã illis plenissimè cõfessus fuerit, relinquendus sit iterũ eidẽ iudici seculari? Quæ quæstio cũ superiorib⁹ annis apud inquisitores Conchenses ex factõ agitata esset, cõsulti supremi iudices, multiq; periti vnanimi sentẽtia respõderũt, pœnitentẽ eiusmodi, nõ esse curiẽ seculari iterũ relinquendũ: tũ quia verã confessionẽ fecerat corã inquisitoribus, & ab illis tradi non debebat: tũ etiam quia secularis iudex iuri suo renũciasse visus est, qui hæreticũ sibi relictũ inquisitoribus tradidit. Adde q; nec bonum nec equum patitur, vt qui iam nec impœnitens, nec relapsus est, seculari potestati vllõ modo tradatur.

74 Ceterũ sacerdotibus, & alijs clericis nõ solet publica pœnitẽtia in

De pœnitentibus & conuersis.

iungi: tum propter ordinis dignitatem: tum etiam ne grex fidelium offendatur, & patiatur scandalū. c. illud. c. alienum. c. de his. c. confirmandum. 50. dist. ca. presbyter. 82. distinct. & inibi archidia. Preposit. & cæteri. Alex. Ales. 4. parte. q. 64. membro. 3.

75 Sed quamuis hoc in leuioribus criminibus seruandum sit, in grauioribus tamē sacerdotes etiam cogendi sunt ad subeundā publicam pœnitentiam: & eò magis in crimine hæresis, quo sacerdotes grauius, quàm laici delinquant. Vt enim Cyprianus inquit, cum hoc laicos deceat, ne occasionem blasphemæ opponat: tum maximè clericos vehementer necessitas ista contingit: quibus aut religio blasphemata, aut fraternitas perdita, pœnas duplices irrogabit. c. presbyter. 82. dist. c. vltim. 30. distinct. c. si quis episcopus. 81. dist. c. si quis sacerdos. 30. quæstio. 1. Cyprianus. tractatu de singularitate clericorum. ca. accusatus. 5. vlti. de hæreti. lib. 6.

76 Nec soli clerici & presbyteri publicam pœnitentiam agere debēt, sed etiam episcopi, cardinales, & cæteri quantalibet dignitate præfulgeant: par enim omnium conditio est in his, quæ ad fidem pertinet orthodoxā, vt suis locis fusiùs dixim⁹. Adde etiā, q̄ clerici hæretici ad ecclesiam redeuntes, post alias pœnitentias deponēdi sunt, saltēm degradatione verbali, qua suspenduntur ab exercitio suorum ordinum:

iuxta id quod in concilio Elibertino decreuerunt patres, hoc verborum tenore: ex omni hæresi qui ad nos fidelis venerit, minimè est ad clerū promouendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur. hæc ibi. cap. 51. ca. 1. de hæreti. li. 6. & illic Domini. Philip. Franc. & Alberti. notabi. 6. Abba. Ioan. de Ana. & Felinus in. c. pœn. de hæret. & in tracta. eiusdem tituli. Grillan. quæstio. 7. Gōsalus, quæst. 19. Brunus. lib. 4. c. 13. Ioan. Bernar. in practi. cap. 127.

77 Qui verò pœnitentiæ iniunctæ planè non satisfecerit, nunc pœna pecuniaria coercetur, nunc pro relapso habetur. Nam si pœnitentia iniuncta omnino contraria est hæresi, putà, si pœnitenti præcipitur, vt abiuret, vt aduersus errores suos prædicet, vt hæreticis non communice, vel quippiam simile, tunc ille qui non paruerit, puniri poterit tanquam relapsus: si verò pœnitentia ad purgationem culpæ tendat: vt putà, si ieiunia, orationes, vel alia opera pia fuerint pœnitenti iniuncta: is qui ea omnia nō fecerit, puniri nō poterit pœna arbitraria. Hæc est concursus plurimorum opinio, à quibus ego vehemēter dissentio: nam qui pœnitentiæ iniunctæ non satisfacit, pertinax, aut impœnitēs est, aut quiduis potius, quàm relapsus. Quòd si eum suæ negligentiæ, aut pertinaciæ iterum pœnitentia denuo pro criminis qualitate age-

re

Titul.

XLVII.

237

re compelletur. Matthe. Zenzeli. & Ioan. Imolen. nume. 23. in clement. vlt. de hæreti. Calderin. in. c. literas. de præsumptio. Feder. Senensis cōsil. 156. cardi. in Clemen. 1. §. sanc. de vsuris. Fran. Squillacen. de fide catholica. cap. 19. Nicola. Arelata. de hæreti. notab. 30.

78 Cùm autem pœnitentia in plærisque rebus arbitrio iudicum moderanda sit, necesse est, vt in ea imponenda inquisitores multa considerent. Nam vt patres in sexta synodo generali decreuerunt, oportet peccati qualitatem speculari, & peccatoris promptitudinem ad reuersionem, vt reducatur errans, & vulneratus curetur. Eaquæ cautione procedendum est, ne per præcipitia desperationis pœnitens detruatur: neque ei laxentur habent ad vitæ dissolutionem, & contemptū. Vtraque igitur scire oportet, & quæ sunt rigoris, & quæ commiserationis: vt homo ad claritatem illam supernam vocatus, prudenter gubernetur. Extat quoque canon cōcilij Vormaciensis hoc verborum tenore: de pœnitentibus secundum differentiam peccatorum sacerdotis arbitrio pœnitentiæ decernantur. Debet itaque sacerdos in pœnitentia danda singulorū causas singularitim cōsiderare: originem quoque, modumque culparum, & affectus, gemitusque delinquentium diligenter examinare, manifesteque cognoscere: temporum etiam & personarum, locorum quoque &

etatum qualitates inspicere: vt etiā pro consideratione locorum, ætatum, vel temporum, seu pro qualitate delictorum, atq; gemituum vniuscuiusque delinquentis, à sacris regulis oculos nō reflectat: hæc ibi: quæ quamuis de foro sacro pœnitentiæ dicta sint, ad Forum tamē inquisitorum omnino pertinere quiuis facile intelliget: quia & hoc forum mixtum est. 6. synodo generali. cap. vltim. & concilio Vormaciensi. canone. 7. c. mensuram de pœnit. dist. 1.

79 In his autem, alijsque pœnis omnibus ad misericordiam & clementiam, quàm ad crudelitatem & seueritatem proniores esse debemus. Beati misericordes (inquit seruator noster) quoniā ipsi misericordiam consequentur. Et sapiens in prouerbis, misericordia & veritas te non deserant: circūda gutturi, & describe in tabulis cordis, inuenies gratiam corā Deo & hominibus. Profectò iustitia sine misericordia & lenitate, non iustitia sed crudelitas est: etsi enim erremus modicā pœnitentiam imponentes, melius tamen est, sicut Ioannes Chryostomus inquit, propter misericordiā rationem reddere, quàm propter crudelitatem. Etenim Deus ipse (vt apud Oseam est) misericordiam mauult, quàm sacrificium. Et iuxta Gregorij Nazanzeni sententiā, nulla ex omnibus re Deus perinde ac misericordia colitur: quoniam

Gg 5 quam

De pœnitentibus & conuersis

quàm illa. Vnde Claudianus eleganter cecinit.

Sis pius in primis, nam quum vincamur in omni

Munere, sola Deos aequat clementia nobis.

Et sicuti Cicero in oratione p̄ Ligario scribit: nulla virtus nec gratior, nec admirabilior misericordia est: homines enim ad Deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando. Quæredæ sunt ignoscendi causæ (vt Ammianus Marcellinus ait) non puniendi occasiones: quod iudicis considerati est proprium. Et vt Sopater quadam in epistola scribit: gratiæ, quæ iustitiam transgrediuntur, ne gratiæ quidem dici debere videntur: amicas autem iustitiæ nemo reiecerit vtrò, qui modò non ex quercu aut petra natus sit. Et mox: iudicia quidem, quæ occupantur circa iustitiæ emendationem in cōtractibus, omnino non agnoscunt gratiarū genus: quæ autem circa delicta versantur, mansuetam & humanam gratiarum faciem nō recusant. Denique pro Iacobi apostoli sententiā, super exaltat misericordia iudiciū. Matthe. 6. prouerb. 3. Chrysostr. in. c. alligant. 26. quæst. vlt. Osee. 6. Nazanze. oratione. 16. Claudianus de quarto consulatu Honorij. lib. 12. Ammianus. lib. 19. rerum gestarum. epistola Iacob. cap. 2.

80 Meminerint semper iudices Iacobi apostoli eodem loco dicentis, iudicium sine misericordia illi, qui

nō facit misericordiam. Perniciosè quidem iudices errant, qui seueritatis gloriam affectant, & crudeles & atroces sunt. Nam sicut misericordia sursum ad Deum leuat, ita deorsum crudelitas in infernum deijcit: est enim hominum nature, quam sequi debemus, maximè inimica, vt Cicero libro tertio officiorum scriptum reliquit. Igitur in leuioribus causis (vt eleganter Marcellus inquit) proniores ad lenitatem iudices esse debent: in grauioribus pœnis seueritatem legū cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. Iacobi. 2. l. respiciendum. de pœnis. c. licet. c. disciplina 45. distin. cum sequentibus.

81 Hactenus de pœnitentibus diximus: superest vt pauca quædam de conuersis breuiter perstringamus. Conuersos hoc loco intelligimus, eos omnes, qui ex Iudeis, Mahumetanis, aut alia qualibet secta, ad fidem catholicam conuertuntur: nam vulgus Hispanorum eos tantum cōuersos nominare solet, qui ex Iudæis conuersi sunt, vel ex Iudæorum gente descendunt. Hi autem docendi & fouendi sunt, adiuuandi quoque & honorandi, vt catholicam fidem libentiùs amplectantur. Primordia conuersorum (inquit Isidorus) blandis refouenda sunt modis, ne si ab asperitate incipiant, exterriti ad priores lapsus recurrant. Nam vt Chrysostr. ait, contumeliæ ac derisiones non parū valēt ad commouendam animam,

ni

Titulus XLVII. 238

ni fides p̄fundè sit radicata. Nihil enim æquè tabefacit mētē ac dicitia & conuicia: nā multi viri per conuicia sunt sæpe subuersi. Quod si quispiam eis per sua scribit, vt deserant catholicam fidem, is vltimo supplicio lege regia puniendus est: pragmatica. 11. ecclesiastici. 8. Stobæus. sermone. 110. Chrysostr. in dictum apostoli, habentes autem eundem spiritum sermone. 3.

82 Sed hinc aspera & vehemens quæstio exoritur, vtrum isti ad fidē recenter conuersi, & eorum liberi, veteribus Christianis in omnibus equandi sint? Quidam (quos fortè vehementer tangit iste dolor) multis argumentis probare conantur, inter hos & illos, nullum esse discrimen constituendum: quod facile illis concesserim in his tantum rebus, quæ ad fidem & religionem, vel ad ius naturale, vel iustitiā commutatiuam pertinent: in his enim omnes æquales esse debemus, sicut illorum argumenta ostendunt. c. 1. cum sequent. 56. distin. glo. in regia l. 2. titu. 3. l. 4. fori legum. Buridanus in lib. 5. ethico. quæst. 11.

83 In honoribus tamen, ac dignitatibus, in distributiua iustitia, & id genus alijs, plurimum refert, nobilis sit quis, vel ignobilis: ciuis an peregrinus: Iudæus, an Græcus: Neophytus, an ex vetustissimis Christianis: id enim ratione naturali apud omnes gentes cōstitutum, & apud omnes populos vsitatum, & iure gentium receptū est. Prohibet Pau-

lus apostolus, ne sit episcopus Neophytus: ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Qua ratione multisque alijs, prohiberi quoque poterunt isti conuersi à veterum Christianorum collegijs & prærogatiuis. Sic olim Hebræi antiquissimi diligenter prouiderunt, vt genus sacerdotum sine permutatione, purumque consisteret. Oportebat enim, eum qui sacerdotium habiturus esset, ex eiusdem gentis muliere nasci, & genus per antiquam lineam, & multis testibus approbare: vt libro primo contra Apionem Iosephus est author. Sic Plato dialogo sexto de legibus constituit, vt in sacerdotum creatione ille cōprobetur, qui integer sit atque legitimus: deinde à domo quam maximè munda: expers quoque, cædis, omniumque huiusmodi, quæ aduersus diuinam rem committuntur: cuius & pater materque similiter vixerint. Sic Theseus nobilibus tantummodo tractandi rem diuinā, magistratus ex suo ordine creandi, administrandi que leges, tum pia religiosaque interpretandi, definiendi que potestatem fecit: quod & in numerabiles alij non immeritò fecisse laudantur: Timotheo. 1. Gratianus. 48. distinct. ca. constituit. 17. quæst. 4. Plutar. in Theseo.

84 Hinc est, quod in Hispania hi, qui descendunt ex genere Iudæorum, iure ac meritò arceri, ac repelli solent ab officijs sanctæ inquisitionis, à collegijs scholarum, à monasterijs

De pertinacib. & impoenitentib.

rijs multorum sanctorum, & præcipue diui Hieronymi, & à quibusdam capitulis ecclesiarum & sodalitatibus, seu confraternitatibus: quod iustissimum esse, plurimis constitutionibus & statutis, à summis pontificibus approbatis & confirmatis, cuius pio & orthodoxo viro facile persuasum & perspicuum esse poterit. Accedit eodem, canon quarti concilij Toletani, & Thomæ Caietani responsum: postremo maxima Hispaniarum utilitas rebus ipsis & experimentis assiduis comprobata. Accedit etiam, quod multi istorum suspecti sunt in fide, inquieti, ambitiosi, seditiosi, & propter parentum & consanguineorum infamiam, dignitatibus & honoribus indigni: & collegijs honestioribus minus idonei. Nec vllus inficiari poterit, maiores istorum perfidos fuisse Iudeos, & ore seruatoris nostri vocatos, progeniem viperarum generationem prauam & adulteram. Pudeat ergo Henricum

Mauroy, qui verbosa & licentiosa apologia in archiepiscopum Tolentanum, contrariam opinionem defendere, contra summos etiam pontifices, fallacibus & importunis argumentis temere conatus est. In hoc solo (fateor) plus nimio curiosus sumus Hispani, quod eos quoque notare solemus, quorum maiores Iudæi ad catholicam fidem ante ducentos annos sponte conuersi sunt: quum ex eis multi religione, pace, & bello, sanctissimi, præclarissimi, atque fortissimi euaserint. 4. concilij Tolet. canon. 63. Caieta. in opusculis, tomo. 2. q. 6. Matthæ. Iræneus lib. 4. aduersus hæreses cap. 41.

85 Postremo, si Neophiti labantur in hæresim aut relabantur, nondum satis edocti catholicam fidem, mitius cum eis est agendum: parcitur enim Tyroni, præsertim disciplinam ignorati. l. de heretico. s. si plures. l. qui cum vno. s. vti. l. qui commeat. ff. de re militari. Tiraquel. lib. de poenis: causa. 10.

De pertinacibus & impoenitentibus.

Titul. XLVIII.

- 1 Pertinacia quid sit, & quis pertinax dicendus.
- 2 Pertinacia nonnullorum hereticorum.
- 3 Pertinacium hereticorum furor eleganter exprimit Augustinus.
- 4 Pertinaces hereticos quomodo describat Bernardus, & Albertus Capensis.
- 5 Pertinaces heretici demonibus peiores sunt.
- 6 Pertinaces quomodo puniendi sint.

- 7 Pertinacia quæ consummatum facit hereticum, cuiusmodi sit.
- 8 Pertinacem esse, qui credit contrarium eius, quod scit ecclesiam tenere, probatur ratione.
- 9 Pertinaces ex iuris præsumptione qui sint.
- 10 Pertinax hereticus esse censetur, qui asserit aliquam hæresim, cuius contrariam veritatem catholicam prius docuerat.
- 11 Pertinax prædictus hereticus quando non

Titulus

XLVIII. 239

- non censetur.
- 12 Pertinax hereticus esse præsumitur, qui diu persistit in errore, cuius contrariam veritatem catholicam explicitè scire non tenebatur.
- 13 Præsumptio sola non sufficit, vt quis præsumatur hereticus puniatur, saltem poena ordinaria.
- 14 Pertinax in dicta causa iudicandus non est, qui asserit propositionem aliquam hereticam, cuius contrariam veritatem catholicam explicitè scire non tenebatur.
- 15 Pertinax censetur, qui licet ignorantia probabili errat, legitime tamen admonitus non respicit.
- 16 Pertinax is præsumitur, etiam si minus legitime admonetur, si statim cauta sollicitudine veritatem non quarit.
- 17 Admonitio qualis esse debeat, vt hereticum pertinacem faciat.
- 18 Admonitio quæ censenda sit legitima.
- 19 Admonitionem legitimam esse inquisitoris assertionem, dicentis errare aliquem contra fidem catholicam, non nulli censent.
- 20 Admonitionem legitimam esse inquisitoris prædictam assertionem, perperam negat Alfonso Castrensis.
- 21 Pertinax quando censendus est qui probabili ignorantia errat.
- 22 Pertinax quomodo censendus non est, qui probabili ignorantia ductus iurat se nunquam ab aliqua heretica propositione discessurum.
- 23 Hereticus incorrigibilis quis sit dicendus.
- 24 Pertinacia quare in dubio præsumenda non sit.
- 25 Impoenitens quis dicatur.
- 26 Impoenitentes heretici qui suos errores negare quam confiteri malunt, iure optimo comburuntur.
- 27 Heretici qui errores omnes, de quibus manifestè conuincuntur, confiteri nolunt, merito curiæ seculari relinquuntur.
- 28 Impoenitentes diminuti qui dicantur.
- 29 Pœnitentiæ iniuncta qui non satisfaciunt, quomodo puniendi sint.

- 30 Inquisitores cognoscere possunt, an pœnitentes iniunctam pœnitentiã agant.
- 31 Inquisitores contra illos procedere debent, qui ad ecclesiam redeuntes, de seipsis, aut de alijs, plenam veritatem non dixerunt.
- 32 Inquisitores non debent statim prædictos homines curiæ seculari relinquere.



1 **C**um sit pertinacia hæresis completum, & quæ consummatum facit hereticum, opere pretium erit, quid pertinacia sit explicare. Pertinacia (vt inquit Cicero) finitima est perseverantia: nam vtraque in rebus cœptis persistit: sed perseverantia occupatur in bono, pertinacia verò in malo. Significat itaque pertinacia obstinationem & perniciam, qua quis in eo persistit, quod tenere non debet. Vnde pertinax dicitur (vt apud Isidorum est libro decimo etymologiarum) quasi impudenter tenax, qui persistit in eo, quod debet dimittere. Denique pertinax est, qui persistit in errore, quem omnimodo deserere tenetur. arch. in. c. hæresis. 24. q. 3. Ioan. mona. in clem. r. de usuris. Alberti. lib. de agnoscendis assertio. cathol. quæstio. 3. & 29. Alfonso Castren. lib. 1. de iusta hæret. punitio. cap. 9.

2 Sunt autem quidam heretici pertinaces vsque adeo perditii vt mortem, mortisque quolibet cruciatum ante sint subituri, quàm ab errore discedant: vt qui non minus tenaces sunt hæresum, quàm celebratissimi

De pertinacibus & impœnitentibus.

riffimi olim Christi martyres fuerint religionis diuinitus inspirata. de his pertinacibus loquens Cyprianus, tractatu, de simplicitate prælatorum, cum Deo, inquit, manere nō possunt, qui esse in ecclesia Dei vnanimis noluerunt: ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti bestijs, animas suas ponant, non erit illa fidei corona, sed pœna perfidię: nec religiosę virtutis gloriosus exitus, sed desperationis interitus. Et libro de duplici martyrio, neque tamē statim martyr est, qui occiditur: occiduntur & sicarij & pirate. Nō supplicium facit martyrem, sed causa. Neque hoc est testimonium præbere Deo, id facere, quod & Deo displicet, & gentium legibus prohibetur. Plurimum interest inter barbaram immanitatē, & martyrum modestissimam cōstantiam, in se imbecillum, in Christo fortem. Sunt qui certis artibus corpus stupefaciunt, ne sentiāt cruciatus: sunt & affectus impotentes, qui sensum adiungunt animo, ita vt vel mortem impauidi perferāt: sed placidum illud ac mansuetum, illud humiliter sublime, & sublimiter humile, nō videmus nisi in Christi martyribus. Non non intuentur trucibus oculis carnificem: non minitantur tyranno: magis dolent de illorum cæcitate, quā de suis afflictionibus. Hęc ille his ipsis verbis persecutus est, ceteraq; grauissime. Adde Tertullianum lib. de præscriptionibus hæreticorum in

principio, eundem Cyprianum, epistola. i. li. i. Hermam Letmatium lib. 2. de instauran. religio. cap. 7.

3 De iisdem quoque pertinacibus loquens diuus Augustinus inquit: hæretici non possunt habere martyrum mortem, quia Christianorum non habet vitam, cum martyrem non faciat pœna, sed causa. Et alibi: martyres veros non facit pœna, sed causa. Nemo ergo mireretur si tam peruicacem hæreticum viderit, & tam inflexibilis obstinationis, vt pertinaciter & gaudenti similis, tormētā patiatur & mortem: nec enim talium est alacritas vera, sed insania & furor: nec patientia, sed immanitas: nec certitudo salutis, sed in scitia & cæcitas & confusio: nec cōscientia sana, sed cæteriata ignito ferro cupiditatis glorię, & proprio iudicio iam damnata: nec est in istis fortitudo, sed timor: quem vt vincant in desperationem descendunt. Nō ne Calanus sophista id ipsum spon te fecit? qui cum in morbum incidisset, nec pateretur se ad agrotantium regulam curari, pyram conscendēs omnibus admirationi fuit, quod cum cremaretur, quasi ignis nihil noceret, toto corpore immobilis stetit: vt est apud Arrianum libro septimo de rebus gestis Alexandri magni, & Esseni in medijs cruciatibus subridentes, & eis qui tormenta admouerant illudentes, animas cum quadam hilaritate reddebant: author Iosephus libro secūdo

Titulus

XLVIII.

240

do de bello Iudaico, capite septimo. Ioannes quoque & Hieronymus hæresiarchæ à Constantiensi concilio damnati, pertulerunt ambo constāti animo necem: & quasi ad epulas inuitati ad incendiū properauerunt, nullam emittentes vocem, quę miseri animi posset facere indicium: vbi ardere cœperunt, hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit: sicuti Aeneas syluius prodidit, historię Bohemicę cap. 36. August. dulcitio. epistol. 61. & epistola. 167.

4 Accedit etiam sacer ille Bernardus, quodam sermone super cantica dicens: probatum est, mori magis volunt, quā conuerti. Mirabantur aliqui, quod non modō patienter, sed & læti (vt videbatur) ducerentur ad mortem: sed non inde mirandum, si aduertatur, quanta sit potestas diaboli, non modō in corpora hominū, sed etiam in corda, quę semel permissus possederit. Nonne plus est, hominem sibi met injicere manus, quā id libēter ab alio sustinere? Hoc autem potuisse diabolum, frequēter experti sumus in multis, qui semetipsos aut submerferūt in aquas, aut fecerunt ex sublimi præcipites, aut laqueo se suspenderunt. Nil ergo simile habet constantia martyrum, & pertinacia hæreticorū: quia in illis, pietas, in istis, cordis duritia contemptum mortis operatur. Quam sententiam renouat Albertus ille Cāpensis dicens: q; si quibus fortē ten

tationi est, q; horū plurimi pro suę impietatis defensione nō solum patienter, sed etiam alacriter mortem excipere videantur: q; sese in ministros Christi transfigurent, patrem suum vocantes Deum, & pro persecutoribus suis orātes: atque id genus alia quędam, quę simplicibus quibusdā, sed incautis, imo & doctioribus nonnullis, sed instabilibus in fide, sunt non tentationi solum, verum etiam scandalo: hi nō perpendunt antiqui illius callidit; hostis artes & potentiā in eos, quos semel totos obsedit. Nec enim præmonēte nos id apostolo cuiquam mirum videri debet, cum ipse satanas sese transfiguret frequenter in angelum lucis, si ministri eius transfigurentur, sicut ministri iustitię. Hęc ille. lib. i. hierarchie eccles. c. 6. Hosius in Brētium. lib. i. Bernardus super cantica. sermone. 66.

Horum omnium pertinacia (vt eleganter Letmatius inquit) maxime execranda est, ac diabolice peruersitati similima: ex eadem enim radice, nempe superbię, oritur vtraq; hæc peruersitas: diaboli quidem, ex insita dignitate: pertinacię autem ex naturali acumine. In eundem etiam finem tendunt, nempe in exitiale odium: illa quidem diuinę maiestatis, hæc diuinę veritatis. Quin hos ipsos demonibus magis miseros declarat scriptura diuina: quia mentem, quę demonibus recta manet, ipsi deprauatā habeant: illi enim (vt testatur Iacobus) cre-

De pertinacib. & impoenitentib.

dunt & contremiscunt: hi contra, quantum scientia, tantum sunt & metu religioso soluti: sunt igitur pertinaces heretici daemones in eo deteriores, q̄ daemones credunt & timent: heretici verò pertinaces, nec credunt, nec timent. Hermas Letmatius. lib. 2. de instauran. religio. cap. 3.

6 Igitur pertinaces eiusmodi viui comburendi sunt, & in ignem trahendi ore obstructo & lingua ligata, ne pusillos offendere queat. Talis fuisse dicitur Macharius, qui cunctis orthodoxis patribus contrarius, in sexta synodo generali dixisse fertur, non confitebor duas operationes, & duas naturales voluntates in Christo, etiam si membrum incidar, & mittar in mare. Cui ferè similis fuit Acesius episcopus, qui (vt apud Socratem est) tercentum patribus Nicenæ synodi subscribere noluit, nec eis omnibus omnino cedere: quem Constantinus imperator pulchra elusit facetia dicens, ô Acesi, pone scalam, & si potes, in cælum solus ascende. Bal. in. l. 1. C. ex delict. defunct. 6. synodo generali. actio. 8. Socrates. lib. 2. historię triparti. cap. 13. Nicepho. lib. 8. c. 20. Paulus diaconus. lib. 14. rerum Romanarum. c. super quibusdam. de verbo. significatio.

7 Hoc autem annotatu dignum est, quod quicumque credit aliquam propositionem veram esse, cuius contrariam scit esse catholicam, hoc solo consummatus hereticus per-

tinax est. Nec audiendi quidam, quorum est Alciatus, qui putant, neminem hereticum pertinacem esse, qui non habet animum obstinatum, & admonitus non persistit: nam pertinacia, quæ consummatum facit hereticum, non est obstinatio sola, sed quilibet etiam verus consensus contrarius cognitæ veritati catholice. Nec refert ex qua causa ventum sit ad talem verum consensum, siue ex passione, siue ex infirmitate: verè enim pertinax est, qui credit contrarium eius, quod scit ecclesiam tenere. Quia sicut fides perficitur assensu intellectus cum consensu voluntatis: sic hæresis consummatur dissensione intellectus & consensu voluntatis. Et hæc est vera & recepta theologorum omnium sententia. Alciat. in. l. 2. C. de summa trinit. Gerson. alphabeto. 14. ad finem. Caieta. & Fran. Victoria super Thomam. 2. secundæ. quæstio. 12. articul. 2. Ioan. Driedo. lib. 1. de liberta. Christiana. pagin. 138. Alfonso Castren. lib. 1. de iusta heretic. punitione. cap. 9. Canus. li. 12. de locis theologicis. cap. 9.

8 Accedit etiam ratio viua quidè & spirans: quia sacra scriptura, & ecclesiastica definitio, quibus fides catholica continetur, plus valet, plus operatur & potest, quàm iacentem iudicis monitiones, & quàm mille prohibitiones iuris humani: sicut igitur is, qui contradicit legitimis hominum admonitionibus, pertinax est: & qui facit contra prohibitionem

Titulus

XLVIII. 241

hibitionem legis humanæ, ipso facto incidit in excommunicationem, quæ non nisi præcedentibus admonitionibus ferri solet: & legis auctoritas pertinacem haberi facit. quilibet legis transgressorem: sic etiam qui contra scripturam sacram, aut ecclesiæ catholicæ definitionem sciens errat, hoc solo sine alia admonitione pertinax hereticus est: nec præterea opus est, vt sit obstinatus, inflexibilis, aut immutabilis: satis enim est ad consummatam pertinaciam, vt hereticus credat aliquid esse verum; cuius contrarium scit sacris literis, aut ecclesiasticis definitionibus contineri: quia putat fidei subesse falsum, & scienter errat eligendo pertinaciter, non redigere in captiuitatem intellectum in obsequium Dei, & catholicæ fidei. ca. si quis suadente. 17. quæstio. 4. ca. sacro. de senten. excommunicatio. c. nemo. 11. quæst. 3. Caieta. in summa, verbo, hæresis.

9 Sunt & alij, quorum pertinacia nondum planè manifesta est, sed tamen iuris præsumptione pro consummatis pertinacibus habentur: verbi gratia, quicumque rationis capax negat aliquam propositionem catholicæ fidei, apud omnes fideles publicè diuulgatam: hoc ipso censetur pertinax, præsertim si peritus fuerit, aut sagax: quia præsumitur scire ea, quæ omnes sciunt, & quæ omnes Christiani explicitè scire tenentur. Signum quidem est pertinaciæ (vt Gerson rectè do-

cet) si quis asserit errorem, cuius oppositam veritatem explicita fide credere tenetur: vel ex publica obseruatione, vel ex communi doctrina ecclesiæ, vel ex officio, aut statu suo, vel ex sufficiente informatione, vel ex naturali iudicio rationis. ca. turbatur. 1. quæstio. 4. l. late. culpæ. de verb. significa. Gerson. Alphabeto. prope finem.

10 Ille quoque, qui asserit aliquam hæresim, cuius contrariam veritatem catholicam prius docuerat, eo ipso hereticus pertinax esse censetur: etiam si erret in his propositionibus, quas explicitè scire non tenebatur: quia satis euidenter constat, quod iste scienter errat: Gerson. tractatu. de duodecim considerationibus, & signis, quibus solet aliquis de pertinaciâ conuinci. Ioan. Torquemada. lib. 4. de ecclesia. part. 2. cap. 16. Confert: glos. in. l. Fulcinius. §. sed is qui. verbo, animus. quib. ex cau. in poss. eatur. Lucas. in. l. 1. C. si propter inimici. crea. facta sit. lib. 10. Paulus. in. l. etiam. §. licet. solut. matri. Carol. Ruynus. consil. 116. lib. 5.

11 Hæc tamen propositio locum non haberet, quando daretur probabilis obliuio: scilicet, ex diuturnitate, vel vitio memoriæ, vel stoliditate: quibus casibus prodesse posset ignorantia probabilis: nisi fortè res esset insignis & memorabilis, quales esse solent omnes, quæ ad fidem catholicam pertinent. Gerson loco prænotato. l. pere-

Hh gre.

De pertinacibus & impœnitentibus.

gre. de acquirenda possessio. Ludo. Romanus. consil. 481. Alex. in. l. si res obligata. delegat. 1. Feli. in. c. cū illorum. de sent. excommunica.

12 Item ille pertinax hereticus esse præsumitur, qui diu persistit in errore, cuius contrariam veritatem catholicam explicitè scire non tenebatur: quia culpa sua persistit in errore, quem deserere tenetur de necessitate salutis, & negligens est in quærenda veritate, in qua salus Christiana consistit. Quod quidè, ut plurimum, verisimilius est, ex malitia, quam ex ignorantia provenire: excepto, si personarum, & errorum qualitas benigniorem interpretationem suadeat: tenetur enim quilibet, in his præsertim rebus grauisimis, consulere peritiores. l. in bonorum. ff. de bon. posse. l. 2. in fine. quis ordo in bo. posse. serue. l. regula. §. sed iuris. ff. de iuris & facti ignorant. Ioan. Torquemada. lib. 4. de ecclesia. par. 2. cap. 16. Guido Carmeli. in summa. de hæresibus. cap. 3. Archiepiscopus Floren. 2. parte summe. tit. 12. cap. 5. Syluester, verbo, hæresis. 1. q. 2. Ioan. Lup. allegatione de hæresi. §. 10.

13 Eadem omnino ratione præsumitur hereticus pertinax, qui impedit prædicationem, defensionem atq; doctrinam catholicæ fidei: & qui contemnit censuras ecclesiæ: item qui iurat, se nunquã ab errore discessurum: ad summam, quicūque in fide catholica errat, & paratus non est ad suscipiendam corre-

ptionem, is hereticus pertinax esse præsumitur, sicuti Gerson, & Ioannes Torquemada locis paulò ante commemoratis, & Arnaldus Albertinus prolixè admodum tradunt. Verùm solis præsumptionibus nemo ut hereticus puniri debet, saltè pœna ordinaria. ca. literas. de præsumptio. c. asserite. eod. titul. & illic interpretes. Alberti. lib. de agnoscend. assertio. quæstio. 30.

14 Ceterum is, qui asserit aliquam propositionem hereticam, cuius contrariam veritatem catholicam explicitè scire non tenebatur, propter probabilem ignorantiam non est indicta causa pertinax iudicandus: sed ex qualitate personæ, & hæresis, & ex alijs circumstantijs, magis, aut minus suspectus erit. 1. Tim. 1. & oēs paulò ante memor.

15 Sed quanuis aliquis ignorantia probabili erret, si tamen legitime admonitus statim non resipiscit, exinde pertinax esse censebitur: quia perinde hereticus est, ac si à principio sciens erraret. Vñ Cyprianus epistola ad Iubaianum, de hereticis baptizandis ait, ignosci posse simpliciter erranti: sed post veritatis reuelationem factam, qui in eo, quod errauerat, perseverat, prudens & sciens, si ne venia ignorantie peccat: præsumptione enim atq; obstinatione superatur. Quam sententiam subinde tradit, Augustinus, Leo magnus, & in gēs agmen. c. qui in ecclesia. c. quid aut. 24. q. 3. Gerson tractatu, de protestatione, consideratio. 10. Alfon. Castren. li. 1. de iusta heret. punitio. c. 9.

Addendum

Titulus

XLVIII.

242

16 Addendum eodem est, quod et si minus legitime admonetur is, qui probabili ignorantia errat, nihilominus tenetur statim cauta sollicitudine querere veritatem: quod si non fecerit, merito pertinax præsumi poterit: quia per talem admonitionem constituitur in mala fide. Gerson, loco prænotato. consideratio. 5. Alfon. prædicto: cap. 9. confert. c. dixit, apostolus. 24. quæ. 3. & .1. quidam Iberus. deseruit. vrb. prædicto. & quæ tradunt Felinus, Decius, & ceteri de interpellatione extraiudiciali. in. c. nouit. de iudic.

17 Quæri autem solet, an qualibet admonitio sufficiat, ut hereticum pertinacem faciat? Cui quæstioni respondetur, legitimam esse debere admonitionem, ut hereticum consummatum reddat errantem. Nec eadem erit omnium hæresum ratio: nam in hæresibus planè damnatis legitima erit admonitio, si ostendatur erranti sacra scriptura, vel ecclesiæ catholicæ definitio hæresibus contraria: si verò hæresis nominatim condemnata non sit: argumenta eidentia vicem iustæ admonitionis obtinebunt. Alfon. Castren. li. 1. de iusta heret. punit. c. 10.

18 In summa, pro legitima admonitione habenda est, quæcunq; causa errantem probabiliter ab errore ad veritatem reuocauerit. Ut putat, si ei quoquo modo cõstiterit, propositionem errori suo contrariam, esse catholicam: vel si iustis argumen-

tis fuerit à quocunq; cõiunctus: tenetur enim cõfestim ab errore discedere, & acquiescere cognitæ veritati: quod si non fecerit, pertinax esse non immeritò iudicabitur: quia impudenter insistit errori, quem sub reatu deserere debet. Gerson. tracta. de protestatione, consideratio. 10. Fran. Victoria. super Thom. 2. secundæ. quæst. 11. artic. 2. Alfon. Castren. prædicto cap. 10.

19 Plurimis quoque videtur, legitimam esse admonitionem, inquisitoris assertionem dicentis, errare aliquem cõtra fidem catholicam, & illius propositionem hereticam esse. Bartol. in. l. 3. §. tutores. de suspect. tutori. quem illic sequitur. Ioan. de Neapoli. Compostellanus in Clem. 1. de vsuris. glo. 3. in extrauag. cum inter. Ioannis. 22. Ioan. de Ana. & Felin. in rubri. de heretic. Ioan. Lupus allegatione de hæresi. §. 3. Nicol. Arelata. in tracta. eiusdem tituli notab. 19.

20 Sed Alfonso noster ab hac sententia dissentit: quia non semper hæresis est talis ut inquisitor sciat, illam hæresim esse: & quia fieri potest, ut inquisitor erret. Meo tamen iudicio à communi sententia recedendum non est: nec enim Alfonso argumenta magis receptam doctrinam destruunt, quam vna, aut altera exceptio generalem regulam tollit. Cum autem inquisitores viri docti & prudentes esse soleant, & cum peritorum consilio facere omnia teneantur, præcipuè

Hh 2 illa,

De pertinacib. & impœnitentib.

illa, quæ dubia atque difficilia fuerint, is qui errat, credere illis debet in dubijs quæstionibus, ad eorum officium pertinentibus. Adde q̄, inquisitores & ordinarij iudices ecclesiastici (vt apud Gersonē est) multas propositiones dubias declarare possunt, hæreticas esse, nisi fortè propositio sit vsque ad eò ambigua, vt egeat summi pontificis, aut generalis concilij declaratione. Alfonso. lib. 1. de iusta hæret. punitio. cap. 10. Gerson tracta. de propositione. ab episcopo hæreticadis Adrianus sextus quolib. 2.

21 Illud autem, quod penè omiseram, addendum est, q̄ etsi probabilis ignorantia excusare solet à pertinacia, si tamen is, qui per ignorantiam errat, iuraret se nunquam à sua opinione discessurum, statim hoc ipso iudicandus esset pertinax: quia ponit obicem veritati: & non est paratus ad correctionem, & suæ temeritate declarat animi sui obstinationem. Idem dicendum est, si quispiam firmiter protestetur, se nunquam recedere velle ab aliqua propositione hæretica: & ita quibusdam theologis placere video. Gersoni tract. de protestatio. consideratio. 10. Alfonso Castrensi. lib. 1. de iusta hæreti. punitio. cap. 9.

22 Veruntamen de hac opinione meo quidem iudicio amplius deliberandum est: nam si is qui errat, probabili ductus ignorantia credit aliquam propositionem esse catholicam, eadem probabilitate

asserere ac iurare potest, se nunquam ab eadem propositione discessurum. Quinimo qui insuperabili, aut iusta ignorantia firmiter crederet, aliquid esse catholicum, nõ modo protestari & iurare potest, se id constanter defensurum, verum etiam summa ope, ac tota mente id ipsum facere teneretur, perinde ac si propositio verè catholica foret: quia nisi id ex animo faceret, inconstans esset in ea fide, quam credit esse catholicam: & faceret contra conscientiam: cõtra quam quis quis aliquid facit, edificat ad gehennam. l. vlt. C. de non numerata pecunia. c. vlt. de præscriptioni.

23 Præterea incorrigibilis hæreticus dicitur, qui non habet animum se corrigendi, sed vult esse pertinax, obstinatus, & induratus. Ille autem cõsebitur hæreticus incorrigibilis, qui semel & iterum correctus, in errore suo persistit. Quod satis apertè docet Paulus in epistola ad Titum dicēs: hæreticum hominē post vnā & secundā correctionem deuota: sciēs quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit, cū sit iudicio proprio condēnatus. Vbi subuersum vocat apostolus incorrigibilem, sicuti Theophylactus & alij quidā interpretantur. Parui tamen refert, an hæreticus pertinax, vel incorrigibilis sit, eisdem enim regulis vterque iudicandus est. ad tit. 3. Alfonso Castren. lib. 2. de iusta hæreti. punitio. cap. 1. interpretes in. ca. cum non ab homine. de iudic.

Po strẽmò

Titulus

XLVIII. 243

24 Postremò, cū errantis pertinacia grauissimum crimen sit, cõsequens est, vt in dubio minimè sit præsumenda: tum quia res dubia in partē benigniorem interpretari debent: tum etiam, quia crimina non præsumuntur: demum, quia quilibet causa excusare solet à malitia, ac dolo, quibus cessantibus nemo hæreticus pertinax erit. Ioan. And. Ancha. & Domini. in. c. cū contumacia. de hæretic. lib. 6. Ioan. lupus. allegatione. de hæresi. §. 9. Nicola. Arelata. de hæreti. notab. 20. l. merito. pro socio. ca. estote. de regulis iuris. l. igitur. §. potest. de libera. causa. Thomas. 2. secundæ quæstio. 60. arti. 4. Abulen. Matth. 7. quæstio. 4. Alciat. lib. 3. præsumptio. cap. 1.

25 Hacten⁹ de pertinacibus breuiter differuim⁹, sequitur vt pari breuitate de impœnitentibus hæreticis pauca perstringamus. Est autem impœnitens quisquis erroris sui pœnitentiam agere non vult: in quo pertinax quoque solet esse omnis impœnitens. Vnde si hæresis alicuius planè probata sit, & ille puro corde errorem confiteri noluerit, paratus hæresim abiurare, & iniunctam pœnitentiam subire, tanquam pertinax: & impœnitens iudici seculari relinquendus est: quamuis millies protestetur, se fuisse & esse catholicum, & in fide Christiana viuere ac mori velle. Auditores rotæ decisione antiqua. 875. Bernard. de Bisneg-

to in nouis decisionibus. titu. de hæreticis: & Hostien. in summa, eod. titu. colu. 2. & item Calderi. consil. 2. Ioan. de Ana. in. ca. excommunicamus. §. adijcimus. de hæreti. Alberti. lib. de agnoscent. assertio. catho. q. 8. & quæstio. 34. numc. 51. Boherius decisione. 343. qui errauit decisione. 341.

26 Comprobatur hæc propositio rationibus viuis & spirantibus: nã si hæresis plenè probata est, iam ecclesiæ constat, istum hæreticum esse: qui nisi errores suos confiteatur, impœnitens hæreticus est, & curiæ seculari meritò relinquendus, vt quodam primæ instructionis capite plenius continetur: addita ratione, quia ecclesiæ non satisfacit: nec enim parcitur hæreticis, nisi pœnitentibus: & rectè conuersis: nam vt habet regulā iuris, venia non datur nisi correcto. Accedit eodem, quòd perinde punitur is, qui legitime conuictus est, atque ille, qui obiecta crimina confitetur. Parui enim refert, an homicida testibus, an propria confessione conuictus sit: nec ideo minus punietur, quia planè probato crimine, illud impudenter se commisisse negat. Præterea confessio necessaria est ad pœnitentiam, nec veniam consequi meretur, qui peccatum non agnoscit: & vt Aristoteles ait, quem non pœnitet, is insanabilis est: mirū igitur videri non debet, si legitima flāma cõburatur impœnitentes

Hh 3 hæretici,

De pertinacibus & impœnitentibus.

hæretici, qui suos errores negare, quam confiteri malunt. prima instructio. Hispalen. cap. 14. c. ad abolendam. de hæreti. c. super quibusdam. de verbo. significat. l. 2. C. quorum appellatio. non recipian. c. serpens. c. non potest. cum seq. de pœnitent. distinct. 1. Aristotel. lib. 7. ethi. cap. 7.

27 Eisdem omnino rationibus curie seculari relinquendi sunt hæretici illi, quorum errores manifestè probantur, & nihilominus eos omnes iudicibus confiteri non volūt. Nam & isti verè impœnitentes sunt, qui omnia crimina non confitentur: falsam enim pœnitentiā eam esse constat, quum spretis pluribus de vno solo agitur pœnitentia: aut cum sic agitur de vno, vt non discatur ab alio. Etenim quedam impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus & iustitia est, dimidiam sperare veniam. c. quem pœnitent. de pœnitent. distinct. 1. c. vltim. de pœnitent. distinct. 5. c. sunt plures. de pœnitent. distinct. 3. c. omnis vtriusque sexus de pœnitent. & remiss. Alex. Ales. 4. parte quæstio. 77. membro. 5. articul. 6. & cæteri in lib. 4. sentent. distinct. 16. cum seq.

28 Hi autem impœnitentes, vulgò diminuti dicuntur, quia non fatentur integrè iudicibus hæreses omnes. Isti verò defectus pœnitentiæ multifariam contingere solent: vel quia hæretici non confitentur omnes suos errores: vel non omne tempus errorum: vel non omnes

qualitates & circumstancias grauiiores: vel non produnt omnes, quos hæreticos esse sciunt: vel negant intentionem & malitiam errorum: vel quippiam simile dicunt ad excusandos, vel minuendos errores. Non tamen facile quisquam damnandus est propter defectus & diminutiones huiusmodi: tum quia obliuisci potest hæreticus talium circumstantiarum: tum quia is, qui se hæreticum fuisse fatetur, satis cōcludit, se plurimas ceremonias hæreticorum fecisse: nec summo iure agendum est cum his, qui ad fidem & ecclesiam catholicam redeunt.

29 Qui verò pœnitentiæ iniunctæ non satisfaciunt, puniri debent vt impœnitentes, periuri, & fictè conuersi, quemadmodum Ioannes Calderinus & Philippus Decius aiunt. Sunt enim impœnitentes, quia pœnitentiam non peragunt: periuri, quia violant iuramentum, quo promiserunt, se mandatis ecclesiæ obtemperaturos: fictè conuersi, quia nec veram pœnitentiā agunt, nec permanent in ecclesiæ debita obedientia. c. non sufficit. cum seq. de pœnitent. distinct. 1. Calderi. consil. 2. titu. de hæreti. Decius consil. 137.

30 Falluntur tamen Decius & Philippus probus, negantes posse inquisitores cognoscere, an suprascripti pœnitentes iniunctam pœnitentiam peragant: id enim ad eorum officium pertinet, perinde atq; alia omnia, sine quibus iurisdictione

Titulus

XLIX.

244

risdictione in hæreticos plenissimè exerceri nequit. Decius eodem. cōs. fil. 137. Probus ad Ioannem monachum. in. c. prædicatoribus. de hæreti. lib. 6. cōtra quos est. c. vt cōmuni. s. nec non. eod. tit. c. literas. de præsumptionibus. & cui iurisdictione de iurisdictione. omni iudicium. 31 Procedere quoq; debent inquisitores, tanquam contra impœnitentes & fictè conuersos, contra illos, qui eo tempore, quo ad ecclesiam catholicam redierūt, de seipsis, vel de alijs, quos hæreticos esse sciebāt, plenam iudicibus veritatem nō dixerint: nisi fortè sit verisimile, id per obliuionem factum fuisse: & ita capite quodam primæ instructionis Hispalensis cauetur. cap. 13. 32 Cæterum impœnitentes isti nō sunt protinus curie seculari relinquendi, sed iure agendum est cum eis, vsque ad sententię definitiuę

prolationem, quemadmodum rectè Ioannes Calder. tradit. Neque enim ante ab ecclesia catholica sūt euellendi, quàm per viros doctos, pios, & religiosos de salute animæ semel atque iterum & sæpius admoneantur. Id enim & iuri & æquitati congruit, & quibusdam instructionum capitulis specialiter cautum, & à Platone lib. 10. de legibus, iam olim constitutum est. Ille namque de hæreticis diuinè admodum loquens, inquit: impij secretis carceribus mediterraneis coerceantur, & nullus cum ipsis ciuium loquatur, præter aliquos viros, qui admonentes ad salutem animæ colloquantur. Calder. cōs. 2. titu. de hæret. 3. instructione Valdo litana. c. 5. & instruct. 5. Hispal. c. 9. ca. conuenientibus. 1. q. 7. glo. in. ca. excōmunicamus. in. §. qui autem. de hære. Ioā. lup. alleg. de hære. §. 4.

De prædicatoribus. Titul. XLIX.

- 1 Prædicare nullus audeat qui examinatus & approbatus non sit.
- 2 Prædicare publicè non debent laici neque femina.
- 3 Prædicator examinatus & approbatus si aliquid scandalosum aut suspectum dixerit, quomodo coercendus sit.
- 4 Prædicator qualis esse debet.
- 5 Prædicatori quid sit fugiendum.
- 6 Prædicator debet se ipsum accommodare ingenio discipulorum.
- 7 Prædicator irreprehensibilis esse debet, & vita & doctrina insignis.
- 8 Prædicatoris vitam verbis suis debere consonare, multi & sapientissimi auctores asserunt.

- 9 Prædicatores, qui dum concionantur episcopos reprehendunt, perperam faciunt.
- 10 Prædicatores qui temerè episcopis detrahunt, seuerè puniendi sunt.
- 11 Prædicatoribus in concilio Lateranensi præcipitur, ne episcopis publicè detrahant.



Quum ab hæreticis concionatoribus & prædicatoribus maximum periculum Christiano populo

Hh 4 immi

De prædicatoribus.

- immineat, prouidendum est diligenter, ne quispiam prædicare audeat qui examinatus & approbatus nõ sit: cap. excommunicamus. §. quia verò: de hæretic. & in concil. Lateranensi sub Leone decimo sess. 11. Brun. lib. 1. de legationib. ca. 5.
- 2 Neque laici prædicare publicè debêt, neq; scemine: id enim Paul. apostol. prohibet, ac iure pontificum vetitum est. Et sicuti docet Gerson, & rebus ipsis frequentissimè comprobatum est, mulierum doctrinè fragiles & suspectæ sunt. 1. Corin. 14. cap. cum ex iniuncto. de hæretic. ca. noua. de poenit. & rem. Gerson. tract. de exam. doctri. par. 2. confide. 2.
- 3 Quòd si prædicator examinatus & approbatus, aliquid scandalosum aut suspectum dixerit, ab inquisitoribus vocandus est, & statim cogendus, vt publicè illud retractet, vel pio & catholico sensu populo exponat: & præterea corrigendus & admonendus est, ne talia iterum prædicare audeat. Si verò heresim aliquam prædicauerit, puniendus quoque est, pro modo criminis, & officio prædicationis priuandus: ea enim pœna infligenda est illis qui grauius in officio delinquant. 1. 1. de legatio. l. si aliquid. c. de suscept. & arca. lib. 10. Albert. lib. de agnoscen. assertio. catholic. quæst. 36. nume. 8.
- 4 Prædicator autem esse debet aptè eruditus, doctus, irreprehensibilis, maturus & pauidus, sicuti beatus

Petrus constituit: debet quoque gratiam docendi habere, & in ipsa doctrina discretus esse, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat. Ad hæc, eligendus est idoneus, morum honestate, etate, doctrina, probitate, prudentia & vitæ exemplo commendatus. ca. oportet. 8. q. 1. ca. 1. diffin. 43. sessio. 11. concilij Lateranensis, sub Leone decimo.

5 Cauere insuper debet prædicator, ne prolixa nimiaque loquacitate odiosus fiat: breuitatem (vt inquit Origen.) auditores ecclesie diligunt: etenim breuis & prudens sermo, & auditur libetius & attentius, & melius memoriæ commendatur: e contrario, fatietas inimica est auribus, quemadmodum cibus superfluus corporibus: sicut Gregor. Nazæzenus ait. c. sit rector. 43. dist. Origen. sup. lib. Iudicum homil. 6. Nazanzenus oratione in sanctum lauacrum.

6 Debet præterea prudens esse, vt pro ingenio discipulorum semetipsum possit aptare, ne secreta mysteria, quæ vulgi captum excedunt, coram indignis & non intelligentibus reseret. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem, id proculdubio facit. Perfectorum est (vt inquit Paulus) solidus cibus: nec spargendæ sunt margaritæ ante porcos. Accedit Mercurius ille Trismegistus in Asclepio dicens, tractatum tota numinis maiestate plenissimum, irreligiosæ

Titulus

XLIX.

245

- giosè metis est, multorum conscientie prædicare. Ad Hebr. 5. c. in mandatis. ca. vlti. 43. distinct. 1. Corin. 2. cum seq. can. vlt. apostolorum Chryso. in cap. Matth. 7. homil. 24. colu. 4. Nanzanz. oration. 13. Petr. Crit. libro. 6. de honesta disciplina. cap. 3.
- 7 Super omnia verò prædicator irreprehensibilem esse oportet, cuius vita doctrinæ respondeat, vt edificare possit, & fidei doctrina, & morum disciplina. Vt enim Ioan. Chryso. eleganter scripsit, nihil est doctore frigidius, qui verbis duntaxat philosophatur: neq; enim hoc doctoris est, sed histrionis & hypocritæ. Et alibi inquit: multum nocet, qui quod docet, non facit. Et Arist. li. 10. ethi. circa humanas actiones, minus creduntur sermones, quam opera, nisi sunt operibus cõcordes. Verba cum discrepant à vita, non sunt nisi verba, id est gloriose ac veditationes. Et Cyprian. lib. de dupl. martyrio efficacius est vitæ, quam linguæ testimonium: habent & opera suam linguam, habent suam facundiam, etiam tacente lingua. Et Luciani Toxaris, res ipsæ longè magis loquuntur quam verba. Et Lactantius libro. 4. diuina. institut. Malunt homines exempla quam verba: quia loqui facile est, præstare difficile. Et Hieron. ad Principiam virginem: erubescit quauis præclara doctrina, quam propria reprehendit conscientia. Et Occano scribens, ait: perdit auctoritatem do-

cendi, cuius sermo opere destituitur. Chryso. in actis apostol. homil. 1. & homil. 30. Arist. 1. ethic. c. 1. Lactantius. lib. 4. ca. 23.

8 Præterea in eandem sententiam plurima sapientissimi authores multum frequētissimè docere solent, quorum pauca in præsentia memorasse sufficiet. Theophylactus in euang. Lucae inquit. Quando docens facit quæ docet, alleuiat onera, exemploque suo consolationem affert discipulis: quando autem nihil horum facit, quæ docet, tunc quæ docet graua onera videntur discipulis, ita vt à doctore nullam rectè faciendi vim accipiant. Et Grego. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Et Leo mag. sermo. de sancto Laurétio: Validiora sunt exempla, quam verba: & planius est opere docere, quam voce. Et Isidorus lib. 3. de sum. bono. tam doctrina quam vita clarere debet ecclesiasticus doctor: nam doctrina sine vita, arrogantem reddit: vita sine doctrina inutilem facit. Auctoritate magisterij caret, qui quod docet non facit: doctoris vitio, etiam ipsa vera doctrina vilescit: quia dum non viuit, sicut docet, ipsam quam prædicat veritatem contemptibilem facit. Qui bene docet & malè viuit, tanquam es aut cymbalum sonum facit alijs: ipse tamen sibi manet insensualis. Qui benè docet & malè viuit æquatur cereo, qui bonam quidem alijs lucem præstat, se verò in malis suis consumere videtur.

Hh 5 tur,

De prædicatoribus.

tur, atque extinguere. Idem ipse bonum malo coniungit, lucem tenebris miscet, veritatem mendacio mutat. Theophyla. in Lucā. ca. 11. Grego. in pastorali. par. 2. ca. 4. Isidor. lib. 3. c. 36. cum seq. Adde Tho. Vuald. tomo. 1. li. 2. ca. 70. cum seq. Alfon. Castren. lib. 3. de iusta hære. pu. ca. 2. cum seq. Brun. lib. 6. de hæretic. capit. 4.

9 Tetrici quidam atque arrogantes prædicatores, egregiam laudē, magnum & memorabile nomen referre se putant, si in concionibus publicis, quo iure qua iniuria episcopis detrahāt: quasi verò id Christianæ libertatis magis sit, quàm procacitatis & insolentię. Honorandi sunt episcopi, non modò qui bene præfunt, sed etiam discoli: nā & hi secreto sunt admonendi correctione fraterna, non publicè traducēdi per ora hominum: id enim prælati ipsi nō prodest, subiectis verò purimum nocere solet. Atq; vt quidam rectè inquit: sunt qui solum inobediētiam & rebellionem subditorum nutriendo, vitia culpant superiorum, etiam dum absunt. Nihil plausibilius audit inuida plebs, quàm superiorum vitia prodere, augere, culpare. Gabriel super canonem. lectione septuagesima septima.

10 Tales igitur cōcionatores temerarij, & insolentes, seu erè puniendi sunt. Clem. 5. in conc. Viēensi inquit: religiosi in virtute sanctæ obedientię, & sub interminatione

maledictionis æternę, districtiùs inhibemus, ne in sermonibus suis ecclesiarū prælati detrahāt. Clem. 1. 5. 1. de priuile. Et patres concilij Senonens. aiunt: nonnulli prædicatores benevolentiam vulgi captātes, administratoribus tam ecclesiasticis, quàm secularibus detrahunt: subditos suis maioribus rebelles & inobedientes reddunt. Et post aliqua: si prælati ecclesię & principibus detraxerint, ac populum ab obedientia superiorum retraxerint, nos volumus tales, tam ineptos & perniciosos cōcionatores, ab officio prædicationis suspēdi, & à suis superioribus, pro modo & censura excessus acriter puniri. Hæc illi in decretis morum. cap. 35. & 36.

11 In concilio quoque Lateranensi sub Leone. 10. sess. 11. hæc post alia decreuerūt patres: inhibemus omnibus & singulis clericis, secularibus vel regularibus, cæterisque cuiuscūque status, gradus, & ordinis existant, qui onus prædicationis assument, ne de cetero in sermonibus suis publicis futura ex literis sacris constanter prædicent: sed ex diuinæ vocis præcepto, euangelium omni creaturę, cum vitiorum detestatione, & virtutum commendatione declarent: & pacem ac dilectionem mutuam, à redemptore nostro, tantopere commendatam, vbique fouentes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab episcoporum & prælatorum, ac aliorum superiorum, eorumque sta-

tus

Titulus

tus scandalosa detractio, quos coram vulgo & laicis, non modo incautè, sed etiam intemperanter reprehendunt & mordent, & ab eis male gestorum expressis quoadque nominibus, aperta & mani-

L.

246

esta redargutione abstineant. Deniq; constitutionem felicis recollectionis Clementis papæ quinti, quā tenore præsentium innouam⁹ & approbamus, inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus.

De præsumptionibus & suspicionibus.

Titul. L.

- 1 Præsumptionibus & coniecturis non est locus in rebus euidētibus & planè probatis.
- 2 Præsumptioni & cōiecturis in rebus dubijs & occultis temerè credendum nō est.
- 3 Præsumptionibus non magis credere iudex debet, quàm leges ipsæ credunt.
- 4 Præsumptionis etymologia & definitio.
- 5 Præsumptiones quæ veritatem ipsam videntur demonstrare, cuiusmodi sint.
- 6 Præsumptio iuris contra quam probatio admittitur, quomodo definiatur.
- 7 Præsumptiones ex diuersis personarum & rerum circumstantijs orite.
- 8 Præsumptiones ex natione & patria.
- 9 Præsumptio ex natione & patria parum efficax est.
- 10 Præsumptio ex parentibus.
- 11 Præsumptio ex parentibus non semper vera est.
- 12 Præsumptio ex educatione quam vim habeat.
- 13 Educatio bona vel praua quantum valeat in filijs.
- 14 Consuetudinis & amicitia vis.
- 15 Præsumptio ex moribus.
- 16 Vita præsens cur ex antea acta spectari soleat.
- 17 Inquisitores cur in prima parte actorum reos tam diligenter interrogent, de eorum natione, patria, familia, &c.
- 18 Præsumptio ex malefactis & maledictis.
- 19 Præsumptio ex maledictis & malefactis cur nocere soleat reus.

- 20 Præsumptiones efficaciores sunt, quæ verisimiliores.
- 21 Præsumptiones & coniectura non satis sunt vt aliquis condemnetur, præsertim in crimine hæresis.
- 22 Suspicio quomodo differat à præsumptione, & eius definitio.
- 23 Suspicionum varia species, & earum definitiones, & vnde augeantur, & quomodo infirmari soleant.
- 24 Suspicio leuis vnde oriatur.
- 25 Suspicio vehemens vnde sumatur.
- 26 Violenta suspicio vnde deducatur.
- 27 Suspicionē de hæresi duci posse ex signis & indicijs leuibus, modo sint probabilia, aliqui censent.
- 28 Suspicio de hæresi sumi non debet ex signis & indicijs leuibus.
- 29 Suspicioni leui adhaerendum esse in crimine hæresis, nonnulli falso existimāt.
- 30 Suspicio de hæresi nascitur aliquando ex grauissimis criminibus perpetratis.
- 31 Opiniones nouas asserens in materia morali, easque pertinaciter defendens, suspectus in fide merito censetur.
- 32 Præsumptio non leuis contra illos est, qui ex mahumetanis descendētes vinum non bibūt, & suilla carnem nō edūt.



Vm ex præsumptionibus, coniecturis, & suspicionibus, nō nunquam ad eruendam veritatē perueniri

niri

De præsumptionibus & suspicionibus.

niri queat, in his præsertim criminibus, quæ clanculum perpetrari solent, nõ erit alienum pauca quædam ex his breuiter cõmemorare, vt rudiõres, instruere, doctiores admonere possimus. Illud in primis cõstat in rebus euidentibus, certis, & planè probatis, locũ non esse præsumptionibus aut coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de verbo. obligati. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. 3.

2 Illud præterea memoratu dignum est, dubia, occulta, & incerta, temerè pro certis iudicanda nõ esse. Vnde Xistus papa scripsit episcopis per Hispaniam constitutis: incerta nemo pontificum iudicare præsumat: & quanuis vera sint, nõ tamen credenda, nisi quæ certis indicijs comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur. Victor quoq; papa Theophilo ita scripsit: incerta charissimè nullatenus iudicemus, quousq; veniat dominus, qui latentia producet in lucem, & manifestabit consilia cordium. Et Euaristus epistola secunda, nullum ante veram, iustamque probationem iudicare, aut damnare debemus, teste apostolo qui ait, tu quis es, qui iudicas seruum alienum? domino suo stat, aut cadit. Mala utique audita nullum moueant, aut passim dicta absque certa probatione quisquam vnquam credat: sed ante audita diligenter inquirat: ne præcipitando quicquam

aliquis agat. ca. si quis diuinis. 30. q. 5. cũ seq. c. Deus omnipotens. 2. q. 1.

3 Accedit eodẽ, quod iudex præsumptionibus non magis credere debet, quam leges ipsę credunt: et si enim vehementer putet, præsumptionem aliquam esse veram, ea tamen moueri non potest ad aliquẽ condemnandum. Cũ ex propria conscientia, etiam sibi certa, iudicare nõ debeat, sed ex fide eorum, quę probata fuerint. Nec ideo leges transgrediatur iudex, vt ne crimina sint impunita: occulta enim & incerta solum Deum ultorẽ habent. Et vt Anacletus inquit, si omnia in hoc mũdo puniretur, diuina iustitia locũ nõ haberent. c. literas. de præsumptio. l. illicitas. §. veritas. de offic. præsidis. c. si omnia. 6. q. 1.

4 Sed vt ad propositum reuertamur, præsumptio dicitur, a præ, id est, ante, & sumptio, quia ante legitimas probationes aliquid sumit pro vero. Quidam ita diffiniunt: præsumptio est, rei dubiæ coniectura verisimilis, quæ ex naturali causa, vel circumstantijs negotiorum, aut personarum proficiscitur. Hęc iurisperiti diuidere solent in præsumptionẽ iuris & à iure: Præsumptionem iuris tantum, priorem sic definiunt, vt sit legis dispositio aliquid præsumptis, & super præsumpto, tanquam sibi comperto, statuentis. Hęc autem ab apertis & violentis indicijs proficiscitur: & contra illam non admittitur probatio, quia pro manifesta veritate habetur.

Titul.

L.

247

habetur. Huius præsumptionis exempla plurima extant, sed in proposito vnum, aut alterum commemorasse sufficiat. Suspectus & infamatus, qui tempore mortis petit consolationem ab hereticis secundum eorum consuetudinem, si constat eum eo tempore sanæ mentis fuisse, condemnatur à iure tanquam cõsummatus hereticus. Quod eadem omnino ratione locum habere cenleo in conuersis ex Iudæis, Mahumetanis, vel alijs hæreticis, qui iuxta ritus parentum suorum decedere, ac sepeliri voluerunt. Sic etiam sine spe veniæ hereticus relapsus præsumitur, qui post abiuratã heresim, acceptat, deducit, visitat, comitatur hæreticos: vel munera eis mittit, vel fauorem impendit. c. filij. ca. accusatus. §. ille quoque. de hereti. lib. 6. l. antiquę. c. ad Vellera. l. à diuo Pio. §. si pignora. de re iudi. ca. ca. is. qui fidem. de sponsalib. & illic interpretes. Corasius. lib. 3. de arte iuris. cap. 7.

5 Eodem ferè pertinent violentæ illę præsumptiones, quę veritatem ipsam cunctis demonstrare videntur: cuiusmodi sunt, indicia indubitata, quæ ad aliud trahi nequeunt, quam ad id, quod indicant: ea enim pro veris probationibus sunt habenda, vt quidam iurisperiti aiunt. Tale est, hereticos adorare, ritus Iudeorum, aut Mahumetanorum seruare, ieiunia, cæremonias, & orationes eorum facere: & id genus alia, quæ non nisi ad manifestã

heresim trahi posse videantur. Est autem indicium apertum, tale signum facti, quod vrgeat animum boni & Constantis viri ad rem planè credendam. archid. Ioan. And. Domini & cæteri. in. c. 2. de hereticis. lib. 6.

6 Altera præsumptio iuris est, contra quã probatio admittitur: eam sic definit Alciatus. Præsumptio iuris est, probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto, pro veritate habetur. Nihil autem differunt præsumptio iuris apud iurisperitos, & argumentũ pbabile apud rhetores: apud quos argumenta probabilia sunt, quorũ oppositum verũ esse possibile est: illi tamen stabitur, donec aduersarius cõtrarium probet. Sic etiam iuris præsumptio, nisi contrarium probetur, pro plena probatione haberi solet. l. 1. C. de impube. & alijs substitutio. l. licet imperator. de legat. 1. Alciatus lib. 1. præsumptio. part. 3. Tiraquel. in. l. si vnquam. C. de reuo. donatio. parte donatione largitus. nu. 127. cum sequentib.

7 Aliæ sunt præsumptiones ex diuersis personarum & rerum circumstantijs ortę: quę quidem tam varię sunt & innumerabiles, vt eas certa regula comprehendere impossibile sit: necessario igitur in estimatione iudicis erunt. Alexander theologus inquit, præsumptionum alias esse leues, alias probabiles, alias temerarias: adde etiam alias esse violentas. De his tamen à nobis differendum

De presumptionibus & suspicionibus.

rendum erit in presentia, quæ probabiles esse videntur, & in hoc iudicium frequentius incidunt. Alex. Ales. 3. parte. q. 45. membro. 7.

8 Presumitur aliquis nonnunquam bonus vel malus ex natione & patria: sunt enim cuique nationi vitia quædam peculiaria, proprijque mores: nec idem in barbaro, Germano, & Hispano, æquè probabile est. Vnde Nathanael apud Ioanem inquit: à Nazareth potest aliquid boni esse? Vlpianus quoque loquens de venalibus seruis ait: plerunq; natio serui, aut prouocat, aut deterret emptorem: idcirco interest nostra scire nationem. Presumptum etenim est, quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamata: quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. Et Plato in fine dialogi quinti de legibus: nec illud nos fugiat, magnam esse locorum ad serendos meliores peioresque homines, differentiam. Quippe alij varietate ventorum & turbine, difficiles & proterui sunt: alij propter aquas, alij propter cibos, qui ex terra non solum corporibus commodi, aut incommodi oriuntur, verum animis quoque non minus. Quod Isocrates etiam in areopagico docet. Ioan. 1. & 1. quod si nolit. §. qui mancipia. de edilit. edicto. c. si gēs Anglorum. cum seq. 56. distinct. Tiraquel. de nobilitate. cap. 12.

9 Ea tamen presumpcio, vt nimis generalis, sic etiam parum efficax

est, nisi fortè alijs argumētis fulciatur. Nulla enim natio, nulla patria est, in qua non sint homines diuersorum inter se ingeniorum & morum: nec natio que impiam bonum aut malum esse cogit. Vnde Iuuenalis.

*Cuius prudentia monstrat,
Summos posse viros, & magna exempla
daturus,*

*Veruecum in patria, crassoque sub ære
nasci.*

Et Aufonius de Seucro Cæsare.

Punica origo illi, sed qui virtute probaret,

Non obstare locum, cum valet ingenium.

Et Themistocles Seriphio in iurgio respondit, cum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assequutum: vera, inquit, hercule narras: veruntamen nec si ego Seriphius, ignobilis: nec si tu Atheniēsis esses, clarus vnquam fuisses. Aristides quoque de eadem re loquens dixisse fertur, vobis & Lacedemonij & reliqui græci qui nunc adestis, dicimus, quoniā locus nec virtutem præstat, nec adimit. Author Plutarchus in vita Themistoclis & Aristidis. De Themistocle quoque scribit Herodotus in Vrania, quod cum Timodemus, vnus ex inimicis eius, subinde diceret, illum Athenarum respectu, non sui à Lacedemonijs honores assecutum, inquit ei Themistocles: ô homo, ita res habet, neque ego si Belbinitanus forem, sic à Spartanis honoratus fuisset: neque tu, etsi Atheniēsis.

Titulus

L.

248

niēsis. Quod & Plato dialogo primo de republica memorat his verbis: equidē si ipse Seriphio essem in eadem gloria viuerem, tu verò si Atheniēsis, minimè. Quod & Cicero libro de senectute memorat. Cæterū si alię probationes ad sint, hæc quoque presumpcio eas probabiliores efficiet: nec enim his periculosis temporibus tam facile præsumendus erit hereticus, homo Hispanus, Gallus, aut Italicus, quàm Bohemus, Germanus, aut Anglus.

10 Præterea talis presumpcio esse filius, quæ talis pater: vt enim ex hominibus hominem, ex belluis belluam, sic ex bonis bonum generari consentaneum est. Et quamuis (vt Aristoteles inquit) hoc sæpe natura velit efficere, non tamen possit: attamen sicut idem philosophus alibi ait, ex melioribus meliores procreari, probabile est. Accedit eodem vetus illud prouerbiū ab Ezechiele memoratum, ecce omnis, qui dicit vulgo prouerbiū, inte assumet illud dicens, sicut mater, ita & filia eius: tum illud, mali corui, malum ouum. Vnde Iulius Maximinus (vt Sextus Aurelius victor in eius vita est author) dum sequitur pecuniosos, infantes pariter, noxiosque, apud Aquileiam seditione militum discerptus est, vna cum filio: cōclamantibus cunctis militari ioco, ex pessimo genere, ne catulum quidē habendum. Accedit etiam ecclesiasticus dicēs, in filiis suis agnoscitur vir. Cherondas quoque apud Sto-

beum inquit, in quibus ciuitatibus senes impudentes fuerint, liberetiam, nepotesque ipsorum impudentia laborabunt. Cui attestatur Plato dialogo quinto de legibus, dicēs: vbi senes minus pudici sunt, necesse est, ibi iuuenēs impudentissimos esse. Item Fabius libro quinto, similes parentibus ac maioribus suis filij plerunque creduntur, & nonnunquam ad honestè turpiterque viuendum, inde causæ fluunt. Nam cum filij parentes suos amet, & ab eis omnia ferè discere soleant: quæcunque in eis vident, bona, honesta, & licita esse putant: & vt Manutianus cecinit.

Qui viret in folijs venit à radicibus humor,

Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Rectè proinde Plutarchus in exordio libri de liberis educandis ait: pulcher thesaurus est, bonis procreatum esse parentibus. glo. in l. quod si nolit. §. qui mancipia. de edilit. edicto. Aristote. lib. 1. politi. cap. 4. & lib. 3. ca. 8. & lib. 4. de generatione. cap. 3. Ezechiel. 16. ecclesiastici cap. 11. Stobæus sermone. 42. & 86. & 88. Fabius. lib. 5. institutio. oratoria. ca. 10. Alciat. lib. 1. presumpcio. cap. 48. Alfon. Castren. lib. 2. de iusta hereti. punitio. cap. 8. Tiraquel. in l. 7. connubiali.

11 Sed quamuis hæc presumpcio tam generalis non sit, quàm superior, non multò tamen efficacior est, quàm illa: quia sepius prauis sunt

De præsumptionibus & suspicionibus.

sunt filij bonorum, & nonnunquã boni efficiuntur prauorum filij. Spartianus in Seuero, plurimis exemplis probat, neminem prope magnorum virorum bonum & vtilẽ filium reliquisse. Cuius rei non alia probabilior causa mihi visa est, quã praua filiorum educatio: quã blanda parentum indulgentia corrumpi solet. Vnde Socrates apud Platõnem libro tertio de legibus, eam labem indulgentiẽ matrum (quã teneriores sunt) acceptã refert. Alex. Aphrodisæus problemate. 25. sectione. 4. Stobæus. sermone. 85. Lactantius lib. de opificio Dei. cap. 19. Abulen. de optima politia. nu. 148. Alciat. libro. 1. præsumptio. cap. 24. Tiraquel. lib. de pœnis, causa. 52. nume. 43.

12 Fortior illa præsumptio est, qualis esse quisque præsumitur, qualis eius educatio fuerit: ex bona enim, vel mala educatione, bonus, vel malus homo præsumi potest: quia educatio ipsa mores facit. Nã vt Plato dialogo quarto de republica inquit: quale cuiusq; fuerit puerilis educationis initium, talia etiã erunt quæ sequuntur. Et sicut Horatius ait.

*Quo semel est imbuta recens, serua-
bit odorem*

Testa diu.

Et Socrates apud Xenophontem docebat, ingenia illa indigere doctrina, quã quã optima sunt: nã & equorum quicunque fortes, animosi, ac dociles sunt, si ab incun-
ri.

atate domentur; optimos ac vtilis: si verò indomiti mancant, effrenatos ac pessimos euadere. Canesque quacunque ingeniose, sagaces, laboriose, fetis importunã, bene quidem eruditas optimas ac peritiles venationibus: conuerso verò, vanas, furiosas, ac inobedientes effici. Similiter etiam quotquot ingeniosi, animo fortes, rebus agendis idonei sunt, eruditi quidem ac re- rum illarũ docti, quæ agende sunt, optimi atque vtilis fiunt: plura nãq; ac maxima bona operantur: rudes autem atque indocti, pessimi, noxijque efficiuntur. Cum enim discernere nequeant, quæ agenda, quæ uel omittenda sint, sepe prauis operibus vacant: quod si etiam elati animi, vehementesq; sunt, effrenati præterea, pernicacesque redduntur: quo circa plurimorum, magnorumque malorum causa sunt. Aristotel. & Faber. lib. 2. ethico. c. 1. Plutar. in Apophtheg. Laconicis. Xenophon. li. 4. de factis & dictis Socratis.

13 Idem quoque Socrates apud Platõnem inquit: puerorũ natura conuenientem nacta disciplinam, semper proficiendo ad omnem peruenit virtutem: nutrita autem si fuerit peruersa, ad contraria facile dilabitur. Est itaque consentaneum, naturam optimam, si sub aduersa forma nutriatur, deteriore euadere quã ignauã: & animos præstantissimo ingenio præditos, si malè fuerint educati, pessimos fieri.

Titul.

L.

249

ri. Et putandum est, infanda scelera, & extremam nequitiam ex generoso ingenio educatione corrupto, potius quã ex ignauo procedere. Ex educatione igitur fit, vt sepe soleat filius similis esse patri: nam vt Cicero libro primo officiorum scripsit, plerunque parentum præceptis imbuti filij, ad eorum cõfuetudinem moremque deducuntur. Et Iuuenalis Satyra decima quarta.

*Sic natura iubet, velocius & citius
nos*

*Corrumpunt vitiorum exempla do-
mestica.*

Vt non immeritò diuina sapientia tantopere filiorum educatione parentibus frequentissimè cõmendauerit: inquit enim ecclesiasticus, filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Et rursus idem, qui docet filium laudabitur in illo: mortuus est pater eius, & quasi nõ est mortuus, similẽ enim reliquit sibi post se. Et mox, equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps, & cetera in eadem sententiam. Item Daniel de Susanna loquẽs ait, eam fuisse pulchram & timentem Deum: addita ratione, quia parentes illius cum essent iusti erudierunt filiam suam secundum legem Moyse. Denique Paulus apostolus, vos patres, inquit, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correctione domini. Plato. 6. de republica. ecclesiastic. 7. & 30.

Daniel. 13. ad Ephe. ultimo. cap. sicut. 47. distin. Cornel. tacitus. dialogo. de oratorib. Iuuenalis tota Satyra. 14.

14 Hinc & illud est, quod talis esse vnus quisque præsumatur, quales illi sunt, cum quibus conuersatur: vt enim veteri prouerbio fertur, similes cum similibus facillimè cõgregantur. Salomon quoque inquit: qui cum sapiẽtibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. Rursus, noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso: ne fortè discas semitas eius, & sumas scandalum animẽ tuã. Et ecclesiasticus, qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Accedit propheta regius dicẽs, cum sancto sanctus eris: cum electo electus eris: cum viro innocente innocens eris: & cum peruerso peruerteris. Et iuxta Theognidis sententiam à Platone in Memnone, & à Xenophonte in conuiuio relata.

*Iusta docent iusti, prauis conuixeris,
ante*

*Qua fuerat probitas protinus effu-
giet.*

Vel sicut alij vertunt.

*Te bona namq; boni, si vnã versere,
docebunt.*

Pravi sed perimẽt quod fuit ingeniu.
Vnde Hieronymus ad Demetriadẽ scribit, semper in comitatu tuo graues scẽminas habeas: mores & studia dominarum plerunq; ex an-

Li cillarum

De præsumptionibus & suspicionibus.

cillarum & comitum moribus iudicantur: qualis enim quæq; sit, talium confortio deletatur. Nec id mirum videri debet, nam & catellæ (vt habet prouerbum) perinde ac heræ sunt. Et sicuti Euripides in phænice inquit, mala improborum cōsuetudo cui placet, is qui fiet vir non rogo: sciens sodalium illum conuenire moribus. Adde quod nihil tam perniciosum ac pestiferum est, vt cōsuetudo & conuersatio prauorum hominum: quippe cum vt Chrysostomus ait, amicitia atq; necessitudo & ad nocendum & ad iuuandum plus nonnunquam efficit, quàm necessitas potuisset. Prætereo Senecam lib. 3. de ira, & epistola. 95. prouerb. 13. & 22. ecclesiasti. 13. psalmo. 17. Aristotel. 9. ethi. c. vlti. Plato. 8. de republica. Chryso. in Matth. homilia. 60. & in Ioann. homilia. 56.

15 Præterea facilius præsumendum est malum de homine malo, quàm de bono. Vnde regula iuris: semel malus semper præsumitur malus. Quamobrem multi iurisperiti aiunt, de malo homine non nisi malum præsumendum esse. Econtrario Megabyus apud Herodotum. li. 3. histo. ex optimis viris, inquit, credibile est, optima existere consilia. Vtrunque autem confirmat Cicero pro Cluentio dicens: perinde vt opinio est de cuiusque moribus, ita quid ab eo factum & non factum sit, existimari potest. Et lex ait ex personis hominum dicta pensamus leg. 1. C. si

quis impe. mal. dix. Hosti. in sum. titul. de iude. §. quibus. Lucas. in. l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. 11. Alciat. lib. 1. præsump. capit. 7.

16 Inde etiam fit vt talis esse hodie vnusquisque præsumatur, qualis olim fuit. Spectanda quidem sunt (vt Fabius ait) antea dicta, dictaque: ex præteritis enim æstimari solent præsentia. Quis vllam vllius boni spem habebit in eo, cuius primum tempus ætatis palam fuerit ad omnes libidines diuulgatum? Nemo repente fit turpissimus: omnibus in rebus (vt apud Ciceronem est) quæ grauiore, maioreque sunt, quid quisque voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur est ponderandum. Neque enim potest quisquam nostrum subito fingi, neque quisquam repente vita mutari, aut natura conuerti. Cui subscribit Fabius dicens, interrogabo quid ante perditè, quid flagitiosè, quid impiè fecerit. Innocentia per gradus certos ab homine discedit: & ne in maximis trepidet audacia, diu vires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit, quod incredibile est peruenisse: sic econtrario nemo repente fit optimus. Vnde Flavius Vopiscus in vita Probi eleganter ait. Neminem vnquam peruenisse ad virtutum summam iam maturum, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus, aliquid inclytum

Titulus

L.

250

clytum designasset. Fabi. lib. 5. cap. 10. & iterum declamat. 1. Cicero. ad senatum post reditum: & rursus in oratione pro Silla. cap. ex studijs de præsumpti. c. si serm. de poenit. dist. 2. Bal. in. l. ex persona. C. de probati. Feli. in. ca. scribam. de præsumptio: Alciat. libro. 2. cap. 25. eodem titul.

17 Ex supra scriptis alijsq; personarum & rerum circumstantijs plane intelligitur quamobrem inquisitores in prima parte actorum, tam diligenter interrogare soleant reos, ex qua natione, patria, familia, cognatione, sint: apud quos educati, quos habuerint magistros, præceptores, socios, amicos. Ea enim & mille talia, considerari solent in rebus dubijs, vt inde argumenta verisimilia ducantur: quemadmodum fufius rhetores docent in causa cōiecturali. Aiunt enim argumenta sumenda esse, ex genere, natione, patria, educatione, disciplina, bonitate, prauitate, ac tempore præterito: de quibus hactenus satis diximus. Addunt etiam sexum esse cōsiderandum: vt latrocinium facilius in viro, beneficium & superstitionem in foemina credas. Aetatem, quia aliud alijs annis magis conuenit. Fortunam, neque enim tam idem credibile est in diuite, ac paupere. Conditionis distantiam, nam clarus an obscurus, magistratus an priuatus, pater, an filius, ciuis an peregrin⁹, liber, an seruus, laicus an clericus sit, plurimum

distat. Animi naturam, Etenim auaritia, ira, iracundia, misericordia, crudelitas, seueritas, aliaque his similia, afferunt frequenter fidem, aut detrahunt. Studia quoq;: nã rusticus, forensis, negotiator, miles, nauigator, monachus, aliud atq; aliud efficiunt. His etiam adiiciunt causam, tempus, locum, occasionem, modum, & cætera rerum accidentia: quæ longum esset mihi dicere, præsertim ad alia properanti. Vide Cicero. lib. 2. de inuenti. & lib. 2. rheto. ad Herennii. Fabium. lib. 5. orato. institutio. ca. 10. Fortunatianum. li. 2. rhetorico. in prin. Trapezuntium item. lib. 2. l. aut facta. de pœn.

18 Deinde, malefacta, & meledicta, præsumuntur malè præmeditata: humanæ aures talia verba nostra iudicant, qualia foris sonant: neque est præsumendus quisquam dicere, quod non prius mente agitaauerit. Sanè (vt Aristotel. inquit) sermones sunt ingeniorum & morum velut imagines. Et alibi ait: sermones esse notas earum, quæ in anima sunt, passionum. Et Horatius.

Natura (inquit) format nos intus ad omnem habitum;

Post effert animi motus interprete lingua.

L. si quis extraneus. de acqui. hæredit. l. si non conuitij. C. de iniur. capit. 1. de præsumptio. & illic Feli. Matthe. 12. Iob. 34. cap. humanæ. 22. quæstio. 5. l. labeo. §.

li 2 idem

De presumptionibus & suspicionibus.

idem Tubero. de supell. legat. Aristot. rhetor. ad Alexandrum. cap. de specie laudandi. Ioan. Lup. allegat. de heresi. §. 7. cum seq.

19 Ad hæc, non præsumitur sanæ mentis, qui non habet memoriam ordinatam. Vsq̄ue adeò quippe vicinæ sunt & connexæ omnes animæ virtutes, vt vix vna earum lædi possit, quin cæteræ quoque lædantur. Quo efficitur, vt ex cuiuslibet illarum læsione homo facile reddatur insanus. Et vt Plato inquit in Philebo: memoria est sensus conseruatio: quo fit vt qui memoria caret non benè sensum conseruet. capit. filij. de heresi. libro sexto & illic Dominicus, Philippus Fran. & cæteri.

20 Illæ autem coniecturæ, ac præsumptiones efficaciores erunt, quæ verisimiliores fuerint. Omnis enim præsumptio, quæ temeraria non sit, in verisimilitudine fundata esse debet. Et vt Bal. ait: illa præsumptio fortior est, quæ verisimilior. Neque aliud est præsumptio (vt apud eundem Bald. est) quàm ratiocinatio de re verisimili: id sanè probabili, credibilius, & verò proximius est, quod verisimilius fuerit. De singulis loquens Aristot. lib. rhetoric. ad Alexandrum, inter alia inquit: signa verò efficiunt, alia quidem opinionem, alia verò scientiam: id autem pulcherrimū est quod scientiam efficit: secundo autem loco, quod opinionem maximè verisimilem operatur. Accedit eodem quod incredibile, suspectumque

est, vt plerique aiunt, quicquid non est verisimile: habet enim quādam falsitatis imaginem. Denique sapissime quod verisimile est, pro veritate habetur: quod verò non est verisimile omnino falsum esse censetur. ca. qui verisimile. de præsumpt. l. non est verisimile. quod met. caus. l. Meuius. in princip. de legat. 2. Bal. in. l. 2. ca. de sicar. & in rub. de probat. & in. l. 1. C. de seru. fugiti. Felin. in cap. auditis. de præscrip. Decius. cons. 596. Hippolyt. cōf. 101. Fufius Andreas Tiraquel. in. l. si vnquam. C. de reuoc. dona. in principio à numero. 37. deinceps.

21 Ex coniecturis autē & præsumptionibus nemo condemnandus est, præsertim in crimine heresis. Et vt hoc obiter dicam, coniectura dicta est (authore Fabio à coniectu, id est, directione quadam rationis ad veritatem: ex præsumptionibus tamen, indicijs, & coniecturis ad remedia extraordinaria proceditur. Neque enim pœna ordinaria imponēda est propter suspensiones, vel probationes, quæ non sint luce meridiana clariores: quemadmodum rectè docent Innocen. Antoni. & innumerabiles alij. ca. literas. de præsumpt. Fabius. lib. 3. cap. 7. Fortunatianus. lib. 1. rhetoric. ca. de statu. Innocen. in. ca. quia verisimile. de præsumpt. Anton. Cardinal. & cæteri in. ca. afferte. eod. titu. Ioan. Lup. allegat. de heresi. §. 11. Hippolyt. in rub. de proba. nu. 241.

Boerius

Titulus

L.

251

Boerius decisio. 264. Tiraquel. de pœnit. caus. 27.

22 Eadem ferè omnia, quæ de præsumptionibus diximus, de suspicionibus quoque dici possunt: nam & ex iisdem locis ducuntur & oriuntur: nisi quòd vt Bal. ait. suspicio minor est, quàm præsumptio: Facilius enim suspicamur aliquid, quàm id ipsum præsumam: sed ex suspicionibus oriri solent præsumptiones: & quod suspicamur, sepè verū esse præsumimus. Et hæc quidem probabiliora esse videntur, quàm ea quæ Budæus in forensibus tradit: suspensiones (inquit) à Cicerone dicuntur, quas iurisperiti appellant præsumptiones: & causa suspiciosa est, in qua multæ sunt præsumptiones. Est autem suspicio, acceptio vnus partis cum formidine alterius. Vel est opinio mali ex leuibus signis, vt inquit beat. Thom. Vel sicuti Bal. definit. suspicio est passio animi aliquid firmiter non eligentis. Bal. in auth. si quis C. de adulter. Thom. 22. q. 60. art. 4. Bal. in rub. de probation. Soto. lib. de iusti. & iure. quæst. 4. arti. 3.

23 Suspensionum autem, aliæ sunt leues aliæ vehementes, aliæ temerariæ, aliæ probabiles. Leuis suspicio est, qua leuiter aliquid suspicamur: sic etiā vehemēs, qua vehemēter: temeraria, qua temerè: probabilis, qua verisimiliter & probabilitate mouemur ad suspicandū. Augētur autē & minuuntur suspensiones ex argumentis, coniecturis, & si-

gnis, alijsque circumstantijs, personarum & rerum. Sic rhetores augere suspensionem docent ab argumentis, & signis, & cæteris locis: vt cum multa concurrunt argumenta & signa, quæ inter se contentiūt, orator dicat, rem perspicuam, non suspiciosa videri oportere. Item plus oportere signis & argumentis credi, quam testibus: hæc enim eodem modo exponi, quomodo re vera sunt gesta: testes corrūpi posse, vel pretio, vel gratia, vel metu, vel similitate. Melius tamen & iustius contra argumenta & signa, & cæteras suspensiones dicere docent hoc modo: vt demonstremus, nullam rem esse, quam non suspensionibus quibus possit criminari. Deinde, vt vnā quāque suspensionem extenuemus, ac demus operam, vt ostēdamus nihil magis in nos eā, quàm in alium quempiam conuenire: indignum facinus esse dicentes, sine testibus coniecturam & suspensionem firmamenti satis habere: Neque enim propter suspensiones aliquē condēnare licebit. lib. 2. rheto. ad hereni. c. literas. de præsu. l. absentem. de pœnis. l. 1. §. si suspicio. de incen. Ruin. Naufr. & in. l. Admonendi. de iure. iura. Bart. Ias. Ripa. Curtius & cæteri.

24 Ceterum in materia heresis; Gerson. tract. de ptestatione, suspensiones hoc modo differit: suspicio leuis prouenit ex signis exterioribus operū aut verborū, ex quibus capitur cōiectura, qua cōcludi potest,

li 3 non

De præsumptionibus & suspicionibus.

non quidem frequenter, sed raro, seu casu, quod talia dicens vel faciens hereticus sit: idque deducitur leui consequentia: ut puta si argumentemur: Petrus deierat frequenter, ergo non bene in Deum credit.

25 Suspicio vehemens sumitur ex signis exterioribus operum aut verborum, ex quibus capitur argumentum concludens frequenter, & ut in pluribus, quod talia dicens vel faciens est hereticus. Verbi gratia si quis neget explicitè, palam, & publicè, aliquas propositiones fidei, quas tenetur ex officio scire, is vehementer suspectus est: quanuis fieri possit, ut talis negatio, ex ignorantia, vel animi leuitate sit orta.

26 Violenta suspicio est, quæ prouenit ex signis exterioribus operum aut verborum, ex quibus concludi solet efficaciter, & ferè semper, quod talia dicens vel faciens, est hereticus: ut si quis propositiones hereticas publicè asserat: vel adoret sepulchrum Mahumetis. Nam etsi possibile sit, quod ista sine intellectus errore, aut sine pertinacia dicantur, aut fiant: ecclesia tamen, quæ iudicat exteriora, præsumit violenter, eiusmodi homines hereticos esse, nisi fortè purgauerint se ipsos, probando ignorantiam, timorem vel fictionem, & ostendendo se correctioni paratos: hæc Gerson. In summa, hi omnes suspecti de hæresi sunt, de quibus iudicia aliqua extant, quod de fide catholica malè sentiunt.

Gerson. de protesta. consideratione vltima.

27 Sunt qui putant, suspicionem de hæresi, duci posse ex signis & indicijs leuibus, modo probabilia sint: nam plenè ea probari oportet. Innoc. in. ca. sicut. de Simo. Ioan. Andr. in. ca. ut officium. §. i. Ancharra. in. ca. Accusatus. in princ. de heret. lib. 6. Feli. in. ca. literas. de præsum. Conrra. Brun. lib. i. de heret. cap. 4.

28 Ea tamen opinio, meo quidem iudicio sine delectu recipienda non est. Nam leuia signa mouere non debent animum constantis viri ad suspicandum tam graue crimè: sed potius interpretanda sunt in partem benigniorem. Ut enim Cicero ad Quintum fratrem scripsit: ut quisque est vir optimus, ita difficillimè esse alios improbos suspicatur. Deinde ex leuibus signis, malè suspicari de homine Christiano, haud leue peccatū est: quia talis suspicio esset actus volūtarius, recta ratione dissonans. Neque enim ex leuibus signis moueri debemus aduersus catholicos, quibus iniuria fit, si malam opinionem de illis habuerimus absque iusta & probabili causa. Postremo iudicium temerarium est (ut theolo. docent) cum aliquis iudicat de his, quæ dubia sunt, propter aliquas leues coniecturas: Igitur ex leuibus indicijs suspicari nullo modo debemus aliquem hereticum esse. c. estote de reg. iur. Tho. 22. q. 60. artic. 2. Caiet. in sum. verbo. suspicio. Domin. Soto.

Titul.

L.

252

Soto. lib. 3. de iustit. & iur. quæstio. 4. artic. 3.

29 Hoc amplius addunt quidam, in crimine hæresis leui suspicioni adherendum esse, saltem eò vsque ut inquisitor procedere possit ad interrogandum, quid suspectus sentiat de catholica fide. Quod equidem falsum & periculosum esse putato: nisi fortè id fiat ex probabili causa, & cū homine aliquo abiectio, vili, & infami. Nam honestum hominem in iudicium trahere propter leuem suspicionem, eumque interrogare de fide, ac dubitare, an catholicus sit, graue quidem iudicio meo iniustum admodum est. Matth. de Affl. in consti. Sicili. titul. i. colu. ante pen. Ludo. carer. tract. de her. nu. 116.

30 Interdum autem ex grauissimis criminibus, longè ab heresi distantibus nascitur suspicio non leuis, quod talis facinorosus non bene sentit de fide catholica. Nam qui catholicus est, Deum timere, & ab eiusmodi criminibus abstinere solet. Vnde qui cum scæminis consanguineis, affinibus, monialibus, commatibus, alijsque id genus, facillè commiscetur, non immeritò suspectus censeri potest. Quam obrem regia lex huiusmodi crimina hæresim sapere dicit: neque enim perpetrari solent à viris orthodoxis & bene Christianis. Adde etià multò magis suspectos esse debere fœdissimos illos cynædos, qui ut apost. inquit, traditi sunt in repro-

bum sensum, & in passiones ignominia. Quamobrem inquisitoribus apostolicis regni Aragoniæ mandata est iurisdicctio aduersus pædicatores, pathicos, & cynædos: Sed & Iason speciem hæresis esse putat, iuramenta scelerata facere. regia. l. 5. titul. 15. lib. ordin. 8. ad Rom. cap. i. & inibi Chryso. sermo. 4. August. ad fratres in Eremo. sermo. 47. Iason. in. l. 3. iurari. de iure iurando.

31 Suspectus quoque in fide merito censeri potest, qui nouas & singulares opiniones asserit in materia morali, easque pertinaciter tueritur, contra communes & receptas sententias: inde enim ad hæreses facilis admodum via est. Ad summam in omnibus præsumptionibus & suspicionibus (ut Gerson inquit) plurimum ad rem faciunt, accidentia & circumstantiæ personarum & rerum. Quædam enim sufficiunt ad vehementem suspicionem habendam de aliquo homine, quæ alium hominem suspectum non redderent, ne leuiter quidem. Gerson. tract. de protesta. considerat. vltim. Franc. Victoria super Thom. 2. 2. quæstione. 11. artic. 2.

32 Neque leuis præsumptio est contra descendentes ex Mahumetanis, qui vinum non bibunt, neque carnem suillam edunt, neque aprum animal propter conuiuia natum (ut ait satyricus) cum sint voluptatibus dediti, quæ sine his frigere solent: ut proculdubio præsumi possit

De probationibus.

in maiorū suorū sectas, eos adhuc permanere: quod quidē ab inquisi-

toribus, sua ipsorū confessione frequentissimè deprehenditur.

De probationibus. Titul. LI.

- 1 *Heresis crimen cur summa cura & prudentia examinari oporteat.*
- 2 *Probationes in crimine heresis luce clariores esse debent.*
- 3 *Testis vnus cum fama publica non sufficit ad plenam probationem in crimine heresis.*
- 4 *Iuramentum deferendum non est accusatori in crimine heresis, ad supplementum imperfectæ probationis.*
- 5 *Probationes imperfectæ aut semiplenæ, etsi multæ concurrant, non sufficiunt ad plenam faciendam fidem in crimine heresis.*
- 6 *Testibus in causa heresis quando non sit adhibenda plena fides.*
- 7 *Testes duos non sufficere in causa heresis ad plenam iustæque probationem, nonnulli putant.*
- 8 *Testes duos non sufficere, falsa est opinio.*
- 9 *Testes duo quales esse debeant, vt plenè iudici fidem faciant.*
- 10 *Testes excommunicati, & socij criminis, cur in causa heresis recipiantur.*
- 11 *Probationes in crimine heresis, leniores quàm in alijs criminibus sufficere, falsa est opinio.*
- 12 *Probatio minus plena ad quid sufficiat.*
- 13 *Probatio indirecta contra violentam iuris & à iure presumptionem, quomodo recipienda.*
- 14 *Heresis quomodo probari possit scriptis heretici.*
- 15 *Probationum, argumentorum, & indiciorum inter se consensus plurimum refert in omnibus reorum causis.*



Causa heresis grauior est, quàm aliorum ferè omnium criminū: tum quia pœnis acerbiori-

bus puniuntur heretici, tum etiam quia infamia ex eo crimine orta, domum, familiam, & cognationem obscurare & maculare solet. Quas ob res prudentius & cautius, in hoc iudicio, quàm in alijs agendum est. c. vergentis de hereti. c. vt officium. s. verum eo. titu. lib. 6. c. vbi periculum de electi.

2 Hinc est quòd cum in cæteris criminibus necessariæ sint ad condensationem probationes luce clariores: multo magis id ipsum necessarium sit in crimine heresis: eo accedente quòd facultas defensionis manca quodam modo reis istis concedi solet. l. vlti. c. de probatio. Oldral. cõsi. 210. Anchar. in ca. Accusatus in principio. de hereticis libro sexto.

3 Ab eodem fonte manat, quòd quemadmodum in alijs criminibus ad plenam probationem non sufficit vnus testis cum fama publica, neque plures testes singulares cum eadem fama: sic etiã ad probandam heresim talis probatio inutilis erit. glo. & interpretes in. c. veniens. de testib. Alex. cõsi. 143. lib. 2. Decius cõsi. 458. Ioan. de lignano & Matth. in clem. 1. & 2. de hereti. Ioan. Andr. & Domin. in. c. vt officium. eod. titu. libro. 6. Gonsal. de heret. prauit. quæstio. 13. Ioannes

Lupus

Titulus

LI.

253

Lupus allegatio. de heres. s. 12.

4 Et sicut in alijs criminibus non defertur iuramentum accusatori ad supplementum imperfectæ probationis: sic etiam deferendum non est, in heresis comprobationem. glo. communiter approbata: in. l. 3. de iur. iurãdo. & illic Alex. nu. 12.

5 Sic & in crimine heresis diuersæ species imperfectæ, aut semiplenæ probationis non iunguntur, vt plenam fidem iudici faciant: quemadmodum nec in cæteris criminibus coniungi possunt: tametsi (vt Fabius ait) singula leuia & communia nocere solent vniuersa, etiam si non vt fulmine, tamen vt gradine. Sed id locum habet in causis ciuilibus, & ad maiorem duntaxat suspicionem in criminalibus, nõ autem ad plenam probationem. Fabius. lib. 5. cap. 12. Barto. & ceteri. in. l. si quis ex argentarijs. s. 1. de eden. Alex. cõsi. 143. lib. 2. Decius. cõf. 615. Ripa. in. l. Admonendi. de iure. iuran. num. 209. Gratus. cõf. 47. libro secundo.

6 Sic etiam in causa heresis nõ est plena fides testibus adhibenda, qui testimonij sui probabilem causam non reddunt, etiam nõ interrogati: Salicet. in. l. vltim. C. de probat. Alex. cõsi. 15. lib. 1. Decius cõf. 419.

7 Sunt præterea qui putant, duos testes non sufficere in causa heresis ad plenam iustamque probationem: tum quia Innocen. 3. tres aut plures boni testimonij viros exigere videtur: tum quia (vt sæpè diximus)

in his causis non solet concedi reis libera defensionis facultas. cap. excommunicamus. s. adijcimus. de heret. cap. vltim. eod. tit. lib. 6. Hostien. in sum. titu. de hereti. s. qualiter. vers. vt autem. Albert. lib. de agnos. assert. catho. quæstio. 34.

8 Sed hæc opinio à plurimis est reprobata, nec immeritò quidem: quia casus iste non inuenitur exceptus ab illa peruagata & vulgari regula diuini & humani iuris, in ore duorum vel trium stabit omne verbum. Neque Innocen. 3. de speciali heresis probatione loquitur, sed de inquisitione generali, quam iudex facere debet per tres aut plures viros, aut per omnes homines totius parocciæ. Neque facultas defensionis vllò modo reis denegari solet, quinimo cauti ac benignius cum eis semper, quàm cum alijs reis agitur. c. licet vniuersis. de testib. cum esses. de testam. dicto. s. adijcimus. Ioan. de ligna. Ioan. Andre. Anton. Cardi. Ioan. Imolen. quos referunt & sequuntur Domini. & Philipp. Franc. in. c. vt officium. de heret. lib. 6. Socin. in. ca. excommunicamus. nume. 27. dicens hæc esse communem opinionem. Gonsal. tracta. de hereti. prauit. quæstio. 13. Syluest. in sum. verbo. heresis. 2. q. 4. Ludoui. Carerius in pract. num. 162. plenius Albert. in. c. 1. de heret. libro. 6. quæst. 16. Godofredus. in. l. 8. & quicunq;. C. de heretic.

9 Ceterum vt per duos tantum testes Plenè probetur heresis, necesse

li 5 est,

De probationibus.

est, ut illi sint integri & irrefutabiles, & (ut vulgò dici solet) omni exceptione maiores: idq; multò magis quàm in ceteris criminibus, ob eas causas, quas supra memorauimus. c. in primis. 2. q. 1. glo. & interpretes in ca. Atsi clerici. de iudi. Bal. in l. ultim. C. de probati. Ioan. Lup. allegatione, de hæresi. §. 13. Albert. in c. 1. de hæreti. lib. 6. questio. 16. nume. 25. Decius. consil. 429. & innumerabiles alij.

10 Nequè obstat quòd in fidei fauorem, ad inquirendam hereticam prauitatem recipiuntur testes excommunicati, & socij criminis infames, & alij, qui in ceteris criminibus repelluntur: id enim fit ad inquisitionem, ad iudiciũ, ad præsumptionem: ad summũ, ad qualem qualem probationem: non autem ut propter ea legitimi testes esse credantur, aut solis duobus plena fides sit habenda. Nam (ut inquit Alex. iij.) tales testes in aliarũ probationum defectum admittuntur: ac tunc demum audiendi sunt, cum ex verisimilibus coniecturis, ex numero testium, ex qualitate personarum & rerum, alijsque circumstantijs, falsa dicere non præsumantur. c. in fidei. de heret. lib. 6. Franc. Arcin. in c. vlt. de testib. & Ioan. Lup. allegatione de heres. §. vlti. Conr. Bru. lib. 4. de here. c. 9.

11 Errant ergo quicunque putant leuiorès probationes sufficere in crimine heresis, quàm in alijs criminibus probandis. Lex enim Theo-

dosij, qua isti decepti sunt, nihil de leui probatione locuta est: sed id tantum ait, hæreticorum vocabulo eos contineri, qui vel pro leui argumento à iudicio catholice religionis, vel tramite detecti fuerint deuiare. Leuis igitur probatio, non sufficit ad cõdemnationem, sed ea constitutione hæreticus esse dicitur, qui leui argumento deuiat à catholica fide: seu qui leui iudicio errare conuincitur, accedente scilicet eius confessione, aut plena heresis probatione. Tum illud addo legem illam corruptam esse in vulgatis editionibus. Nam vera eius verba sunt: Hæreticus est, & e latris aduersus hæreticos legibus succumbit, qui vel paululum ab orthodoxa declinat fide: vel qui ab orthodoxa fide vel minimum declinat. Et ita vertit Photius patriarcha in nemo canono, siue iure pontificio Græcorum. titul. 12. cap. 2. l. 2. C. de heret. & inibi Godofre. Ioan. Lup. allega. prænota. §. 12. Albert. in rub. de heret. lib. 6. q. 13. nu. 28. Conr. Brun. lib. 4. de heretic. cap. 9.

12 Sed quanuis ad pœnam ordinariam nõ sufficiat minus plena probatio: nihilominus tamè ad inquisitionem, purgationem, questionem, pœnam arbitrariam, & pœnitentiam salutarem imperfecta probatio sufficiet: leuior enim ad eas res, quàm ad cõdemnationem requiritur. Prima instruct. Hispalen. c. 5. glo. in cap. literas. de præsumpt. Innoc. in ca. sicut de Simo. Cardi. & Ioan.

Titulus

LII.

254

Ioan. Imol. in Clem. 1. de hæretic. Ioan. Lup. eod. §. 12.

13 Tametsi autem contra violentam præsumptionem iuris & à iure, qua consummatus hæreticus aliquis esse censetur, non recipiatur directa probatio, in contrarium: recipienda tamè est indirecta probatio qua reus iuste defendatur, & crimina obiecta omnino excludat: ut si probare velit falsos esse testes, aut ea indicia non esse vera, ex quibus violenta præsumptio ducitur: et ita quidam iuris periti docent, quibus assentior. cap. accusatus. §. 1. cum seq. de heret. lib. 6. Ioan. And. Domin. & Philipp. Francus. in ca. filij. eod. titu.

14 Potest hæresis probari scriptis hæretici cap. vltim. 24. q. 2. l. sciant. C. de probat. sed debet hereticus manum suam, scripta, vel signa cognoscere. Authentica qui cõtra propriam. C. de no. num. pecu.

15 Postremò, in omnibus hæreticorum, aliorumque reorum causis ad fidem certitudinemque faciendam, plurimum refert an probationes, argumenta & indicia inter se concordent & congruant, vel e contrario, dissonent, variant, & sibi inuicem aduersentur. Nam ut est a-

put Aristot. vero cõsonant omnia: falso autem cito dissonat verum. Et Seneca epistola. 103. veritatis vna vis, vna facies est, nunquam autem falsis constantia est: variatur & dissonat. Et sicut diuus ille Hierony. inquit, nõ potest verum esse, quod dissonat: vniformis enim res veritas, mendacium autem in varia diffrahitur. Nihil veritate potentius (ut apud Chryso. est) nihil mēdacio imbecillius, etsi innumeris obtegatur operimentis: nam etiam sic deprehenditur & effluit facilè. Veritas autem etsi innumeris circumueniatur insidijs, tuta permanet: & qui ad eam confugiunt, tanquam firmissimo, & tutissimo muro eius viribus custodiuntur. Et alibi inquit: huiusmodi est veritatis natura, unde magis oppugnatur, inde magis confirmatur: & quò magis obtegitur, eò clarior euadit. Sanè quæ à veritate non veniunt, nemine etiam impellente, seipsa subuertunt. Ferè ita est (ut Ioan. Picus ait) mala causa quò se plus defendit, plus prodit: contra veritas sicut ignis, quò plus excutitur, plus clarescit. Aristote. 1. ethi. ca. 8. Hierony. in prolo. Osee: Chryso. in euang. Ioan. homil. 2. 8. & homil. 57.

De procuratoribus.

Titul. LII.

- 1 Procurator frustra interuenit ad grauiora absentium crimina defendenda.
- 2 Procurator eos defendere potest, qui sunt in vinculis.
- 3 Hæreticus in carcerem cõiectus per pro-

- 1 curatorem causam suam tueri potest, si neget.
- 2 Absens suspectus de heresi à quocũque excusari potest coram iudicibus.
- 3 Filij & hæredes defendere possunt causam

De procuratoribus.

Sam defuncti per procuratorem.

6 *Procurator generalis sanctae inquisitionis Hispaniae in Romana curia quis sit eligendus.*



Ad grauiora absentium criminum defendenda frustra procurator interuenit: tum quia in primis necessaria

est reorum confessio: tum etiam quia sententia condemnationis non posset in absentes executioni mandari. l. pen. §. ad crimen de publi. iudi. Felin. in. c. meminimus. de accusa: Marian. in. c. venies eo. titu. Hippolyt. in pract. §. sequitur.

2 Quae causae cum cessent in reo, qui in vincula coniectus est, cessat etiam iuris prohibitio: quam ob rem vinculus poterit a procuratore defendi, ut recte Barto. censuit. Clericus quoque atque alij, qui pro leuioribus criminibus arbitrio iudicum puniendi sunt, a procuratoribus defendi eadem omnino ratione possunt. Bart. in. l. non tantum de appellatio. Bart. Angel. Imol. & Rubeus. in. §. ad crimen. Signorol. con. 169. Anchar. conf. 272. Gratus conf. 71 lib. 2. Felin. in. c. meminimus. de accusa. nume. 15.

3 Hinc est quod hereticus carcere clausus per procuratorem causam suam agere ac tueri potest, ut quodam primae instructionis capite continetur. Id tamen tunc fieri debet, cum reus negat, se hereticum

esse: nam si vellet haereses tueri, non liceret villo modo cuiquam eius impiam causam defendere. Quin etiam audiendus antea procurator non est, quam id iudices expressim concesserint, ut alibi diximus. Raro autem procurator admittitur, sed aduocatus solet esse procurator, & officio inquisitorum fiunt reorum defensiones. Prima instru. Hispal. cap. 16. cap. si aduersus. de hereticis. supra de aduocatis: numero. 1.

4 Si vero contra suspectum absentem procederetur, tunc posset quilibet eius excusationes iudicibus allegare: quae si iustae fuerint sententia differenda est: iure enim concessum est, ut aliquis reum absentem defendat, probabiles & iustas causas absentiae allegans, ne forte innocens inauditus, & indefensus a calumniatoribus opprimatur. l. pen. §. ad crimen. de publi. iudi. l. 3. C. de accusa. Bar. in. extrau. ad reprimendum, verbo, legitime. quomodo in lege maiestatis crim. procedatur. Ludouicus Caret. de haeret. num. 113.

5 Filij & haeredes defendere possunt causam defuncti per procuratorem, tametsi accusatus fuerit de crimine heresis: quia de eo agitur, quod eorum interest. Alberti. in. l. seruū quoq; §. publice. de procura. Bal. in. l. reos. C. de accus. Felin. in. c. meminimus. eod. titu. Rubeus. in. §. ad crimen. nume. 126.

6 Demum vir aliquis peritus & probus eligendus est, qui sit procurator generalis sanctae inquisitionis

Titulus

LIII.

255

nis Hispaniae, ut in Romana curia negotia huius sacrosancti officij gerat, cui iustum salarium soluen-

dum est ex bonis publicatis. 2. instru. Hispal. cap. 2.

De promotore fiscali. Titul. LIII.

- 1 *Promotor fiscalis qualis sit eligendus.*
- 2 *Fiscalis esse non potest quis in ea prouincia, ex qua originem ducit.*
- 3 *Promotoris fiscalis munus.*
- 4 *Promotor fiscalis comprehensus & admonitis reus, eos accusare debet.*
- 5 *Promotor fiscalis reos etiam confessos accusare debet.*
- 6 *Promotor fiscalis quomodo libellum accusatorum iudicibus edere teneatur.*
- 7 *Promotor fiscalis quid facturus sit, vbi a iudicibus concessa fuerit dilatio ad probandum.*
- 8 *Promotor fiscalis, quocumque tempore testes aliarum haeresum superuenerint, reos de his accusare debet.*
- 9 *Promotor fiscalis diligenter perscrutari debet reorum confessiones, & eorum dicta & responsa.*
- 10 *Promotor fiscalis quando abesse debeat, & quando adesse.*
- 11 *Fisci causas quis defendere teneatur.*



Promotorem fiscalem vulgo appellat officiale sanctae inquisitionis, qui officio accusatoris fungitur. Is eligendus est vir probus, diligens, industrius, & iuris peritus.

2 Iulius Paulus lib. 5. receptarum sententiarum, titulo, de fisci aduocato, inquit, in ea prouincia ex qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur: ne aut gratiosus, aut calumniosus apud suos esse videatur.

3 Ad huius officium pertinet, di-

cta testiū exquirere, & reos ad inquisitores deferre, siue denunciare illos iudicibus: ac petere ut comprehendantur, & in carcerem coniciantur.

4 Deinde comprehensus & admonitis reus, eos accusare debet, quem admodum sub titulo de accusationibus plenius diximus.

5 Et quanuis rei dum admonentur, confessi fuerint omnes suas haereses, nihilominus promotor fiscalis de eisdem eos accusare debet, ut iudicium ex accusatore & reo, & iudice constet.

6 Libellus accusatorius edendus est a promotore iudicibus, addito iuramento, quod eius capita non ab eo malitiose proferuntur, sed ut ius suum persequatur, quia ea probare intendit.

7 Vbi autem fuerit a iudicibus concessa dilatio ad probandum, producet contra reum testes, petetque ut examinentur, & eorum dicta rata fiant, & testimonia publicentur.

8 Quod si testes aliarum haeresum, quocumque tempore superuenerint, adijcietur id accusationi, ac de his haeresibus promotor fiscalis reum accusabit.

9 Obseruare praeterea debet, ut omnes reorum confessiones, omniaque dicta

De propositionum qualitate.

dicta & responsa eorum diligenter perscrutetur, ut inde colligere possit, quæ ad eorundem vel aliorum hæreticorum causas pertinere videantur.

10 Cùm autem dicta testium scribuntur, & rata habentur, & cùm iudices & consultores de sententia ferenda deliberant, abesse debet promotor fiscalis: præsens tamen esse poterit relationi actorum processus, & ex facto & iure allegare,

quicquid expedire putauerit.

11 Olim promotor fiscalis causas fiscali defendere tenebatur, coram iudice bonorum publicorum: quod in quibusdam provincijs etiam nunc est in usu: in plerisque tamen hodie ad fiscali aduocatum ea res pertinet: & ut id obiter dicam, fiscali aduocatum, primus Adrianus imperator instituit, ut in eodem Spartianus est author.

De propositionum qualitate.

Titul. LIII.

- 1 Propositiones examinare ad quos pertineat.
- 2 Inquisitorum apostolicorum munus cur theologis deferendum non sit.
- 3 Inquisitorum præcipuus labor non est, decernere quid cum fide pugnet.
- 4 Inquisitores apostolici quales deligendi sint.
- 5 Theologorum responsa quibus propositionum qualitates continentur, ab eisdem subscripta, actis iudicarij processus inserenda sunt.
- 6 Theologi non magis inquisitores esse debent, quam artifices iudices, licet eorum dicta per sepe iudicibus sint necessaria.
- 7 Propositionem hæreticam eam tantum esse, quæ ab hæretico prolata sit, perperam quidam putant.
- 8 Propositio fidei contrariâ, à quocunque proferatur, hæretica proprie dici potest.
- 9 Propositio multis modis hæretica esse potest.
- 10 Propositio quæ dicenda sit hæresim sapere.
- 11 Propositiones sapientes hæresim quomodo Canus examinandas esse existimet.
- 12 Erroneæ propositiones, & variæ de illis theologorum sententiæ.
- 13 Erroneas propositiones quomodo distin-

- 14 Propositio malè sonans quæ sit.
- 15 Propositionum malè sonantium assertores quomodo coercendi.
- 16 Propositio temeraria, quæ sit.
- 17 Propositio scandalosa quæ sit.
- 18 Propositio schismatica quæ sit.
- 19 Propositio seditiosa quæ sit.
- 20 Propositio blasphema vel maledica quæ sit.
- 21 Propositio hæreticis favens quæ sit.
- 22 Propositio iniuriosa quæ sit.
- 23 Propositio eadem variis habere potest qualitates.
- 24 Propositiones, in fide ambigæ à quibus definiri possint.
- 25 Propositionum interpretationes diligenter attendenda sunt, cum eas rei in suam gratiam exponunt.
- 26 Propositionum interpretationes, quas admitti non deceat.



In cognitione causarum hæresis, in sacro fidei tribunali nonnūquam incidit quæstio, de qualitate

Titulus

LIII.

256

litate propositionum, quæ ab hæreticis, vel suspectis reis prolatae sint: hoc autem suo iure ad theologorum officium pertinet, neque præterea quicquam, ex omnibus quæ ab inquisitoribus apostolicis, noctes atque dies pertractantur. Iam verò cùm sint omnibus iurisperitis, vel mediocriter doctis, notissimi errores eorum, qui ad maiorum suorum sectas redire volūt, Iudæorum, scilicet, ac Mahumetanorum, & cum huius temporis hæreses, omnibus perspicuæ sint, & plus etiam quàm oportet, perurgatæ, perraro quidem Theologis opus est, ut noctuas Athenas mittant.

2 Quòd si semel fortè aut iterum ad qualitatem propositionis alicuius interpretandam, theologorum censura necessaria sit, non ideo tamen consequens est, ut inquisitorum apostolicorum munus, quod in perquirendo & iudicando versatur, theologis tutò committi possit: nihil enim cõmune habet sacratissima theologia, cùm hac inquisitione forensi, neque theologus quicquam vnquam nouit, de in ius vocando, de requirendis reis, de custodia reorū, de interrogationibus, de accusationibus, de ordine iudicij, de actis iudicarijs, de dilationibus, de testibus, de probationibus, de quæstionibus siue tormentis, de abiuratione, de purgatione canonica, de pœnis, deniq; de sententijs proferendis, in causis ciuilibus & criminalibus.

3 Itaque non est præcipuus in hoc negotio labor (ut apud Canum est.) decernere quid cum fide pugnet, quantum & quatenus doctrinæ sanæ atque catholice aduersatur id, quod reus asseruerit. Nam quid hæresis sit, quid hæreticū faciat, quid fides teneat, nemo non nouit iurisperitorum. Sed in his omnibus quæ paulo ante commemorauimus, & in alijs multis, quæ ad iurisperitorum officium dūtaxat pertinent, omne opus, & labor omnis est: id quod experientia & usu quotidiano, satis & super compertum est.

4 Nihil igitur desideratur, ad huius diuini negotij summam perfectionem, nisi ut inquisitores apostolici deligantur viri probi & prudentes, & bono genere nati, & quo ad eius fieri possit, iurisperitissimi. Neque enim desunt probatissimi theologi, qui propositionum qualitates, si vnquam his opus fuerit, libenter interpretentur. Atq; hi quidem abstrahendi non sunt ab exercitationibus studiisque theologicis, & negotijs forensibus implicandi: præsertim cùm id iam pridem tentatum sit, parum fœlici successu: & ut Clemens Alexandrinus, inquit, ratio quæ est cum experientia, nihil à demonstratione distat.

5 Ergo theologorum responsa, quibus propositionum qualitates continentur, actis iudicarij processus, ab eisdem subscripta, inserenda sunt: perinde ac dicta, testimoniaque aliarum rerum peritorum. Sic non dimit

De propositionum qualitate.

dimittuntur milites, nisi quos constat, medicis denunciatis, & iudice competente diligenter examine, vitium contraxisse. Sic tres obstetrices probate & artis & fidei assumenda sunt, ut inspiciant, utrum mulier pragnans sit. Et saepe iudices artificum & magistrorum iudicio fidem habere solent. l. semel. C. de re militari. libro. duodecimo. l. i. ff. de inspici. ventr. cap. ultim. de frigi.

6 Et quemadmodum obstetrices, medici, mentores, interpretes, artifices, calculatores, & id genus alij, iudices esse non possunt, quantum eorum dicta, per saepe iudicibus necessaria sunt: sic etiam theologi, inquisitores esse non debent: nisi forte sine iuris peritia causas civiles & criminales tractare audeant, easque biblijs sacris & libro sententiarum, non legibus pontificijs & civilibus, terminare velint. Ad hunc etiam locum ea pertinent quae lib. 5. de republ. c. 15. collegi.

7 Sed iam de propositionum qualitatibus differamus. Quidam putant, non esse propositionem hereticam, nisi ab haeretico prolata sit: quod si ab alio dicta fuerit, dicitur propositio contraria fidei, sed haeretica proprie non erit. Haec fuit opinio. Thom. Caiet. quam ut mihi quidem videtur, non bene defendit Canus. Eius enim argumenta omnia eodem tendunt, ut comprobent, non omnem propositionem haeticam, haeresim proferentis esse:

quod nemo unquam vocavit in dubium. Caiet. 22. quaest. 11. ar. 1. Canus lib. 12. de locis theolo. cap. 8.

8 Melior ergo & crebrior sententia est, quod omnis propositio contraria fidei haeretica proprie dici possit. Neque enim pendet ex proferente an haeretica dici debeat, necne. Quia sicut propositio vera, semper est vera, quantum a mendace dicitur: sic propositio haeretica, semper erit haeretica, siue ab hoc, siue ab alio proferatur. Adde quod cuiusque propositionis qualitas, ex ipsamet propositione materiata consideranda est: & ita theologi propositionum qualitates explicare solent. Alia vero diiudicatio est, utrum is qui talem propositionem dixit, haeticus sit: quod quidem recto iudicis arbitrio, ex personarum, locorum & temporum, aliisque circumstantijs pendendum est. Ochan. 1. part. dialog. lib. 2. ca. 11. Torquem. li. 4. de eccle. part. 2. ca. 3. Adrian. in. lib. 4. sentent. quaest. de cofe. Alfon. li. 1. de ius. haepu. c. 1. Adde Couar. li. 3. resolu. c. 1.

9 Multis autem modis propositio haeretica esse potest: primo, si contraria sit scripturae sacrae: secundo, si contradicat ecclesiae: tertio, si aduersetur decretis concilij generalis recte congregati, in his quae ad fidem pertinent: quarto, si obuiet definitioni sedis apostolicae: quinto, si opposita sit communi sententiae doctorum ecclesiae: ut suis quaeque locis plenius differui.

Illa

Titulus

LIII.

257

10 Illa vero propositio sapit haeresim, quae prima verborum significatione, & prima facie sensum habet haeticum, quantum pie intellecta possit habere sensum catholicum. Et illa sapit manifestam haeresim, quae prima fronte praese fert saporem haeresis manifestae. Aliter: illa propositio sapit manifestam haeresim, ex qua & quibusdam veris, quae nulla tergiversatione negari possunt, sequitur haeresis manifesta. Gerson. in declaratione veritatum credendarum. Echius lib. 1. de prim. Petri. c. 6. Alberti. de agnos. assertio. cathol. quaestione. 6. Alfonso libro primo. iusta haetic. puni. capit. 3.

11 Sed noster Canus (ut erat vir acris ingenij) quaedam ex his iure ac merito reprehendit, quaedam vero non item. Exempla enim primae regulae mihi quoque displicent: nam. illae propositiones: Pater est maior filio: Christus est creatura: in altero sensu haeticae sunt, in altero vero catholicae: ac proinde in neutro eorum sapiunt haeresim: & illa propositio, tres sunt dii, omnimodo haeretica est. Illud vero non iure facit, quod exceptionem illam (quantum propositio pie intellecta possit habere sensum catholicum) interpretatur sic, ut semper propositio haeresim sapiens, possit habere sensum catholicum: quod nemo unquam dixit. Praeterea nunc quod saporem & odorem confundit, & propositionis hu-

ius qualitates, non ex verbis & sensu eius (ut iacet) quod theologo munus est, sed ex qualitate dicentis, aliisque circumstantijs interpretatur: quod quidem iudicis est, non theologo. Sed exemplum ab eo positum mihi non displicet: ridiculum est Eucharistiae sacramentum solenni ritu per vias publicas circumferre: ea enim propositio, Lutheranorum & sacramentariorum haeresim sapit, & quidem manifestam. Canus libro duodecimo: de locis theologi. cap. 11.

12 De erronea propositione theologi variant. Dignus Antoni. ait, erroneam propositionem ab haeretica, hoc tantum differre, quod illa pertinacia caret, haetica vero ex pertinacia constat. Sed haec opinio quia neque rationem habet neque causam probabilem aut satis idoneam, explodenda atque eicienda est. Ioann. Torquemad. inquit, erronea propositio est, asserens aliquid falsum: quasi vero & haetica non asserat omnia falsa. Ioan. Picus, erroneam vocat eam propositionem, quae falsa quidem est, sed nondum ab ecclesia contrarium est definitum. Alfonso Castrenf. Propositio erronea inquit, nihil ferè distat ab haetica, nisi forte discrimen constituatur inter credibilia, quibus propositiones aduersantur: ut illa dicatur haetica, quae est contra credibilia,

K k que

De propositionum qualitate.

- quæ superant omnem virtutem intellectus: erronea verò sit, contra credibilia quæ naturali ratiõe probari possunt. Antoni. 2. part. sum. titul. 12. ca. 15. Torquemad. libro. 4. de ecclesia. part. 2. cap. 11. Picus in apolog. quæstio. 7. Alfons. lib. 2. de iust. hære. pu. c. 3.
- 13 Melchior Canus loco prænotato in primis ait, propositionem erroneam ab hæretica, non cogitatione modo, sed re etiam separati: neque erroneam propositionem accipiendam esse in significatione generali: ut omnem comprehendat errorem, sed ut concilium Constantiense accepisse videtur, pro specie propositionis diuersæ ab hæretica: non ut genus ab specie secer nitur, sed tãquam vna species erroris ab altera. Atque hæc tenet ei vehementer assentior: deinde alia subiungit, quæ mihi non omnino probantur. Nam propositiones contra veritates catholicas & vniuersales, & quæ doctrinæ Christianæ veritates sunt, erroneas esse, sed non hæreticas, id vero est, quod mihi displicuit: illud autem probo: erroneam propositionem, minus quippiam continere, quàm hæreticam manifestam atque adeo erroneam esse asserere aliquid contra veritatem ab ecclesia nondum planè definitam: vel contra veritatem catholicam, non omnibus manifestam, aut certè ab eo ignoratam qui propositionem erroneam dixit.
- 14 Propositio malè sonans, & pias aures offendens est, quæ auditoribus, siue lectoribus pijs, scandalum & occasionem ruinæ præbet: ut Ioan. Torquemad. Albertinus, & Alfons. Castren. docent. Addit Canus, dupliciter de propositione malè sonante nos loqui posse: vno modo generaliter, quò omnis propositio contraria fidei pias aures offendit: alio modo specialiter, quò gradum quendam propositionum constituimus ab illo hæreticarum distantem. Qua ratione eas propriè malè sonantes propositiones, & pias aures offendentes esse ait, in quibus nullus error contrarius fidei manifestè notari potest, sed absonum nescio quid, atque absurdum, quod pias atque religiosas aures offendat.
- 15 Cum autem aliqui offensi fuerint talibus propositionibus, illarum assertor ab inquisitoribus cogendus est, ut publicè verum sensum earum exponat, ut ab eo datum scandalum cesset. Quòd si is, qui talem propositionem dixerit, alioqui suspectus erat, vocandus est à iudicibus atque interrogandus: qui si probabilem sensum eorundem verborum attulerit, non est cogendus, ut publicè illum explanet, si modò nullus scandalizatus fuerit: monendus tamen est, ne talia deinceps dicere audeat. Hæc prudenter Alfons. Castren. lib. 1. de iust. hære. pun. cap. 3.
- 16 Propositio temeraria est, quæ nulla graui autoritate, aut iusta ratione,

Titul.

LIII.

258

- ratione, insolenter vel audacter, contra ecclesiasticam modestiam asseritur. Ut si dicatur, dies supremi iudicij erit intra proximum mensem. Interdum tamen eiusmodi propositiones, non censentur esse temerariæ: præsertim cum modestè dicuntur, & aliquam verisimilitudinem habent, & piam audientium aut legentium vtilitatem: qualia sunt multa quæ viri cõtemplationi dediti, gesta fuisse, verisimiliter imaginantur. Antoninus Torquemada, Albertin. Alfons. & Canus. locis prænotatis. & Gerson. in fine epistolæ. de susceptione humanit. Christi.
- 17 Propositio scandalosa (ut rectè inquit Canus) est, in qua scandalum notari potest, etiam si alioqui hæretica non sit. Ut enumeratio incommodorum sacræ confessionis: ecclesiæ Romanæ abusus coram plebe narrare: tum illæ propositiones: prælatus malus est veresur & latro: vniuersitates & collegia, vanitate hominum sunt inducta: leguminibus & piscibus venter inflatur, & ad concubitum redditur aptior. Hæc enim atque talia, infirmis causam ruinæ præstant, & non leue scandalum generant.
- 18 Propositio schismatica est, quæ diuisionem ecclesiæ inducit.
- 19 Propositio seditiosa est, quæ in ecclesia est seditionis causa vel occasio.
- 20 Propositio blasphema vel maledica est, qua Deo vel sanctis irrogatur iniuria.
- 21 Propositio fauens hæreticis est, quæ personis aut erroribus hæreticorum, quoquomodo fauet, ut est hæc, hæretici non sunt puniendi.
- 22 Propositio iniuriola est, quæ alicui fidelium statui, vel illustri personæ, vel dignitati detrahit, vel iniuriam facit: quales sunt quæ contra cardinales, & monachos, insani & impij effutire solent.
- 23 Nihil autem prohibet, eandem propositionem varias simul habere qualitates. Vna enim propositio esse potest erronea, & hæretica, schismatica & seditiosa, temeraria & iniuriola: & vnam, duas, aut plures habere qualitates.
- 24 Quauis quæstiones in fide ambiguarum à summo pontifice, vel generali concilio definiendæ sint, per modum tamen doctrinæ explicari ac definiiri solent à viris doctis atque prudentibus, quæ propositio sit huius, vel illius qualitatis, quod munus propriè theologorum est: quicquid enim ad catholicam fidem pertinet, ex theologia discitur. Sed nonnunquam iuris periti ex pontificum, conciliorum & sanctorum patrum decretis hæc facillè diiudicare poterunt, tametsi aliud effutierit in dialogis theologaster Ochan. Certè si quis diligenter perlegerit, opus Alfonsi nostri, aduersus omnes hæreses, eo vel solo, ad propositiones

De protestatione.

hæreticas per noscendas, satis & super erit instructus. Gerſo. tract. de exami. doctrina. Ochan. lib. i. dialogo. cap. i. Alberti. de agnoscend. assertio. cathol. quæst. 10.

25 Ceterum quia multi cum propositiones à se dictas negare non queunt, eas ita interpretari conantur, ut crimen excludant: diligenter obseruandum est, an eorum expositiones recipiendæ vel potius reiiciendæ sint. Nam iustæ ac verisimiles declarationes, admittendæ sunt: quæ quidem aut omnimodo, aut certè magna ex parte crimina obiecta diluere poterunt: quemadmodum sub titulo de defensionibus

luculenter exequuti sumus.

26 Ea verò propositio explodenda est, quæ absurda fuerit, aut non verisimilis, incredibilis, & quæ non congruit cum antecedentibus & consequentibus, neque cum ratione recti sermonis, neque cum circumstantiis personarum temporum & locorum, & quæ alioqui non iusta interpretatio sit: ut lib. 2. de primogenitis Hispaniæ plenius disserui. Sed illa potissimum eiicienda est, quæ sub prætextu interpretationis, verum sensum propositionis perimit atque corrumpit. cap. cum dilecti. de accusa. Alber. de agno. af. cath. q. 7. & 8.

De protestatione.

- 1 *Protestationes cur faciant docti & catholici viri, cum de rebus fidei agunt*
- 2 *Protestatio authoris.*
- 3 *Protestationis finitio.*
- 4 *Protestatio quocunque loco & tempore fieri potest, & quam vim habeat.*
- 5 *Protestatio quando excusare solet.*
- 6 *Protestatio excusare non potest scienter errantem contra catholicam fidem.*
- 7 *Protestatio contraria facta, nihil protestanti prodest.*
- 8 *Protestatio non omnino excusat eum, qui per ignorantiam errat in his, quæ explicitè scire tenetur.*
- 9 *Protestatio plurimum prodest in rebus difficilibus & ambiguis, etiam si ad fidem pertineant.*
- 10 *Protestatio aliquando excusat apud homines & non apud Deum, & e contra.*
- 11 *Protestatio quomodo excuset illum apud Deum & homines, qui ignorantia errat in his, quæ explicitè scire non tenetur.*

Titul. LV.

- 12 *Protestatio plus minusve prodest ex personarum & rerum circumstantiis.*
- 13 *Protestatio nunquam nocere potest, quantum aliquando nil prodest.*



1 Via periculosum est de rebus fidei & religionis disserere, tametsi vera dicantur, idcirco viri eruditi, sapientes & pij, hæc eadem tractantes, prudenter admodum protestari solent, se nolle à fide catholica aliquo pacto deuiare: sed in omnibus semper ecclesiæ vniuersalis doctrinam amplecti, & eius censuram libenter subiacere velle. Deinde, reuocationem sub conditione subiiciunt, in hunc ferè sensum: quod si forte aliquid

Titul.

LV.

259

aliquid contra fidem catholicam, eos dixisse, aut scripsisse contigerit, exinde illud reuocant, & ex imperitia vel imprudètia dictum aut scriptum intelligi volunt: non autem ex malitia vel pertinacia. De hac igitur protestatione pauca in præsentia breuiter & succinctè dicemus. c. hæc est fides. 24. q. 1.

2 Sed ne ipse vtilitate huius protestationis caream, qui ordine propositæ materiæ ductus, non nunquam coactus sum professionis meæ cancellos transgredi: testor, & iterum atque iterum testor, me nihil magis quam hæreses odisse: & ut impietates cum hæreticis omnibus funditus extirpentur, semper in votis habuisse: quam obrem laborem hunc qualemcunque suscepi. Proinde, si quid erroneum, aut quouis modo suspectum, in hoc opere fortassis scripserim: id inscitiam meam ascribi, & pro non scripto haberi volo. Paratus equidem sum, non modo ecclesiæ catholicæ definitionibus obtemperare: sed etiam cuiuscunque meliora docenti, & veriora dicenti libenter accedere: ac eius admonitionem & correctionem, summi beneficii loco habere. Non vincimur quando offeruntur nobis meliora, sed instruimur: maximè in his, quæ ad ecclesiæ vnitatem pertinent, & spei ac fidei nostræ veritatem ut inquit Cypria. in epistol. ad Quirinum.

3 Sed iam ad propositum reuertamur. Hanc protestationem sic de-

finit Gerſon, ut sit confessio quedam, qua declaratur, quid protestans in fide sentiat. Nã (sicuti docet Paulus in epistola ad Rom.) corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem. Vel aliter: protestatio in materia catholicæ fidei est, religiosa & modesta deprecandæ impietatis, pertinaciæque cautio, animi nostri declaratoria & certificatoria. Testatur enim quo animo simus loquuturi aut scripturi. Ad Rom. 10. Gerſon. tractatu. de protestatione. considera. 1.

4 Cum autem hæc protestatio in nullius detrimentum sit, sed ea tantum contineat, quæ pendent ex mera voluntate & intentione protestantis, fieri quidem potest, quocunque loco & tempore: & eneruat, declarat, & vincit verba & facta subsequentiã. l. per seruum. s. 1. de usu & habi. l. qui in aliena. s. celsus. de acqui. hære. l. si mihi & tibi. s. vlt. de leg. 1. l. si quis in principio testamenti. de lega. 3. Bart. in l. non solum. s. morte. de non. op. nuntiatio. nume. 14. quem illic sequuntur communiter interpretes omnes & in. c. cum. M. de consti. Feli. nume. 27. Decius. nume. 17. Ripa. nume. 67. vide. ca. Hæc est fides. 24. quæst. 1. Scepolam cautela. 56. Corasium. in. l. si tam angusti. de seruit. nume. 9.

5 Hoc tamen in proposito tunc demum excusare poterit, cum verba dubia fuerint, & mens loquentis aut scribentis ambigua: longè secus foret, si verba & mens protestantis

De protestatione.

tis manifestam hæresim saperent. l. Nensenius. de negot. gestis. l. At si quis. §. plerique. de religio. & sumpti. funerum.

6 Unde qui sciens errat cōtra catholicam fidem, quanuis millies protestetur, nihilominus tamen consummatus hæreticus erit: quia non vult in captiuitatem redigere intellectum in obsequium Christi: neque est paratus corripī ab ecclesia, quam impiè cōtemnit, ac errare posse temerè putat. Gerso. tract. de protest. cōsidera. 3. cum seq. Alfons. lib. 1. de iust. hæret. pu. ca. 11.

7 Accedit eodē, quòd si sola protestatio excusare posset ab hæresi, liberum esset cuilibet, protestatione præmissa, hæreses quascunq; impunè docere. Sed protestatio contraria factò, nihil protestanti prodest: neq; idèd minus impius erit, qui fatetur, se rectam fidem tenere, factis autem negat. ca. sollicitudinem. de appel. c. eate. de iur. iura. l. si non conuitij. C. de iniurijs. l. si quis extraneus. de acqui. hæredi. c. vltim. de homic. lib. 6. Et communiter omnes iuris interpretes. in. l. non solum. §. morte. de noui. oper. nuntiati. & in. c. cum M. de consti. Alber. li. de agn. af. cat. q. 12. nu. 9.

8 Hinc est, quòd qui per ignorantiam errat in his, quæ explicitè scitè tenetur, quanuis protestatus fuerit, non tamen excusatur omnino: nisi fortè ignorantiam suam, aut aliquam erroris causam probare potuerit: quia vnusquisque sci-

re præsumitur, ea quæ scire tenetur: & ignorantiam alleganti incumbit onus probandi defensionem suam. l. 2. §. seruius. de orig. iur. l. professio. C. de mun. patrimo. lib. 10. l. 2. quod quisque iur. l. 1. de except. l. Ab ea parte. de proba.

9 Considerandum verò est, quæ qualiaque sint ea, in quibus quispiam errauerit. Sunt enim aliqua ad fidem etiam & religionem pertinentia, vsque ad eò difficilia, obscura, & ambigua, vt viros doctissimos nonnūquam latere possint: in rebus autem talibus protestatio plurimum proderit: quia ex ignorantia magis, quàm ex malitia error natus esse censebitur. Alfons. lib. 1. de iust. hæret. pu. c. 11. glo. in princ. inst. de obliga. quæ ex qua. del. naf. Anchar. conf. 289. Felinus. in. cap. cum ex officij. de præsc. & in. c. 1. de re. iudi.

10 Illud quoque nouisse cōueniet, qd interdū protestatio excusat apud homines, & nō apud Deum, & cōtra: quia homo iudicat ea, quæ apparent: Deus autem intuetur cor. Nam si protestatio pro animo fiat, excusat ab hæresi apud ipsum Deū, quāuis protestans errauerit in his, quæ explicitè scire tenebatur: tamen si enim tunc aliquis peccet, tale peccatum erit ignorantie, non autem impietatis. Si vero sciens quispiam errauerit, in his etiam, quæ non tenebatur explicitè scire, quanuis apud homines protestatione excusetur: nihilominus tamè coram

Titulus

LVI.

260

coram Deo consummatus hæreticus erit. l. reg. 16. Gerso. de protest. conf. 8. Alton. lib. 1. de iusta hæretici. puni. cap. 11.

11 Is autem qui ignorans errat, in his quæ non tenetur explicitè scire, hac protestatione omnimodo excusatur ab hæresi, apud Deum & homines: tenetur tamen cognitæ veritati statim assentiri. Proderit ergo tunc protestatio ad excludendam suspicionem & præsumptionem pertinaciæ & malitiæ. Alberi. in rub. C. de hæreti. ad fin. Gerson, loco prænotato, consideratione. 5. & item Alfons. eod. c. 11. Alber. lib. de agno. af. cath. quæst. 12. nu. 4.

12 Igitur ex personarum & rerum circumstantijs plus minusue proderit isthæc protestatio. Nam sicuti Gerson, inquit, protestatio generalis non efficit, vt protestans nequeat haberi suspectus de hæresi, quandoque leuiter, interdum vehementer, nonnūquam etiā violenter: iuxta personarum, errorum, locorum ac temporum circumstan-

tias. Quòd si rem ipsam penitus intueamur, profectò vulgaris illa & generalis protestatio, quæ passim ab omnibus fieri solet, quam & pestifer ille Lutherus olim fecisse dicitur, nec animum errantis exuit, nec pertinaciam excludit, nec magni momenti censenda est. Gerso. confid. 12.

13 Sed quanuis plerunq; nihil proficit hæc protestatio, nunquam tamè nocera poterit. Nam siue generalis, siue specialis fuerit, non reddit suspectum protestatē: quippe cum fiat, vt excuset à pertinacia. Neque enim actus hominum producere solent effectus contrarios intentioni operantis: nec reuocatio conditionalis, aliquid concedit, aut ponit. Gerson. loco sæpe citato consideratione. 2. l. legata inutiliter. de adimen. lega. si quis nec causam. l. non omnis. si cert. pet. l. si quis sub cōditione. si qs omis. caus. testam. glo. in ca. exhibita. de homici. Feli. in. c. literas. de præsu. nume. 19.

De purgatione canonica. Titul. LVI.

- 1 Purgatio canonica in sacro inquisitorum foro etiam nunc in vsu est.
- 2 Suspicio nulla ferenda est in hæresi & impietatis crimine.
- 3 Purgatio canonica quid sit.
- 4 Purgare se debet suspectus de hæresi, cum id sibi à iudice legitime fuerit iniunctum.
- 5 Purgatione multi etiam pontifices maximi vsi sunt.
- 6 Purgatio canonica quādo indicenda sit.

- 7 Purgatio illis non est indicenda, qui ab inimicis vel maleuolis, vel leuibus hominibus infamia afficiuntur.
- 8 purgatio, recto iudicis arbitrio relinquatur, quando reis sit indicenda.
- 9 purgationum quoque numerus iudicis arbitrio relinquatur.
- 10 purgatores qui dicantur.
- 11 purgatores quales eligendi sint.
- 12 purgatio cur illis indicenda nō sit, qui ex patribus Iudæis aut mahumetanis nati sunt.

De purgatione canonica.

- 13 *Pœna eius qui in purgatione defecit.*
- 14 *Purgare qui se non potuit, & defecit in purgatione, tanquam consummatus hæreticus puniendus est.*
- 15 *Deficere in purgatione quis dicatur.*
- 16 *Purgare se volens ab heresi, & in ipsa purgatione succumbens, an statim sit curia seculari relinquendus.*
- 17 *Reos vehementer suspectos, prius tormentis, deinde purgatione, mox abiuratione, tandem arbitrarijs pœnis opprimendos esse, vetus & iniqua consuetudo docebat.*
- 18 *Pœna duplex pro eodem crimine, infligi non debet.*
- 19 *Rei pluribus pœnis simul puniendi non sunt.*
- 20 *Purgatio, vel quacunque alia pœna in suspectos de heresi statuta, perse efficax est ad quaslibet suspensiones purgandas.*
- 21 *Purgatorum numerus augeri potest, si purgandus reus sit, & idem acerbissime torqueri potest, si torquendus sit, pro magnitudine suspicionis.*
- 22 *Iudici suspectus reus esse non debet, ubi iura omnem suspensionem purgatam esse declarant.*
- 23 *Consuetudo antiqua, quæ tormentis, purgatione, abiuratione, tandem arbitrarijs pœnis rei coarcebantur, crudelis & iniqua erat.*
- 24 *Reum post tormenta purgandum, aut post purgationem puniendum, neque lege, neque ratione probari potest.*
- 25 *Purgatio canonica quò ordine & ritu iudici soleat.*
- 26 *Purgatores tot nominare tenetur reus, quot in sententia inquisitorum continentur.*
- 27 *Purgatoribus conuocatis in auditorium inquisitorum, & reo ad tribunal ducto, interrogatur ab inquisitoribus reus, an illos homines agnoscat.*
- 28 *Purgatores quomodo admonere & interrogare soleant inquisitores.*
- 29 *Purgationis canonica origo.*
- 30 *Iuramentum a suspecto de veritate di-*

cenda præstari debet: à testibus verò de credulitate.

31 *Probatione canonica non temere iudices quenquam examinare debent.*



Purgationis canonica sæpe fit mentio, in iure pontificum: sed in omnibus ferè alijs criminibus in vtu esse desijt, in crimine tamen hæresis, etiam nunc vsitata, & in sacro inquisitorum foro frequentata est. Quamobrem Godofredus (vt ex eius scriptis conijcere licet) vir doctus & pius, laudat Hispaniam nostram his verbis. Puniuntur suspecti hæreseos, in religiosissimis Hispaniæ regnis, vel hoc maximè his temporibus triumphantibus, & singulari laude dignis, quòd nulla non solum planè hæresis, verum ne suspicio quidem hæreseos sine digna, vel momèto, maneat nota. Aliorum sanè criminum suspicio bonis viris maximè fugienda est: nam vt Plato inquit, non oportet vnquam parui facere, vtrum probus an improbus alijs videaris: quãdo quidem multi, (tametsi improbi sint) qui tamen probi, & qui improbi iudicant. Nam prauis quoq; hominib⁹, diuina vis quedã conijciendi inest, per quam multi vel pessimi, rectè tũ opinione, tum verbis à melioribus deteriores distinguant. Indidit quippe nobis Deus (sicuti Chrysostomus ait) iudicium inuiolabile, quòd nunquã corrumpi valeat, etiam si ad fundũ iniquitatis

Titulus.

LVI.

261

iniquitatis veniam⁹: idcirco etiam qui maligni sunt, condemnant se ipsos, & similes quoque morũ suorum: etenim malitiam omnes acculant, etiam hi, qui eam exercent, & in ea versantur. Quocirca vtiliter ciuitatibus præceptum est, vt bonam apud multos existimationem non parui pendãt. Et vt Cicero li. i. officiorum ait: negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Cui accedit illud Tiberij Cæsaris, apud Cornelium tacitum. li. 4. annalium, cõtemptu famæ, cõtemni quoq; virtutes. Quas ob res Alexander ille magnus prudenter admodum dixisse fertur: satius est, purgatos esse, quã suspectos. c. si mala fama. 2. quæst. 5. Plat. lib. 12. de legib. Quint. Curt. lib. 7. Chrysost. in epistola ad Hebræos. homil. 24. ca. nolo. 12. q. 1. Godofred. in. l. 2. ca. de hæreticis.

2 Sed quanuis in plærifq; alijs criminibus sinistra maleuolorum suspicio, interdum tolerari, aut negligi possit: in hæresis tamen & impietatis crimine, nulla suspicio ferenda, vel dissimulanda est. Scribit enim sapientissimè Rufinus, lib. i. in uectiuarum in Hieron. esse quidem gloriosum, Christi exemplo patienter iniurias tolerare: at vnã notam hæreseos qui ferat, vel dissimulet, non esse Christianum. Et ipsemet diuus Hierony. quãta maxima potest animi contentione clarissima exclamat voce: nolo in su-

spicione hæreseos quenquam esse patiẽtem: ne apud eos, qui ignorãt innocentiam eius, dissimulatio consciẽtia iudicetur, si taceat. Hęc ille, in epistola ad Painachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitani quod & Ioannes Picus in proœmio apologiæ retulit.

3 Iure igitur catholica ecclesia mater nostra sanctissima, suspiciõnẽ hæresis vllomodo ferre non potest, sed varijs antidotis medetur suspectis, eos nonnũquam abiurare, aut se purgare cogens: interdum etiam quæstionibus veritatem eruens, ac frequẽtissimè pœnis extraordinarijs eos coercens. Purgatio autem canonica nihil aliud est, quã de obiecto crimine innocentia ostensio. vt Alexand. Theologus, cæterique definiunt. Alex. Ales. 3. p. q. 45. Membro. 3. & in summis ver. purgatio. Ray. Goff. Syluest. & alij.

4 Suspectus de hæresi qui se purgare noluerit, cùm id sibi à iudice fuerit legitimè iniunctum, eo ipso hæreticus esse censetur. Quòd si per annum in eadem pertinacia persistiterit, tunc condemnandus est, legibus ciuilibus, tanquam cõsummatu hæreticus: sed iure pontificum statim puniri potest, vt hæreticus pertinax: nec opus est, vt tam longo tempore punitio suspecti pertinacis differatur. Et hoc iure maiores nostri & nos semper vsi sumus, & excommunicamus. s. ad iur. citimus de heret. Auct. Gazaros. ca. eod. tit. c. Tuanos. de cohabi. cleri.

De purgatione canonica,

& mulierum Innoc. Abb. & ceteri. in. c. cum. P. Manconela. de purgati. canonica.

5 Neq; tantum privati homines hac purgatione vti sunt, sed multi etiam pontifices maximi, de grauioribus criminibus infamati, quauis à nemine iudicari possent, nihilominus ex charitate, ad auferendam subditorum offensionem, de dignati non sunt publicè solenniterque se ipsos nonnunquam purgare. Vt enim beatus Augusti. lib. de bono viduitatis scriptum reliquit: nobis necessaria est vita nostra, alijs fama nostra. Quamobrem Paschalis primus, Damasus, Symachus, & quidam alij pontifices maximi, coram populo solenniter purgati sunt. Et Leo tertius coram Carolo Magno, Gregorius. vij. coram Henrico. 4. Sixtus. 3. coram Valentiniano. & Pelagius primus coram Narsete publicè quoque purgati fuisse traduntur. Augu. loco citato. c. 22. c. Mandastis. cap. Auditum. 2. quæst. 5. Platina & ceteri authores in annalibus pontificum, Albertus Pighius. lib. 6. Hierar. eccle. cap. 17. Brunus. lib. 4. de hære. c. 11.

6 Ceterum purgatio canonica indicenda non est, nisi cum reus publica laborat infamia, & crimen plenè probatum non est: nam si horum alterum desit, non purgatione, sed condemnatione vel absolutione causa per agenda est. capit. nos inter. ca. si quis de gradu. C. cū dilectis. de purg. cano. l. qui accusa

re. C. de eden.

7 Ad hæc, opus etiam est, vt causa & origo infamiae, nec ab inimicis, vel maleuolis, nec ab infamibus, aut leuibus hominibus orta sit. Non enim temerè quispiam debet censeri publicè infamatus propter istorum rumores: præsertim cum apud bonos & graues viros eius existimatio læsa non est. c. cum in inuentute. c. penul. de purg. canon. c. in cunctis. n. quæst. 3. ca. inquisitionis. §. vltimo. de accusationi.

8 Solet præterea reus ad purgationem cogi, propter graue scandalū ab eo malè datum: & propter magnam & publicam infamiam: denique propter vehementem suspicionem ex testium dictis exortam. In summa recto iudicis arbitrio relinquitur (vt Philip. Decius ait) quādo reis purgatio sit indicenda. cap. inter sollicitudines. c. cum in iuuentute. de purg. canoni. Deci. in ca. At si clerici. de iudic. nume. 10.

9 Purgatorum quoque numerus in arbitrio iudicis est: ita tamen vt plures præfiniantur, cum reus maiore laborat infamia, & grauioribus suspiciōibus vrgetur. Quamobrem legumlatores modò plures modò pauciores expurgatores requirunt: eorum scilicet numerum arbitrio iudicū relinquētes. Quod & Leo papa, quadam in epistola scribit, inter alia dicens: si sacerdos suspectus fuerit, ne in crimine aut suspicione remaneat, cum tribus aut cum quinq; vel septem bonis,

ac

Titulus.

LVI.

262

ac vicinis sacerdotibus, vel eo amplius, si suo episcopo visum fuerit, & cum alijs bonis & iustis hominibus, sacramento coram populo super quatuor euangelia dato, se purgatum ecclesie reddat. ca. omnibus. ca. presbyter. 2. q. 5. c. ex tuarum. de purg. can. c. significasti. de adult. c. inquisitionis. §. vltimo. de accus.

10 Purgatores autem à iuris canonici conditoribus dicuntur ij, quos Cicero laudatores vocat, si Budæo credimus in forensibus: & legitimus numerus laudatorū olim erat denarius, vt ex Cicerone constat. Sic enim in Verrem scribit, actione vltima: Primum vt in iudicijs qui decem laudatores dare nō potest, melius est ei nullum dare, quā illum legitimum numerum non exple. Sed fallitur. Budæus, nā laudatores, ij ferè sunt, quos hodie testes probitatis vocamus. Solebant olim accusati viros grauißimos laudatores in suam commendationem producere: quod ex Asconio in oratione pro Marco Scauro constat: & Blondus retulit lib. 4. Romæ triumphantis: Pompeius verò interdixit ne qui reorum laudatores haberentur, vt Dion Cassius. li. 40. Rom. histo. author est.

11 Purgatores autem eligi debent, ij qui eandem dignitatem & conditionem habent quam reus ipse: si modo tales inueniri possint. Si verò huiusmodi expurgatores nō inueniatur: eligēdi saltem sunt aliqui

viri probi & catholici, qui vitam & mores suspecti, non tam præsentit tempore nouerint, quā præterito: quique ciues sint, honesti, & existimationis bonæ: vt verisimile sit, eos neque amore, odio, timore, pretio aut prece, verum occultatos, vel falsa dicturos. c. si legitimi. 2. quæst. 4. c. cum. P. Manconela. c. constitutis. c. inter sollicitudines. c. cū dilectus. de purgatio. canonica.

12 Ceterum purgationis remediū, cæcum, fragile ac periculosum admodum est, quippe cum ex alieno arbitrio pendeat: Ouidius ait.

Conscia mens recti famæ mendacia rider.

Mox tamen addit.

Sed nos in vitium credula turba sumus.

Quamobrem cogendi nō sunt ad hanc purgationem, hi qui ex partibus Iudæis aut Mahumetanis nati sunt: eos etenim ad purgationem mittere, nihil est aliud, quā recta via in ignem mittere. Quis enim de istis non facilè malè opinetur, aut saltem de illorum innocentia non dubitet? Rectius igitur fuerit, abiuratione, tormentis, aut pœnis arbitrarijs eos coercere. Si verò isti ad purgationem fortè condemnati sint, & expurgatores, quales supra diximus, non inuenierint, admittēdi erunt alij, quanuis æquè idonei non sint, ne proflus defensionis facultas eis auferatur. ca. cum in iuuentute. in fin. de purg. cano. & inibi notat glo. & interpretes. & Hugo.

De purgatione canonica,

go. Laurent. & Archidi. in. c. si legitimi. 2. q. 4. Ioan. Vincent. Host. & alij relati ab Henrico & Abbate. in. ca. inter sollicitudines de purg. can. & glo. vltim. & illic Felin. cap. cum. P. Manconela. de accusa.

13 Et quanuis acris contentio sit inter iurisperitos, de pœna eius qui defecit in purgatione: ea tamen sententia verior & receptior est, vt reus in purgatione deficiens puniendus sit pœna ordinaria criminis, ac si verè conuictus esset. Id tamen fieri debet iuxta modum & qualitatem iudicij, quo reus coactus fuit se purgare: hoc est, vt si antecessit accusatio, pœna ordinaria puniatur: si verò per denunciationem aut inquisitionem proceditur pœna ordinaria iudicis arbitrio temperetur. ca. de hoc. de simo. c. inquisitionis in princi. de accusa. Hostien. Henrici. Abba. & ceteri in. ca. inter sollicitudines de purga. cano. Gofred. Hostien. Abb. Ioan. de Anan. & Felin. in. ca. Accedens de accusati. Angel. & Syluest. in sum. verb. purgatio. Ioan. Bernar. in pra. crim. ca. 141.

14 Cùm ergo de crimine hæresis promotor fiscalis semper accuset, consequens est, vt qui deficit in purgatione, non secus atque consummatus hæreticus pœna ordinaria puniri debeat. Quod Nicolaus Tudi discus ait, ceterique consentiunt: & hoc iure vtimur. Abba. in di. c. inter sollicitudines. col. vltima.

15 Quæri autem potest, quis dicatur in purgatione deficere? An is

qui ab omnibus expurgatoribus derelinquitur? vel qui à maiori parte, an qui à parte minore, vel qui ab vno tantum? Olim sanè qui deficiebatur vno duntaxat expurgatore, vt conuictus cõdemnabatur, quia non purgabatur ab omnibus. Sed cùm id periculosissimum esset, ac fortè ab omnibus purgatus dici posset, qui à maiore parte purgaretur: idcirco receptum est, vt eo tempore quo numerus expurgatorum definitur, eodem quoque decernatur, vt si defecerit in vno, duobus, vel tribus, aut pluribus, pro conuicto hæretico habeatur: vtrūq; enim eadem omnino ratione in arbitrio iudicis est. l. quod maior. Ad municipa. l. duo ex tribus. de re. iudi. l. i. de iur. delib. ca. ad abolendam de heretic.

16 Quæsitum scio an is, qui se ab hæresi purgare vult, & in ipsa purgatione succumbit, statim sit curiæ seculari relinquendus: an pœnitentiam agere volens admittendus sit? Quod quidem verius est, nisi fortè relapsus, vel impœnitens fuerit. Nã si is admittendus est, cuius hæresis testibus & propria cõfessione probatur, vtiq; multò magis illi ecclesiæ beneficium impartendum est, qui præsumpta quadam, seu ficta probatione conuincitur. l. filio quæ pater. de liberi. & posthu. c. Affert. de præsumptionibus.

17 Fuit olim magna inter peritos dissensio, an illa ferenda esset consuetudo, quæ apud multos inquisitores

Titulus

fitores inualuit, vt reus vehemèter suspectus, prius torqueatur: deinde, si nihil cõfessus fuerit, vt se purgare cogatur: post hæc, si expurgatus sit, vt abiurare quoq; teneatur: & tandem post abiurationem arbitrarijs etiam pœnis puniatur. Cõsuetudinem hanc defendere quidam conabantur, his argumentis. Primo, quia vetusta est, & à multis eruditis iudicibus recepta. Ad hoc, quia iurisperiti quidam id fieri posse scripserunt. Præterea exemplo Innocen. 3. qui suspectum quendam ab officio suspendere iussit, & post suspensionem publicè quoque abiurare. Quidam aiunt in arbitrio iudicis esse, vt reum omnibus pœnis superscriptis coerceat: eo accedente, quod Innoc. & multi alij iuris interpretes aiunt, licere iudici in crimine hæresis, alijsque similibus delictis, post purgationem, damnare reum ad abiurationem aliasque pœnas arbitrarias, propter suspicionem adhuc remanentem. Deinde dicebant, plurimum in eiusmodi pœnis arbitriū iudicis posse: neque reum illum grauari, qui cùm fortè summo iure pœna ordinaria cõdemnari posset: clemètia iudicum leuioribus pœnis subiiceretur. l. minime. de legi. Cardi. in Clement. 1. de vsur. colu. vlt. Francisc. episcopus Squilacen. tract. de fide catholi. c. 31. c. inter sollicitudines de purg. cano. & illic Innocen. Hostien. Ioan. Andr. Anton. Ancharra. & Cardi.

18 Verior tamen, & benignior, &

LVI.

263

æquior est contraria sententia: quã tunc viri quidam doctissimi assererent, quibus ego vehementer assentior. Nam illud in cõfesso est, neminem posse simul pluribus legibus pro vno crimine cõdemnari. Non confurget, inquit, Naum propheta, duplex tribulatio: neque vindicabit dñs bis in idipsum. Neq; pro eodẽ crimine, debet quis piã duplici pœna conteri: quod legib; quoque Athenien. iam olim constitutum fuit, vt apud Demosthenem est, oratione aduersus Leptinem. l. senatus. de accusa. cap. At si clerici. s. vltim. de iudic. Naum. c. 1. c. sceleratior. c. sunt plures. in fine. de pœnitent. dist. 3. can. aposto. 25. c. presbyter. 81. disti. c. qui d ergo. 23. quæstio. 5.

19 Accedit eodem, quòd sicut pluribus actionibus experiri nõ licet, sed vna illarum eligi debet, non autem omnes cumulari queunt: sic etiam in criminalibus causis, pluribus pœnis simul vtendum nõ est, sed vna illarum est eligenda. Et eò magis, quòd in ciuilibus causis parui plerunq; refert, vtrum vna, vel pluribus actionibus experiaris: in criminalibus verò, non potest, non referre plurimum vna duntaxat vel pluribus pœnis puniaris. l. quod in hæredem. s. eligere. de tributo. l. cū filius. s. varijs. de lega. 2. l. 1. C. de Fur. Bart. & ceteri in. l. 3. s. 1. de oper. nõ. nũtiatio. l. Absentem. s. Aduersus. de pœnis.

20 Tum illud addo, q; vna queque harum

De purgatione canonica.

harum poenarū efficax est ad qualibet suspensiones purgandas: ut proculdubio superuacaneum & iniquum sit, pluribus simul suspectū reum affligere. Nam qui tormenta vincit, purgat quęcunque indicia: & qui purgationi canonicę satisficit, absolendus est, & boni testimonij vir declarandus: neque de his, quę iam purgata sunt remanere sinistra suspicio debet. Et ut Pōponius inquit, poenis legum contenti esse debemus. Barto. & ceteri in, l. vlti. de quęstio. c. 1. 15. q. 5. ca. ex tuarum. de purgati. can. cap. habet. c. Menam. 2. q. 4. l. si stipulatio facta. ff. de verb. obliga.

21 Ad hęc, si reus evidentioribus suspicionibus vrgetur, potest quęstionis modus augeri: si verò leniter tortus fuerit, poterit in quęstionem repeti: quòd si purgandus fuerit, numerus compurgatorum amplior erit: ita ut suspensiones quantumlibet vehementes, vel his remedijs, vel alijs arbitrarijs poenis legitime diluatur. l. quęstionis modum. l. vnus. §. reus de quęstioni. c. inter sollicitudines. de pur. can.

22 Pręterea iudex non debet plus suspicionibus credere, quàm leges ipse credunt: nec ei suspectus deinceps reus est habendus, vbi iura omnem suspensionem purgatam esse declarant. Deinde, iudex qui tormentis aut purgatione canonica veritatem inquirit, totam probationis fidem in his constituere, ac inter culpam & innocentiam qua-

li animo esse debet. Quemadmodum igitur plenam fidem indicijs habet, cum reus tormentis crimen confitetur, vel in purgatione succumbit: sic e contrario, credere tenetur eum, qui tormenta vincit, aut legitime purgatus est, innocentem esse. Idque eò magis, quòd procliuor ad benigniorem partem, & ad absolendum, quàm ad condemnandum pronior esse debet. c. iudicet. 3. quęst. 7. l. quęstionis modum. de quęstio. ca. iudicantem. 30. quęst. 5. c. estote. de reg. iur. l. Absentem. de poen. l. Arrianus. de actio. & obliga. Aristot. problem. 13. & 15. part. 29. Alciat. lib. 3. pręsumpt. c. 44.

23 Ex his facile perspici potest, sententiam nostram, equam, benignam iustam & veram esse: illam verò consuetudinem crudelem iniustam & laqueis plenam: qua nimirum efficitur ut qui tormenta vicerit, ad purgationem teneatur: & qui legitime purgatus fuerit, errores & hæreses abiurare cogatur: postremo, ut post tormenta, purgationem, & abiurationem, alijs quoque poenis arbitrio iudicis coerceatur: quo quid durius, aut iniquius esse queat? Formido, quidem, fouea & laqueus super illos esset, quemadmodum Isaias inquit, ut qui fugerit à facie formidinis, cadat in foueam, & qui se explicauerit de fouea, teneatur laqueo. Vel sicut apud Hieremiam est, ut qui fugerit à facie pavoris, cadat in foueam: & qui conscenderit de fouea, capiatur laqueo. Esai. 24.

Hiere.

Titulus.

LVI.

264

Hiere. 48.

24 Neque obstant argumeta contrarię opinio: quia sicut beatus Cyprianus contra epistolam Stephani scribit: consuetudo sine veritate vetustas erroris est: & prauum usum (ut Isidorus in synonymis ait) lex & ratio vincere debet: autoritas autem iuris interpretum, contra ius & æquum, parum efficax, & inanis est. Neque sententię nostrę aduersatur epistola decretalis Innocen. 3. quia purgatio illic indicta fuit Senonensi Decano, propter vulgatam hæresis infamiam, graue scandalum, & vehementem suspensionem, ex testium dictis exortam: sed in poenam familiaritatis quam scienter cum hæreticis habuit, quę legitime probata erat, suspensus ille fuit ab officio, donec sopiretur scandalum: & coactus præterea fuit abiurare, non quidem illas hæreses, de quarum suspensione iam purgatus erat, sed familiaritatem duntaxat hæreticorum: quod inibi Nicolaus Tudiscus cordatius cæteris obseruauit. Non igitur lege aut ratione probari poterit, ut post tormenta, reus purgandus sit, aut post purgationem puniendus. c. consuetudo. 8. dist. c. vsus. cum seq. 11. dist. l. 1. §. sed neq; ex multitudine. C. de vet. iur. enucl. cap. inter sollicitudines. de purg. cano. & illic Abb. nu. 3.

25 In causa purgationis canonice hoc ordine & ritu procedi solet. Conueniunt in vnum inquisitores, episcopus, aut eius vicarius, & affes-

sores, seu consultores periti, & excussis probationibus, reum condemnant, ut se purget, septem plus minus testibus: hoc addito, ut si defecerit in vno, duobus, tribus aut pluribus, exinde conuictus plene de crimine censeatur. Hęc autem sententia reo dicenda est, & ab ea potest prouocare, & post appellationem causa referenda est ad senatum, nisi fortè friuola fuerit appellatio, quia tunc ei ab inquisitoribus deferendum non est, ut generaliter Clemens quartus constituit, & specialiter epistola quadam senatus sanctę inquisitionis plenius continetur. l. 2. C. de decurio. li. 10. l. 1. de appel. c. cum appellationibus friuolis. de appel. lib. 6.

26 Deinde, si à sententia non fuerit appellatum, vel post appellationem sententia confirmata sit, vel appellatio friuola reiecta fuit ab inquisitoribus, tunc reus ad se purgandum debet nominare tot viros bonos, testes expurgatores, quot in sententia inquisitorum continentur. Illi autem testes vocari seorsum debent ab inquisitoribus, & ab eis tria sunt inquirenda. Primum, an reum cognoscant & à quo tempore: secundum, an reus vel eius consanguinei vel affines dederint, aut promiserint, aliquid ipsismet testibus, ut reo fauerent: tertium, an testes ipsi se obtulerint ad reum purgandum. Quę omnia quodam instructionum capite plenius cauta sunt.

27 Post hęc, testes omnes conuocantur

De purgatione canonica,

catur in auditorium inquisitorum, & reus ad tribunal ducitur, & ab inquisitoribus interrogatur, an homines illos cognoscat, & an illi sint, quos ipse in testes purgatores nominauit: qui respondere solet, se illos cognoscere, & eosdem esse, quos nominauit. Fiunt autem hec omnia coram inquisitoribus solis, ac tabellione seu notario, qui literis mandare singula debet: nec alius quispiam preterens esse huic purgationi permittendus est: ne ipse quidem vicarius episcopi ordinarij, vt quadam epistola senatus sancte inquisitionis continetur. confert. ca. 1. 15. quest. 1.

28 Deinde, inquisitor ad expurgatores conuersus, talia dicere solet. Scitote fratres quod Achacius reus de hoc & illo crimine accusatus, & suspectus est: quamobrem ab ea suspicione se purgare tenetur, & vos nominati estis in testes innocentiae sue. Tu vero Achaci per Deum & sacrosancta euangelia responde, an ea crimina commiseris. Et statim reus coram illis iurat, se nihil eorum dixisse aut fecisse. Deinde reus abire iubetur: & inquisitor interrogat purgatores, an ea omnia probe intellexerint: qui respondent, se intellexisse. Mox testes omnes secedunt: & singulis seorsum vocatis, & ab eis solenni iuramento exacto, querit inquisitor, an credant, Achacium iurasse verum, vel falsum: & quicquid responderint, a notario fideliter scribendum est. Haecenus de

rita purgationis canonica.

29 Origo autem huius purgationis in sacris literis est, vt Alex. theologus ait. Nam in exodo, suspectus de furto iurare tenebatur, quod non extenderit manum in rem proximi sui. Et in Deuteronomio, maiores natu ciuitatis suspecte de homicidio, purgabatur illam dicentes: manus nostrae non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt: propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti domine, & ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel: quo peracto auferrebat ab eis reatus sanguinis. Quod si homicidij & furti suspicio lege diuina purganda erat: quanto id magis fieri oportet, in haeresis & impietatis suspicione? Exod. 22. Deute. 21. Alex. Ales. p. 3. quest. 45. memb. 3.

30 Illud quoque obseruandum est, quod iuramentum a suspecto, de veritate dicenda praestari debet: a testibus vero de credulitate. Nec enim aliud ab eis querendum est, quam quod supra diximus, scilicet, an credant, reum iurasse verum, vel falsum, neque praeterea quicquam: sicuti quodam instructionum capite cauetur. Vbi & illud inquisitoribus praecipitur, vt ne legant coram expurgatoribus testimonia, quae contra reum dicta & scripta sunt: ne illi ab expurgatione deterreantur. c. quoties. 2. q. 5. c. quoties de purgat. canon. quinta instructio. Hispal. c. 8.

Ad

Titulus.

LVII

265

31 Ad postremum, admonemus iterum atque iterum iudices, vt ne temere, aut facile quispiam ad purgationem canonicam ab eis condemnentur. Est enim purgatio haec fragilis & periculosa, caeca & fallax: quippe cum res, fama, & vita reorum, ab opinione, arbitrio & credulitate testium expurgatorum pendeat. Accedit eodem, quod ita sunt iam corrupti, omnes fere hominum mores, ita Christiana charitas refrigit, vt vix inueniri queat, qui alterum purgare velit: & qui non de quibusuis facile sinistram suspensionem habeat: & qui res dubias in deteriore

partem non interpretetur. Quid? quod vt succumbat reus, sat est, quod testes respondeant, se nescire; vel dubitare, vtum ille verum vel falsum iurauerit. Quis autem anceps non erit, qui sciat, neminem ad purgationem esse damnandum, qui vehementer suspectus non fuerit? Mea igitur sententia, illi tantum se purgare cogendi sunt, quorum fama populo Christiano valde necessaria est, episcopi, scilicet, sacerdotes, praedicatores, & id genus alij. cap. presbyter. 82. dist. cap. presbyter. si a plebe. cap. si mala fama. 2. questio. 4.

De relapsis.

- 1 Relapsi qui dicantur.
- 2 Relapsus dupliciter quispiam dici potest.
- 3 Relapsus secundo modo is est, qui post abiurationem in easdem haereses incidit.
- 4 Relapsi qui sint.
- 5 Relapsus an sit ille, qui post abiuratas haereses, de quibus vehementer suspectus erat, cum haereticis communicat.
- 6 Relapsus an iudicandus sit ille, qui post abiuratum aliquam haeresim plane probatam, communicauit cum ijs, qui alias diuersas haereses sequebantur.
- 7 Lex poenalis non debet extendi ad eum casum, in quo non eadem ratio prorsus inuenitur.
- 8 Relapsus an sit, qui postquam detrusus est in perpetuum carcerem, auferit.
- 9 Relapsus censendus est, qui iterum demones inuocat, postquam ob vehementem de ea re suspensionem abiurauerat.
- 10 Relapsi poena.
- 11 Relapsus veniam non esse concedendam ex Gratiani verbis deducitur.
- 12 Peccata in Deum grauius punire debemus quam quae in nos committuntur.

Titul. LVII.

- 13 Haereticis, etiam si milles in haereses labantur, parcendum esse, quidam haeretici contendunt.
- 14 Haereticis relapsis parcendum non esse probatur.
- 15 Relapsus poenitentibus, quae bona concedat catholica ecclesia, & quae auferat.
- 16 Relapsus poenitentibus, cur vnctio extrema denegetur.
- 17 Relapsus vere poenitentibus concedenda esse ecclesiasticam sepulturam, testatur Alfonso Castrensis.
- 18 Relapsus haereticis interdum veniam concedi posse, sunt qui asserunt.
- 19 Relapsus nullus iudicari potest, nisi bis fuerit conuictus de haeresi.
- 20 Conuictus proprie dici non potest, qui sponte crimen confessus est.
- 21 Relapsus haereticus etiam si se ipsum accuset, & veniam prius petat a iudicibus, quam accusetur ab alijs, puniendus est vt relapsus.
- 22 Relapsus haereticus cur non parcitur.
- 23 Relapsus audiendus est, cum de eius scelere non constat.

Ll

Haereticici

De relapsis.



Aeretici relapsi dicuntur, qui in eadem hæresim iterū inciderūt. Quidam autem sunt relapsi manifesti, alij præsumpti: manifesti sunt ij, de quorū primo & secūdo lapsu legitimis probationibus manifestè constat: præsumpti relapsi sunt, quorum duplex lapsus non planè probatur, sed tamen violèta iuris præsumptione relapsi esse cèsentur.

2 Præterea, dupliciter quispiã relapsus dici poterit: & plurimū refert, an hoc vel illo modo relapsus sit. Est enim aliquis relapsus, & tamen ad pœnitentiam admittitur: sunt & alij relapsi, quibus ignosci non potest. Priori modo relapsi dicuntur, qui in eūdem errorem iterū atque iterū labuntur, nulla pœnitentia solemniter interueniente. Nam si quis per longum tempus eisdem hæresibus inhereret, aut in eisdem sæpissimè incideret, antequã solenniter illas abiuraret, is etsi verè relapsus sit, puniri tamen non debet, tanquam pertinax & insanabilis, si modo veram pœnitentiam agere sit paratus.

3 Altero modo relapsus dicitur, is qui post abiuratas hæreses, iterum in eas incidisse conuincitur: qui quanuis breui tempore fuerit hæreticus, post abiurationem tamen iterum errans in fide, condemnandus est sine spe veniæ. Ille igitur

tur pontificio iure relapsus hæreticus est, qui post solemnem abiurationem relapsus fuerit: non autem is, qui ante abiurationem, sæpissimè lapsus est. ca. accusatus. c. super eod. de hæretic. lib. 6. Petr. Anchar. in eod. ca. accusatus. nume. 2. Petr. de Palud. in. lib. 4. senten. distin. 13. quæstione. 3. conclusione. 5. Guido Carmeli. in sum. de hæresi. cap. 10. Alfons. Castren. libro. 2. de iust. hæret. pu. cap. 2.

4 Hæreticus quoque relapsus dicitur, qui propter vehementem suspicionem, hæresim aliquam abiurauit: & postea in eandem incidisse conuictus fuerit. Et is item relapsus est, qui propter aliquam hæresim coactus fuit simpliciter, aut generaliter abiurare, & post abiurationem, in quamlibet aliã hæresim relapsus est. Postremò, relapsus hæreticus cèsetur, q̄ post abiuratas hæreses hæreticos alloquitur, visitat sequitur, aut eis munera mittit, & illis fauet, atq; cõmunicat, ita vt excusari non queat, quin ex approbati erroris consequentia id fecisse intelligatur. c. accusatus in prin. & §. 1. & §. ille quoq; de hæreti. lib. 6.

5 Ex his quæstio exoritur, an is qui propter vehementem suspicionem abiurauit hæresim, & post hoc hæreticis cõmunicat, eo ipso relapsus hæreticus sit. Quod quidem prima frõte Alexad. iij. decreto cõstitutū esse videtur: sed contraria sententia vera est. Nam vt Alfons. Castrens. rectè obseruauit, in illa cõstitutione

Titulus

LVII.

266

ne Alexandri requiritur, vt saltem semel de hæresi relapsi planè in iudicio constet: in specie vero proposta, nūquam de vno aut altero lapsu plena fides iudicibus facta est. Relinquitur ergo, vt solis præsumptionibus, nemo tanquã relapsus condènari possit. c. accusatus. §. ille quoq; de hæret. li. 6. & illic Domi. ca. literas de præsumpt. Alfons. li. 2. de iusta hæreti. puniti. c. 2.

6 Huic affinis illa quæstio est, an is qui abiurauit aliquam hæresim planè in iudicio probatam, & postea communicauit hæreticis, qui alias diuersas hæreses sequebantur, iudicari debeat, esse relapsus? Alfonsus Castrens. negat, talem hominè esse relapsum: quia in ea specie cessat ratio constitutionis supra memorate. Non enim censetur ille pristinã hæresim, hoc ipso approbasse: tamen si de alijs hæresibus nouam dederit suspicionem. Igitur legis ratione cessante, legis pœna locū habere non debet. ca. accusatus. §. ille quoq; de hæret. lib. 6. c. cū cessante de accus. Alfons. Cast. supra. di. c. 2.

7 Sed quanuis hæc sententia subtili disputatiõne fortasse subuerti possit, tum quia omnes hæreses conexæ sunt inuicem & colligatæ: tum etiã quia semper omnes simul hæreses abiurari solent: nihilominus tñ verius hoc, & benignius est: ne lex pœnalis extèdatur ad eū casum, in quo nō eadem ratio profus inuenitur. l. cum quidam. de lib. & posthu. Bart. & ceteri. in. l. si constã

te. & in. l. si vero. §. de viro. soluto. matrimonio.

8 Sunt præterea qui putant, eum quoq; relapsum hæreticū esse, qui postquã abiurauit, ac detrusus est in perpetuum carcerè, ex vinculis & custodia fugerit: quia de priori lapsu cõuictus fuit, ac de altero lapsu dedit vehementem suspicionem. Ceterū quia nō sufficit suspicio vehemens, vt quispiã dicatur esse relapsus: nec fuga relapsum facit, sed impœnitentem, vt alibi ostèdim⁹, istorū opinio refellèda & explodèda est. Abb. in. ca. cū nō ab homine de iudi. Alf. li. 2. de iust. hæ. pu. ca. 2.

9 Ad hæc, is qui demones inuocabat, & propter hæresim, aut vehementem suspicionem coactus fuit solenniter abiurare: ac deinde iterū demones inuocasse cõuincitur, puniri poterit tanquã relapsus. Lap⁹ Archi. Domi. & Phil. Frac. in. c. accusat. §. sane. de hæret. lib. 6. cõfert. ratio textus. in. §. ille quoq; eiusdem. cap.

10 Pœna autem hæretici relapsi est, vt sine spe veniæ iudici seculari relinquatur, anima duersiõne iusta puniendus. Semel enim tantū, hæreticis pœnitentibus parcitur: quod iure potificio cauetur: & ante multa secula diuinus Plato id ipsum prudenter cõstituit. Is enim lib. 10. de legib. sanxit, vt impij pro priori lapsu ad carcerè dānarentur: si verò rursus impietatis crimine cõdemnati essent, morte sine venia plecterètur. c. Ad abolendã. de hæc. c. sup. eo. cod. tit. lib. 6. Plato. 10. de legib. ppe finem.

Ll 2 Accedit

De relapsis.

11. Accedit eodē, id quod Gratianus & imperij eius socij cōstituerūt his verbis: remissionē veniē criminā, nisi semel cōmissā, non habeāt: nec in eos liberalitatis augustē referatur humanitas, qui impunitatē veteris admissi, nō emēdationi potius, quā consuetudini deputarunt. Sic etiam durius puniri debent, qui bis aut sēpius vim faciūt, quā qui semel: & qui seruos fugituos sēpē celauerint: & qui in eisdē criminib⁹ p̄seuerāt. Quod multis quoq; legibus frequētissimē cōstitutū est. l. 3. C. de epif. audiē. l. seruos. C. ad. l. Iul. de vi publi. l. quicūq; de seru. fugit. l. 1. C. de sup̄rexa. a. 10. lib. 10. Lucas de p̄cē. in. l. vlt. de cōmeat. li. 12. Ludou. Rom. cōf. 236. Felin. in. c. cū contingat. de for. comp. & in. c. Atsi cleric. s. de adulterijs. de iudi. Hippoly. in. l. Maritus. de quāstio. Alciat. in. c. cū non ab homine. de iudic. Casa. in. conf. Burgund. rubri. 1. s. quinto.

12. Quę omnia cū iustissimē constituta sint in his criminibus puniendis, quę aduersus homines perpetrantur: quāto rectius exequenda sunt in eos, qui maiestatem diuinā lēdūt? Vt enim Leo magnus in sermone de martyribus inquit: aliud est in Deū peccare, aliud in hominem. Quando enim in nos peccāt homines, si p̄cēnitētib⁹ veniā non indulgeamus, peccatū incurrim⁹: quando aut aliqui in Deum peccauerint, si sine distinctione gradū indulgere voluerim⁹, participes nos

in eorum peccatis efficiamus.

13. Hęc cū ita sint, quidā tamen heretici, qui vellent errare impudē, futilissima ratione aiunt, parcendū hereticis esse, tametsi sēpē sēpius in hęreses quālibet relabantur: quia ecclesia catholica nemini ad se redeunti gremium claudit. Matth. 18 & Ezechias. & 33. Cyprianus sermone. de cēna. dñi prope finem.

14. Verū huic argumētō facile respondetur: q̄ lōgē alia ratio est fori p̄cēnitentię, q̄ fori exterioris: in illo enim semper locus est p̄cēnitentię, ac hęreticis etiā relapsis absolutio salutaris nō denegatur: in hoc verō heretici relapsi curię seculari relinquūtur. c. super eo. de hęre. li. 6. c. de his. de accusa. & illic Feli. & ceteri.

15. Nam bonum spirituale relapsis p̄cēnitentibus ecclesia semper impartit, bona vero tēporalia, id est vitam, famā, & cetera bona iure ac merito adimit. Vt enim Theologi magno cōsensu aiunt, spūale bonū quibuslibet etiā perditissimis semper velle tenemur, tēporale aut bonū ex officio charitatis non tenemur velle hominibus, nisi in ordine ad salutē eternā eorū & aliorū. Quāobrem si tale bonū impedit felicitatē eternā alicuius, aut multorū, velle potius tenemur, vt quilibet illo careat, quā vt illud habēs, sibi & ceteris noceat: quia salus aterna p̄ferenda est bono tēporali: & multorū bonū, bono vni⁹. Iure igitur catholica ecclesia hęreticis relapsis non parcat: quia rēpublicam facilē inficere

Titul.

LVII.

267

cere possunt, & quia signū evidens dederunt inconstantia suę, aduersus fidē orthodoxā. Thom. 22. q. 11. art. vlt. Ricar. in lib. 4. sentent. dist. 3. ar. 5. & ibidem Gabri. quęstio. 2.

16. Relinquitur ergo curię seculari relapsus anima duersione debita puniendus: sed illi verē ad ecclesiam, Deūq; cōuerso, nō denegantur sacramenta p̄cēnitentię & eucharistię: vnctio tñ extrema nō dabitur ei, quia illis tantum dari debet, qui morbo aliquo fatigati, in extremo vitę discrimine positi sunt. Huc accedit, q̄ istis ad mortem dānatis nō potest prodesse vnctio extrema ad salutē corporis, qui est alter effectus huius sacramēti. Iacob. 5. c. 1. de sacra. vnctio. c. quęsitū. 13. q. 2. Tho. Petr. de Palu. Almain. & pleriq; alij in. li. 4. sent. dist. 23. c. super eo. de hęre. lib. 6. & illic Ioā. And. Domini. & Ph. Fran.

17. Hoc amplius Alfons. castrē. ait, hęreticis relapsis verē p̄cēnitentib⁹ cōcedendā esse ecclesiasticā sepulturā, perinde ac ceteris catholicis oib⁹. Quod quidē a iure & cōsuetudine longē est auersum: illorū enim corpora igni cōburēda sūt. Hoc tñ cū eis miti⁹ agitur, quā cū pertinacibus & imp̄cēnitētib⁹, q̄ hi viui in ignē mittūtur: illi verō ante ignem strāgulari solent: quod & humani⁹ est, & ad p̄cēnitentiā ducit. Alfons. lib. 2. de iust. hęre. punit. cap. 2. cap. super eo. de hęretici. lib. 6.

18. Sunt aut qui putāt, relapsis hęreticis interdū veniā cōcedi posse: id

est, cū quispiā verē relapsus, necdū accusatus, nec testibus vllis cōuict⁹ secretō inquisitoribus se deferēs, & spōte suos errores cōfessus, flebilis misericordiā petit, parat⁹ quācūq; p̄cēnitentiā subire: talis relapso aiūt, iniūcta graui p̄cēnitētia, mortis p̄cēnā cōdonari posse: quia cessat in eo sinistra illa suspicio, qua relapsi p̄sumi solēt fictē cōuersi. Tametsi autē horū sentētia nullo iure probari videatur, magna tñ equitate fortasse defendi potest. Quid⁹ quod neq; is incorrigibilis est, qui sponte crimen fatetur, & veniā errati supplex puro corde precatur: neq; p̄cēna ordinaria puniri debet, qui occultū crimē fatetur, vt alibi diximus. Ioā. lup. senior apud Mōtal. in. l. regia. 1. titu. 36. par. 7. Alber. lib. de agno. assertio. catho. quęst. 25. nume. 25.

19. Accedit eodē, q̄ Alfons. Castrē. inquit, hominem illū non esse verē relapsū, qui post abiuratā hęresim lapsus est in eādē: si modō spōte sua, & ex vera peccati cognitione, ad inquisitores accedens, & crimen cōfites, veniā petat. Quia nullus iudicari potest relapsus nisi bis fuerit cōuict⁹ de hęresi: at ille q̄ spōte sua crimen fatetur, nō est dicendus secundo conuictus: non potest ergo dici relapsus. Quod fit, vt necessario sit ad veniā admittendus, quia non est incorrigibilis. Hęc ille lib. 2. de iust. hęret. punit. c. 2.

20. Hęc Alfonsi sentētia cōuestiri pōt argumentis paulō ante cōmemoratis, & p̄tērea fulcit doctrina q̄ dā

De relapsis.

communiter à iuris peritis recepta, qua vulgò aiunt, confessum à conuicto differre, neq; propriè conuictū dici, qui sponte crimē cōfessus est. Vñ illud etiā frequentissimè traditur, mitius agendū esse, cū sponte confesso, quā cū cōuicto. Interpretes oēs in. c. at si clerici. de iudic. & in ca. de hoc de simo. & alibi sæpe.

21 Tamen si aut hoc equius & benignius sit, si quis tamen summo iure quæstionem hanc excutere velit, profecto multis iuribus, magnisq; rationibus nō deficietur. Principio enim is de quo agimus, forma & materia, re ipsa, & iure ipso, manifestè relapsus est: qui ergo fieri potest, ut is non sit celandus relapsus, què verè cōstat, esse relapsus? Deinde, probatio alteri lapsus nihil cōmune habet cū crimine hominis relapsi: quamobrè æquè relapsus habendus est, is cui posterior error, hoc, vel illo modo iudicib; manifestus fuerit. Ad hæc, longè maiorem vim habet cōfessio spōte facta, quā ceterè oēs p̄bationes, vt alibi dixi: Preterea reus cōuictus, quoq; verè appellatur, qui propria cōfessione vincitur. Quod si nōnunquā relapsus esse præsumitur, qui de heresi vehementer suspectus est, quanto magis relapsus erit iudicandus, qui manifesta heresim iudicibus confessus fuerit. I. qui sententiā. C. de pœn. c. accusa. s. ille quoque. de heret. lib. 6.

22 Accedit etiā, q̄ confessus nomine tantū distat à conuicto, re enim ipsa idem omnino sunt: nec enim

alia pœna cōfessus, alia conuictus puniri debet, sed eadē vterq; coercendus est, præsertim cū pœna certa legibus præfinita est: quod rectè Philip. Decius obseruauit. Nec illa sola ratio est, qua hereticis relapsis nō parcitur, quod ceseantur incorrigibiles, sed etiā alia: quia grauissimè peccarunt, semel & iteū contra Deum & ecclesiā: & quia nulla spes est constantiæ illorum: postremo, quia reipublicæ interest, ne talia crimina sint impunita: Vna ergo ratione ex pluribus cessante, nō cessat lex, quæ omnibus illis innitur. Quas ob res nisi sententia illa benigna interpretatione iuuetur, opinio hæc stricto iure potior erit: non enim iudex heretico relapso pœnā cōdonare valet, qui legū custos & minister est, non dñs. Facti quidem quæstio (vt Marcellus iurecōsultus inquit) in arbitrio iudicantis est: pœnæ verò persecutio non eius volūtatē mādatur, sed legis auctoritati reseruatur. Et vt Lactant. firmi lib. de ira Dei scribit: iudex peccati veniā dare non potest, quia volūtatē seruit aliene. Decius in. c. at si clerici. de iudi. s. Affinitatis instituit. de nup. l. ad turpili. Lactantius. de ira Dei. ca. 19.

23 Ad postremū, prætereūdem nō est q̄ et si relapsus planè cōuicto denegetur omnis audiētia, is tamen, quem nōdum cōstat esse relapsum audiendus omnino est: suā enim innocentiā fortasse probare poterit, ac perspicue iudicibus persuadere,

le

Titul.

se nunquam fuisse relapsus: quod quidem iustum & in confesso est c. super eo. de hereti. lib. 6. Gons. de

De schismaticis.

- 1 Schisma quid significet.
- 2 Schisma soror est heresis.
- 3 Schisma quam graue malum sit.
- 4 Schismaticorum tria sunt genera.
- 5 Schismaticorum secundum genus.
- 6 Schismatici secūdi generis parum ab hereticis distant.
- 7 Schismatici eisdem ferè pœnis coercentur, quibus heretici.
- 8 Schismaticorum communicationem fugere debent catholici.
- 9 Schismaticorum tertium genus.
- 10 Theodosij & Valentis lex de schismaticis & hereticis à communionē catholicorum expellendis.
- 11 Christus multis in locis nobis præcipit, vt vnum simus.
- 12 Heretici recētes non vnum sunt, sed varijs sectis & opinionibus se addunt.
- 13 Hereticorum dissidia & variæ opinionēs inter se.
- 14 Hereticis quam æquū sit punire.



Schisma græcū nomē est, latine scissurā sonat: verum apud Christianos infame nomen est, significans illicitā discessionē ab ecclesiæ vnitatē. Vnde schismatici dicuntur, qui ab obedientia pōtificis maximi se ipsos iniquè separant, & ab ecclesiæ catholicæ vnitatē discedūt. ca. schisma. 24. q. 1. Alex. Alex. 2. p. q. 182. Tho. 2. 2. q. 39. Ioā. Forquem. lib. 4. de eccl. part. 1. cap. 1.

LVIII.

268

heret. prauit. quæst. 11. glo. in ca. cupientes. s. quod si per viginti. de electione. libro. 6.

Titul. LVIII.

2 Est aut schisma soror heresis, nō qualiscunque, sed vtrinq; coniūcta. Hæ sanè sunt sorores illæ peccatricis Hierusalē, quarum propheta Ezechiel meminit, quemadmodū Origen. elegāter explicat, inter alia dicens: vbi schismata, ibi hæreses, ibi dissensiones: aut enim incomitatū nō venit schisma, aut absq; peiore se comite diu nō subsistit. Et beat. Hieronym. in epistolā Pauli ad Titum, inter heresim & schisma hoc interesse arbitratur, q̄ hæresis peruersum dogma habeat: schisma vero post episcopale discessionem ab ecclesiā pariter separat. Quod quidē in principio aliqua ex parte intelligi potest diuersum: ceterū nullum schisma non sibi aliquā heresim cōiungit, vt rectè ab ecclesiā recessisse videatur. ca. inter heresim. 24. q. 3. Origen. in Ezech. hom. 9.

3 Schisma summū malum est, & seuerius olim ab ipso Deo punitū, quā parricidium, & grauius quā idololatria: sicuti docet Optat. episcopus Mileuitanus, lib. 1. aduersus Patricianū. Dathā enim & Abiron cū suis omnibus dehiscēs terram viuos absorbit. Chore quoq; cū ducentis quinquaginta viris cælestis flamma vindex deuorauit. Tātoperè Israeli indignatus est dominus, quia se diuiserunt à domo

Ll 4 Da

David, & relictis Hierosolymis (ubi erat cathedra illa Mofayca) secesserunt in Samariam: ut demolitus sit eos, dederitque in direptionem; ac planè abiecerit à facie sua: neque enim talis erat schismatis culpa, ut veniam mereretur. Mandata est terræ fames (inquit Optatus) & statim fauces suas in populi diuiores aperuit. Intra momenti spatium ad eos transglutientos terra patuit, rapuit, clausa est. Et ne beneficium de mortis compendio consequi videretur, dum non essent digni viuere, eis neque mori concessum est: tartareo carcere subito clausi, ante sunt sepulti, quam mortui. Præterea plurima, fastidij vitandi causa, quæ Iræneus Cyprianus, alijque multi, in eandem sententiam literis commendarunt. Num. 16. Iræneus lib. 4. aduersus hereses cap. 62. Cyprianus tract. de simplici. prælat. Ioan. Torquem. lib. 4. de ecclesia. part. 1. cap. 5. Faber in malleo. contra Lutherum tract. 6. tex. 8. Albert. Campen. in fine lib. vltim. de Hierarch. ecclesiast. Contra. Brunus. lib. 5. de hæreti. capit. 18.

4 Schismaticorum autem tria sunt genera: primum, eorum qui consummati hæretici sunt; alterum aliorum, qui hæreticis confines sunt tertium orthodoxorum, qui longè ab hæreticis distant. Primi sunt qui non solum à summo pontifice, & ab ecclesiæ unitate discedunt, sed id etiam licere credunt, vel putantes non esse unitatem in ecclesia catholica,

vel certè credentes, non esse obediendum summo ecclesiæ pastori. De his autem nihil attinet plura in præsentia dicere, quia meri hæretici sunt, & eò quidem ceteris hæreticis deteriores, quò maiorem fidei catholicæ diuisionem, & unitati ecclesiasticæ addunt scissuram & offensionem. Ioan. Torquema lib. 4. de ecclesi. part. 1. cap. 4. Brun. lib. 1. de hæreti. c. 16. & lib. 1. de sedit. c. 3.

5 Alij sunt schismatici, hæreticis confines, qui nondum in aliquam aliam heresim inciderunt, sed tantummodo ab unitate ecclesiæ, ac summi pontificis obedientia discedunt. De quibus loquens di. Hieronymus inquit: separant deceptam multitudinem ab ecclesia Dei, & rudes animas abrumpunt & diuidunt: tamen hoc non faciunt crudelitate, qua hæretici deceptos quoque trucidant, sed in eadem regula fidei permanentes, dilatare cupiunt terminos suos, & nomen gloriæ in posteros mittere. Beatus quoque Augustinus contra Faustum de eodem schismate scribens ait. Schisma est, eadem opinantem, ac eodem ritu colentem, quo ceteri, solo congregationis delectari dissidio. Et libro, de fide & symbolo. Schismatici dissensionibus suis à fraterna charitate dissoluunt, quauis ea credant, quæ credimus, quod & Cyprianus & alij consentiunt. c. denique. 7. questio. 1. Hierony. in epistolam Amos. cap. 1.

6 Hi autem schismatici parum ab hære

hæreticis distat, nam etsi Christianos se esse mentiantur, re tamè ipsa palam ostendunt, se credere, quod extra ecclesiā sit salus: quod summo pontifici non est parendū: quod scindi potest unitas ecclesiæ: quod extra ecclesiā sunt vera sacramenta: & alia præterea multa erronea, hæretica, & impia: quæ quidem omne schisma sequuntur: ut meritò Clemens quintus dixerit, inueteratum schisma, hæresim esse. extrauaga. Ad certitudinem. de sentent. excom. ca. Pudentia. c. schisma. 24. q. 1. Ioan. lup. de iure Nauarræ. par. 5. 8. 7.

7 Hinc est quod schismatici eisdem ferè pœnis coercendi sunt, quibus hæretici puniuntur. Nam & ipso iure sunt excommunicati, & ecclesiastica potestate, atque omni dignitate priuantur, & omnia eorum bona publicantur. ca. 2. de schismat. c. de liguribus. 23. q. 5. c. in nomine. 23. disti. ca. didicimus. 24. q. 1. cap. 1. de schisma. lib. 6. Ioan. Bern. in pract. cap. 105.

8 Præterea catholici schismaticorum communicationem diffugere debent: eosque propter schisma iuste debellare possunt: & iudices ecclesiastici & seculares eos punire tenentur tanquam hæreticos, aut certè tanquam vehementer suspectos. Ceterum si ad ecclesiæ unitatē puro corde redierint, benignè admittendi sunt, schismate prius abiurato. cap. clericus. 24. q. 3. c. quoties. 1. q. 7. Alex. Ales. 2. pat. quaest. 182. Ioan. Torquema. lib. 4. de eccl.

part. prima. c. 8. & 15. Ioannes lupus de iure Nauarræ. parte. quarta.

9 Alij sunt schismatici, qui nec hæretici sunt, neque in pœnam aliquā iuris incurrunt, quia iustam excusationem habent, & culpa carent. Hi sunt qui probabili, aut insuperabili ignoratā ducti putant aliquē esse summum pontificem, qui rectè electus non est: quod tunc euenire solet, cum propter ambiguam electionem duo, aut plures de pontificatu contendunt, & aliqui bona fidei, quendam illorum pro vero pontifice habent, qui tamen iuste electus non est. Nam etsi credere tenemur, verum Petri successorem, ecclesiæ catholicæ supremum principem esse: non tamè tenemur eadem fide credere, hunc vel illum esse verum Petri successorem, quando magna probabilitate dubitatur an ille sit rectè electus. Nec enim ad fidem catholicam pertinent, ea quæ ex dubio facto pendet: sed quæ ex certo iure nascuntur. Vide Gersonem, tract. de modo habendi se tempore schismatis & iterū sermo. de Angel. part. 2. Ioan. Torquema. da. li. 4. de ecclesi. par. 1. ca. 14. Frac. Picus. lib. de fide, theoremate. 17. Aluarum Pelagium. lib. 1. de planctu ecclesiæ. articu. 65. Alfons. lib. 1. aduers. hereses. cap. 9. Iacobatum. lib. 7. de concilio. arti. 1.

10 Extat in codice Theodosiano, sub titulo de his qui super religione contēdunt, lex Theodosij & Valentij. his ipsius verbis. Manichæos,

Ll 5 here

hereticos, Schismaticos, Mathematicos, omnemque sectam catholicis inimicam, ab ipso aspectu vrbis Romæ exterminari præcipim⁹: vt ne præsentia criminorum cōtagione fœdetur. Circa hos autem maximè exercenda commonitio est, qui prauis suasionibus à venerabilis Papæ sefe communionem suspendunt, quorum schismate plebs etiam reliqua vitatur. His conuentione præmissa viginti dierum cōdonauimus inducias: intra quos, nisi ad communionem redierint vnitatem, expulsi vsque ad centesimū lapidem, solitudine, quam eligunt macerentur. l. quinquagesimatertia.

11 Christus Deus noster apud Ioānem cap. 17. etixē patrem pro nobis rogat, vt vnum simus. Pater sancte, serua eos (inquit) in nomine tuo, vt sint vnum sicut & nos. Et paulò post: & ego claritatem, quam dedi mihi, dedi eis, vt sint vnū sicut & nos vnum sumus. Et Paul. apostol. prioris epistolæ ad Corint. c. 1. Obsecro autem vos fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadē sententia. Et ad Ephes. ca. 4. Obsecro vos vt dignè ambuletis, vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

12 Nouelli autem heretici hisce temporibus neque vnum sunt, neque

Dei claritatem habent, neque permanent in eodem sensu & eadem sententia: nec seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis, nec id ipsum dicunt omnes, sed sunt inter eos schismata: ita vt vel in vna domo, varias fides inuenias: dū aliud maritus, aliud vxor, aliud liberi, aliud credit familia: Fredericus quidem Staphilus triginta quatuor sectas discipulorum Lutheri enumerat: & plures quoque retulit Osius. lib. 1. aduersus prologomena Brentij. Neq; dubitari potest, quin prope diem innumerabiles alias inuenturi & excitaturi sint: tam varij, diuersi, & multiformes sunt. Quo vel solo patet, eos omnes in magna religionis confusione versari, & spiritu caliginis agitari.

13 Tales sunt omnes heretici (vt, inquit, Iræneus. lib. 5.) & qui se plus aliquid præter veritatem inuenire putant, variè & multiformiter imbecille faciētes iter, de eisdē nō semper easdem sententias habentes, veluti cæci à cæcis circumducuntur. Et Tertuli. lib. de præscrip. Vnde autem extranei & inimici apostolis heretici, nisi ex diuersitate doctrinæ, quam vnusquisque de suo arbitrio aduersus apostolos aut protulit, aut recepit? Et Athanasius in decretis synodi Ephesinæ, homines duplici animo, & instabiles in omnibus vijs suis, nec eandem habentes sententiam, sed nunc in hanc, nunc in illam sese vertentes: & nunc quidem probantes quod dicunt,

mox

mox verò vituperantes, quod paulò ante laudauerūt. Et Hilarius. lib. 7. de trini. ait, hereticorum esse incerta omnia & vana, inuicem dissidere, non eadem de eisdem dicere, semetipsos arguere, de eisdē verbis non consentientes differētia dicere, in idem tamen blasphemiam concurrere propositū. Et Epiphanius lib. 3. quando aliquos ex illis interrogaueris, omnes sanè diuersum respondent. & Augustinus in epistolam Ioan. tract. 7. Tollis te ab vnitatem orbis, diuidis ecclesiam per schismata, corpus Christi dila-

14 nias. & cetera in eadem sententiā. In hos igitur fanaticos impios, qui diuina omnia contaminare conantur, insurgant leges igne vltiore. Pellantur Hispania pestiferi heretici: qui omnem disciplinam veterem, quam spiritus sanctus docuit, quam tot maiorum ætates, tantus gentiū cōsensus, tot præclari, & omni sanctitatis atque doctrinæ laudē florētes homines tradiderūt, ex vera illa Christianæ reipublice gubernadē ratione, in perturbationē rerū omniū, & plusquā babilonicā confusionē coniciunt.

De scripturis diuinis.

Titul. LIX.

- 1 Scripturas diuinas veraces esse, credere debet quicumque catholicus.
- 2 Scripturas diuinas adulterare solent impiissimi heretici.
- 3 Libri, quos impij heretici reijciunt, pro sacris habendi sunt.
- 4 Scripturam diuinam à suo tantum Luthero fuisse intelletam, sceleratissimi Lutherani impiissime asserunt.
- 5 Scripturam diuinam quilibet de plebe & idiota interpretari audeat apud Lutheranos.
- 6 Lutherani quomodo interpretentur scripturas sacras.
- 7 Heretici noui aiunt, nihil esse credendum quod in sacris scripturis non sit expressum.
- 8 Scripturas sacras perperam & obliquè in confirmationem suarum heresum adducere solent heretici.
- 9 Scripturae verbis passim abutuntur heretici.
- 10 Heretici, quorum nullus est, qui sacrae paginae testimonijs suos errores non

- tueatur, diabolum patrem suū in hoc imitantur.
- 11 Disputandum quomodo sit cum hereticis.
- 12 Scriptura diuina intelligentia vnde sumenda.
- 13 Scripturam sacram in aliū sensum, quam solet ecclesia catholica, interpretari prohibet tridentina synodus.
- 14 Heretici, cum euangelicos se esse gloriantur, euangelij verba ad confirmanda nefaria dogmata perperam interpretantur.
- 15 Scripta sacra viri docti & pij frequenter legere debent.
- 16 Scripturae sacrae verba ad profanas res non esse detorquenda, cauetur in 4. sessione concilij Tridentini.
- 17 Scripturas sacras qui profanis rebus admiscunt, grauissime à Deo puniri solent.
- 18 Garcias sanctius poeta celeberrimus in furorē versus est, quod Iobri lectiones profanis amoribus accommodauerit.

Primus

De scripturis diuinis.



Primus gradus veritatis credendarum in religione Christiana, est canon totius sacre scripture, & singulorum que in eo sensu literario traduntur. Ad fidem enim catholicam in primis pertinet, credere, scripturas diuinas veraces esse, quippe quas Deus ipse manibus sanctorum virorum scripsit. Qui vero id inficiabitur, apostata quidem, & nihil minus, quam Christianus erit. Orig. lib. 4. de princ. Euseb. li. 8. de prepa. euangel. ca. 1. Gerso. in declar. veritatis credend. Aug. lib. 11. contra Faustum. c. ego solis. dist. 9.

2 Quum autem sacrarum literarum non solum sententias, sed etiam ipsam formam loquendi & ordinem, imò literas, ac literarum apices, dignum sit, tanquam res numine plenas venerari & amplecti, heretici pessimi sunt, qui totos interdum libros, interdum partes quasdam reseccant, quia excogitatis à se nouis dogmatibus, eas potissimum vident reluctari. Quod olim Marcion & Basilides, hodie autem Lutherus, Calvinus, & plerique omnes impij faciunt. Hierony. in proem. in epistolam Paul. ad Titum. Chrysost. in euang. Ioan. homil. 35. & Nicephor. lib. 4. eccles. histo. cap. 21. & cap. 28. Hermas libro. 8. de instauranda religione capite. 1.

3 Sed hi libri, quos heretici homines impia temeritate reiciunt, pro sacris, & afflatu diuino conscriptis

habedi ac venerandi sunt. Eos enim columna veritatis ecclesie, vt sacros agnouit atque probauit. Apostolico cano. vlt. Hieron. in prefati. ad lib. 1. reg. Innocen. 1. epistola ad Exuperium. August. lib. 2. de doctri. Christi. c. 8. Damascen. lib. 4. de fid. Ortho. Isidor. lib. 6. etymo. cap. 2. concil. Laodicen. ca. 59. concil. 3. cartha. ca. 47. concil. Triden. sess. 4. Nicepho. lib. 2. ca. penul. cum seq. Driedo. li. 1. de dogmat. ecclesie. Hermas lib. 8. de instaur. religio. Couarrub. li. 4. resoluti. cap. 14. Lindanus. lib. 3. Panopliæ euangelicæ cap. 3. & deinceps. Canus. li. 2. de locis theologi. cap. 9. noster Medina lib. 6. de re-cta in Deum fide, qui est omnino legendus.

4 Aiunt insanissimi heretici, scripturam diuinam esse facilem intellectu, & tamē à nemine fuisse intellectam vsq; ad Lutherum. In quo vt in plerisque alijs, helleboro magis, quam confutatione digni sunt. Inde fit vt apud istos hereticos, fullones, cerdones, sutores, & id genus ceteri, stupidi homines atque deliri, idonei sint concionatores, & impiorum dogmatum doctores, vt dignū sit patella operculum: similes quidem Vranio illi cuius meminit eleganter Agathius lib. 2. historiarum: & tamen eorum deliramenta ecclesie catholice anteponunt, vt & magistri atque discipuli prorsus sint inexcusabiles. De nulla re audet pronuntiare nisi doctus, exercitatus, & prudens: de

Titulus

LIX.

271

de religione autē quilibet, qui neque scientiam habet neque spiritum.

5 Idque est quod olim diuus Hieronymus querebatur, in epistola ad Paulinum. Agricola, inquit, & ceteri, fabri metallorum, lignorumue caesores, lanarij quoque & fullones, & ceteri, qui variā supellectilē & vilia opuscula fabricantur, absque doctore non possunt esse, quod cupiunt: sola scripturarū ars est, quam sibi omnes passim vendicant: hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent, antequam discant. Quod August. ferè repetit lib. de vtilit. credend. cap. 17. Adde Ciceronem li. 6. epistola. 120. De obscuritate scripturæ diuinæ multa noster Medina. li. 7. de re-cta in Deū fide. ca. 2. cū seq.

6 Postiferi huius temporis heretici dedignantur, verum euangelij sensum ab ipsis apostolorum temporibus huc vsque in ecclesia obseruatum, sequi, volentes potius errorum esse magistri, quam discipuli veritatis: catholici contra: non enim ex nostra præsumptione scripturarū sensum accipimus, sed ex ipsa ecclesia, columna & firmamento veritatis: quemadmodum sapientissimos atque sanctissimos maiores nostros fecisse & præcepisse memoriæ proditum est. Clemens lib. 2. & lib. 10. recognitionum. Iræneus lib. 4. cap. 45. Hierony. in prolog. super lib. Paralipo. & in epistolam Pauli ad Ephes. & in epitaphio Paulæ ad

Eustochium. Augusti. lib. de mortibus. eccl. cap. 1. Leo ad Flavian. epistol. 10. Vincent. Iirinen. lib. aduersus hereses à principio. Rufi. lib. 11. ecclesie. historie cap. 9. Theodoritus lib. 1. tripart. cap. 14. ca. relatum. 37. distin. ca. quid autem. 24. q. 3.

7 Illud verò, quod noui heretici aiunt, nihil esse credendum, quod in scripturis diuinis non sit expressum, non modò impium est, sed etiam prorsus insanum. Neque enim symbolum apostolorum, quod isti recipiunt, in scripturis expressum est: & passim heretici ipsi ad ecclesie traditiones vel inuiti confugiunt. Sed hanc demeritam impiam multi viri docti planissimè confutarunt, & nouissimè Hosius. lib. de expresso Dei verbo. & Lindanus. lib. 1. Panopliæ euangelicæ. & libro vltimo.

8 Nec miretur, nec decipiatur aliquis, si hereticum viderit scripturæ verba resonantem: is enim fuit ab initio, eritque semper mos hereticorum omnium, quod sanctissimi quique & antiquissimi maiores nostri obseruarunt. Iræneus lib. 5. aduers. heres. inquit, omnes heretici mendaciū abscondunt per scripturas. Epiphanius, heretici ferè omnes, de purissimo scripturarum fonte assumentes testimonia, simplicitatem sermonis ecclesiastici, id volunt significare, quod ipsi sentiunt. Hilarius ad Cōstantium imperatorem, memeto neminem hereticorum esse, qui non secundum scripturas prædicare ea, quibus blasphematur,

phemat, mentiatur. Ambr. in epistola Pauli ad Titum: heretici hi sunt qui per verba legis, legem impugnant. Hierony. aduersus Luciferianos: nec sibi blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare, quod dicunt: cum & diabolus de scripturis aliqua sit loquutus, & scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo. Et ne longum fiat, Aug. lib. quæst. ait: non potest error oriri palliatus nomine Christiano, nisi de scripturis male intelletis: sic enim à principio nascentis ecclesiæ, vsque ad seculum nostrum factum esse cõperimus. Nam & beatus Petrus testatur, paulinas epistolas ab aliquibus perperam intellectas fuisse, qui eas in suum errorem de torquere conabantur. hæc ille lib. 83. quæstionum ca. hæresis. 24. quæst. 3.

9 Nihil ergo magni faciunt nouitij heretici, cum ad persuadenda peregrina & impia dogmata, scripturæ verbis passim abutuntur. Arius pro sua heresi quadraginta testimonia diuinæ scripturæ proferbat. Et Nestorius pro sua impietate, sexaginta. Sed audi Originem in Ezechielé: cum heretici ex dogmatibus falsis volentes assumere defensionem, dicunt, scriptum est in propheta: testatur Moyses: loquitur apostolus: quid aliud faciunt quam accipientes panes veritatis, proponunt eos simulachris, quæ ipsi fingunt. Quod & alibi renouat Origen. in Ezechiel. homili. 7. & in Lu-

cam. homil. 31. Epiphani. in. 7. synodo generali tomo. quarto.

10 In hoc autem, vt in cæteris ferè omnibus, imitantur heretici patrem suum diabolum, qui Christum dominum tentans, post alia dixit: si filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim, quia angelis suis mandauit de te, &c. Sic nunc heretici dicunt catholico: si filius Dei esse vis, & regnum cælorum facile consequi, sola fide viua, spretis bonis operibus, mitte te deorsum: demitte te ex arce catholicæ ecclesiæ, & nostras ad inuentiones sequere. Quod si forte interrogas, vnde tibi probent, id quod aiunt, verum esse: statim illi scriptum est enim: & continuo mille testimonia proferunt, de lege, de psalmis, de prophetis, de apostolis, de euangelistis, quibus malo more interpretatis, ex arce ecclesiæ in heresis barathrum infœlix anima precipitur. Vide Vincentium Iirinensem. lib. aduersus hereses. Hosium libro, de expresso Dei verbo.

11 Cum autem heretici verum scripturæ sensum peruertere soleant, non est vlllo pacto solis scripturis cum eis disputandum. Nam vt inquit Tertulianus. lib. de prescript. aduersus hereticos, quantumuis sit aliquis in scripturis exercitatus, cum hereticis disputatione congregiendus, nihil proficiet, neque ipsis, neque audientibus orthodoxis. Quoniam siue defenderis tu quid, siue negaueris: scripturas veluti lesbiæ edificationis plumbeam quãdam regulam, ingenij

ingenij versutia in contrarium sibi accommodabunt. Quod si dixeris, vim afferri scripturis, & incongruas expositione torqueri, idem occlamabunt tibi: à se, videlicet, veritatem earundem stare, à te verò adulterari easdem: æqua enim est pars vtrinq; negandi & affirmandi. Non est ergo in scripturis aduersus hereticos constituendum certamen, in quibus aut incerta, aut parum certa est victoria.

12 Intelligentia verò scripturæ diuinæ sumenda est ab ecclesia catholica, quæ neque fallere potest, neque falli: & quæ, vt ait Iræneus, vbiq; prædicat veritatem. Et in concilio Mileuitano. cap. 2. decreuerunt patres, non aliter intelligenda esse verba sacræ scripturæ, nisi quemadmodum ecclesia catholica semper intellexit. Et hæc veritas omnium Christianorum consensu ab exordio religionis nostræ huc vsque recepta est. Iræneus. lib. 3. aduersus hæreses. cap. 40. & lib. 4. ca. 43. & 45. Origen. in Matthe. homil. 29. Vincent. Lirin. libro. aduersus hæreses. Leo magnus. epistola. 40. & noster Ayala. lib. de traditionibus. assertione quinta.

13 Tum illud addo, quod in Tridantina synodo constituerunt patres, his verbis. Ad coercenda petulantia ingenia, decreuit hæc sancta synodus, vt nemo suæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum, ad edificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacrâ scripturam ad suos sensus contorqueat: aut cõ-

tra eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione sanctarum scripturarum, aut etiam contra vnanimem consensum patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat. Qui cõtrauenerint, per ordinarios declarentur, & pœnis à iure statutis puniantur. sessione quarta.

41 Et quanuis hæc ita sint, heretici tamen huius temporis, omni fallacia pleni, scripturas diuinas pro sua libidine, impijs interpretationibus ad confirmanda nefaria dogmata, contra clarissima euangelij verba passim detorquent: & nihilotenus (si diuis placet) euangelici dici volunt, Manicheis quidem omnino similes, quibus diuus ille August. prudentissimè dixit: qui in euangelio quod vultis creditis, quod vultis non creditis, vobis potius, quàm euangelio creditis. li. 17. contra Faustum cap. 3.

15 Postremò, viri docti & pij scripta sacra frequenter legere debent: nam vt idem Augustinus ait, quicquid homo extra didicerit, si noxium est, ibi damnatur: si vtile est, ibi inuenitur. Et beatus Isidorus inquit, cum oramus, ipsi cum Deo loquimur: cum verò legimus, Deus nobiscum loquitur. Et Ioan. ille Chrysostomus, concione. 3. de Lazaro. fieri non potest, vt quisquam salutem assequatur, ni perpetuo versetur in lectione spirituali. Et paulo post. Vbicunque fuerint libri spirituales,

rituales, illinc omnis expellitur vis diabolica, multa que in habitantibus accedit consolatio: quando-
 quidem ipse etiam per se librorum aspectus segniores nos reddit ad peccandum. Quod si accesserit diligens lectio, non aliter quam in sacris adytis rebus diuinis vacans anima, sic repurgatur meliorque redditur, Deo cum ipsa per illas scripturas loquente. Aug. lib. 2. de doct. Chri. c. vlt. & ad fratres in Eremo. sermo. 38. & 56. Isidorus lib. 1. de sum. bono. c. 18. & lib. 3. ca. 8. cum seq. Basilii epistola. 1. Chryso. in Genes. hom. 29. & 35. in Matth. homil. 2. & 4. in acta apostolorum homil. 19. & de poenitentia. homi. 7. Cassianus collat. 8. ca. 3. & deinceps. Damascen. lib. 4. orthodo. fidei. ca. 18. Bernardus in scala claustralium.

16 Illud autem praterire non possum, quod in quarta sessione concilij Tridentini decreuerunt patres, his verbis. Post hæc, temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque conuertitur, & verba torquentur, & sententiæ sacræ scripturæ, ad scurrilia, scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitutiones, impias, & diabolicas incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos, mandat & præcipit, ad tollendam huiusmodi irreuerentiam & contemptum, ne de cætero quisquam, quomodo libet verba sacræ scripturæ ad hæc & similia audeat usurpare: & ut omnes eius generis corruptores, teme-

ratores, & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij poenis per episcopos
 17 coerceantur. anno. 1546.

Hoc quoque notatione dignum est, quod Iosephus memorat lib. 12. antiquitatũ Iudaicarũ. c. 2. Rex Ptolemæus videns septuaginta interpretum translationem in publicũ celsisse cõmodum, multum gaudius est: cœpitque de ea re conferre cum Demetrio, rogans quid factum sit, vt tam admirandarum legum, neque historicus vllus, neque poëta mentionem fecerit. Tum Demetrius respondit: neminem ausum eam attingere, quam constaret diuinam esse; & omni veneratione dignissimam: & punitos esse quosdam à caelesti numine, qui illã temerè atrectare non sint veriti. Theopompum enim volentem inde quædam suis scriptis inserere, mente motum fuisse diebus triginta, & per interualla insanie, precibus Deum placasse, facillè coniectem, quæ morbi causa fuerit, atque etiam in somnijs admonitum, hæc ideo pati, quod fuisset circa res diuinas curiosior, easque voluisset proferre profanis hominibus: quare cum à cœpto destitisset, sanam mentem ei fuisse redditam. Theodetæ etiam poëtæ, cum in quadam tragœdia vellet aliquid è sacris libris admiscere, oculos glaucomate suffusos caligasse: & cum erratum agnouisset, exorato Deo, redditam aciem.

18 Simile quippiam temporibus nostris contigisse scimus. Nã Gar-

tc

cius ille Sancius Pacensis, idioma te Hispano poëta celeberrimus, dũ furori poëtico nimium indulgeret, ac sacras lobilectiones profanis am moribus accommodare tentaret,

De sententijs.

- 1 Sententias per alios proferre possunt inquisitores.
- 2 Sententia condemnatoria quomodo formanda sit ab inquisitoribus.
- 3 Sententia condemnatoria continere debet tempus ex quo reus in hæresim incidit.
- 4 Sententia qua in hæresim lapsi ecclesiæ reconciliantur, non debet continere, illos esse aut fuisse hæreticos, vt nonnulli asserunt.
- 5 Sententia qua in hæresim lapsi ecclesiæ reconciliantur, debet continere illos hæreticos fuisse.
- 6 Sententia condemnatoria quid continere debeat.
- 7 Sententia forma contra relapsum vnde sumi possit.
- 8 Sententia reconciliationis iam lata, quomodo iterum examinari possit reus.
- 9 Sententia reconciliatiõis sine magis interlocutoria, quam definitiua.
- 10 Sententia quomodo ferenda est, cum inquisitores dissentiant.
- 11 Sententiæ cum publicè proferuntur aduersus hæreticos, quid ordo in illis seruari soleat.



1 Mnes iudices recitare sententias ex libello, seu breuiculo tenentur: neque debent id per alios facere, excepto si sint illustres, vel illustrem administrationem gerant. Quamobrem cum inquisitores causam fidei plusquam il-

iustissimo Dei iudicio, mente lapsus est: atque eius insaniam, ob eã causam obuenisse vniuersa Hispania palam professa est.

Titul. LX.

lustrem tractent, sententias per alios proferre possunt: quod quidem fieri debet coram clero & populo ad instructionem & documentum atque terrorem: & ita Hispanorum moribus iam olim receptum est. l. 2. C. de sentent. sine peric. recit. Domini. & Philip. Fræcus in cap. vt commissi. de hæretic. lib. 6. Conrad. Brunus libro. 4. de hæret. cap. 10.

2 Inquisitione autem criminis & totius causa diligenti examinatione contra reum facta, inquisitores cum episcopo vel eius vicario, & cum peritorum consilio, de sententia deliberabunt: vt reus vel condemnetur, si confessus aut conuictus fuerit, vel absoluetur, si de innocentia eius constiterit. Sententia igitur condemnatoria, ita formabitur, vt in ea primum qualitas doctrinæ & dogmatum ab ipso reo assertorum declaretur, deinde diligens criminum inuestigatio, citationes, admonitiones, confessiones, legitimæ probationes, & datæ ad poenitentiam dilationes: ad hæc in erroribus suis obduratus animus, & pertinax perseuerantia, & reliqua omnia, quæ ad iustum processum,

Mm contra

contra ipsum institutum & obseruatum; pertinent, enumerentur. Quibus omnibus ex ordine narratis, postremo pro qualitate criminis secundum regulas ecclesiasticas subiungatur ipsa sententię dispositio, quę condemnationem dogmatum, authorum, librorum, & cętera continebit. Brun. eod. c. 10.

3 Pręterea in sententia condemnatoria declarari debet tempus, ex quo reus in heresim incidit: ut ea sola inspecta, iudex bonorũ publicatorũ scire valeat, ex quo die bona ipso iure confiscata sunt. Quod epistola quadam generalis inquisitoris ideo cautũ est, ut ne sit opus totum processum ad eam rem excutere, ubi solent alia cõtineri, quę occulta esse oportet. Item alia epistola senatus cauetur, ut cum iudices & periti de sententiã ferenda deliberant, tunc etiam tempus heresis definiant. Epistola impressa inter instructiones, data Granatę anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo nono.

4 Quidam autem putant, quę ea sententia, qua in heresim lapsi reconciliantur ecclesię, non debet continere, illos esse aut fuisse hereticos: sed hac formula ferendã esse. Quia te inuenimus per tuam confessionem, & legitimam probationem hereticum fuisse: nunc autem saniori vsus consilio vis, ut asseris, ad unitatem ecclesię puro corde, & fide non ficta redire, ideo te in primis, abiurata omni heretica pra-

uitate, iuxta formam ecclesię, ab excommunicationis vinculis, quibus tenebaris astrictus, absolui; si tamen ad eandem unitatem ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata seruaueris. Arch. in cap. vt cõmissi. de heretic. lib. 6. & illic Domini. in. s. nec non. Ioan. de Anan. in. c. penul. eod. titul. lib. 5. Gonsal. de hereti. prauit. quęstio. 20. Franciscus squila. de fide catholica. capite vigesimo septimo.

5 Verior tamen sententia est Ioannis Andreae dicentis, iudices pronuntiare debere talem cõuersum, hereticum fuisse: neque enim est quicquam, quod obstet, cum ecclesię constet, illum fuisse hereticum. Et ita quodam instructionis capitulo nominatim cauetur, addita formula huiusmodi, ut qui reincorporantur vel uniuntur ecclesię declarentur fuisse heretici, vel apostate, & incidisse in penas iure statutas: sed quia dicunt, se velle puro corde & fide nõ ficta ad ecclesiam redire, iudices absoluunt eos ab excommunicatione, & reconciliant eisdem ecclesię, si ita est, ut asserunt, quod absque vlla simulatione vere conuertuntur. Ioan. And. in eod. c. vt cõmissi. i. instru. Hispal. c. 10.

6 In sententia verò condemnatoria debet reus declarari hereticus pertinax, & eius bona publicari: eius quoque dogmata & scripta sunt condemnanda, & anathematizanda: & pręterea priuatus est beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis, &

& quibuscunq; honoribus: postremo, curię seculari relinquendus est, animaduersione iusta puniendus. Concilio Constantien. sessione 15. Conradus Brunus lib. 4. de hereticis. capite decimo.

7 Forma sententię contra relapsum poterit ex ea sumi, quę cõtra Hieronymum de praga lata fuit in cõcilio Cõstantiensi hoc verborum tenore: Sancta synodus eundem Hieronymũ, palmitẽ putridum in vite non manentem foras mittendum decernit: ipsumque hereticum, & in heresim relapsum, excommunicatum, anathematizatum, pronuntiat, declarat, & damnat. & cętera. sessione vigesima prima.

8 Ceterum qui post sententiam reconciliationis conuictus fuerit hereses aliquas, vel hereticos celasse, aut se iactasse, dicendo se fuisse innocentẽ & iniuste dñatum, iterũ examinari debet, tanquã impoenitens: neque enim proderit ei sententia, qua fuit reconciliatus ecclesię, quia eo ipso apparet, eam fuisse latam ex ficta confessione, & simulata conuersione. Pręterea, si quid nouę probationis contra conuersum accesserit, debet rursus causa tractari, non obstante sententia reincorporationis, vel absolutionis, vel purgationis, vel quęstionis in eadem causa prius lata. Et ita quibusdam instructionum capitulis continetur. prima Hispalensi. cap. 13. & instructio. 3. Valdolitana, capite tertio.

9 Pręterea sententiã reconciliatoriam, ut quidam putant, interlocutoria magis est quã definitiua: quamobrem aiunt, eam ab eisdem iudicibus ex causa reuocari posse. Sed quauis hoc ita sit, meo tamẽ iudicio sententia illa, magis definitiua est, quã interlocutoria: quia finem causę imponit, absolutione & condensatione. Neque ideo minus definitiua est, quia reuocari potest ex causa: cum etiam definitiua sententia, qua reus absoluitur, vel ad perpetuum carcerem damnatur, ex iusta causa retractari queat, ut paulo antea ostendimus. Ioan. Andre. Domini. & Ancharra. in. cap. vt commissi de heretic. lib. 6. l. 1. & l. quod iussit. de re iudi. cap. cum cessante. de appella.

10 Cum autem inquisitores dissentiant, & causa in senatu sanctę inquisitionis definitur, sententię subscribere omnes debent, etiam ij qui contrariam, vel diuersam opinionem tuebantur. Quod si fortẽ in prouincia quapiam tres inquisitores sint, & vnus eorum cum episcopo vel eius vicario sentiat, alij autem duo inquisitores ab eis dissentiant, remittenda causa est ad senatum. Si verò duo inquisitores cum ordinario iudice consentiant, sententia protinus ferenda est, non expectato iudicio senatus. Pręterea cum supremi iudices sententiam ferunt, dissentientibus inquisitoribus, nulla mentio dissensionis in sententię prolatione fieri

De seruis.

debet. Quæ omnia pluribus senatus epistolis plenius continentur.

11 Illud quoque vsu receptum est, vt cum sententiæ aduersus hæreticos publicè proferuntur, nouissimè legantur illæ, quibus pertinaces & impœnitentes damnantur. Et illud item, vt prælectis summaria relatione actis processus, priusquam sententiæ condemnatoriæ proferantur, sistatur paululum, & coram omni populo admoneatur hæretici, vt conuertantur tandem, quia durat adhuc tempus miseri-

De seruis.

- 1 *Serui quales fuerint apud antiquos.*
- 2 *Serui Christianorum non efficiuntur Christiani bello capti.*
- 3 *Seruos non effici Christianos bello captos ex Vlpiani responso deducitur.*
- 4 *Serui ex quo genere hodie, & quales sint.*
- 5 *Seruorum genus cur nequæ & peruersū sit.*
- 6 *Serui quò pacto educari debeant.*
- 7 *Seruorum libertas cur neque pia sit, neque utilis nostris temporibus.*
- 8 *Serui eorum, qui labuntur in hæresim, si Christiani sint, libertate ipso iure donari solent.*
- 9 *Seruis libertas semel concessa non adimenda est, etiam si eorum domini hæretici ad fidem catholicam redeant.*
- 10 *Serui Christiani possideri nõ debent ab hæreticis, Iudeis, aut Mahumetanis.*
- 11 *Serui hæretici quomodo puniendi sint.*
- 12 *Seruus si iussu domini sui imagines sanctorum fregerit, mitius puniri debet.*
- 13 *Seruus in quibus causis contra dominum suum testis esse possit.*

1 **V**eteres legum latores & iurecõsulti frequentissimè seruorum meminerunt: vsq; adeo, vt bonã iuris ciuilibus partem serui occupent.

cordiæ: qui si dixerint, se conuerti velle, reducendi sunt ad carcerẽ, & ad pœnitentiã, si cõuersi fuerint admittendi: si verò in sua pertinacia & impœnitentia perstiterint, legenda sententia est, & confestim à iudicibus seculari rapiendi sunt, & ad ignem damnandi & protinus concremandi. Cum Lutheranis autem aliud fieri debet: quia sunt omnium hæreticorum pessimi & perniciosissimi, & perrarè rectè conuertuntur: quas ob res seuerius cum eis est agendum.

Titul. LXI.

Quod quidẽ iure ac merito ab illis eo tẽpore fieri solebat, quo pleriq; seruorum viri boni & prudẽtes erant, dñis suis in eo tẽm inferiorẽ, q̃ bello victi efficiẽbãtur eorũ serui: quãobrem digni erant, quibus dñi res suas crederent: & eorũ libertas pia & fauorabilis erat. Seruus fuit olim diuinus Plato, seruus Aesopus, seruus Diogenes, alijq; multi præterea præstãtissimi viri: nõ ergo mirũ videri debet, si plurimũ leges seruus faueret. Et si enim seruus quis sit, nihilominus homo est, vt ait Philemõ: & sicuti Sophocles inquit, etsi corpore seruus sit, mens tẽm libera est. Nomẽ sanè (Euripide athore in Menalippe) nõ corripit bonũ seruũ: sed multi meliores sunt, q̃ ingenui. Et alibi dixit. Quãm iucũda res est dñis, seruũ beneuolum in quibus nancisci. De his seruis loquens ecclesiasticus inquit: seruus sensat⁹ sit tibi dilectus quasi

Titulus.

LXI.

275

quasi anima tua: non defraudes illum libertate, neq; inopem derelinquas illum. E iterũ, si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem, sic eum tracta. De his quoq; seruis Plato dialogo sexto de legibus inquit: multi serui quibusdam meliores ad virtutem omnẽ, quã fratres & filij, domos, rem dominorũ omnem, & dominos ipsos seruarunt. De talibus deniq; seruis multa ciuis meus Seneca, alijque tradiderunt. Eccles. 7. & 33. Stobæus serm. 62. Senec. epistol. 47. Geli. li. 2. ca. 18.

2 Ceterũ antiquissima & optima cõsuetudo lege regia comprobata, inter omnes Christianos inualuit, vt bello victi Christiani, nõ efficiantur Christianorũ serui. regia. l. i. tit. 29. par. 2. Bart. in. l. Hostes. de captiuis. Ioan. de Platea. in. l. i. C. vt armo. vsus lib. ii. Abb. & Bellame. in. ca. sicut. 3. de iure. iuran. Salicet. in. l. ab hostib⁹. C. de capti. Syluest. in summa, verbo, bellũ. i. Conrad. de contracti. quæ. 74. Bohe. decisi. 178. & in consuetudi. Bituricen. in prin. Couarru. in cap. peccatum. de reg. iu. lib. 6. p. 2. §. ii.

3 Cõuestiri potest ea consuetudo responso quodam Vlpiani dicentis, in ciuilibus dissensionibus captos ciues, non amittere ingenuitatem, etiam si venundati sint: bella autem inter Christianos dissensiones sunt plusquam ciuiles, cum simus omnes fratres in Christo & ecclesia, & inimicos etiam dilige-

re teneamur. Accedit eodem, Platon ille diuinus. lib. 5. de republ. docens neminem græcũ à græcis bello captum seruũ esse debere: quia dissensiones inter ipsos græcos, magis seditiones esse censebat, quã iustum bellũ. Quamobrem legem illis sanctissimã ponebat, vt neq; popularentur agros, neq; igne edes cõsumerent. Neq; putabũt, inquit, in singulis ciuitatibus oēs sibi aduersos esse, sed paucos admodum inimicos. Addit præterea, sic bellũ esse gerendũ, vt existimẽt, non semper se inuicem pugnatorios, sed quandoque reconciliandos. Quod utinam hodie Christiani facerent. l. si quis ingenuam. de captiuis.

4 Cũ ergo iã serui non sint, nisi vel Mahumetani vel Aethiopes, perfidi homines & stolidissimi, quibus (vt in prouerbio est) serpentũ saccũ vix credere possis, nõ est op⁹ hodie multa disputare de seruis. Est sanè seruus, vt Democritus inquit, necessaria magis q̃ iucũda possessio. Sæper improbi sunt serui, & malũ est eorũ gen⁹, authore Euripide. Et iuxta Theognidis sententiã, nunquã rectum est seruile caput, sed semper intortum, & obliquũ collum habet. Seruorum in dominos (sicuti Lutianus in Palinuro ait) semper prõpta maledicta, furta, impositiones, fuga, arrogantia, negligentia, temulẽtia, edacitas, somnolẽtia tarditas, ignauia. Et Plautus in Aulularia. serui furaces, versipelles, callidi, occlusa sibi mille clauibus re-

M m 3 serant,

serant, furtimque raptant, consumunt, liguriunt, centena nūquam dicturi fuita cruce. Sunt profecto, serui ferè omnes proterui, mendaces, fures, helluones, impudici, ac dominorum hostes. Vnde iam olim dici solebat, nihil in animo serui integrum esse, neque quicquam seruorum generi esse credendum. Quod & Homerus apud Platonē testatur, dicēs: dimidiū mētis Iupiter illis aufert, qui seruitutis sortī subiecti sunt. Et Caius Calsius de supplicio seruorū in senatu loquēs, inter alia dixit. Suspecta maiorib⁹ nostris fuerūt ingenia seruorū, etiā cum in agris, aut domibus iisdē nascerētur, charitatemq; dñorum statim acciperent: postq̄ verò nationes in familijs habemus, quibus diuersi ritus, externa sacra, aut nulla sunt: colluuiem istam nō nisi metu coercueris. Author Cornelius Tacitus lib. 14. Annali. Plato dialogo sex. de legibus.

5 Harum rerū causas Theophrastus tradit, his verbis. Est nescio quo pacto seruorū genus, perulās, nequā, & improbū: quia neq; rectè sint & liberaliter educati, sed à dominis semper neglecti: neque sub ratione proborū hominum veniāt, & libertate fruētium: neq; liberè sint, vel enutriti, vel instructi. Addit Celsius, quia seruitus ingenuos animos frangit: misera enim est & contēptibilis. Et iuxta Homerum Odisee septimo: dimidium virtutis ei perit, quem seruilis obualla-

rit necessitas. Vnde fieri solet, seu premente vi, siue educatione praua; seu utroq; potius, vt parte plurima serui de prima malitię ac vafriçie nota sint, & habeantur. Theophyl. in epistolā Pauli ad Titū. c. 2. Celsius. li. 7. lectionum antiqua. ca. 31. Athenęus. lib. 6. capit. 7.

6 Quo autē modo serui sint educandi, docet Plato loco prænotato, dicens: educentur serui rectè, non solum ipsorum gratia, sed dñorum multò magis. Est autē recta horum educatio, vt nulla ipsis contumelia inferatur, iniuriq; his multo minus, si fieri possit, quàm à qualibus inferenda. Et paulo post: castigandi, cædendiq; semper iure sunt serui, neque ita monēdi, vt liberi, ne molliores fiant. Alloquutio omnis ad seruos, quodāmodo imperium sit, neq; iocus vllus cum ipsis, seu fœminis, siue masculis habeatur. Quod multi stultè facientes, dum delicatos eos nutriunt, difficiliore vitam & sibi ad imperandum, & illis ad obediendum reddunt. Eodem ferè pertinent, quę de seruis apud ecclesiasticum scripta sunt: Ci baria & virga & onus asino, panis & disciplina & opus seruo. Operatur in disciplina, & quærit quietescere: laxa man⁹ illi, & quæreret libertatem. Iugum & iorum curuant collum durum, & seruum inclināt operationes assidue. Seruo male uolo tortura & cōpedes: mitte illum in operationem, ne vacet: multam enim malitiam, docuit otiositas.

In

in opera constitue eum, sic enim condecet illum. Quod si non obaudierit, curua illum compedibus, & non amplifices super omnem carnē: verum sine iudicio nihil facias graue. Vnde sanctissimè legibus prohibetur, ne domini seruos suos occidant, neque in eos seuerius animaduertant. Ecclesiastici. 33. ad Ephes. vltim. Exod. 21. l. 1. cap. de emenda. seruo. §. 1. cum seq. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. Alexā. ab Alexandro. lib. 3. Genia. dierum capit. 20. Igneus in. l. etsi certus. §. si vnus. ad sillani.

7 Cum igitur omnes ferè serui hodie stolidi atque improbi sint, eorum libertas, mea quidem sententia, ne opia nec utilis est: nisi forte serui sint boni, & industria sua facile alimenta quærere possint. Nam qui aliter manumittuntur, otiosi protinus & fures fiunt, & in carcere & furcis, vel certè in pauperum domibus mori solent: quibus longè melius foret in seruitute manere, quàm licentiosa libertate in sui necem abuti. Vt enim Menander ait: multò potius est, bonum dominum esse nactum, quàm viuere liberum humiliter & malè. Satius quidem est bonum consequi dominum, quàm liberum humiliter & malè vitam degere.

8 Sed quantum hæc ita sint, nihilominus tamen iura libertati fauent: vnde si serui Christiani sint, & eorum domini labantur in hæresim, legum datoribus placuit,

libertatem illis ipso iure concedere. l. Manichæos. c. de heretic. cap. vltim. eod. tit. libro. 5. regia. l. vltim. titu. 21. par. 4.

9 Neque ideo minus libertatem consequentur serui, quia domini eorum heretici ad fidem catholicam fortè conuersi fuerint. Nam etsi ad ecclesie vnitatem, intra tempus gratiæ redierint, & omnia illis bona fuerint à rege concessa, seruorum tamen damnium recuperare non debent: quia libertas, quocunq; modo data, reuocanda non est: neq; beneficium principis, cuiquam damnosum esse debet. Prima instructione Hispanen. cap. 24. l. 1. cum seq. C. si aduer. libertat. l. 2. §. si quis à principe. ne quid in loco publico fiat.

10 Præterea serui Christiani possideri non debent ab hæreticis, Iudeis, Mahumetanis, vel alterius cuiuscunq; secte hominibus: neque ab eis emptionis, donationis, successionis, aut quolibet alio titulo haberi, vel detineri possunt: sed vel ad libertatem perducendi sunt, vel certè ab eis auferendi: ne religio Christiana, istis subiecta polluat. Nefas quippe est, vt is, quem Christus dominus sanguinis sui effusione redemit, Christiana religionis hostibus seruire permittatur, à quibus facile corrumpi & subverti queat. Vt enim Euripides inquit: serui plerunque dominorum morbis infici solent.

Hinc sanctissime imperatorum leges ortę sunt, quibus id ipsum sapientissime prohibetur: sed illam præterire nõ possum, quam Honorius & Theodosius his ipsis verbis promulgarunt. Christiana mancipia nemo audeat comparare: nefas enim æstimamus, religiosissimos famulos, impijssimorum emptorum inquinari dominio. Et cętera quę consequuntur in codice Theodosiano, titulo. ne Christian. mancipia Iudeus habeat. ca. mancipia cũ seq. 54. distinct. ca. 1. & 2. de Iudeis l. 1. C. ne Christian. mancipia tertio concilio. Aurelian. cano. 10. & 4. concilio. can. 18. & 1. Matifconen. cano. 10. & 4. Toletano cano. 64. regia. l. 13. titul. 9. pa. 6. & l. pen. tit. 24. p. 7. Tiraq. de pœn. caus. si. nu. 95.

Postremò seruus hereticus pertinax & impœnitens curię seculari relinquendus est. Si verò ad ecclesiam verè pœnitens conuersus fuerit, admittendus est; salutari pœnitentia iniuncta. Nonnunquam tamen fieri solet, vt seruus pro modo culpę flagellis cęsus domino reddatur: quia pœna pecuniaria in seruum non cadit, neque infamia notari potest, cum nullius existimationis sit. Quamobrem, pœna liberi hominis commutatur aduersus seruos in aliam extraordinariam coercionem: quod iure ciuili frequentissime constitutum est. Et id Plato ille diuinis legibus suis cauit: de his enim loquens, qui ficus aut uuas alienas furto subtraxerit,

si homo liber fuerit, quoniam lex est (inquit) vt nemo moueat, quę non deposuit, multetur. Quòd si seruus quispiam, non persuaso agri domino eas acceperit, pro singulis ficibus, & vuarum acinis equalia numero verbera patiat. Demosthen. quoq; in oratione aduersus Androthionem dixit: si considerare vultis inter seruitutē & libertatem quid intersit, hoc potissimum reperietis: q; seruis omnia scelera corpore sunt luenda: ingenuis autem tamen si maxima in se facinora admitterint, corpus tamen tueri licet: his enim plęraque delicta pecuniaria multa luenda sunt. l. in seruorū de pœnis. l. hos accusare. §. omnib; de accusat. l. quod attinet. de reg. iur. Plato. 8. de legib. regia. l. 10. titu. 1. par. 7. Chryf. in priorem Pauli epistolam. ad Corint. homili. 19. & in epistola ad Tirū. homilia. quarta.

Si seruus iussu & coæctu domini imagines sanctorū fregerit, aut simile quippiam commiserit, mitius puniendus est: l. seruos. C. ad. l. Iul. de vi. & inibi interpretes. l. 2. C. de sepul. violato. Tiraquel. de pœnis. causa. 34.

Quantis autem seruus contra dominum testis esse nõ queat, neq; in caput domini torqueri possit: quia vt Iulius Paul. inquit, non oportet in rebus dubijs, salutem dominorum seruatorum arbitrio committi: excipitur tamen erimen læsę maiestatis, atque ad eò heresis. Reiciende quidem sunt, vt lex inquit,

quit, accusationes ac delationes seruatorum in dominos, excepto maiestatis crimine, in quo etiam seruis honesta proditio est. Et alia lex ait, vocem seruatorum funestam in dominos interdici oportet, maiestatis crimē excipimus. Et Iulius Paulus. dānati serui, siue post sententiā,

siue ante sententiā dominorum facinorā confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi fortē reos deferant maiestatis. l. penul. C. qui. accusat. no. pos. l. 1. C. de quæstio. l. vltim. de delator. lib. 10. Iulius Paul. lib. 5. sentent. titu. 15. & titu. 18. & l. 2. titu. 6. lib. 9. C. Theodosi.

De sortilegis. Titul. LXII.

1 Sortilegi qui sint.

2 Sortilegi ab inquisitoribus quando puniri possint.

3 Sortilegia, quę manifestam hæresim sapiant.



Sortilegi sunt, qui sub nomine fictę religionis, per qualdā sortiles, quę a apostolorum vel sanctorum vocant, diuinationis scientiam profitentur. Item illi sortilegi sunt, qui quaruncunq; scripturarū fortuita inspectione futura prædicunt. Isti autem, qui sortibus inquirent futura contingentia, vel presentia, vel præterita vsque ad eò occulta, vt naturaliter ab eisde sci-

2 Quantis autem sortilegi puniendi non sint ab inquisitoribus, sed

ab ordinarijs iudicibus: hoc tamen locum non habet, cum sortilegia sapiunt manifestam hæresim, aut vehementer suspecta sunt. Veluti si sortibus demon consuleretur, vt futura prædiceret: solius nanque Dei est, futura præscire, qui in sui contemplatione, etiā angelos, illa præscire interdum facit. In summa de his ferè omnibus sortilegijs cognoscere possunt inquisitores, quia noxia & superstitiosa sunt, ex quadā pestifera societate hominum improborum ac demonum, quasi pacta infidelis & dolosę amicitia constituta. ca. accusatus. §. sane. de hæret. lib. 6. 26. quęstio. 5. cap. 1. & 26. quęst. 2. ca. illud.

3 Illa sortilegia sapiunt manifestā hæresim, quę sine aliqua hæresi exerceri nequeunt. Item illa sortilegia sapiunt hæresim, & valde suspecta sunt, quę prima fronte præferunt odorem & saporem hæresis. Verbi gratia cum in sortibus aut sortilegijs commiscantur aliqua dicta, vel facta hæretica, vel quę probabilem suspensionem hæ-

De superstitionibus.

resis prebent. Proinde qui cadaver hominis baptizat, ut inde sortium responsum habeat: & qui alijs sacramentis ecclesie, in eandem superstitionem abutitur, & qui demonem sortibus inuocat, denique quicumque simile quippiam committit, ab inquisitoribus interrogari, & recto arbitrio pro modo

culpæ, damni dati, & scandali puniri debet. Vide Lucam. in. l. 2. C. quand. & quib. lib. 10. Alex. Ales. 2. part. questio. 185. Tho. 2. 2. quest. 95. Paul. Grillan. tract. de sortil. Albert. Campen. lib. 8. de liber. hom. arbi. ca. 4. Alfons. Castren. lib. 1. de iust. here. puni. cap. 13. Ioã. Bernar. in pra. cap. 100.

De superstitionibus. Titul. LXIII.

- 1 Superstitio quid sit.
- 2 Superstitionum plures sunt species.
- 3 Superstitio in Deuteronomio vehementer improbat.
- 4 Superstitionem execratur Origenes.
- 5 Superstitiosum & impium est somnijs credere.
- 6 Superstitiosi sunt, qui quosdam dies fortunatos, alios esse infelices putant.
- 7 Superstitiosi sunt, qui ex sideribus & cometis futura predicunt.
- 8 Auguria obseruare, & futurorum euentus ex stellarum cursu rimari, quam impium sit, docet diuus Hieronymus.
- 9 Vespasianus cum ager esset, de cometa quodam quid dixerit.
- 10 Superstitiosum est, per sortes de futuro aut occultis inquirere.
- 11 Pactum cum demone facere, quam impium sit.
- 12 Pactum cum demone non solum expresse, sed etiam tacite sit.
- 13 Pacta cum demone facta rescindi non posse, nisi demon ipse consentiat, vulgus imperitum falso credit.
- 14 Magica artes ex pactis demoniorum constant.
- 15 Magos peregrinos Tiberius Cesar morte affecit.
- 16 Magicas artes quibus verbis detestetur Cyprianus.
- 17 Magicas artes quibus verbis detestetur Augustinus.

- 18 Magica artes quam vanæ & perniciose sint, docet Gratianus.
- 19 Superstitionibus annumerantur ligaturæ & remedia, qua medicorum etiam disciplina condemnat.
- 20 Superstitiosa remedia quibus verbis reprehendat Chrysostomus.
- 21 Periculis superstitio cum langueret ex morbo.
- 22 Figuras aut stigmata fieri, quomodo prohibebatur in leuitico.
- 23 Superstitionibus qui se addicunt, Christianæ fidei, & baptismi prauaricatores sunt.
- 24 Superstitiones quomodo irrideant Terentius, Cicero, & M. Varro.
- 25 Superstitiosos quibus scömatis multi veteres irriserunt.
- 26 Superstitiosos quomodo irrideat in comœdia Philemon.
- 27 Hector Polydamantem augurem quomodo irrideat apud Homerum.
- 28 Iudæi cuiusdam in augurem quendam scommata.
- 29 Pactum cum demone habere, qui iudicandi sint.
- 30 Demones ab homine cogi non possunt, ut in uirginis annulo aut pyxide trahantur.
- 31 Demones fingunt se captos & uinctos a magis, ut eos ita capiant.
- 32 Demones a nulla re corporeâ pati possunt.

Super

Titulus

LXIII.

278

33 Superstitiosum esse aliquid, quomodo cognosci possit.

34 Inquisitores apostolici sortilegos & superstitiosos quando punire possunt.

35 Magos & excantatores quomodo censent Plato puniendos esse.



Superstitio (ut Varro inquit) est falsa religio, quæ falsum Deum, aut verum quidē, sed falso ac vanè metuit. Et Cicero in superstitione inest timor inanis Deorum: imbecilli animi arque anilis est superstitio: qua qui est imbutus, quietus esse nunquam potest. Gellius, superstitio est inepta & importuna religio. Et Seruius, à superstitite superstitio dicta, quæ anicularum propria est, quæ multis per etatem superstites sunt: & quæ reb. inanibus additæ, dum volunt videri nimis religiose, superstitiose fiunt, & ita delirant. Theologi verò superstitionem esse aiunt, vitium religioni oppositum, exhibens cultum diuinum, cui non debet, vel eo modo, quo non debet lactant. li. 4. diuina. instit. ca. 28.

Superstitionum autem plures sunt species, & omnes diuino cultui aduersantur, secundum diuersos fines. Ordinatur enim diuinus cultus ad reuerentiam Deo exhibendam: & contra illum est idololatria. Ordinatur etiam ut homo instruat a Deo: & huic opponitur superstitio diuinationum, quæ demones consulit expresse vel tacite. Deum ordinatur ad quandam dire-

ctionem humanorum actuum secundum precepta Dei: & contra hoc est superstitio quarundam obseruationum, quibus facta superstitionum perperam diriguntur. De diuinationibus, & idololatria, suis locis differuimus: superest, ut de obseruationibus superstitionis, de pactis demonum, ac de illorum prestigijs, aliqua referam. Tho. 22. q. 92.

In Deuteronomio, legitur. capit. 18. Caue ne imitari velis abominationes gentium, neque inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem: aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui phytones consulat, neque diuinos, & querat a mortuis veritatem. omnia enim hæc abominatur dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos.

Origenes lib. 1. in Iob, quidam, inquit, sternutamentis obseruiunt, & inuocationibus atque reuocationibus, & occurribus atque volucrum vocibus: non intelligentes miseri & spe vacui, quod a domino gressus hominis diriguntur. Et paulo post: qui autem ad hoc intenderint, horum gressus conturbabuntur, horum opera impediuntur, ab istis Dei visitatio recedit, istos sancti angeli derelinquunt; cum istis diabolus permanet infatuans mentes eorum, obtundens corda illorum, abstrahens a Deo sensus eorum. Hæc & alia in eandem sententiam tradit Origenes ibidem & lib. 3. colu. 12. & in libro

De superstitionibus.

libro numetorum homili. decima
tertia & decima sexta.

5 Sōijs credere, superstiosum
& impium est. Nō angurabimini,
neq; obseruabitis somnia, inquit
scripta sacra. Vana spes & menda-
cium viro insensato: & somnia ex-
tollunt imprudētes. Quasi qui ap-
prehendit vmbra & persequitur
ventum, sic & qui attenderit ad vi-
sa mendacia: secundum hoc visio
somnia, diuinationis erroris &
auguria, mendacia, & somnia ma-
leficientium, vanitas est. Ne dede-
ris in illis cor tuum: multos enim
errare fecerunt somnia, & excide-
runt sperantes in illis. Non est igitur
somnia habēda fides (quicquid
scripserit Artemidorus) quia vana
sunt & ex repletione, aut vacuitate,
aut egritudine, aut illusionē demon-
um, aut ex causis naturalibus, co-
rū imagines & phantasmata pro-
uenire solent. leuit. 23. ecclesia. 34.
Thom. 2. 2. quæst. 95.

6 Qui putant dies quosdam for-
tunatos, alios infelices esse, hi pro-
culdubio vehementer errant. Neq;
enim ratio reddi potest, cur magis
infausti sint dies martis & veneris,
aut quidam alij, quam ceteri dies:
Deus etenim eodē modo fecit hos
atq; illos dies. Et sicut diuus Chry-
so. oratione Kalēdis habita inquit:
dies bonus & malus est, dñ sua quadā
& propria natura, (nihil enim dies
à die differt) sed nostra vel negligē-
tia vel ignauia. Si iustitiam feceris,
bonus tibi dies erit: sin peccatum

designaueris, malus & supplicio ple-
nus. Et beatus Augustinus in En-
chiridio: quis existimaret, quā
magnum peccatum sit, dies obser-
uare, & menses, & annos, & tempo-
ra, sicut obseruant qui certis diebus,
siue mensibus, siue annis, volūt, &
nolunt aliquid inchoare, eō qd, se-
cundum vanas doctrinas homi-
num, fausta vel infausta existimēt
tempora, nisi huius mali magnitu-
dinem ex timore apostoli pensarem-
us, qui talibus ait. Timeo ne sine
causa laborauerim in vobis. Ad Ga-
lat. 4. ca. non obseruetis cum sequē-
tibus. 26. quæstio. 7. Macrobius li-
bro primo Saturnalium.

7 Est & alia superstitio corū, qui
ex syderibus & cometis, & facibus
caelestibus futura prædicunt: quo-
rum omniū impia temeritas coer-
cenda & reprimenda est: sed illorū
præcipuē, qui omnia pendere ab
astris, & ab eis largiri putant: hi e-
nim cōsummati heretici sunt. Au-
gures, inquit Esaias, qui contem-
plabantur sidera, & supputabant
menses, vt ex eis annunciarent vē-
tura tibi, ecce facti sunt quasi stipu-
la, ignis combussit eos. Et per Hie-
remi. dominus iuxta vias gentium
nolite discedere, & à signis cæli no-
lite metuere, quæ timent gentes: no-
lite timere, eā quæ neque malè pos-
sunt facere, neque bene. Esaię. 47.
Hierem. cap. 10. Aug. lib. 2. de Ge-
nesi ad literam. ca. 17. Cælius lib.
14. lectio. antiqua. cap. 9.

8 Diuus Hieronymus inquit, ob-
seruare

Titul.

LXIII.

279

seruare auguria, requirere stellarū
cursus, & euentus ex his futurorū
rimari, ceterisq; huiusmodi super-
stitionibus implicari, opprobrium
Aegypti est, idololatriæ matris. ca.
sed & illud. 26. q. 2. Gelius libro. 14.
capit. 1.

9 Vespasianus æger, ijs qui de co-
mete nescio quid inter se colloque-
bantur, dixit: non mihi, sed regi
Parthorum, mortem portendit: ille
enim comatus est, ego Calus sum.
author Xiphilinus cum Dione Ni-
cæo in eodem Vespasiano.

10 Per sortes quoq; de occultis aut
futuris inquirere, superstiosum
est. Diuus Augustinus epistol. 119.
inquit, hi qui de paginis euangeli-
cis sortes legunt, etsi optandum est,
vt id potius faciant quā ad demo-
nia consulenda concurrant, tamen
ista mihi displicet consuetudo, ad
negotia secularia, & ad vitæ huius
vanitatem, diuina oracula velle cō-
uertere. Et Gratianus: etsi sortibus
nihil insit mali, prohibētur tamen
fidelibus, ne sub specie diuinationis
ad antiquos idololatriæ cultus
redeant. cap. hi qui. ca. fors. 26. q. 2.
Troilus Maluetius tract. de sortibus.

11 De pactis cum demonibus fa-
ctis, ac de impia illorum societate,
pauca nunc commemorabo: quia
omnes ferè superstitiones inde na-
scuntur, vel eodem redeunt. Ger-
son, pactum cum demone facere,
speciem idololatriæ atque apostasię
esse ait. Et Esaias sub istorum perso-
na: percussimus fœdus cum mor-

te, & cum inferno fecim⁹ pactum.
Et Aug. lib. 2. de doctrina Christia.
ca. 23. superstiosum est, quicquid
institutum est ab hominibus, ad
consultationes & pacta quædam
significationum cum dæmonibus
placita atq; fœderata. Gerson part.
1. tracta. de erroribus circa artem ma-
gicam dicto. 2. cap. illud. 26. q. 2.

12 Non tantum expressè fit pactum
cum dæmone, sed etiam tacitè. Nā
qui dæmonē inuocat, vel alijs mo-
dis ei communicat, pactum cum
eo fecisse videtur, nam re ipsa cum
illo societatem habet: includit nāq;
societas pactum, conuentionem &
fœdus: si non verbis, saltem factis.
Quò fit, vt nonnūquā tacitè inuo-
cetur demō figuris, characteribus,
verbis & signis ignotis & supersti-
tiosis, idque ad aliquem effectum
qui noscitur ex diabolo prouenire:
vel etiam cum aliquis talibus rebus
se implicat, qualib⁹ dignum est vt
se dæmon immisceat, quāuis id e-
ueniat præter hominis intentionē.
Sed vix est, vt id contingat præter
intentionem eius, qui id facere, aut
scire studet, quod absque demōnis
ope consequi nequit: nam qui vult
consequens, vult & illud ex quo id
sequitur. Caiet. 2. 2. quæst. 95. art. 3.

13 Vulgo imperito persuasum est,
pacta cum dæmone facta rescindi
non posse, nisi dæmon ipse consen-
tiat: & eò magis, si chirographum
confectum fuerit. sanguine chiro-
grapharij per scriptum: aut si mē-
brum aut membri partem demōnis
pro

De superstitionibus.

pro pignore acceperit. Hęc tamen omnia fatua sunt, & inepta: quia talia pacta scelerata sunt & nefaria, atq; adeo nulla, cū sint cōtra naturę leges atque diuinas: quanuis in cōtrahentium perniciem nonnūquā valere soleant: vt rectē docuit Bressius. lib. 2. de republica. Adde q̄ hęc & omnia alia crimina sacramento pœnitentię delentur. Ezechiel. 18. l. si vnus. s. pacta. quę turpem. ff. de pactis.

14 Magicę artes ex pactis dæmoniorum constant, & ab Ethnicis etiā reprobate sunt. Plinius. li. 30. natural. histo. ca. 1. inquit: magicas vanitates sæpius coarguimus. Et mox: magia fraudulentissima est omnium artium. Et cap. 2. ait, eam artem vanam & falsam, intestabilem, irritam & inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras, sed in his veneficas artes polere, non magicas.

15 Tiberius Cæsar Magos peregrinos morte affecit: ciues autem Romanos misit in exilium: vt Xiphilinus in Epitome Dionis retulit, in eodem Tiberio. Et Iulius Paulus. lib. 5. sententiarum. recept. titul. 25. inquit, magicę artis cōscios summo supplicio affici placuit, id est, bestijs obijci aut cruci suffigi: ipsi autem magi viui exuruntur.

16 Diuus Cyprian. libro de duplici martyrio: qui magicis artibus vtuntur (a quo malo nos domini misericordia liberauit, sicut a ceteris omnibus, quibus iuxta veterem ho-

minem quondam ambulantes tenebamur) tacite Christum abnegant, dum cum dæmonibus habent fœdus. Et beatus Aug. lib. 18. de ciuit. Dei. ca. 19. magicas artes esse ait maleficia pestifera & scelerata, & humano generi perniciofa. Et Hermodenēs in compendio rhetorices tradit, has omnes artes perniciosas esse, & ad perniciem politicam & ciuilem repertas. Addo Augustin. lib. 10. de ciuita. Dei. cap. 10. Tostadum in lib. numero. cap. 21. q. 19. & in Leuitic. cap. 19. q. 18. & 29.

17 Idem diuus Aug. li. 2. de doctrina Christiana, molimina magicarum artium placita esse fœderata cum dæmonibus tradidit. Et alibi inquit: omnis inquisitio, & omnis curatio, quę a diuinis & magicis artibus expetitur, mors potius dicenda est, quam vita: & qui ea fœctantur, si se non correxerint, ad æternam perditionem tendunt. Et mox: itaque hęc vanitas magicarū artium, ex traditione malorum angelorum, in toto orbe terrarum plurimis seculis inualuit per quādam scientiam futurorum & infernorum, & per inuentiones: eorum inuenta sunt aurispicia, & augurationes, & ipsa quę dicuntur oracula, & necromantia. ca. illud. cum seq. 26. q. 2.

18 Gratianus in sanctorū patrum decretis hoc retulit: admoncant fideles sacerdotes populos suos, vt nouerint, magicas artes, incantationesque, quibuslibet infirmitatibus hominum, nihil remedij posse conferre:

ferre: nō animalibus languētibus, claudicantibusque, vel etiam moribundis quicquam moderi: sed hęc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus, humanum genus decipere nititur. Et si quis hęc exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur. cap. admonent. 26. quęstio. 7.

19 Ad genus quoque superstitionum pertinent omnes ligaturę atq; remedia, quę medicorum etiam disciplina condemnat: siue in præcationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant, siue in quibuscunque rebus suspendendis atq; ligandis, sicut sunt in aures, in summo singularium aurium, aut destruthionū ossibus ansule in digitis, aut cum dicitur tibi singultienti, vt dextera manu sinistrum pollicem teneas. In his omnibus ars dæmonum est, ex quadam pestifera societate hominum & angelorum malorum exorta. Vnde hęc cuncta vitanda sunt Christiano, & omni penitus execratione repudianda atque damnanda: vt August. & Isidorus tradunt. ca. illud. 26. quęst. 2. ca. neq; mirum. 26. q. 50.

20 Huc accedit Ioannes Chrysof. in epistolam Pauli ad Colosen. dicens: superstitiona remedia nihil profunt, sed seductio sunt, & ludibrium, & idololatria. Etenim superstitiona illa, quę egrotis applicantur, etiam si mille modis philosophentur qui quęstum ex ipsis faciunt, dicentes Deum inuocamus, &

pręterea nihil facimus, Christiana est hęc anus & fidelis, idololatriam tamen sapiunt. Hęc & alia in eandem sententiā ibidem & alibi docet. homil. 8. & ad populum Antiochenum homilia 21. Theophrastus in libris, quos de morali philosophia edidit, dubitas nunquid circa animos vertantur mores, & ad corporis doloribus a virtute detrahant, tradidit. Petri elem cum langueret ex morbo, amico euidam, qui eum visendi gratia adierat, incantationes quasdam pendentes collo a mulieribus alligatas ostendisse: vt appareat hominem pessime animo affectū fuisse, eum huiusmodi insanias perferrebat. Hęc Plutarchus in Pericle.

22 In Leuitico 19. prohibitum est ne figurę aut stigmata fiat: quo intelligitur, vetitum esse, ne quispiā faciat signa superstitiona & imagines astrologię, & nomina ignota, & characteres, & id genus omnia, quę (vt Origenes libro. 3. in Iob. ait) diaboli sunt seductiones, dæmonū sunt irrisiones, idololatrię sunt fax, animarum infatuatio, & cordium scandalum. Miser quoque ille est.

Qui fumantia consulit extra;
Qui rimatur aquas, & qui considerat
ignes,
Qui pluias, specula, & pelues, mittit
das quo secures
Inspicit, & remerē descripta in puluere
signa.
Vt Mantuanus cecinit in Apollonia.

De superstitionibus.

nia. Vide Gersonem tractatu aduersus doctrinam cuiusdam medici. Crinitum lib. 15. cap. 2.

23 Diuus Aug. lib. 2. de doctri. Chri-
sti. His adiunguntur (inquit) mil-
lia inanissimarum observationum
in membrum aliquod salierit, si iu-
ctim ambulantes, amicis canis,
aut lapis, aut puer medius interue-
nerit. Hinc sunt etiam illa: limen
calcare cum ante domum sua tran-
sit: redire ad lectum, si quis dum se
calceat, sternutauerit: redire do-
mum, si procidens offenderit, vel
si vestis a foricibus reditur. Et alibi
qui attendunt somnialia scripta, &
falso Danielis nomine intitulata,
& sortes quæ dicuntur apostolorum,
& auguria auium, aut aliqua pro
domo facienda, aut propter coniu-
gia copulanda, aut in collectioni-
bus herbarum carmina dicunt: aut
pyraciola pro quavis infirmitate
scripta super homines & animalia
ponunt: præter symbolum & ora-
tionem dominicam: aut magicis
falsitatibus, aut grandinarijs tem-
pestatibus credunt, sciant se fidem
Christianam & baptismum præua-
ricasse, & in iram Dei grauer in
æternum incurrisse: nisi ecclesiasti-
ca poenitentia emendati, Deo re-
concilientur. Addo Chryso. in
epistola ad Ephesi. serm. 12. cap. il-
lud. 26. quæstio. 2. ca. non obserue-
tis. 26. q. 7. Tho. 2. 2. quæst. 96.

24 Superstitiosas obseruationes ir-
ridens Geta Terentianus in Phor-
mione, inquit: quot res postilla

monstra euenerunt mihi: introijt
in ædes ater alienus canis: Anguis
per impluuium decidit de tegulis:
Gallina cecinit, interdixit hatiolus,
Aruspex vetuit, ante brumam ali-
quid noui negotij incipere, quæ
causa est iustissima. Cicero quoque
Nonio dicenti, optimam spem ha-
bere licere, quæ septem aquilæ in ca-
stris Põpeij essent captæ: rectè mo-
neres (inquit) si aduersus picas no-
bis pugnandum foret. Et Marcus
Varro, Deos dixit otiosos & feria-
tos fore, si sua cõsilia corniculæ cre-
derent, aut coruo, superstitionis ho-
minibus indicanda.

25 Illa uero non sunt prætereunda,
quæ Clemens Alexandrinus scitè
atque sapienter de hac re differuit.
Is libr. 7. Stromatum inquit, super-
stitiosi cum sint procliuēs ad iram,
pertimescunt: & quæcunque eue-
niunt, existimant esse signa & cau-
sas malorum. Si mus aram quæ erat
è luto constructa, perfoderit, & cū
nihil aliud haberet, lecythum cor-
rosit: si Gallus qui alitur, uespere
cecinerit, hoc aliquid signum esse
statuentes. Talem quendam ludi-
ficatur Menæder in comædia, quæ
inscribitur, supersticiosus. Quid
nā boni mihi accidat, o boni Dei:
Nam dexteri alligans calcei corri-
giam rupi: meritò ô nugator, erat
enim putrida: tu autem es parcus
& sordidus, qui nolis nouos eme-
re. Lepidum est illud Antiphontis:
nam cum quidam malè præsagi-
ret ex eo, quæ sus porcellos deuoras-
set,

Titul.

LXIII.

281

set, isque eam uidisset, ob sordes eius,
qui ipsam alebat, fame ualde atte-
nuatam: de signo, inquit, lætare,
quod cum sic esuriret, filios tuos
non comederit. Quid mirum (in-
quit Bion) si mus calathum arrose-
rit, cum non inueniret, quod come-
deret? Hoc enim fuisse mirum, si
ut ludēs argutabatur. Archesilaus,
murem calathus comedisset. Re-
ctè certè Diogenes quoque ad eum,
qui admirabatur, quod inuenisset
pistillum a serpente in gyrum cir-
cundatum: ne miteris (inquit) esset
enim illud mirabilius, si uidisses
rectum serpētem esse a pistillo cir-
cundatum.

26 Philemon quoque comicus ta-
lia ridet in comædia: cum uidero,
inquit, obseruatē, quis sternuta-
uerit, vel quis sit loquutus, aut re-
spiciētem, quis sit, qui pullo pro-
cedat, statim in foro sternutat u-
nusquisque nostrum: is secum in-
greditur & loquitur, dicens: ciui-
bus res non euenire, ut earum fert
natura: multi quoque timent scri-
pturas suspensas. Lepidè admo-
dum Diogenes, cum inuenisset
scriptum super domum cuiusdam
improbi: insignis Victoria Hercu-
les hic habitat, nihil mali ingredia-
tur: & quomodo ingredietur, in-
quit dominus ædium? Ij autem ip-
si omne lignum, & omnem lapi-
dem pinguem, ut dicitur, ado-
rantes, lanas flauas, & frusta sa-
lis, & faces, & scyllam, & fur-
fur timent, incantati a præstigia-

toribus, per quasdam immundas
expiationes. Hæc & alia Clemens
Alexandri memorat. Et Theo-
dorus lib. 6. de Dei prouidentia.

27 Hector ille fortissimus Polyda-
mantem arguens, ut uanum augu-
rem apud Homerum libro. 12. Iliad-
dos dixit:

Tuis me cupis accedere uanis

*Augurijs: quæ sperno equidem quia
stulta uidentur.*

*Seu dextra spectentur aues, Phæ-
rontis ad ortum;*

*Sue sinistra perant, obituri limina
solis.*

*Nil rationis habent, cum sint ratio-
ne carentes.*

*Qui Iussit sperare, Ioui nos credere
oportet;*

*Quem penes est hominum, diuumque
æterna potestas.*

*Augurium tamen est, quod præua-
let omnibus unum.*

*Pro patria pugnare armis, defendere
ciues.*

Et Silius Italicus libro quinto.

Sat magnus id hostem,

*Augur adest en sis, pulchrumque
milite dignum;*

*Auspitium, latio quod in armis dex-
tera præstat.*

Et Paulo post.

Deforme sub armis,

*Vana superstitio, dea sola in pectore
virtus*

Bellantum uiget.

Papyrius consul aduersus Samni-
tes cum exercitu missus cum a præ-
liarijs auguribus coniectantibus,

Nā congre

De superstitionibus.

congrédi prohiberetur, irridés eos tam foeliciter, quàm cōstanter arripuit bellum, confecitque. Author Eutropius lib. 2. rerum Roma.

28 Hecatæus Abderita, qui historiam Iudæorum scripsit, cum vno eorum sermonem huiusmodi se habuisse narrat. Cùm ad mare rubrū proficisceretur inter alios equites Iudæus quidam nomine Mysonianus, me sequebatur: erat autem vir animi maximi, & arcuperitissimus: is cùm augur quidam omnes nos stare iussisset: interrogauit, quare fixi staremus: augureque auem ostédente, atque dicente, conducere ita stare, quousque, quò auis tenderet, perspexissent: vt si ad interiora volaret cceptum iter peragerent: sin autem posteriora volatu peteret, reuertentur: silentio arcu tracto, auem percussit, atque interfecit: tunc augur, & nonnulli alij valde commoti, ei maledicebant: ipse verò, quis est, inquit, iste furor o homines? quomodo enim auis ista, quæ nihil de spientia præiuderat, veri aliquid de itinere nostro, poterat nobis prædicere? quæ si futura præscisset, nunquam huc venisset, ne à Mysoniano Iudæo interficeretur. Quod vt prudenter factum ac scitè dictum commemorant Iosephus. l. 1. contra Apionem. Euseb. lib. 9. præparationis euangelicæ cap. 2. & Polidorus. lib. 3. de prodigijs.

29 Illi præterea fœdus cum demo-

ne fecisse videntur, qui defunctorum animas euocant: & qui excantant pueros: & qui dæmones familiares circumferunt, & qui (vt dicitur) spiritus pascunt in vitro, per quos se prophetare mentiuntur: & qui delusiones & phantasmata edunt, & miracula quædam circulatorijs artibus ludunt. De his autem Augustinus, inquit, omnia miracula magorum doctrinis fiunt, & operibus dæmoniorum. lib. 8. de ciuitat. Dei. cap. 19. Ad do Lactantium. lib. 2. diuini institutio. cap. 17. Leonem magnum. sermo. vltim. de pas. domini. Thom. & ceteros. lib. 2. sent. distinct. 7.

30 Nemo autem putet dæmones ab homine cogi posse, vt in annulo aut pyxide inuiti trahantur. Nec enim homines id facere valēt, nec signa, verba, herbæ, aut characteres naturaliter eam vim habent: nec spiritus illi potentissimi, eiusmodi rebus compelli queunt. Sed (vt ait beatus Augustinus) illi ciuntur dæmones ad inhabitandum, per creaturas quas non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diuersitate diuersis: non vt animalia cibus, sed vt spiritus signis, quæ cuiusque delectationi congruunt, per varia genera lapidum, herbarum, signorum, animalium, carminum, rituum. Vt autem illiciantur ab hominibus, prius eos ipsi astutissima calliditate seducunt: aut inspirando eorum cordibus virus

Titulus

LXIII.

282

virus occultum, vel etiã fallacibus amicitijs apparendo, eorūque paucos discipulos suos faciunt, plurimorumque doctores. Nec enim potuit, nisi primū ipsis docētibus, disci quod quisque illorum appetat, quod exhorreat, quo inuitetur nomine, vnde magicæ artes, earumque artifices extiterūt. Maximè autem possident corda mortaliū, qua potissimū possessione gloriantur lib. 21. de ciuitat. Dei. cap. 6.

31 Ergo dæmones ab homine non compelluntur: sed vt quidam rectè inquit, non dæmonem cogis, aut in vinculis eū, vt putas, tencs: sed hoc certum habe, qd ille simulat se caprum, vt te capiat: se vincitum, vt te vinciat: se tuo imperio subditum, vt te sibi subdat: à te inclusum, vt te includat: fingit se demum tua arte vel imagini, vel lapidi ligatū, vt te funibus peccatorū ligatū, ad infernū perducāt. Et quidā ex persona dæmonum non ineleganter cecinit.

Nos verò quoties animas magus euocat orco,

Illarum assumpra mentimur imagine vultus.

Carminibus, folijs, auibus, fumoque ligari

Dicimur: & circum ductis in puluere signis.

Sed veluti plerisque alijs, ita fallitur isto

Mens hominum.

Hërricus super Genes. & Barth. Sibylla libro. peregrinarū quæstionū. Decadis. tertiæ. cap. 8. q. 1.

32 Adhæc neque fumo dæmones expelli possunt: neque à re aliqua corporea pati queunt: neque enim spiritus purus quicquam pati potest à corpore: quia longè illo præstator est. Quo perspicue patet, errare eos, qui homines à dæmonibus obsessos flagellant, & a lapidibus cædunt, aut fumo fatigant: nam dæmonia fingunt se dolere, aut affligi, vt fatuos decipiant: & vt corpora illa torqueantur. Barthol. Sibyll. loco prænotato. quæstio. 2.

33 De superscriptis autem omnibus, alijsque multis obseruationibus, hæc generalis doctrina traditur. Ea que naturaliter illos effectus producere nequeunt, ad quos efficiendos adhibetur, superstitiosa sunt, & pertinent ad pacta dæmoniorum. Atque etiã hæc: omnis obseruatio cuius effectus expectatur aliunde, quæ ex naturali ratione, vel miraculo vero, vel volūtate diuina, reprobari debet: quia vehementer suspecta est de pacto expresso, vel occulto cū dæmone facto. Proinde obseruare nomina, signa, characteres, & cetera omnia, que naturâ suâ nullâ virtutē habent, superstitiosum est, atque adeo vehementer suspectū. tho. 2. 2. q. 96. & opusculo. 25. de sortibus. c. vlt. Gerson tracta. aduersus doctrinā cuiusdā. medici. Martinus Arles. tractatu de superstitionibus.

34 Et quanuis lege pontificia vetitum sit, ne inquisitores apostolici, de diuinationibus & sortilegijs cognoscant, nisi hæresim sapiant ma-

N n 2 nise

De testibus.

nifeste: plæreque tamé superstitiones, diuinationes, & sortilegia, manifestam heresim sapiunt, propter scd^o cū dæmone factū, expressè vel tacite: quod quidē species infidelitatis & idololatriæ est. Quamobrē inq̄sitores punire debent, supersticiosos istos prestigiatores, magos, planetarios, excātatores, augures, & id genus alios, qui iustè plerūq̄

flagellis cęsi ad remos mittēdi, aut certè relegandi sunt.

35 Diuinus Plato lib. ii. de legibus, inquit, quando quis nodis, inductionibus, cantibus, similibusq̄ veneficijs ad nocēdum paratis, deprehensus est, si aruspex, aut prodigiorum interpret sit, occidatur: sin verò non fuerit, iudex de ipso, quid dare patie debeat, statuatur.

De testibus. Titul. LXIII.

- 1 Testes vñ dicatur, et testimoniū quit sit.
- 2 Probatio qua testibus fit, cur in artificialibus dicatur apud rhetores.
- 3 Testibus omnibus nō eadē habenda fides.
- 4 Testes cuiusmodi sint considerare oportet, vt docet Cic. in partitionibus.
- 5 Testium mores, naturam, fortunam, animū & statum humana leges considerare solent.
- 6 Testes esse nequeunt quatuor personarum genera.
- 7 Testes quid admoneri debeant ab inquisitoribus.
- 8 Testis quid in primis iurare debeat corā iudicibus.
- 9 Testes examinādi sunt ab inquisitoribus.
- 10 Testimoniorū fidem diligenter perscrutari debent inquisitores.
- 11 Testium examinatio ab ipsismet inquisitoribus fieri debet.
- 12 Testes, quicumque ū sint, cogi possunt ab inquisitoribus, vt coram eis se sistant.
- 13 Testes quomodo cogi debeant ad perhibendum testimonium, si egregiæ personæ sint.
- 14 Testimonia quādo dicenda sint in ceteris criminibus ab heresi.
- 15 Testes quando recipiēdi sint in causa heresis.
- 16 Testimonia recepta inquirēte iudice, aut informatio summatim facta neminē damnare debent.
- 17 Testimonium recognitio an fieri debeat

- post litem contestatam?
- 18 Testimoniorū recognitio quando fieri debeat in crimine heresis.
- 19 Testimonia in causa heresis nihil referat hoc an illo tempore rata fuerint.
- 20 Contestatio litis cur necessaria non sit in causa heresis.
- 21 Testes cur nihil referat in causa heresis vtrum repetatur ante accusationem, vel post litem contestatam.
- 22 Promotor fiscalis instare debet, vt testes coram religiosis viris sua dicta repetant, & testimonia iterent.
- 23 Testes quando repeti possint ante litem contestatam.
- 24 Testes iterum ab inquisitoribus vocandi, & rursus interrogandi sunt, cum obiecta crimina negat reus.
- 25 Testes iterum examinare & interrogare debent iudices, quauis reus dicat se eos habere velle pro ratificatis.
- 26 Testium publicatio quando fieri debeat, & eorum exemplum quomodo reus exhibendum sit.
- 27 Testium nomina nullo pacto reus ipsis retegenda sunt.
- 28 Rei cur citandi non sint in crimine heresis ad testium ratificationem.
- 29 Testium nomina reus edenda sunt in alijs criminibus ab heresi.
- 30 Testiū nomina qui in inquisitionibus & visitationibus aduersus iudices et ministros eorū dicūt, ipsis sunt aperiēda.

Testi

Titul.

LXIII.

283

- 31 Testimonio vnius hominis plena fides habenda non est.
- 32 Testes duo vel tres necessarij sunt ad plenam cuiusque rei probationem.
- 33 Testimonio vnius aliquādo habenda esse fidē plenā iurisperiti probare nituntur.
- 34 Testimonio vnius, quando censeant nonnulli plenam fidem habendam esse.
- 35 Testimonio vnius nunquam plena fides habenda est.
- 36 Testes duo sunt necessarij ad plenam heresis probationem.
- 37 Participi criminis nullam fidem habendam esse, sunt qui asserant.
- 38 Socio criminis credendum quomodo sit.
- 39 Testimonia, etiam fide dignissimorū hominum, nullum habent pondus in his qua ab alijs audierint.
- 40 Testes oculati magnum pondus habēt ad faciendam fidem.
- 41 Testificari nequeunt heretici contra catholicos.
- 42 Testimonium heretici aduersus hereticum admittendum est.
- 43 Testimonium hereticorum quando aliās admitti possit.
- 44 Testimonium hereticorū recipiendū est ad reorū defensionem, vt quidā putāt.
- 45 Testibus hereticis cur nullo modo credendum sit.
- 46 Testimoniū contra suos consanguineos dicere in causis criminalibus nemo cogi potest.
- 47 Testimoniū dicere tenetur quilibet aduersus cōsanguineos suos in causa heresis.
- 48 Testimonium consanguineorū aduersus consanguineos, cur validissimum sit.
- 49 Testimonium falsum qui contra consanguineum dixerit, cur seuerius puniri debeat, quā qui aduersus extraneum.
- 50 Testes, etiam publicatis testimonijs, semper admittendi sunt in causa heresis.
- 51 Testes cur semper admitti possint in causa heresis.
- 52 Testes concordēs esse debent, vt fides eis haberiqueat.
- 53 Testimonijs illorū plena fides habēda est, qui concordant in rerum substantia.

- 54 Testimonium illorum suspēctissimum est qui eundem, p̄meditatumque sermonem asserunt.
- 55 Testis legitimus est in causa heresis is, qui hereticum iudicibus indicat.
- 56 Testis, qui cōtra hereticum dixit, & moriens testimonium suū reuocat, quomodo credendum sit.
- 57 Testis quauis moriens testimonium reuocet quod dixerat, priori eius testimonio standum est.
- 58 Testis, qui contrarium dicit eius, quod prius testificatus erat, in causa heresis interdum audiendus est.
- 59 Testi morienti cur magis credendum sit.
- 60 Testimonio posteriori fidem habendam non esse, qui putant, audiendi non sunt.
- 61 Testibus singularibus seu discordibus, etiam si plurimi sint, heresis probari plene nequit.
- 62 Testes singulares qui contrarij sunt, fidē sibi ipsis abrogant.
- 63 Testes plurimi singulares & prorsus diuersi, perinde sunt, ac si vnus tantummodo testificaretur.
- 64 Testes diuersi & singulares, si de rebus connexis testimonium dixerint, plusquam semiplenā probationē faciunt.
- 65 Testibus singularibus sufficit probare partes ad probandam rem indiuiduam, vel continuum actum.
- 66 Testes singulares: qui de singulis speciebus testimoniū dicūt, sufficiūt ad probandū aliquid ḡnale, vt multi cēsēt.
- 67 Testibus, qui de singulis speciebus testimonium dicunt, non esse habendam fidem, verior est sententia.
- 68 Testibus singularibus probari posse aliquē hereticum esse, sunt qui asserant.
- 69 Testibus singularibus probari posse aliquem hereticum esse, periculosa & falsa omnino opinio est.
- 70 Testes singulares nō sufficere ad probationem heresis, rationibus demonstratur.
- 71 Testibus singularibus si heresis probari posset, multa sequerentur absurda.
- 72 Testibus pluribus singularibus probari

N n 3 posse

De testibus.

- posse aliquem hereticum esse in genere, ineptissimi nonnulli dicunt.
- 73 Testes in specie debent sui testimonij rationem reddere.
- 74 Poena certa in cynædos & predicatores iure civili statuta est.
- 75 Constantini constitutio quæ de his loquitur qui nefandas nuptias contrahunt, depravata erat in veteri editione.
- 76 Cynædi & predicatorum regia lege pragmatica exuri iubentur, bonis omnibus publicatis.
- 77 Cynædis clericis & ecclesiasticis lenis et remissa poena irrogatur iure pontificio.
- 78 Testibus singularibus neque in genere, neque in specie probatur hæresis.
- 79 Testes de eadem specie hæresis testificantes, quâvis singulares sint in loco et tempore, concordant in eiusdem hæresis probatione.
- 80 Tempus & locus non sunt circumstantiæ necessariae ad probandam hæresim.
- 81 Testibus singularibus cum ad eundem finem tendunt, & plures sunt, & fide digni, fides plenè haberi potest.
- 82 Testes quomodo idonei probari possint.
- 83 Testes quomodo refutare possit reus.
- 84 Exceptiones quæ admitti debeant, aduersus testes.
- 85 Exceptiones si iuste aduersus testes obijciantur, admittendus reus est ad earum probationem.
- 86 Consanguinei reorum admittendi non sunt ad probandas exceptiones contra testes accusatoris.
- 87 Testis periurus, qui testimonium suum quod iurauerat se celaturum, patefacit, quomodo puniendus sit.
- 88 Falsi testes quot malorum causa sint.
- 89 Falsi testes qua poena coerceri possint in causis civilibus.
- 90 Falsus testis puniendus est poena talionis in causis criminalibus.
- 91 Falsus testis quomodo coercendus sit lege duodecim tabularum.
- 92 Falsi testes hodie non sic damnantur, ut e saxo præcipitentur.
- 93 Falsi testes qui virum catholicum hereticum

- esse testantur, omnium pessimi sunt.
- 94 Falsus testis in causa hæresis quomodo puniri debeat.
- 95 Falsi testis qui suo testimonio parum nocuerunt, qua poena afficiendi sint.
- 96 Falsi testis, qui combustus fuit, utrum filij, & nepotes infames sint.
- 97 Talionis poena non vti debent inquisitores, nisi ob maximam causam.
- 98 Falsus testis in causa hæresis an admittendus sit ad poenitentiam, si prius veniam petat, quam curia seculari relinquatur.
- 99 Falsus testis qui seipsum detulit, mitius puniendus est.
- 100 Testem qui auro, aut quouis alio modo corrumpit, ut falsum diceret testimonium quo pacto puniendus sit.
- 101 Iezabelis facinus.
- 102 Testes si testibus aduersentur, qui alijs sint præferendi.



Estes à testando dicitur: nã testari est, sententiã nostrã exponere. Vñ testes dicitur, quæ ea, quæ de re geste veritate sentiunt, in iudicium proferant. Testimonium verò est, rei cognita voluntaria confessio. Authore Arist. lib. rhetor. ad Alexan. cap. de testimonio. & testibus. Alciar. in. l. plebs est. §. i. de ver. sign.

Probatio, quæ testibus fit, inartificialis apud rhetores dicitur: quia ipsa per se caret arte, & extra causam sumitur & non colligitur aliqua ratione argumentationum: sed extra dicendi rationem eã accipit orator. Est autem firmissima probatio, quæ testibus fide dignis constat, quia hominum scientia nititur. Vñ diuinis Hebræorum legibus frequentissimè cauetur, ut in ore duorum vel trium testimonium stet omne verbum. Arist. lib. i. rhe

Titulus

LXIII.

284

rhetori. ca. vlti. Cicero in partitioni. orat. c. i. Fabius. lib. 5. institu. orato. ca. i. Deut. 17. nu. 35. c. in omni. c. licet vniuersis. de testi.

3 Cæterum non eadẽ fides omnibus testibus habenda est. Nã ex personarum qualitate, plus, minusve fidei his vel illis tribuendum erit. Quamobrem (sicuti iure cõsulti docet) multa exploranda sunt in testibus, scilicet, conditio, dignitas, diuitiæ, paupertas, amicitia, inimicitia, sexus, etas & id genus alia. Cicero quoque in topicis inquit: non qualiscumque persona testimonij pondus habet. Ad faciendam enim fidem autoritas queritur: sed autoritatẽ, aut natura, aut tempus affert. Naturæ autoritas in virtute inest maximè: in tempore autem multa sunt, quæ afferant autoritatem: ingenium, opes, fortuna, ars, usus, necessitas. Nam & ingeniosos, & opulentos, & ætatis spatium probatos, dignos quibus credatur putant, non rectè fortasse, sed vulgi opinio mutari vix potest: ad eamque omnia dirigunt & qui iudicant, & qui existimant. l. 2. cum sequenti. ff. de testibus.

4 Et in partitionibus oratorij idẽ Cicero de singulis testibus considerare docet, si fortè naturavani sunt, si leues, si cum ignominia, si spe, si metu, si iracundia, si misericordia impulsus, si præmio, si gratia adducti testimonium perhibuerunt. Denique (ut Adrianus imperator scripsit) quæ argumenta ad quem modum probandæ cuiquæ rei suffi-

cient, nullo certo modo satis definiripotest. Alias numerus testium alias dignitas & autoritas, alias veluti cõsentiens fama, confirmat rei, de qua queritur, fidẽ. Ad summam iudex his omnibus exploratis magis scire poterit, quanta fides testibus sit habenda. l. 3. §. i. ff. de testibus.

5 Ea tamen hoc loco præterire non potui quæ Alexand. Theologus his verbis scripta reliquit. Humanæ leges considerantur quinque in personis testium, videlicet, mores, naturam, fortunam, animum, & statum. Circa mores considerantur duo, propter quæ non debet fides testibus adhiberi: errorẽ & malitiã. Propter errorẽ, infideles, propter malitiã, infames repellendos esse à testimonio cõstituerunt. Itẽ circa naturam duo cõsiderantur, ætatẽ & sexum. In pueris defectus ætatis obnubilat rationem: in mulieribus sexus emollit voluntatem, propterea pueros & mulieres idoneos non esse ad testimonium censuerunt. Itẽ circa fortunam considerauerunt, duo: conditionem seruitutis, & aduersitatem paupertatis. Seruitus habet annexum dominationis timorẽ: paupertas verò temporalitatis amorem: quæ solent plurimum ad mendacium inclinare. Item circa animum duo potissimum considerauerunt, intellectum & affectum: & in intellectu cõsiderauerunt alienationem rationis, & in affectu libidinem voluntatis: & hanc di-

N n 4 duxe

De testibus.

duxerunt in libidinem iræ, quæ est in odio, & libidinem concupiscentiæ quæ est in desiderio.

6 Præterea libidinem concupiscentiæ considerauerunt dupliciter: scilicet, quantum ad se, & quantum ad alios. Et iuxta hanc distinctionem contingentium ex parte animi, quatuor genera personarum ad testimonium perhibendum indigna esse censuerunt: videlicet furiosos, propter alienationem rationis: inimicos propter libidinem voluntatis in irascendo: domesticos, propter concupiscentiam voluntatis respectu familiarum: ac multo magis iudicant in idoneum esse testem in re propria respectu sui: quemadmodum beatus quoque Cyprianus eleganter quadam in epistola differit. Considerauerunt præterea amulationem status laicorum & clericorum, & alios personarum defectus: quas ob res multos ad perhibendum testimonium parum idoneos esse censuerunt. Est autem legalitas siue idoneitas personæ testificantis, dignitas quædam hominis, cuius testimonio debet fides haberi, absque omni suspitione mendacij. In idoneitas vero est, defectus dignitatis in persona, propter quem fides testi non habetur ob suspitionem mendacij. Alexã. Ales. 3. p. q. 43. mēbro. 3. Cypria. epistol. 9. li. 4. Gratian. in patrū decretis. 3. q. 4. & iterū. 4. q. 2. cum seq.

7 Sed iam ad hæreticos reuertamur: quoties aliqui testificari volūt in causa hæresis, moneri diligen-

ter debent ab inquisitoribus, vt ne prece, pretio, ira, odio, aut qualibet alia illicita, vel iniusta causa, vlllo modo falsum testimonium dicāt. Ad hæc admonendi sunt vt considerent, quàm graue sit & horrendum tanti criminis innocentem aliquem infamare.

8 In primis autem iurare testis debet coram iudicibus se dicturum omnino veritatem, idque sub forma solenni, quæ ferè hodie est eadem ipsa, qua olim accusatores iurare solebant: vt ex Demosthene intelligitur oratione aduersus Cononem vbi tale iusiurandum memorat. Iuro ego per Deos Deasque omnes, me omnino à Conone perpeffum ea, quæ conqueror: quod si sanctè iuro multa mihi bona eueniant, neque in posterum quicquam tale accidat: sin peiero, funditus perream & ipse, etsi quid mihi est, aut futurum est. Sic iurāt catholici per Deum & crucem & sacrosancta Dei euangelia, se dicturos veritatem: quod si fecerint, Deo illos adiuuet, sin autem contra, Deus eos condēnet. Testi autem non iurato fides habenda non est, etiam si vir alioqui fide dignissimus sit. c. hortamur. 3. questio. 9. ca. nuper. de testibus. l. iurisiurandi. C. eodem titulo.

9 Deinde, testes examinandi sunt ab inquisitoribus: & coram duobus religiosus viris, clericis aut monachis, rata facere debent sua testimonia, & fideliter scribenda sunt à publico tabellione ea omnia, vel à duo-

Titul.

LXIII.

285

duobus alijs ad eam rem idoneis. Hoc propterea cautum, vt tot inspecta oculis, tot insinuata sensibus, falsi suspitionem excludant, sicuti Petrus Anchar. ait. ca. vt officium. §. verum. & inibi Domini. ca. vlti. de heret. lib. 6. & illic Ancharra.

10 In eadem autem examinatione inquisitores diligenter perscrutari debent testimoniorum fidem, & subinde testes interrogare multa de ante actis, multa de insequeutis, ac de loco, tempore, persona, & ceteris, quemadmodum olim ab oratoribus & patronis causarum testes interrogari solebant. Nam cum in hoc iudicio rei, & eorum aduocati, testes interrogare non queant, iustissimum quidem est, vt inquisitores in hac parte patronorum personam induant. Quid? quod in Deuterono. cauerit, vt iudices diligentissime perscrutentur, an testes mendacium dicant: Et ad Gallie prouincias scribens Eleutherius papa, iudicantem (inquit) oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. Postremo, ad officium inquisitorum pertinet, vitam & mores testium sedulo inuestigare, quemadmodum quodam primæ instructionis capitulo plenius continetur. Fabius. lib. 5. insti. orato. cap. 7. Deuterono. 19. ca. iudicantem. 30. quest. 5. i. instructio. Hispalen. c. 14.

11 Ad hoc, testium examinatio ab ipsis inquisitoribus fieri debet: nec vlllo modo est cuiquam com-

mittenda, excepto si testes iuste sint impediti, & iudices ad eos ire, neque facile possint, neque omnino debeant: tunc enim committere poterunt inquisitores testium examinationem vicario episcopi, vel alteri ecclesiastico iudici, aut certe alicui perito, & prudenti viro, qui tabellione siue secretario causa testimonia scribente, testes diligenter examinare, ac modum & constantiam, & alias testium & testimoniorum circumstantias ad inquisitores mittere debet. Et ita multis instructionum capitulis cauetur, & iuri & rationi satis consonat. prima instru. Hispalen. cap. 17. instructio. 4. Toleta. ca. 14. Bal. in ca. 1. de controuer. inuesti. lib. feudorum. Feli. in ca. cum causam de testi. Iaso. in l. Admonendi. de iure iuran. col. 101. Couar. lib. 2. var. res. ca. 13.

12 Possunt autem inquisitores cogere quemcunque testem, etiam si sit persona egregia, vt coram eis sistat, & in causa fidei catholice testimonium perhibeat: hoc enim & iudicum authoritati: & fidei fauori debetur. glo. in. ca. 1. de testib. cogē. Domin. in. c. presentium. de testib. lib. 6. Ludou. Roma. notabili. 401. Iaso. in l. ad egregias. de iure. iur.

13 Id tamen prudenter fieri debet, ita vt egregie personæ, rogari potius, quam compelli videantur: id etenim vrbanius & modestius est. Præterea illustres viri, & moniales & aliæ honestiores feminae, non sunt facile in iudicium ab inquisi-

N n 5 toribus

toribus trahēdi: sed vel ad has personas iudices ire, vel certē alios mittere debēt: quod quidem ex dignitate, autoritate, honestate, alijsque testium qualitatibus constituendū erit. Cæterum vrgulanię (quam supra leges amicitia Augustę, Tiberij temporibus extulerat) potentia adeo nimia Romanę ciuitati fuit, vt testis in causa quadam, quę apud senatum tractabatur, venire designaretur. Missus est prætor qui domi interrogaret: cū virgines vestales in foro, & iudicio audiri, quoties testimonium dicerent, vetus mos fuerit. Author Corn. tacit. lib. 2. Annali.

14 In cæteris criminibus testimonia dicenda sunt intra dilationem partibus concessam ad probandū, & procedi non debet ad receptionem testium lite non contestata quemadmodum in causis civilibus planius id constitutum est. cap. accedens. 2. cap. quoniam. vt lite non contestata.

15 Sed in causa hæresis, in qua inquisitio iudicis officio fieri solet, dubium non est, quin testes recipiendi sint lite nondum cōtestata. cap. Quoniam frequenter. §. sunt & alij. vt lite non contestata.

16 Ex testimonijs tamen receptis inquirente iudice, aut informatione summam facta nemo damnari debet, nisi testes in ordinario iudicio fuerint repetiti, & rata fecerint sua testimonia. Et hæc quidem sententia ab omnibus probata est.

quia citandus est reus, vt testes cognoscat, & eos, eorumque dicta refellat. ca. 2. de testib.

17 Hic autem illud queritur, an recognitio testimoniorū fieri debeat post litem contestatam? Et in alijs quidem criminibus nulla dubitatio est: sunt enim testes repetendi reo citato, vt ante dixi.

18 Quid ergo in crimine hæresis, in cuius probatione reus citandus non est? Ac mea quidem sententia, cū id commodē fieri nequit, opus non est, vt dicta testium rata habeantur, intra dilationem temporis à iudice assignati ad probandum: quia cessat causa, propter quam id leges exigunt. cap. vltim. de hæret. lib. 6. Felinus. Decius. & ceteri. in cap. 2. de testibus.

19 Accedit huc, quod si verum est, sicuti est, q̄ in causa hæresis nomina testium non sunt edenda reo: quid refert vtrum hoc an illo tempore rata testimonia fiant? Frustra expectatur euentus, cuius nullus est futurus effectus. l. hæc stipulatio. §. diu. ff. vt lega. seu fid. com. no. cau.

20 Ad hæc in causa hæresis proceditur simpliciter, de plano, sine iudiciorum strepitu & figura: quo casu litis contestatio necessaria non est. vt Clemens quintus constituit cap. vltim. de hæret. lib. 6. Clemens. sepe. de verborum significatione.

21 Deinde in examinatione testium adhibentur duo religiosi ac discreti homines qui loco rei absentis testes cognoscant: & saluū est reo refutand

refutandi testes & eorum testimonia, cū dicta eorum fuerint publicata: nihil ergo interest, vtrum testes repetantur ante accusationem vel post litem contestatam. cap. vt officium. §. verum. de hæret. libro. 6. ca. quoniam in princip. vt lite non contest.

22 Vigilet ergo promotor fiscalis & instet, vt testes coram religiosis viris sua dicta repetant, & testimonia iterent: ne fortē moriantur aut absint, antequam lis contestetur. Iudices autem hoc denegare non debent, ne probationes pereant: sed quæcunque iusta aut probabilis causa esse videatur, testes iterum producēdi, & (vt vulgus loquitur) ratificandi sunt.

23 Iusta causa repetendi testes ante litem cōtestatam: si testes egri sunt morbo graui: si diu abfuturi sint: si reus ipse est absens, aut presēs quidem, sed nondum comprehensus, neque in carcerem coniectus: denique si testes curiæ seculari relinquendi sunt. c. quoniam frequenter. vt lit. no. con.

24 Cū autē obiecta crimina negat reus, tūc accusatione à promotore fiscali post admonitiones edita, testes iterum ab inquisitoribus vocandi, & rursus interrogandi sunt. Quod fieri solet non ostenso illis priori testimonio, vt rectius intelligi queat, vtrum vera vel falsa dicant: mendacē enim (vt proverbio dicitur) memorē esse oportet: quāuis in alijs causis aliud fieri de-

beat, ne testis anceps peritium subire cogatur Felin. in ca. cum in tua. de testib. Nicol. Boer. decisio 8.

25 Præterea cū in hac posteriori testium examinatione, omnis ferē testimoniorum pondus consistat, quāuis reus dicat se habere velle testes (vt vulgo dicunt) pro ratificatione, nihilominus iudices eosdē iterum examinare & interrogare debent: ne fortē defensio reorum pereat, cui ne nominatim quidem renūtiare queunt, vt alibi dixi. l. si nō defendantur de poen. glos. & interpretes. in l. pactum inter. de pact.

26 Post hæc publicatio testium fieri debet: & eorum exemplum, recodandum est, illis duntaxat circumstantijs omisis, ex quibus reus facile intelligere possit, qui sint illi, qui contra eum perhibuerunt testimonium. Inde est q̄ reo dari non solet hora, neque dies, quibus testes dicunt crimina fuisse commissa, nisi fortē id reus petat, vt se defendere queat: sicuti alibi diximus. Item exemplum testimoniorum describendum est à secretarijs, & ab inquisitoribus excutiendum & corrigendum, & alterum exemplum inferendum est actis processus. Præterea ita reo dari debet testimoniorum exemplum, vt planē intelligat, an testes de his que ab alijs audierunt, vel de his que ipsi viderūt testificati sint: Et ita multis instructionum capitulis, & senatus epistolis continetur. r. instru. Hispal. cap. 16. Bart. in l. solum. C. de testi.

Abb. Deci. & ceteri. in. ca. causam. quæstio. i. eod. titul.

27 Ceterum in hac testimoniorum publicatione nomina testium reis edenda non sunt: quia semper graue periculum ex ea re immineret testibus: vel certè causis fidei vniuersis. Nam pauci admodum inueniretur, qui aduersus hereticos testimonium perhibere vellēt. Quas ob res cōstitutione quadam extrauagante Innocentij sexti prohibetur, ne nomina testiū reis ipsis vllō pacto retegantur. Verba constitutionis hæc sunt. Volumus vt nomina tam accusantiū prauitatē hereticā, quam testificantiū super ea, nullatenus publicētur, propter scādalum vel periculū, quod ex publicatione huiusmodi sequi posset: & adhibeat dictis huiusmodi testiū, nihilominus plena fides. Sic olim Socrati accusato de hæresi, ne nomina quidem accusatorum dicta fuerunt. De qua re apud Platonem in apologia Socrates ipse conquerebatur, dicēs: accusatores per multum sunt, & longo iam tempore me accusant, & in ea etate vobis suaserunt, in qua pleriq; vestrum pueri, aut certè adolescentuli, per facile credidistis, deserta in causa nemine me defendente: atque id quod a defensionis ratione omnium alienissimum est, neque nomina quidem illorum scire licet atque proferre. cap. vltim. de hæreti. lib. 6. extrauag. Innocē. sexti. in directorio inquisitorum impressa. fol. 52. con-

tra Paul. Paris. con. 2. lib. 4.

28 Hinc est q̄ in crimine heresis nō debet citari reus ad ratificationem testium, ne illos cognoscat: quanuis in omnibus alijs criminibus, ad cognoscendos testes rei citandi sint. l. de vno quoque. de re iudic. l. nam ita diuus. de adoptio. authen. de testib. 5. & hic vero multoties. Ludou. Roma. singula. 366. Hippoly. consilio. 8. Ludou. Care. de heretici. num. 121.

29 Sic etiā in ceteris quibusuis criminibus nomina testium reis ipsis edenda sunt, vt testes refutare possint, & innocentiam suam ostendere, quod sanè fieri semper, debet, etiam si per inquisitionem procedatur: ne per nominum occultationem infamandi, per defensionis verò denegationem, perhibendi falsum testimonium improbis audacia præbeatur: etenim defensionis facultas nulli vnquā auferenda est. c. qualiter. 2. 5. pen. de accusa. l. defensionis. de iure. fis. lib. 10.

30 Quæ omnia multò magis locū habere debēt in inquisitionibus & visitationibus quæ aduersus iudices & ministros eorum fiunt. Sunt enim positi quasi signum ad sagittam: neque possunt omnibus placere, cum ex officio teneantur, litigantes plurimos quotidie increpare, in carcerem & exilium mittere, multare, condemnare, ac nonnūquam pœna mortis punire: vnde fit, vt sepius in multorū odium incurrant, & insidias patiantur.

Quod

Quod Cicero pro flacco elegantiſſimè his verbis depingit. O conditiones miseræ administrandam civitatum & prouinciarū, in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vituperationum: vbi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo infidiosus, assertio pernicioſa, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ: venientes prætores expectant, præsentibus insistent, abeuntes deserunt. Demosthenes quoque adolescentem monebat, ne ad rem publicam se conferrent, affirmās, si duæ essent viæ ab initio propositæ, vna quæ ad rem publicam, altera quæ ad interitum apertè ferrent: essent quæ manifesta illa, quæ gerentes res publicas subire oportet, formidines, inuidias, odia, calumnias, similtates, contentiones, certamina, illam potius electuros esse homines, quæ ad interitum ferret. Author Plutar. in Demosthene. Ipse quæ etiam Plutar. in politi. inquit: quæuis reipublicæ administratio inimicitias & dissidia quædam affert. Quas ob res nomina testium aperienda sunt omnibus etiam magistratibus, si modo id necessarium erit ad eorum defensionem, quemadmodum lege regia planè constitutum est. In visitationibus verò non eduntur nomina testium, quia neque pœna ordinaria imponitur. ca. qualiter. 2. de accusati. regia. l. ii. titul. i. lib. 8.

ordinati. cap. i. de accusa. lib. 6. Paulus Parisius. consilio. 2. lib. 4. Illud palam est, vnius hominis testimonio plenam fidem habendam non esse: quod nō tantum legibus humanis, sed etiam diuino iure frequentissimè constitutum est. Lex enim Deutero. ait: in ore duorum aut trium testium peribit, qui interficietur: nemo occidatur vno contra se dicente testimonium. Et iterum: non stabit testis vnus contra aliquem, qui quid illud peccati & facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Et lib. numero. homicida sub testibus punietur: ad vnius testimonium, nullus condemnabitur. Et in euāgelio Matthæi, adhibetecum vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: quod & alibi sepe cauetur. Deut. 17. & 19. nume. 35. Matth. 18. Ioan. 8. 2. Corin. 13.

32 Plurimis quoque pontificum & Cesarū constitutionibus id ipsum renouatum est. Et quanuis olim apud ciues Romanos magna esset Catonis authoritas, nihilominus tamen orator quidam, cum vnico testi credendum non esse diceret, neque si Cato, inquit, is foret. Author Plutar. in Catone. Vticēsi. Duo itaque vel tres testes necessarij sunt ad plenam cuiusque rei probationem: quia vnus facile corrumpi & peruertere poterit: plures verò quam duo vel tres in quacunque causa requirere, graue admodum atque adeo

- adeò impossibile foret. l. vbi numerus. de testib. cap. licet vniuersis eo. titul. episcopus Abulen. in Deliter. cap. 19. quæst. 4. Domin. Soto. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 7. ar. 2.
- 33 Plures autem sunt exceptiones quibus iurisperiti probare conantur, vnico testi nonnunquam habendam esse plenam fidem. Sed vt cunq; res habeat in causis civilibus, in causis criminalibus tamen, vni testi credendū non est: id enim periculosissimū pariter & iniquissimum esset. Guilel. in speculo. tit. de testib. §. restat. Anton. & Felin. in ca. veniens. i. eod. titul.
- 34 Ceterū ille casus censura dignus est, in quò multi putāt vnus testimonio plenam fidem habendam esse: tūc, scilicet, cū quispiā de proprio facto testificatur. l. quæro. §. vlt. de edilit. edil. cum probatio. de proba. l. si quis decurio. C. de fals. l. seruire sponso. de testib. l. interrogari. C. de quæstio. Oldral. consil. 95. Salice. in. l. si quis decurio. Paul. Castren. in. l. quicūque. C. de seru. fugit. Alexan. consil. 197. lib. 7. Firmia in reperto. parte. testes duo. Socin. Senior. consil. 28. li. 3. Ruinus consil. 105. lib. 4. Decius. consil. 342. & 650. Alciat. in. l. 1. §. vltim. de verbo. oblig. Matth. de Afflict. Neapolitana decisione. 369. Hippolytus consilio. 111. & consilio. 113.
- 35 Sed quemadmodum paulò antea ostēdimus, diuinis & humanis legibus frequētissimè prohibetur, ne in detrimentum alterius, vni te-

sti plenè credatur. Parui autem refert, vtrum de facto proprio, an de alieno quispiam testimonium dicat: cū securius homines in facto suo mentiri, quā in alieno possint. Neq; est meo quidem iudicio, cur in hoc magis, quā in illo, veraces aut mendaces esse credantur: par enim est vtrobiq; eiusdem hominis testimonij pōdus. Quòd si quæ sunt iura, quæ prima fronte obstare videantur, ea vel de ministro reipublice, cui fides haberi solet in re aliqua leuissima officij sui, vel de seruo loquuntur, cui nonnunquam creditur in damnum leue domini sui. Quæ quidem iure singulari cōstituta sunt: neque ad exemplum trahi debent in graue cuiuspiā detrimentum. Et ita plurimi iurisperiti tradunt, quibus assentior. Cin. & ceteri. in. l. si quis Decurio. C. de fals. Anton. in. ca. cum à nobis. de testib. Alex. consil. 192. lib. 6. idem Alex. & Iaso. in. l. 2. §. si absens. si ex noxa. cau. aga. & ambo in. l. neque is. de acqui. hered. Paul. Castren. consil. 337. lib. 1. Curtius senior tract. de testib. conclu. vltim. Caro. Ruinus. consil. 19. & consil. 65. lib. 5. Tiracquel. de retract. §. 1. glo. 14. num. 50. Syluanus consil. 17. lib. 1.

- 36 Duo igitur testes necessarij sunt ad plenam heresis probationem: sed opus est vt sint fide digni, & omni (quod aiunt) exceptione maiores. Hinc est q; quanuis excommunicati & socij criminis non repellantur omnino, vt ne testimonium di-

cere

cere queat aduersus hereticos, defensores, receptatores, & ceteros omnes suspectos, non tamen plena fides talibus testibus habenda est, nisi cum ex verisimilibus cōiecturis, ex numero, ex personarū qualitate, alijsq; circumstantijs, vera eos dicere, perspicuum fuerit. ea in fidei fauorem. de heretic. lib. 6. & illic archidiano. Anchar. & alij. Hippolyt. Marsil. consil. 109. & iterum singulari. 209. & rursus in practica. §. diligenter nume. 60. Gonfal. de heret. prauit. quæst. 13. Albert. lib. de agnoscen. assertio. catholic. quæstio. 34. Coraf. lib. 5. Miscella. capite. vigesimo.

- 37 Sunt autem qui putant participi criminis nullam fidem habendam esse, nisi tormentis testimonium eius fuerit confirmatum. ca. penult. §. quæstio. 5. Fulgos. consil. 171. Hippolyt. consil. 109. Gratus. cōs. 59. lib. 2.

- 38 Verior tamen sententia eorum est, qui aiunt, socium criminis testimonio suo indicium facere, maius aut minus, pro personarū qualitate, & criminum & aliarum rerum circumstantijs: idq; etiam si sponte sine tormētis testimonium dixerit. Neque enim ex libero homine, pro testimonio non vacillante quæstionem habere oportet. l. ex libero. de quæstio. c. penul. §. quæst. 5. & inibi. glos. & interpretes. regia. lex. 21. titul. 16. p. 3. & l. vltim. titul. 7. libro. 2. fori legum. cap. 1. de testib. lib. 6. & illic. doct. glos. & alij

in. l. si filium. C. de liberal. causa Alexan. consil. 120. lib. 7. Corne. cōs. 58. li. 1. Ruinus consil. 158. li. 5. Iaso. in l. 4. §. si tibi indicium. de condi. ob turp. caus. Aymon. consil. 178. lib. 1. Cassan. in consue. Burg. rub. 1. §. 5. Boherius decisione. 319.

- 39 Tametsi autem fide dignissimi testes sint, nullum tamen erit pondus testimoniorum suorum, nisi de his, quæ planè scierint, non de his, quæ ab alijs audierint, testificentur. Quod scimus loquimur (inquit veritas) & quod vidimus testamur: & testimoniū nostrum non accipitis? Et sapiens in proverb. qui quod nouit loquitur, iudex iustitiæ est. Demosthenes quoque in oratione. 2. in Stephanum, dixit: manifestæ impudentiæ esse, ea testari quibus testis non adfuit. Et mox addit: leges autem non ita loquuntur: sed quæ norit aliquis, & quibus gerendis inter fuit, ea testari iubent, atque tabulis inscribere: vt neq; adimere liceat quicquam, neque addere his, quæ scripta fuerint: rem verò è viuente auditam testari non sinunt. Et Fabius, Gentium simul vniuersarum eleuata testimonia ab oratoribus scimus, & tota genera testimoniorum, vt de auditionibus: non enim ipsos esse testes sed iniuratorum afferre voces. Ioan. 3. proverb. 12. Quintili. libro. 5. capit. 7. l. testium. C. de testib. ca. licet ex quadam eodem titulo. & vtrobiq; interpretes Alex. Ales. 3. part. quæstione. 45.

Huc

De testibus.

40 Huc accedit Plautus in truculento dicens: pluris est oculatus testis vnus, quam auriti decem. Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè sciūt. Et incertus ille author, qui Ethnæ mōtis carmina scripsit, hæc inter alia inquit.

Non illic duce me occultas scrutaberet causas:

Occurrent oculis ipsa, cogentque facteri.

Mille sub exiguo ponent tibi tempore veras.

Res: oculique docent, res ipsa credere cogunt.

Nec locus ingenio est, oculi te iudice vincent.

Et Philo libro de cōfusione linguarum: visus certus, potius quam fallax auditus testis adhibendus est. Qua propter in optime constituta republica, lege cautum est, ne quis audita dicat pro testimonio: quia iudicium auditus naturaliter facilè est corruptibile. Apud Mosem quoque inter vetita legitur, nō admittes auditionem vanam. Vbi non tantum interdicit, ne quis falsum sermonem aut stultum accipiat auribus: sed docet, quod ad manifestam veritatis perceptionem, longè minus quam visus idoneus habeatur auditus, cum sit refertus vanitatibus. Idem Philo. libr. de iudice: qui auritos testes accipit, vanè non sanè accipit: nam oculi rebus ipsis interueniunt, & contrectant quodammodo negotia, totaque percipiunt, adiuuante luce,

per quam illustrantur, deprehendunturque omnia: aures autem minus fidei habet, quam oculi, vt quibus non cum rebus ipsis sit commercium, sed cum sermonibus rerum interpretibus, non semper veritatem sectantibus.

41 Præterea hæretici, cum sint excommunicati & infames, testificari nequeunt contra catholicos. Quod primo apostoli decreuerūt, deinde pontificum & Cæsarium legibus sæpè renouatum & constitutum est: postremò maiores nostri, canonibus. 4. concil. Toletani, id ipsum inseruerunt: addita ratione: quia sicut in fide Christi, suspecti sunt, ita in testimonio humano dubij habentur. apostoli. cano. 74. ca. non potest. ca. Pagani 2. q. 7. ca. beatus. 3. que. 4. ca. suspectos. 3. q. 5. l. quoniam. C. de heret. nouella cōstitutio Iustiniani. 45. & 4. concil. Toletano. canone. 62.

42 Hæretici verò testimonium aduersus hæreticum admittendum est: vt (quod Iustinianus inquit) dignus sit testis litigatore, ac talis qualis est reus. Neque enim hæreticus in alio reprobare potest mores, quos in se approbat. l. quoniam. C. de hæreti. & inibi. Godofred. l. in arenā. de inoffi. testam. l. cum qui. §. Iulianus. de furt. c. si hæreticus. 2. q. 7. Lucas. in. l. veterani. C. de vetera. li. 12.

43 Et sicuti quibusdam placet hæreticorum testimoniū admitti potest vtraque parte approbante: vel cum rem à se gestā explicant, adhibitis

Titul.

LXIII.

289

bitis tormentis: vel cum testimonium perhibent in causis grauioribus, id est hæreseos, simoniæ, læsæ maiestatis, expilatæ annonæ: quibus casibus eis creditur, si verisimilia dicant, vel sint plures numero. Bart. Iaso. Alciat. in. l. 1. C. de sum. trin. Brun. li. 5. de here. c. 10.

44 Sunt etiam qui putant recipiendum esse testimonium hæretici. ad reorum defensionem, vt ne facultas probandi innocentiam reis auferatur. Felin. in. cap. de cætero. de testib. Guillel. Benedi. in. ca. Rainuntius. de testam. part. qui cum alia numero. 250.

45 Sed meo quidem iudicio vix vnquam opiniones istæ recipiendæ sunt. Primo quia nullo iure probantur: deinde, quia legibus multis palam aduersantur: postremò, quia cum hæreticis omne commercium catholicis est interdictum, omnisque communicatio prohibita. Non igitur hæreticis testibus villo modo credendum est: excepto si fortè tormentis fatigati, occultum aliquid, & reipublice vtile patefecerint. Ad summam iudex magis scire poterit, quanta fides talibus hominibus sit habenda. l. 3. §. 1. de testibus.

46 Illud præterea nouisse cōueniet, quod quauis cōsanguinei iure ciuili cogi non possint, vt in causis criminalibus contra cōsanguineas testificentur: si tamen sponte aduersus eos testimonium perhibent, plena fides illis, perinde atque alijs te-

stibus extraneis habenda est. l. lege Iulia. cum seq. de testib. & illic Bar. l. reg. ii. ti. 16. par. 6. & l. vlt. ti. 13. p. 7.

47 Sed hoc amplius in causa hæresis constitutum est, vt cōsanguinei teneantur contra cōsanguineos & propinquos testimonium dicere: ac tãto firmitus est eorum testimonium quãto à suspicione odij cōsanguinei longius absunt. Deut. 13. c. si audieris. 23. q. 5. c. literas de presumpt. & ibi Abb. gl. in. c. vlt. de testi. lib. 6. Aymō Craucta. cons. 220.

48 Accedit eodem, quod qua ratione sua cuique confessio plurimū nocet: cum econtrario testimonium in re suam nullius ponderis sit: eadem omnino ratione, validissimum est cōsanguineorum aduersus cōsanguineos probabile testimoniū: cū cōtra in fauore eorum nihil aut parū pdesset. Nā quemadmodū nemo vnquā carnem suā odio habuit, sic etiā nemo cōsanguineos suos gratis odio habere existimādu est: cū his enim amicitiam (vt inquit Cicero in. l. lio) natura ipsa peperit. l. 1. C. de confes. l. omnibus. C. de testib. ad Ephesios. 5. ca. non æstimmus. 13. quæstio. 2.

49 Hinc est, quod seueri⁹ puniri debet qui falsum testimoniū dixerit cōtra cōsanguineū, quā qui aduersus extraneum: sicuti docet eleganter Demosthenes prior in Stephanū oratione, dicens: propter quod igit Stephanus exilio in primis dign⁹ est, id ex me audite. Iniquū est quemcūque tãdem opprimere falso testimonio

O o sed

De testibus.

sed multò iniquius & grauius vindicandum, cognatos. Nō enim scriptas tantū modo leges talis homo, sed ipsius etiā naturæ coniunctionem euertit. l. capitalium. §. omnia admissa. ff. de pœn. Cōfert. l. i. cum seq. ad. l. pom. de parric.

50 Et quanuis publicatis testimonijs non admittantur testes super eisdē articulis vel prorsus contrarijs: in causa tamen hēresis semper admittendi sunt, siue in fauorē rei, siue contra illū. Et hæc est sententia recepta cōmuniter, quam varijs in locis asserūt Bal. Angel. Feli. & ingens agmen. cap. fraternitatis. de testib. clem. vlti. eo. tit. Bal. in. l. eos. §. si quid. C. de appel. Angel. in. l. p. hęc. C. de tēporib. appellat. Domi. in. ca. vt officium. §. verū. de hēreti. lib. 6. Felin. indic. ca. fraternitatis. Alberti in. c. i. de hēreti. li. 6. quęst. 16. num. 19. Ludouī Care. tracta. de hēreti. numero. 124.

51 Cuius sententię fundamenta sunt hæc: primū quia publicatio secretò fieri solet, quā obrem suspicio corruptionis testium in his causis cessat. Alterum, quia plurimum reipublicę Christianę interest, vt veritas in hoc iudicio quocunque tempore manifesta fiat: ne vel hēresis impunita sit, vel iniuria puniatur innocens. Tertium, quia per inquisitionem cōtra suspectos proceditur: quò casu testes semper sunt recipiendi. c. constitutis. 2. de testib. Bart. & ceteri in. l. 2. §. si publico. de adulter. Auct. Arg. qui somel.

C. de probati. Innoc. Hostien. & alij. in. ca. cum clamor de testi.

52 Testes autem concordēs esse debent, vt fides eis haberi queat: nam testes varij non modò fide carent, sed falsi esse facillè deprehenduntur. Sic testes illi, qui cōtra Susannam testificabantur conuicti fuerunt à Daniele. Sic pessimi testes, qui contra Christum dominum falsum testimonium dicebant, notantur ab euangelista, quia non erant conuenientia eorum testimonia. Sic etiam cum Sceuinus & Natalis diuersi olim interrogati, non congruentia responderent, exorta suspicio fuit, eos cum alijs multis aduersus Neronem coniurasse: unde factum est, vt quęstione habita, & coniuratione patefacta, & ipsi & Seneca & Lucanus ciues mei celeberrimi, & ceteri omnes perirent. Sicuti Cornel. tacitus. lib. 15. annalium memorat. Danic. 13. Marci. 14. l. eos. & illic Bartol. ad l. Corne. de fals. Felin. in. c. cum in tua. de testib. & alibi sæpè.

53 Cæterum eorum testimonio plena fides habenda est, qui concordant in rerum substantia, quāuis in accidentibus, aut leuibus circumstantijs discrepent. Nam & memoria hominum labilis est, & harum rerum obliuio facilis: cap. nihil obstat. de verbo. signific. l. quæ extrinsecus. de verbo. obligat. qui sententiam. C. de pœn. l. 2. §. si quid autem. de veter. iure. enucleat. p. peragre. de acquire. posse.

Titulus

posses. Bart. in. l. eos. de fals. Bal. in. l. de quibus. de legib. Fulgo. cōf. 161. Corneus. consil. 34. lib. 4. Aretin. cons. 60. Alex. consil. 5. lib. 1. Socin. senior. consil. 244. lib. 2. Thom. 2. 2. quęstio. 70. arti. 2. 54 Quinimo qui eundem, præmeditatumque sermonem afferunt, suspectissimi sunt: videri enim possunt, ad perhibendum eisdem verbis testimonium ante coniurasse. Quam suspicionem theologo multi, & iuris periti plurimi considerādam esse frequentissimè docent. l. 3. §. 1. de testib. Ioan. Chrysof. super Matthę. homil. 1. & illic Theophylact' in fine exordij. Tho. 2. 2. quęst. 70. ar. 2. Domin. Soto. lib. 5. de iust. & iur. q. 7. artic. 2. Bal. cons. 121. lib. 2. Alexand. cons. 137. lib. 6. Decius. cons. 627. Hippolyt. cons. 1. Gratus cons. 75. lib. 1. Paul. Paris. consilio, quinquagesimo quinto. lib. 4. 55 Quanuis autem in eadē causa, nemo esse possit pariter accusator & testis: is tamen qui iudicibus hēreticum indicat, (quem veteres indicem, vulgus hodie denunciato-rem appellat) testis legitimus est. Neque enim vllò priuato commòdo talis testis mouetur, sed zelo sanctissimo religionis ad publicam ecclesię catholicę utilitatem, vt hēreticus corrigatur. Quòd si is qui fraterna correctione vitur, in numero testiū habendus est, multò id magis fieri debet, cū ad publicā etiam reipublicę utilitatem iudicibus hēreticus indicatur, & ita vitur.

LXIII.

290

c. in omni. de testib. Domini. Soto. de ratio. tēgend. secret. mēb. 2. q. 4. & iterum. li. 5. de iust. & iur. q. 6. ar. 2. conclusionē. 4. 56 Quæsitum scio, si testis contra quempiam de crimine hēresis, coram iudicibus testificatus sit, & postea moriens testimonium illud reuocauerit, cui nam testimonio maior fides habenda sit. Multi putant, priori testimonio, non autem posteriori credendū esse. l. generaliter. C. de nō nu. pec. l. 1. §. si quis filiū. de carbo. edi. c. sicut. de testib. Bart. in. l. eos. de fals. Abb. & Philip. Decius in. c. per tuas. de probatio. Alexan. cons. 251. lib. 6. Cornel. cons. 58. lib. 1. Socin. senior. cons. 253. lib. 2. Feli. in. ca. literas. de præsumpt. Albert. in. ca. 1. de hēret. lib. 6. quęstio. decima sexta. numero. 72. Boherius. decisione. 108.

57 Huius sententię rationes magni roboris sunt, quia prius testimoniū coram iudice solenni iuramento præstito, dictum fuit: posterius verò priuatim & sine iureiurando, perhiberi solet. Sed etsi cōtra prius testimonium, in posteriori iurauerit, iam eo ipso planissimè constat, eum esse periurum, cui fides habenda non sit. Accedit eodem, quòd ex priori testimonio, ius alteri quæsitum est, quòd idem testis ab eo auferre nō potest. Postremo prius testimonium suspicione caret, posterius verò aliorū persuasionē dictū præsumi potest. Quam suspicionem olim Demosthenes

oratione aduersus Phormionem eleganter obiecit Lampidi testi dicens: Lampis, quo iste nititur, testimonium dicit, cum ab initio negarit, se recepisse aurum, vos verò decernentes eum recepisse, non futuri estis testes negotij? Et his qui verè dixit non vtemini pro argumento: quæ vero commentus est deinceps, postquã corruptus est, ea credibilia esse existimabitis? Atqui multò iustius est Athenienses ex his quæ ab initio dicta sunt, coniecturam capere potiùs, quam ex his, quæ postea cõcinnata fuerunt, nam ea non edoctus, sed veritatis studio dicebat: hæc posteriora per mendaciũ & ad suam vtilitatem.

58 Tametsi autè suprascripta sententia plarumque vera & recipienda sit, in causa tamen hæresis audiendus est interdum testis, qui cõtrarium dicit eius quod prius testificatus erat. Scilicet cum apparuerit manifestis indicijs, eum non lenitate, odio, aut pretio, sed zelo catholice fidei testimonium prius velle corrigere. Quod tunc sanè intelligi poterit, cum probabilè causam retractationis ostenderit: & verisimilibus argumentis & coniecturis posterius testimonium verius esse existimari possit. cap. accusatus. §. licet. de hæretic. lib. 6. Curri. senior. cõsil. 69. Hippolyt. cõsil. 109. Couarru. lib. 2. Variarum resolutionum. ca. 13.

59 Actantò quidem magis morietur credendum est, quãtò minus ad

peccandum eò tempore audax est. Quis enim credat eum qui moritur, mentiri, ac falsum testimoniũ dicere? Nihil à morientibus fingitur (inquit Fabius) nihil enim vita laborante simplicius: moriẽs quidem existimandus non est immemor salutis æternæ, cum locus salubri pœnitentię non relinquitur. Spes enim longioris vitę maximè fascinat homines, eosque ad peccãdũ audaces facit: qua destituti morientes, præterita peccata plangere, non autem alia noua committere solēt. Quandiu hic sumus inquit Chrysostomus, anima voluptatum illecebris delinita, tristitia egrè admittit animo: cum verò migratura ex corpore est, tunc iam maiore continetur metu, quippe quę ad ipsa iudicij peruenit limina. Cum enim pulsare animã, metus mortis incipit, ignis instar, præsentis vitę omnia succidens, philosophari eam cogit, & futura sollicita mente versare. Fabius. declama. 17. signorol. cõf. 78. & 106. Alex. cõf. 14. lib. 3. Felin. in. ca. exhibitã. de homicid. Guillel. Benedi. in. ca. Rainuntius. de testam. parte, in extremis. positus. nume. 19. Hippolyt. in pract. §. restat. Ludou. Rom. & Ioan. Igneus. in. l. si quis gratis. §. 2. ad Syllani. Chrysost. epistola. 2. ad Timo. hom. 5. col. pen.

60 Neque audiendi sunt, qui putant non aliter posteriori testimonio fidem habendam esse, quã cum testis prius testimonium

corrigit

corrigit contra hereticos in fauorem catholice fidei. Nam etsi prima fronte Alexandri quarti constitutio, id planè dicere videatur, mēs tamen legislatoris aliud proculdubio vult. Aequalitas enim seruanda est in iudicijs inter accusatorem & reum: neque fauorabilior esse debet hæresis resectio, quã innocentis à tam graui crimine liberatio. Quid quòd fauorabiliores reis esse debemus, & ad absoluen dum, quã ad condemnãdum proniores: longèq; satius est, nocentē absolueri, quã innocētē puniri. c. accusat. §. licet. de hæret. li. 6. l. scire oportet. §. aliud. de excusa. tutorũ. l. ex facto. de vulga. & pupil. l. vltima. C. de fructi. & lit. expen. l. in facris. 3. & ibi Lucas. & Ioan. de Plante. C. de proxi. sacro. scrib. lib. 12. l. fauorabiliores de reguliur. l. Airrianus. de actionib. & obligatio. l. absentem. de pœn.

61 Item illud sciendum est, quòd testibus singularibus, seu discordibus, tametsi plurimi sint, hæresis probari plenè nequit: op' enim est ad integram probationem vt saltè duo testes concordēs sint. ca. licet

62 Quia in re partitio à Baldo tradita cõsensum ferè omnium meruit. Is enim ait, testes singulares, vel cõtrarios esse, vel omnino diuersos, vel ferè ad eundem finem tendere: qui contrarij sunt, fidem sibi ipsis abrogant: sunt enim eorũ testimonia sese refellentia & inter se collidentia: & non modo plenam probationem non faciunt, sed interdũ etiã, vt falsi puniendi sunt. Bal. in ca. licet causam. de probatio. Daniel. 13. c. ex tenore. c. cum causam. de testib. Aymon. de antiquit. pat. 4. §. sed enim.

63 Testes autem plurimi singulares & prorsus diuersi, perinde sunt ac si vnus tantum modo testificaretur. Si enim primus de hac, secundus de illa, tertius de alia re, lōgè diuersa testimonium dixerint, & plurimi alij similiter, nihilo magis aliquid gestum esse probabũt, quã si vnus tantũ perhibuisset testimonium: quia re vera singuli seorsum de singulis testantur. cap. nihilominus. 3. q. 9. Bal. in. l. iuris iurandi. C. de testib. Decius. cõf. 649. Aymon. loco prenotato. nume. 4. & 7.

64 Si verò testes, diuersi & singulares fuerint, de rebus tamen cõnexis, vel de his quę ad eundem finem tendunt, testimonia dixerint: quanuis in causis criminalibus, plena fides illis non sit habenda, nihilominus tamen plusquam semiplenam probationem faciunt. Bal. in. cap. licet causam. de probatio. Felin. in. cap. licet ex quadam.

De testibus.

- de testib. Decius consil. 650. Aymō 67 Sed verior sententia est, quod ta loco memorato. nu. 8. cum seq. & conf. 35. & 73. & 78.
- 65 Cui confine est, quod ad probādam rem indiuiduam, vel continuū actum, sat est vt partes eius probentur per testes singulares: verbi gratia, Ad probationem plenam sacrificij Eucharistie, sufficit q̄ à singulis testibus, de singulis eiusdem sacrificij partibus testimoniū perhibeatur: & ita plerique iurisperiti tradunt, quibus ego vehementer assentior, quia in toto consentiunt. l. 3. in principio. de acqui. possessio. glos. in ca. nihilominus. 3. quæstio. 9. Felin. citans plurimos in. ca. licet ex quadam de testi.
- 66 Illud quoque multis placere video, quod ad probandum aliquid generale, sufficiant singulares testes, qui de singulis speciebus testimonium dicant. Veluti ad probandam iurisdictionem generalem, satis sit, quod singuli testes de singulis speciebus, aut actis iurisdictionis testificentur: quia omnes (vt isti aiunt) in generali iurisdictione concordant. Glo. in. l. ob carmen. §. vltim. de testib. Innocen. Bal. Anto. Abb. Ioan. Imolen. & alij à Felino relati, in ca. licet ex quadam. de testibus. Anchar. consil. 277. Alexan. consil. 92. lib. 5. Aretin. consil. 60. Corne. consil. 34. lib. 2. Hippolyt. consil. 1. Boherius decisio. 23. Aymon. cōsil. 73. lib. 1. & plenius lib. de antiquit. part. 4. §. sed enim. Alberti. in. ca. de heret. lib. 6. q. 16. nume. 48.
- 67 libus testibus fides non sit habenda: quia in specie proposita, omnes singulares atque diuersi sunt: neq; aliquid inuenitur duobus testibus comprobatum. Vnde relinqui nullo modo potest, quod generalis iurisdictione probata esse intelligatur: quādoquidem, nulla species eius, duobus testibus probata est. Et ita multi iurisperiti tradunt, quibus accedo. ca. licet causam. de probatio. & inibi Bal. item Hostien. in sum. titu. de testib. §. que diuersitas. Innocen. in. ca. licet ex quadam. de testib. Ricard. & Bal. in. l. ob carmen. §. vltim. de testib. Ioan. Imol. in. ca. cum oporteat. de accusa. Alexan. & alij quos refert Iason. in re pe. l. admonendi. de iure iurando colu. 114.
- 68 Sunt etiam qui aiunt, probari posse testibus singularibus, aliquē hæreticum esse: vt puta, si vnus testis, de quadam hæreſi, alius de alia, & alij itidem de alijs hæreſibus eiusdem hominis testimonium dixerint: iam probatum erit in genere (vt isti asserunt) hominem illum hæreticum esse. Iacob. Butri. in. l. Arriani. C. de hære. Iacob. de Aret. in. l. testium. C. de testib. Bal. in. ca. Cum omnes de consti. Ioan. Imol. in. ca. cum oporteat. de accusa. Ioan. lup. senior. tract. de heretic. ca. 12. Curtius. de testib. concl. 37. Albert. in. ca. de heretic. lib. 6. quæstio. 16. nume. 51. Aymon Crauet. consilio. 78. li. 1. & loco prænotato. num. 11.

Ho

Titulus

LXIII.

292

69 Horū tamen opinio periculosa est, & omnino falsa. Quamobrem à plerisq; iurisperitis confutata, & ab inquisitoribus iā olim, iure quā optimo explosa & eiecta est. Anto. in. c. cū oporteat. de accu. Ioā. And. in. c. vt officium. §. 1. de heret. lib. 6. & illic Domini. in. §. verū Bal. cōsi. 394. lib. 2. cardin. in Clemen. 1. §. verum. de hereti. Salicet. in. l. testium. C. de testib. Alexand. consil. 72. li. 1. Iaso. in rep. l. Admonendi. de iure iurand. colu. 114. Philip. Decius in cap. licet causam. de probatio. Conrad. Brun. li. 4. de heret. c. 9.

70 Quod autem opinio illorū falsa sit & absurda, cuius etiā semidocto facile per spicuum esse poterit. Nam quemadmodum testibus singularibus atq; diuersis probari nō potest hæreſis in specie, vt paulō antea ostendimus: sic etiam talibus testibus aliquem hæreticū esse in genere villo pacto probari nequit. Nisi enim aliqua species hæreſis duobus aut pluribus testib⁹ planē probata sit, non potest inde inferri, hæreſim in genere plenē probatā esse. Neque enim inferri potest verum esse in suo genere, ex eo q̄ nō potest dici verū in tali specie: vt quidam iurisperiti rectē ante nos tradiderunt. Salicetus in. l. testium. C. de testib. Conrad. Brun. lib. 4. de hereticis. cap. 9.

71 Ad hęc, si testibus singularibus probari posset aliquem hæreticum esse, probari quoque talibus testib⁹ posset, quempiam furem adulterū

ficariū, aut quiduis aliud esse. Par enim ratio, imō eadem prorsus militat in probatione horū omnium, atque id genus aliorum criminū. Deinde probari nequit Petrum hæreticum esse, nisi aliqua hæreſis ab eo dicta vel facta, pluribus testibus in specie probetur. Postremo, de singulis hæreſibus accusari, defendi & conuinci, quilibet hæreticus debet, & itidem ad fidem conuersus errores singulos nominatim confiteri & abiurare tenetur: non igitur sufficere poterit vt probatio generalis aduersus eum testibus diuersis seu singularibus fiat. Neque est cur in hæreſi probanda recedi possit à regulis iuris: præsertim cū in hoc iudicio, quia maius periculum vertitur, cautius sit agendum ca. vt officium. §. verum. de hereti. lib. 6. Bal. consilio. 98. lib. 1. Aymō Crauera. consilio. ducentesimo sexagesimo secundo.

72 Cæterum ineptissimum illud est, quod ipse audiui quosdam dicentes, pluribus testibus singularibus probari posse aliquem hæreticum esse in genere: ac si possibile esset, hominem aliquem hæreticum esse in genere. Quod si quispiam serio id fieri posse contendat: iam (vt Augustini verba vsurpem) nemo doctus risum tenebit, nemo non succenserebunt indoctus. Genus est, vt Porphyrius ceterique definiunt, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: est sanē genus, vniuersale, generale, &

De testibus.

commune, incertum, cōfufum, & informe: quod verè prædicari potest de pluribus diuerfis speciebus, aut indiuiduis diuerfarum specierum: quod generale est, nec visu neque tactu, neq; vilo sensu comprehenditur, vt cuius meus Seneca inquit, sed cogitabile est. Homo generalis sub oculos nō venit, sed specialis venit, vt Cicero & Cato. Animal in genere non videtur sed cogitur: videtur autem species eius, equus, & canis. Et sicuti Mercurius Trismegistus in Asclepio inquit: omnia genera immortalia sunt.

Species verbō seu forma in proposito est, certa res, quæ iusta certitudine, qualis & quāta sit apparet. Multum autem interest inter genus & speciem siue formam: genus enim neque videri nec tangi potest: indiuiduum autem, siue forma, tangitur & videtur, & nullo modo genus esse potest. Itaque probatio in genere, nusquam est, vt rectissime dicit Alciatus. Ex quib' omnibus, multisq; alijs perspicuum est, tam non posse hunc, aut illum hominē hereticum esse in genere, quā species genus esse non potest. l. si peculium. de manu. testam. Francisc. Titelma. libr. 1. dialecticę. considera. c. 7. Seneca, epistola. 59. Alciat. lib. 10. Parergo. capite. 16.

73 Eisdem omnino rationibus euidētissimum est, neminem in genere cynædū esse posse: neque enim possibile est, probare in genere aliquem cynædum esse: quia testes in

specie debent sui testimonij rationem reddere. Proinde quauis regia lege pragmatica sancitum sit, vt in hui' nefandi criminis cognitione procedatur, sicuti in crimine heresis, & læsę maiestatis: nihilominus tamen testibus singularibus, nemo plenè conuinci potest, esse cynædus. Cū autem quidam anno superiori clamaret dicēs, probatū esse in genere testibus singularibus, reum quendam esse cynædum, me respondisse memini: si nefandum crimē probatum est in genere: pœna similiter irrogetur in genere: saluum sit indiuiduum: & cynædus in genere, si libet, comburatur. Vide Paul. Parisi. consil. 163. lib. 4.

74 Obiter autem quoniam huius nefandi criminis incidit mentio, nō erit alienum pauca quędam ea de re in presentia dicere: ac primū quidam putant, non esse constitutam iure ciuili pœnam certam in eos, qui crimen hoc execrandum cōmittunt. Quia Constantini constitutio de his tantum loqui videtur, qui nefandas nuptias contrahunt: ait enim lex: cū vir nubit in fœminam, & cætera. Sed ea obseruatio nullius fere momēti est: quādo quidem alia Iustiniani constitutione, pœna vltimi supplicij cōtra pædicatores & cynædos quoscunque statuta est. Quod multis quoq; diuinis & humanis legibus frequentissime cauetur. l. cum vir. C. de adult. l. 6. cod. titu. C. Theod. autho.

Titulus.

LXIII.

293

autho. vt non luxur. con. nat. s. vlt. Gene. 19. Leuit. 18. & 20. ad Roma. ca. 1. ca. adulterij malum. cum seq. 32. quæst. 7. ca. sollicitatores. de pœni. distin. 1. ca. clerici de exce. prel.

75 Deinde animaduertere oportet, quod vulgata editio antiqua supra memoratæ cōstitutionis valde corrupta erat: sic enim habebat: cū vir nubit in fœminam vires porrecturam: vnde vix sensus aliquis elici poterat. Quam ob rem quidam locum illum emēdare variè conati sunt. Aliqui legunt: cū vir nubit in fœminam, viros experturā. Alij dicunt, viros: sed minus recedit à veteri vulgata editione. Andreas Alciatus qui scribit: cū vir nubit in fœminam, viros porrecturā. De muni Codex. Theodosij libro. 9. tit. 7. sic habet. cū vir nubit in fœmina, viros proiectura, quid cupiat, & cætera. tu dispice. Vide Alciat. in linter stuprum. de verbo. signifi.

76 Postremò plurima contra hoc nefandum crimē dicere solent philosophi, theologo, & iurisperiti, quę longum esset commemorare, præsertim ad alia properanti. Hoc tamen vnum præterire non possum quod regia lege pragmatica, pædicatores & cynædi, non modò pro crimine consummato, sed etiam pro conatu exurēdi sunt, bonis omnibus publicatis. Digna profectò lex catholicis regibus, & religiosissima pariter, ac syncerissima Hispania, in pragmati. antiq. fol. 148. regia. l. vlti. titu. 21. part. 7. & l. fin. tit.

9. lib. 4. fori. leg. Plato. li. 8. de legib. Fabius declama. 3. Lactāt. li. 6. diui. institut. ca. 23. Hierony. in Esaiam. cap. 2. Augustinus ad fratres in eremo. sermo. 47. l. 6. titu. 7. libro. 9. C. Theodos. Philo. lib. 2. de specialibus legib. Alex. Ales. 2. par. quæst. 171. & part. 3. quæst. 47. Tho. 2. 2. q. 154. episcopus Abulen. Matth. 5. q. 206. & 213. & in Exod. ca. 22. quæst. 14. cum seq. & in Leuit. cap. 18. q. 7. cum seq. & ibidem in cap. 20. q. 5. cum seq. Aluarus Pelagius. lib. 2. de planctu ecclesi. art. 2. Aug. Niphus. li. 2. de amore. c. 97. Anchar. consil. 268. Lucas in. l. siue ex prætoriano. C. de exactorib. & executo. lib. 12. Felin. in. ca. cū sit. de foro. compet. Decius. consil. 98. Matth. de Afflict. in constitut. Sicilię. legū asperitate. Paulus Grillan. de pœni. omni. coitus. ca. 8. Alciatus. lib. 10. Parerg. ca. 11. Boherius. decisio. 316. Ioannes Bernar. in pract. cap. 80.

77 Pœna quæ pōtificio iure pro nefando crimine clericis, & ecclesiasticis personis irrogatur, admodū lenis & remissa est. Quo fit, vt plerunque abominādum illorum scelus impunitum sit: nam cōiecti in carcerem post menses aliquot fugere ac sæpe veniam & impunitatem impetrare solēt. Aegrè autem ferunt laici, & iure & merito aegrè ferunt, nefarij sceleris participes dispari supplicio affici: & in scelere pari, disparē cōditionē esse. Quid? quod tantò maius crimen cōmittit clericus, quam laicus, quantò

De testibus.

maior est ei⁹ dignitas & officium? Quamobrem efflagitandum esset à pontifice summo, vt lata lege pōtifficia quicumque homines ecclesiastici, nefando crimine polluti fuerint, ab inquisitoribus apostolicis Hispaniæ comprehendi, & sacra militia exauthorati, secularibus iudicibus relinqui possint: animaduersione iusta puniendi: vt quos par facinus coinquinat, vtrosque similis pœna comitetur. l. si quem quā. C. de episcopis & clericis.

78 Ergo vt à digressionē reflectam⁹ ad id, quod erat institutum, neque in genere neque in specie probatur hæresis testibus singularibus. Neque enim hæc probatio excipitur à generali regula iuris. ca. licet causam. de probationi. cap. bone. n. de electio. c. nihilominus. 3. q. 9.

79 Duo tamen casus ab ea regula sunt excipiendi. Prior cum testes de eadem specie hæresis testificantur, sed singulares sunt in loco & tempore: hi enim concordant in eiusdem hæresis probatione: locus verò ac tempus extranea sunt, & vt iuris periti loquuntur, non pluri- fiant hæresim sapiens dictam & continuatam. Salicet in l. testium. C. de testib. Brun. libro. 4. de hæret. cap. 9. Albert. lib. de assertio. catho. quæstion. 34.

80 Horum sententia verissima est, vt mihi quidem videtur: primum, quia tempus & locus non sunt circumstantiæ necessariæ ad probandam hæresim. Deinde quia di-

uersitas testium in alijs, quàm in substantia, non abrogat fidem eorum. Ad hæc perinde facit hereticus, qui varijs locis & temporibus, eandem hæresim repetit: ac fur, qui id, quod rapuit & furatus est singularibus testibus ostendit, varijs temporibus & locis. Postremò absurdum admodum esset, vt seductor quispiam singulos homines totius populi, seorsum doceret suas hæreses, & tamen vniuersorum testimonijs conuinci non posset: quod nemo sanus probabit. Thom. 2. 2. quæstio. 70. artic. 2. Bart. in l. eos. ff. de fals. cuius sententia cōmuniter est recepta. l. inficiando. §. infans. ff. de furtis. Et inibi Bartolus.

81 Excipitur & posterior casus, cum testes singulates ad eundem finem tendunt, & plures sunt & fide digni. Nam si eorum testimonia verisimilia sunt, iudex poterit plenam fidem eis adhibere. Quod quidem à plurimis traditum & vsu forensi receptum est. l. 3. §. 1. & l. ob carmen. §. vltim. ff. de testib. Paul. & Cacialup. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Brun. lib. de indic. col. 3. Socin. cons. 262. lib. 2. Scépola. cons. 3. Decius. consil. 163. Curtius Iunior. consil. 106. Crauet. consilio. 78. Hippolyt. singul. 114. & in l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæstio. Tiraquel. de pœnis. causa. 51. numero. 106. Sylvanus. consilio. 36.

82 Post hæc de refutandis testibus quædã sunt adijcienda: quia sola eorū reie-

reiectione reorum causę nonnunquam defenduntur. Est autem locus à testibus & contra testes iure consultis rhetoribusque communis. Multa enim pro testibus, & contra testes ab vtrisque dici solēt. Sed ea quæ pro testibus dicuntur, breuiter concludi possunt: quia quilibet bonus esse præsumitur, donec probetur contrariū. A testibus itaque dicitur secundum authoritatem & vitam testium & constantiam & verisimilitudinem testimoniorum. l. scire. §. sufficit. de excusat. tutorum. ca. 1. de scrutin. & lib. 2. rhetor. ad Herenni.

83 Contra testes verò dicere poterit reus, eos esse infames, fures, raptores, & facinorosos, excommunicatos, seruos, pauperes & perfidę nationis. Id quod elegāter facit Cicero, in oratione pro Lucio flacco, qui testes Gręcos nimium eleuat, dicēs, nullam grauitatem, nullam constantiam, nullum firmum in gręcis hominibus cōsilium, nullam denique testimonij fidem: perditos gręcorum mores vsq; ad dāda mutuò testimonia. Hęc & id genus alia multa ad refutandos testes obijci possunt. c. testimonium. de testib. & inibi gl. & interpretes. Aristo. rhetoricę ad Alexā. cap. de testimonio. & testibus. Cicer. lib. 2. rhetoricę, ad Herennium. Fabius. li. 5. institut. orato. cap. 7. Trapezuntius libro secundo. ca. 1.

84 Hęc tamen omnia in causa hæresis fidem testimoniorum eleuāt;

sed testes ipsos penitus nō refellūt. Quamobrem à iudicibus cōsideranda sunt, non autem à reis probanda. Verum exceptiones illę aduersus testes admitti debēt, quibus probatis perspicuū esse possit, eos nō zelo iustitię, sed malignitatis fomite perhibuisse testimonium. Vt si dicatur, quod testes aduersus reū conspirarunt, aut q̄ inimici sunt, vel subornati, aut quippiam simile cap. in fidei. de hæreti. lib. 6. ca. per tuas. 1. de simon. ca. repellantur. ca. cum oporteat. ca. cum dilectus. de accusat. ca. conspiratores. 3. quæst. 4. Paul. Parisi. cons. 2. li. 4.

85 Cum autē exceptiones iustę aduersus testes obijciuntur, admittendus est reus ad earum probationē. Qua in re testes cautē sunt in interrogandi: ita vt quoad fieri possit, eos lateat, qui fuerint illi testes, qui contra reum perhibuerūt testimonium. Id verò fiet interrogando testes, à reo productos, non solum de inimicitia, vel conspiratione testium, sed etiam aliorum hominum, qui non dixerunt aduersus reum testimonium. Quod prudenter admodum quadam senatus epistola plenius cautum est.

86 Ad probandas exceptiones contra testes accusatoris, non sunt admittendi cōsanguinei reorum: intra quartum gradum: sicuti repelluntur in probatione defensionis oblique, seu indirectę: quoniam pœna hæreticorum ad dolorem & iniuriam cōsanguineorum pertinet.

gitur. Et ita multis senatusconsultis veteribus & nouis constitutum est. cap. filij. de heret. lib. 6. l. 2. ff. de liberali. causa.

87 Superest vt de periurijs & falsis testibus & errorum corruptoribus cursim aliqua differamus. Ac primum queri potest qua pena coerendus sit periurus testis qui iurauit, se celaturum testimonium suum, & postea illud ante publicationem retexisse conuincitur. Respondimus olim crimine stellionatus, extraordinem, pro modo culpe ac damni, plectendum esse. Iudices igitur iusto arbitrio poterunt condemnare istum, vt publicam poenitentiam agat: vel poenam pecuniariam soluat: vel in exilium abeat: vel deridendus publice trahatur: vel fustibus cedatur. Quod si criminis qualitas id forte deposcit ad triremes etiam condemnari poterit. l. 3. & l. vltim. de crimi. stellio. l. qui falso & ibi Florian. de testib. cap. si testes. §. item qui falso. 4. q. 3. glo. in l. si duo patroni. §. vltim. de iureiuran.

88 Nunc autem de falsis testibus dicendum est, quorum crimen grauissimum quidem est: vt enim Isidorus inquit libro. 3. de sum. bono: testis falsidicus tribus est personis obnoxius, primum Deo quem peierando contemnit: deinde iudici, quem mentiendo fallit: postremo innocenti, quem falso testimonio ledit. Quamobrem iustissime multis variisque poenis falsi testes puniri possunt. Deum enim citare re-

stem mendacij, scelus est nefarium, vt ait Philo. lib. de decalogo. Et post aliqua, falsi testes multis magnisque molestijs sese inuoluunt: primo sanctam veritatem violant, qua nihil est in rebus sacratius, solis in morem illustrante negotia, ne quid eorum in obscuro lateat. Deinde, notitiam rerum, quasi nocte quadam tegunt & caligine, & iniustos adiuuat, aduersanturque iniuriam patientibus, dum que neque viderunt, neque audierunt, neque cognouerunt, se certo scire & probe tenere asseuerant. Addunt & tertium peccatum peius prioribus: quoties enim desunt argumenta aut probationes, quae ex scripto fiunt, ad testes recidit controuersia, quorum verba pro regula sunt iudicibus pronuntiaturis sententiam: necesse est enim vt his solis attendatur, cum nemo adsit iudex alius. Hinc fit, vt qui litem perdunt, grauati testimonio, iniuriam patiantur, cum potuissent vincere: & iudices iniquitatis, non iustitiae opinionem lucrifaciant. c. 1. de crimi. fals. Isidor. lib. 3. de sum. bon. ea. 59. iuris periti. in l. 2. C. de reb. credit. & in di. c. 1. de crimi. fals. & in ca. 2. de rescript. & in cap. querelam. de iure iurando. Et saepe alibi.

89 In causis civilibus falsi testes coerceri possunt poena legis Corneliae de falsis: & in super condemnandi sunt, vt parti lesae damnum soluant. Lege autem regia vsu recepta damnatum datur: pendit falsus testis in causa

causa civili, & praeterea quintus quisque dens ab eo publice euellitur. l. 1. ad l. Corn. de fals. Paul. Ioan. Andre. & ceteri. in. c. 1. de crimi. fals. regia. l. 3. titul. 12. lib. 4. fori. legum.

90 In causis vero criminalibus falsus testis puniendus est poena talionis. Hoc est eadem poena, qua reus erat plectendus, si obiectum crimen fuisset ab eo commissum, & plene coram iudice probatum. Quod lege diuina primo sancitum, deinde multis civilibus & regijs constitutionibus renouatum est. Deute. 19. l. 1. §. 1. ad l. Corne. de sic. cap. Haec imago. 33. quaestio. 5. Danic. 13. regia Taurina. l. 83. Alexand. conf. 55. lib. 7. Feli. in. c. sicut. de testib. las. in. §. item si quis postulante. de action. col. 14. & in. l. si legibus. C. si contrarius. vel util. publi. Casen. in. consuet. Burgund. rubrica decima. columna vltima. Couarruuias libro secundo variarum resolutionum: capite. 9.

91 Lege quin etiam duodecim tabularum falsus testis e Saxo Tarpeio, quod mire altitudinis erat precipitabatur. Verba legis haec sunt: qui falsum testimonium dixisse conuictus fuerit, e Saxo Tarpeio deiciatur. Quae poena cum fortasse nimis dura Phauorino philosopho visa esset, Sextus Caeilius iureconsultus haec inter alia dixisse fertur: An putas Phauorine, si non illa etiam ex duodecim tabulis de testimonij falsis poena aboleuisset: etsi nunc quoque vt antea, qui falsum testimonium dixisse conuictus esset e

Saxo Tarpeio deiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quam videmus? Acerbitas plerumque vlciscendi maleficij bene atque caute viuendi disciplina est. author. Aul. Gel. lib. 20. nocti. Attica. cap. 17.

92 Hodie vero nemo sic damnari potest, vt e Saxo precipitetur. Ea tamen poena olim vsitata fuit, non solum apud Romanos vt ex Plutarcho in Romulo, & item in Camillo & ex alijs plurimis constat: sed etiam apud nostrates, vt ex ipsis legibus septipartitis, quiuis facile intelligere poterit. Illud tamen non est silentio inuoluendum, quod Cornelius Tacitus lib. 5. annalium retulit: Marium quendam Hispaniarum ditissimum, Tiberij temporibus delatum incestasse filiam, Saxo Tarpeio deiectum iuste fuisse. l. si diuino. de poenis regia. l. 6. titul. 31. part. 7. Seneca controuers. 3. & rursus declamatione. 3. lib. 1. regia. l. 9. titu. 18. & l. pe. titu. 21. p. 2.

93 Si quis autem alius falsus testis pessime delinquit, is profecto maxime, qui virum catholicum, haereticum esse testaturum quia sub pretextu pietatis, grauissimo periculo innocentem exponit, quippe cum testium falsorum nominibus occultatum vix se defendere queat: tum etiam quia impudentius, audacius, & horribilius facinus est, coram inquisitoribus & religiosi viris, in causa heresis, quam coram tabellione aut pedaneo aliquo iudice,

ce, falsum testimonium in alia causa dicere. Accedit huc Demosthenes oratione aduersus Phormionem dicens: Alia res est Athenienses, in vestros vultus intuētem, testari falsum, quam apud arbitrum. Apud vos enim, & indignatio vehemens, & poena proposita est mentientibus, apud arbitrum autem securē & impudenter testantur quicquid collibitum fuerit.

94 Falsus igitur testis in causa heresis relinquendus est curiæ seculari, & poena talionis puniendus. Quia in re extat Leonis decimi diploma quo inquisitores possunt falsum testem curiæ seculari relinquere, irregularitatis securi. Mea tamen sententia, non quilibet falsus testis dimittendus est, iudicibus secularibus: sed ille duntaxat, qui reo notabiliter nocuit. Neque inquisitores testem, qui falsum testimonium dixit in probatione obiectorum aduersus alios testes punire debent poena talionis, se extraordinaria aliqua coertione: quemadmodum quibusdam epistolis senatus sancte inquisitionis plenius continetur. 4. instru. Tolertana. cap. 11. & supra. nu. 76. Socinus senior. conf. centesimo tertio. cum sequenti. lib. 1.

95 Etsi autem summo iure omnes falsi testes in causa heresis comburi possent, bonis etiam publicatis: æquius tamen & benignius est, ut qui falso testimonio parum nocuerunt, extra ordinē puniātur: quod quidem frequentissime fieri solet.

Falsi enim testes cum hereticis & poenitentibus in publicum spectaculum trahuntur, mitella p̄icta infamanteque conspicui (nam hodie quoque inualuit ea cōsuetudo, cuius Angelus & Ias. alijque meminerunt,) deinde fustibus cēsi, vel in exilium vel in triremes mitti, vel alia extraordinaria coertione puniri solēt. Angel. & Ias. in. l. si duo patroni. s. vlti. de iu. iur. Ioannes Bernard. in pract. cap. 87.

96 Quæsitum fuit vtrum filij & nepotes falsi testis qui combustus fuerat, infames essent, & alijs poenis obligati, quibus liberi hereticorum afficiuntur. Et causidicus quidam non imperitus aiebat, falsorum testium & hereticorum liberos exequādos esse, ne poena eorum dissimilis sit. Verum id neque vsquam relatum, neque vnquam receptum est: neque enim equē delinquit, falsus testis, qui vni nocere voluit: atque hereticus impius Christianæ reipublice hostis pestifer & exitiosus. Sed etsi demus par esse vtriusque crimen, nulla tamē lege sancitum est, ut liberi falsi testis hereticorum liberis exequētur. Leges autem poenales non sunt producendę, quauis par causa id exigere videatur. Etsi enim non desit ratio, dēest tamen autoritas & voluntas siue arbitrium legislatoris. cap. poenę. de poenit. dist. 1. Alfons. Castus. lib. 1. de potestate legis poenalis. cap. 7.

97 Sed talionis poena, quia per quā dura est, in desuetudinē ferē abijt: non

non igitur ea vti debent inquisitores nisi maxima causa. Prætereo sciens plurima, quę de poena talionis diffusē traduntur à plurimis. Matth. 5. c. Hęc autem vita. 23. q. 4. Aristo. & eius interpretes. 5. ethi. c. 5. Gelius. li. 20. noct. Atticarum ca. 1. Thom. 2. 2. q. 68. episcopus. Abul. Exod. 21. q. 26. & iterum Leuit. 24. quęstio. 12. & rursus Matth. 5. q. 322. Budæus in. l. ius ciuile. de iust. & iure. Alciat. lib. 9. parerg. iuris. ca. 8.

98 Quæsitū scio an testis qui in causa heresis falsum testimonium dixit, veniam petens antequam curiæ seculari relinquatur, admittendus sit ad poenitentiam subeūdā, sicut hereticus ad ecclesiam conuersus admittitur? Cui quæstioni responderetur, parendū non esse testi poenitenti quia heretico tantummodo id concessum est, ut ad fidem catholicam redeat. Accedit huc, quod cum falsus testis innocētem hereticum esse testatur, ille poenitentia agere non debet, nec errorem aliquem cōfiteri potest: quippe cum catholicus sit: vnde relinquatur, quod innocens, tanquam pertinax & impoenitens condemnandus erat. Iure igitur falsus testis id pati debet, quod fratri suo facere cogitauit. l. qui ea mente. de furt. Deit. 19. Ioan. de Platea in. l. 1. C. de grege domi. li. 11. Bald. in. l. vlt. C. de accusationib. regia lex Taurina. 83.

99 Sed quauis poenitentia testi falso non profit, ut nō coereatur eadem poena quā hereticus ad eccle-

siam conuersus puniendus erat, mitius tamen agendum est cum eo, qui seipsum detulit: præsertim si alios etiam eiusdem coniurationis socios iudicibus indicauerit. Id enim & publica vtilitas, & ipsa clementia suadet, ac multis etiam legibus & exemplis comprobatur. l. 1. C. de his. qui. se. defen. li. 10. & l. 1. de deserto. & occulta. lib. 12. l. quisquis. 5. vlt. C. ad. l. Iuli. maieft. regia. l. 5. titu. 2. par. 7. Ioan. Igne. in. l. 3. s. si ex stipulatu. ad Sila. nu. 26.

100 Eadem quoque poena talionis puniri debet, qui pretio aut precibus testem corrumpit, ut falsum testimonium diceret: quia eiusdem criminis particeps est. Quinimo pl^o delinquit, is qui testem ad, vel persuadet, ut falsum testimonium dicat, quam testis ipse: quia nocendi animum prior habet, & alium ad idem facinus impellit. Qua ratione eadem omnino poena coercendus est, qui mādauit alicui ut quēpiam testem corrumperet. Quandoquidem ipse primo peccauit, & alios peccare fecit. Et ut Iulius Paulus inquit: initium rei præstitit. l. nō ideo minus. C. de accusat. l. non solum. §. si mandato meo. & inibi Bart. de iniuri. l. si ego quod vi. aut clam. cap. mulieres. §. 1. & illic Feli. de sent. excom. clem. 1. de poeni. l. is damnatum dat, qui iubet dare. & ibi Decius & ceteri. de reg. iur. Tiraq. de poenis caus. 37. & seq.

Hoc facinus ante multa secula perpetravit impia illa Iezabel mandans

De tormentis.

dans vt contra Naboth submitterentur duo falsi testes, qui eū blasphemasse dicerēt: quos diuina scriptura filios diaboli & filios Belial, & viros diabolicos nominat. Illi autem dixerunt contra Naboth falsum testimonium. scilicet Benedixit Naboth Deum & regem. Quā obrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. Vbi obiter adnotandum est, verbū Benedixit, pro maledixit, per antiphrasim positum esse: id quod frequētissimē in scripturis diuinis fieri solet. Siquidem blasphemiae crimen, antiquis illis & pijs hominibus, tam fuit inuisum & execrabile, vt proprio vocabulo ipsum nominare refugerent. Scriptura diuina, vt Chryso. ait, benedictis maledicta. vel ait: vt tu fidelis discas, cum alieni mali turpia narraueris, eadem verborū honestate velare: neque honestis turpibus operam præbens, sed turpium loquutionem fugiens. Propterea inquit apostolus. Omne verbum turpe

De tormentis.

1. *Questio quid sit.*
2. *Questionū & tormentorū vsus multi sapientes viri non probant.*
3. *Questionibus resistendum esse. docet Cic. in partitionibus.*
4. *Questionū & tormentorū vsus improbat Cic. in libris ad Herennium.*
5. *Tormenta improbant diuus Augustinus Ludouicus viues, & alij.*
6. *Ludouicus viues reprehenditur, quod locū Cic. in oratione pro Deiotaro, per-*

non exeat de ore vestro. Et Philip. presbyter inquit: non fuit ausus scriptor historie, ore suo blasphemiae verbum exprimere, sciens diuinitati etiam, contrarijs verbis dicendis summam deberi reuerentiam. 3. reg. 21. Chryso. homil. 4. de patient. Iob. Ambro. lib. de Nabuth. ca. 11. Franc. Titelm. post alios in annotati. ad primum. cap. Iob.

102. Postremò, si testes testib' aduersentur, præferendi sunt plures paucioribus: viri fœminis: nobiliores plebeis: affirmantes negantibus: testes reorum testibus accusatorum: denique præferendi sunt, qui probabiliora & verisimiliora testimonia dixerint. l. quod maior. ad municipia. l. ob carmen. s. vlt. de testib. ca. in nostra. eod. tit. c. vlt. de sent. & re iudi. glo. in l. diem proferre. s. si plures. de arbitr. regia. l. 40. cum seq. titul. 16. part. 3. Philip. Cornel. consil. 123. lib. 4. Socinus senior. cōsil. 244. lib. 2. Felin. in ca. in nostra. de testib. Decius. in. c. in præsentia. de probati.

Titul. LXV.

1. *peram intellexerit.*
7. *Ludouicus viues reprehenditur, quod tormentorum vsus iniquum esse dixerit.*
8. *Tormentororum vsus necessarium esse.*
9. *Tormenta non condemnant rhetores.*
10. *Tormentororum vsus viri sanctissimi probant.*
11. *Inquisitores torquere possunt & debent vehementer suspectos.*
12. *Tormentis neminem debent indices exponere,*

Titul. LXV.

297

13. *Tormentis quando vtendum.*
14. *Tormentis vt quispiam cōdemnetur, duo potissimum necessaria sunt.*
15. *Tormentis non debet quispiam condemnari, nisi indicia magna sint, & vehementer vrgentia.*
16. *Indicia vrgentia vbi bene probata fuerint, eorum exemplum reo exhibendum est.*
17. *Torquere hominem inauditum, iniquum est.*
18. *Torqueri vt quispiam possit, exigitur vt accusator id postulet.*
19. *Torqueri possunt heretici, cum id iudicibus expedire videbitur.*
20. *Hereticis ad tormenta damnatis sententia copia facienda est, vt si velint, appellare possint.*
21. *Iudex qui per imperitiam vel dolo malo aliquem torserit, qua poena afficiendus sit.*
22. *Indicia arbitrio iudicis aestimanda sunt.*
23. *Torqueri potest reus, si vnus hominis fide digni testimonio infametur, nisi ipse bona sit fama.*
24. *Torqueri posse reum vnus hominis fide digni testimonio infamatum, probatur.*
25. *Torqueri potest reus, cum eius hereses semiplene probatae sunt.*
26. *Torquendus nemo est solo testimonio eius, qui particeps fuit criminis.*
27. *Confessio criminis extra iudicium facta, ad reum torquendum, sufficere creditur.*
28. *Torqueri potest, qui post commissum crimen fugit, antequam accusetur.*
29. *Fugientes, antequam accusentur, de commissio crimine, non semper vehementer suspecti sunt.*
30. *Alcibiades & Demosthenes accusati, aufugerunt.*
31. *Torqueri potest reus, qui suspectus cum sit, vacillat, mentitur, & peierat.*
32. *Vultus & coloris mutatio signum est animi sibi male conscij.*
33. *Torqueri non possunt rei propter sola signa, externa vultus, aut similia.*
34. *Torqueri tunc posse reum, cum ab eo crimine fuisse commissum publica fama est, sunt qui tenent.*
35. *Fama crebra & constantis vis.*
36. *Torqueri propter solam famam, nō debet reus.*
37. *Torqueri vt quispiam possit propter famam, quid requiratur.*
38. *Fama quam mendax & vana plerunque sit.*
39. *Fama quo pacto a Fabio describatur.*
40. *Fama mala Tertullianus & Hieronymus enumerant.*
41. *Fama vnde ortum habeat.*
42. *Plebis insipientia & temeritas.*
43. *Plebis vitia.*
44. *Torqueri possunt in crimine heresis, omnes qui torqueri possunt in crimine læsa maiestatis.*
45. *Minores viginti quinque annis torqueri possunt propter heresis suspicionem.*
46. *Torqueri possunt ob crimen heresis monachi, & sanctimonialia, & religiosi omnes.*
47. *Clericos & religiosos torqueri non posse, nisi infamati sint, quidam asserunt.*
48. *Clerici ob vehementem suspicionem torqueri possunt.*
49. *Clerici & monachararius & mitius torquendi sunt.*
50. *Clerici torqueri non debent a ministro seu tortore laico.*
51. *Tormentis occulta crimina debet iudex diligentius explorare.*
52. *Torqueri potest, qui confitetur se dixisse aut fecisse aliquid hereticum, negat tamen intentionem hereticam.*
53. *Sententia qua reus ad tormenta damnatur, notificanda est promotori fiscali.*
54. *Iudex præsens esse debet, dum questio habetur.*
55. *Torqueri publice non solent rei apud Hispanos.*
56. *Tormentis reos condemnatos iudices benignè admonere debent, vt veritatem*

De tormentis.

- simpliciter fateantur.*
- 57 Tormentis condemnati ei, quo pacto a iudice interrogandi sint.
- 58 Tormentis heretici damnati, quomodo interrogandi sint ab inquisitoribus.
- 59 Tormentis heretici damnati, non de se tantum, sed de alijs etiam interrogari possunt.
- 60 Torqueri potest suspectus de heresi, & plenè etiam convictus, in caput alienum.
- 61 Tormenta quomodo adhibenda sint.
- 62 Tormenta neque semper, neque in omni causa & persona exercenda sunt.
- 63 Tormenta pro criminum gravitate infligenda sunt.
- 64 Confessio in tormentis extorta nihil reo nocere potest, si reus ipse tormentis iniquè fuerit expositus.
- 65 Carcer species tormenti est.
- 66 Torquendi si multi sint, a quo incipiendum.
- 67 Tormentis extorta confessio nõ satis est, ut reus condemnetur, nisi eam postea ratam habeat.
- 68 Metus vis & potentia.
- 69 Confessio quando dicatur extorta metu tormentorum.
- 70 Confessio tormentis extorta parum efficax est, nisi post tormenta a reo fuerit confirmata.
- 71 Confessio tormentis extorta quomodo nocere possit reo confitenti.
- 72 Iudex quando & quomodo alloqui debeat illum, quem adit, ut confessionem ab ipso tormentis extortam ratam habeat.
- 73 Rati habitio etiam necessaria est, quando reus vel testis in tormentis contra alios testificatur.
- 74 Tormenta qui pernegas vincit, hoc ipso obiecta crimina diluit.
- 75 Torqueri iterum quando reus debeat.
- 76 Torqueri quoties possit reus.
- 77 Torqueri reus ter non debet.
- 78 Tormenta sapius olim repetita iniustissime aliquando fuerunt.
- 79 Torqueri an iterum possit reus, qui post-

- quam in tormentis confessus est, sequenti die confessionem factam negat.*
- 80 Tormenta an in causa heresis repeti possint, cum reus quod tortus fuerat confessus, postea negat.
- 81 Torqueri an tertio possit reus, qui bis tortus bis confitetur, & renocat.
- 82 Tormenta quando fortassis tertio repeti poterunt.
- 83 Iudices quid in quæstionibus habendis considerare debeant, ut veritatem explorare possint.
- 84 Indicia non ita perspicua & evidentiæ esse possunt, ut fallere sæpè non queant.



- I**ormetorum & quæstionum usus in causis criminalibus frequentissimus est, & inquisitores apostolici sepius reos torquere solent. Quamobrem non erit alienum, de quæstionibus in præsentia differere. Quæstio autem est, ut Arist. inquit, invita conscij hominis confessio.
- 2 Tot verò ac tanta contra quæstiones dicta & scripta sunt, ut non desint qui putent, iniquum esse torquere hominem, quem nondum constat esse nocentem. Adde quòd quæstio sicut Vlpian. ait, res est fragilis & periculosa, & quæ sæpe veritatem fallat. Nam plerumque patientia, siue duritia, ita tormenta contemnunt, ut exprimi ab eis veritas nullo modo possit: alij tanta sunt impatientia, ut in quouis potius mentiri, quam pati tormenta velint. Et ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut nõ
- tan

Titulus

LXV.

398

- tantum se, verum etiam alios criminetur. l. i. §. quæstioni. de quæsti.
- 3 Accedit eodem, quod Cicero in partitionibus oratorij docet, sæpè quæstionibus resistendum esse: quòd & dolorem fugientes multi in tormentis ementiti per se sæpè sint, morique maluerunt falsa fatendo, quam verè inficiendo, dolere: multi etiam suam vitam neglexerunt, ut eos, qui his chariores, quam ipsi sibi essent, liberarent. Alij autem aut natura corporis, aut consuetudine dolendi, aut metu supplicij, aut mortis, vim tormentorum pertrulerunt: alij ementiti sunt, in eos, quos oderunt.
- 4 Idem Cicero, siue quis alter. li. 2. rhetor. ad Heren. contra quæstiones (ait) dolori credi nõ oportere: quia alius alio sit recitior in dolore, quæ ingeniosior ad cominiscendum, quæ denique sæpè scire aut suspicari possit quid quæstor velit audire: quod cum dixerit intelligat finem sibi doloris futurum. Eis enim qui torquetur, credi nõ oportet, quæ extorta veritas laboret, sitque tum minus tuta, quæ varia sint ingenia hominum, varij affectus, varia tolerantia. Sunt enim nonnulli constantes in tormentis, more stoicorum: qui securi poenarum, securi cruciatuum, nihilo magis veritatem prodant: alij sunt poenarum impotentes, quæ facile mentiantur dum cesserit cruciatum.
- 5 Diuus quoque Aug. inquit: iudicia hominum de hominibus, quam
- 6 sunt misera, quam dolenda! quid cum in sua causa quisque torque-

tur, & cum queritur utrum sit innocens, cruciatur: & innocens luit pro incerto crimine certissimas poenas, non quia illud comisisse detegitur, sed quia nõ comisisse nescitur: ac per hoc ignorantia iudicis plerumque est calamitas innocentis: & quod est intolerabilius, cum propterea iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem: fit per ignorantiam miseriam, ut & tortum & innocentem occidat, quem ne innocentem occideret, torserat. Et post pauca: hi qui arguuntur vi doloris plerumque superati, & de se falsa confessi, etiam puniuntur innocentes: cum iam torti fuerint innocentes: quæ etsi non morte puniatur, in ipsis vel ex ipsis tormentis plerumque moriuntur. Cui addit Ludouicus Vides. Sic torquemus homines, ne insontes moriantur, ut magis eorum nos miseret, quam si morentur: usque adeo grauiora sunt sæpè tormenta, quam mors. An non frequentes quotidie videmus, qui mortem perpeti malint, quam tormenta? & fateantur fictum crimen de supplicio certi, ne torqueantur: etiam innocentes cogit mentiri dolor, ut Mimius ait. Et sicut canit Tibullus fragit fortia corda dolor. Et Seneca declamatio. 6. inquit, verba dolor par considerat. Aug. lib. 19. de ciuit. Dei. cap. 6. & inibi Ludouici Viues.

6 Obiter tamè notanda est ignorantia Ludouici viues, viri alioqui nõ indocti, qui eodem loco non intel-

xit, cur Cicero pro Deiotaro dixerit, more maiorum de seruo in dominum, ne tormētis quidem queri licet. Nam si ius ciuile ignorauit, quo id frequētissimè constitutum est: certè historici, eū id ipsum docere poterant, quorum vnum. aut alterum locum breuiter in præsentia memorabo, quia propositæ materiæ congruunt. Cornelius tacit. lib. 2. Annal. Libonis causam referens, post alia inquit. Negante reo, agnoscentes seruos per tormenta interrogare placuit. Et quia vetere senatusconsulto, quæstio in caput domini prohibebatur, callidus & noui iuris repertor Tiberius, mancipari singulos actori publico iubet: scilicet, vt in Libonem ex seruis, saluo senatusconsulto quereretur. Flavius quoque vopiscus in Tacito retulit, Cauisse Tacitum imperatorem, vt serui in dominorum capita non interrogarentur, ne in causa maiestatis quidem. Nec enim oportet, vt Iulius Paulus inquit, salutem dominorum, seruorum arbitrio committi. Adde quòd sicut Aristor. dixit. Magis consentaneum est, seruos aduersus dominos quo suū effugiant cruciatum ementiri quàm multos dolores, & corporibus & animis tolerare, quia nihil mali patientur, vbi mentiri voluerint. l. vnus. §. seruo. de quæstionibus. Aristotel. lib. rhetor. ad Alexand. capit. de quæstione. l. 1. & 2. C. de quæstionibus.

7 Illud verò grauiori censura dignum est, quòd idem Ludouicus viues, omnem tormentorum vsum condemnans, ait: tyrannicum id esse inuentum, charitati & mansuetudini Christiane, sed & omni etiam humanitati contrarium. Addit etiam, hoc vtile non esse, & sine damno rerum publicarum tolli posse. Præterea multas esse gentes, & quidem barbaras quæ ferum & immane arbitrantur, torqueri hominem, de cuius facinore dubitatur. Profectò, inquit, carnifices animos habemus, qui sustinere possumus gemitus & lachrymas tanto cum dolore expressas hominis, quem nescimus sine nocens. Quid? quòd acerbam & per quam iniquam legem finimus in capita nostra dominari: cum suspiciones tormentis armamus & inimicis delationibus. Et tandem fortissima esse ait, quæcūque rhetores contra tormenta dicunt: quæ vero pro tormētis futilia & imbecilla.

8 Sed quicquid id sit, quod homo in vmbra & otio educatus, contra omnium ferè gentium leges & mores licentiosè tentauit: ambigi sanè nullo modo potest, an torquere liceat hominem vehementer suspectum: id enim vetus & antiquum est: neque tantum apud Ethnicos vsitatū, sed etiam apud catholicos omnes vigent hodie, semperque moribus receptæ sunt in Christiana republica iustissime

simè

simè leges, quæ torquere homines iubent, à viris sapientissimis & vtu rerum publicarum prudentissimis, non ab insipientibus aut barbaris conditæ. Neque quispiam est negotiorum forensium vsque ad eò ignarus, qui non planè intelligat, nullum ferè criminale iudicium, sine tormentis rectè tractari aut peragi posse.

9 Neque rhetores ipsi tormenta condemnant: quinimo pro quæstionibus æquè atque contra quæstiones dicere docent. Ac primum Aristor. inquit: cum vtile fuerit vehementem efficere quæstionem, dicendum erit, vt priuatim quidem homines de valde necessarijs, ciuitates autem de maximis rebus ex quæstionibus probationes capiunt, quodque testibus certior est quæstio. Nam testibus mentiri conducit sæpè: quibus autem quæstiones admotæ sunt, veritatem loqui plurimum vtilitatis affert: sic enim cruciatu celerrimè liberantur. Et Isocrates in Trapezitico: video autem vos quoque neque publicis neque priuatis in rebus quicquam fide maiore dignum, aut verius existimare tormentis: ac fieri quidem posse vt aliqui subornentur, vt testes rerum non factarum: per cruciatum autem extorta testimonia, perspicuè ostendere, vtri vera dicant. Cicero quoque rhetorum & oratorum princeps in Topicis dixit: facit etiam necessitas fidem, quæ

tum à corporibus, tum ab animis nascitur. Nam & verberibus torti, & igne fatigati. quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere: Fabius item, quæstionem vera fatendi necessitatem vocat. Et Seneca in Troade. Verberibus, igne, morte, cruciatu eloqui quodcunque celas adiget inuitam dolor: è petore imo condita arcana eruet: necessitas plus posse, quam pietas solet. Quid attinet plura de his? Plenæ sunt orationes veterum ac nouorum. Aristotel. rhetor. ad Alexand. ca. de quæstio. Fabi. lib. 5. in isti. orato. cap. 4.

10 Viri quin etiam sanctissimi hæc eadem ferè dicere solent. Beatus Cyprianus tractatu illo elegantissimo, contra Demetrianum inter alia inquit. Torqueri debui si negarem, sicut in cæteris quæstionibus torquentur rei, qui se negant, crimine quo accusantur, teneri: vt facinoris veritas, quæ indice voce non promitur, dolore corporis exprimat. Et in fine tractatus de idolorum vanitate: dolor tormentorum, veritatis testis est. Item Ambrosius lib. 2. de Cain & Abel, in iudicijs secularibus impositi equuleo torquentur negantes: & quædam tangit iudicem misericordia confitentis. Et Eusebius pontifex ad episcopos Galliæ scribens, ait: veritatem diuersis cruciatibus è latebris suis religiosus tortor exigere debet: vt dum pœnis corpora subiiciuntur, quæ

De tormentis.

gesta sunt fideliter & veraciter exquirantur. Neque diuus ipse Augustinus quæstiones istas reprobabat, quinimo fatetur ingenuè, leges, quæ reos torquere iubent, ciuitatibus in quantalibet pace manentibus deesse non posse: neque iudicem sapientem ab his abstinere debere, quippe cum constringat eum humana societas, quam deserere nefas ducit: cui quidem prodesse intendit, ne crimina sint impunita. Nec facit hæc nocendi voluntate, sed necessitate nesciendi: & tamen quia cogit humana societas, necessitate etiam iudicandi. Hæc sunt verba diui Augustini quæ quidem non solum gentilibus, & de gentilibus (vt Ludouicus viues comminiscitur:) sed generaliter omnibus, ac de omnibus etiam Christianis, dicta fuisse quiuis facilè intelliget. Ac de his quidem satis arbitror dictum. Hester. 12. Ambrosi. lib. 2. de Caim & Abel. cap. 9. ca. penul. 5. quæsti. 5. August. lib. 19. de ciuitat. Dei. ca. 6. cap. circumcelliones. 23. quæsti. 5. Ioan. Maior. in lib. 4. sent. distinct. 15. quæsti. 22. Syluester, in summa verbo. inquisitione. 2. §. nono.

11 Tametsi autem inquisitores clerici & sacerdotes esse soleant, nihilominus torquere possunt & debent vehemèter suspectos, vt errores confessi conuertantur & viuât. Eodem enim sine Paulus tradidit Corinthium Satanæ in interi-

tum carnis, vt spiritus eius saluus fieret. Ille hæreticum interficit (vt apud Hieronymum est) qui hæreticum eum esse patitur. Ceterum nostra correptio viuificatio est: vt heresi moriens viuat catholicæ fidei. Primo. Corinth. quinto. Hieronymus libro. 3. aduersus Pelagianos.

12 Verùm quia plurimi & periculosissimi sunt abusus iudicum in quæstionibus, vt Galindus noster in apologia & inuectiua commemorat, & nos ipsi eius rei testes sumus, iudices omnes hortamur, vt ante oculos Deum habentes neminem prius torqueant, quàm id fieri iura permittant: aliud enim facere zelus esse fortasse poterit, sed iniquus sanè, ac non secundum scientiam. Inde enim facilè fit, vt innocens male torqueatur, & extorta falsa confessione, multo peius iniustiusque damnentur.

13 In primis autem animaduertere oportet, non esse à quæstionibus incipiendum: sed ita demum ad eas veniendum esse, cum suspectus est reus, & alijs argumentis ita vrgetur, vt sola eius confessio deesse videatur. l. 1. de quæstionib. l. 1. milites. C. eod. titul. capitulo. cum in contemplatione. de regul. iuris.

14 Duo igitur necessaria sunt contra reum: primum, vt suspectus sit: alterum, vt vrgeatur argumentis & indicijs verisimilibus. Sed multa

Titulus

LXV.

300

multa præterea requiruntur, vt reus torqueri possit: scilicet vt indicia singula duobus aut pluribus testibus plenè probata sint. glōf. cōmuniter approbata. in. l. vlti. C. famili. herciscun. Innoc. in. ca. sicut. de simon. Bart. & ceteri in. l. vltim. de quæsti. Angel. Paris. Brunus, & innumerabiles alij relati ab Hippolyto. in. l. 1. §. idem Cornelio: de quæstionib. & in pra. §. diligenter.

15 Neque satis est quod indicia plenè probentur, nisi magna sint & vehementer vrgentia. Leuia enim argumenta, efficacia non sunt ad torquendum. hominem. l. milites. C. de quæsti. regia. l. 26. titu. 1. p. 7. gl. communiter. approbata in. l. cum probatio. de probationibus. Bartho. & ceteri. in. l. vltim. de quæsti.

16 Vbi autem indicia vrgentia plenè probata fuerint, necesse etiam est, vt eorum exemplum, siue copia reo detur, & ei concedatur dilatio ad ea diluenda, & suam innocentiam probandam: id enim & natura æquum est, & iure probatur, & ab omnibus iuris peritis cōmuniter traditur. l. vnus. §. cogniturum. ff. de quæst. l. 3. §. si ad diem. de re. milit. Cleme. Pastoralis. de re iudi. ca. 1. de cau. posses. & propri. Bart. & ceteri in. l. vnus. de quæstionib. Iaso. consil. 175. Bosius. titu. de indicijs. Alciat. libro. 8. parerg. capit. 21.

17 Crudelis profectò & iniquus est iudex, qui contra diuina & humana iura hominem inauditum tor-

quet. Nam defensionis facultas, quæ iure naturali omnibus cōcessa est, nulli vnquam deneganda est: nec eum excusare valet zelus puniendi maleficia, Est enim (vt paulò ante dixi) prauus, & non secundum scientiam. Quid? quod non sunt facièda mala, vt veniant bona: iuste sunt exequenda, quæ iusta fuerint. Nam si rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccasti. Quid? quod satius est (vt Vlpianus inquit) impunitum relinquere facinus nocentis, quàm innocentem damnare. Quod si nemo damnandus est in causis ciuilibus iuris ordine nõ seruato, quantò id minus fieri debet in homine quantumlibet suspecto torquendo? De paruula summa iudicaturō tibi, res sine teste non probaretur, testis sine iure iurando non valeret, vtrique parti dares actiones, dares tempus, non semel audires (vt ait Seneca. lib. 2. de ira) & hominem torquere audes antequam illi vel indicia nosse liceat, vel testes? Genes. 4. & 18. l. defensionis facultas. C. de iure. fis. lib. 10. Actorum. 25. cap. super eod. de vsur. l. Absentem. de pen. l. Prolatam. C. de sent. & interloquuto. omnium iudicum.

18 Demum exigitur, vt accusator postulet reum torqueri. l. vltim. ff. de de calumni. l. de minori. §. tormenta. l. patre vel marito. de quæstio. l. quanuis. 1. cum glōf. C. de adulter. l. quicumque. de seruis fugitiuis.

19 Sed etsi promotor fiscalis nō potest ut hereticus torqueatur, torqueri tamen debet, si id iudicibus expedire videbitur. Neq; enim accusatoris negligentia vel imperitia damnosa debet esse reipublice, cuius plurimū interest, ne impij sint impuniti. Adde q; in his causis, solēnia iuris nō sunt obseruanda, & officio iudicis inquiritur ad publicam vtilitatem. cap. vlti. de hæreti. lib. 6. cōiuncta clem. sæpè de verb. signi. l. congruit. ff. de officio. præsid. l. 2. §. si publico. de adult. l. 1. C. ut quæ defunt aduocatis.

20 Si verò reus nihil probauerit, quo indicia diluat, & suam innocentiam ostendat, tunc iudex cum condēnare poterit ad id genus tormenti, quod in eadem prouincia fuerit vsitatum: cuius sententię copia, eidem reo, fieri debet, ut appellare possit. Qui si appellauerit audiendus est, iterum probare volēs quæ non probauerat, & appellatio ni eius deferendum est, si modò nō sit manifestè friuola: neq; prius sententia exequenda est, quam à iudice superiori fuerit confirmata, vel appellatio tāquam friuola reiecta sit. l. ante sententiam, de appellat. recip. l. per hęc. C. de tempo. appel. cap. cum appellationibus friuolis. de appel. lib. 6.

21 Iudex autem qui per imperitiā hominem torserit, non seruat ad vnguem omnibus supra scriptis, tenetur pro modo damni & culpæ reo satisficere, nō modo in foro ci-

uili, sed etiam in foro conscientię. Si verò dolo malo torserit hominem, hoc iuris ordine prætermissio, puniri etiam seuerius arbitrio iudicis debet. l. vlti. de var. & extraord. cogni. l. vltim. C. de pœn. iudi. qui. mal. iudi. §. 1. inst. de obliga. quæ. ex qua. deli. naf. Lucas. in. l. 2. C. de numero. & actua. lib. 12. Felin. in. cap. tua nos. de homicid. Gabr. in lib. 4. sent. dist. 15. quæst. 6. Franc. Brun. de indicatijs. q. 7. secundę partis. Hippolyt. in. l. 1. §. Præterea. ad l. Corn. de sica. & in pract. §. successiue. Bossi. titul. de tortura.

22 Hactenus de ordine procedendi vsque ad executionem sententię satis ferè diximus: sequitur vt pauca (quæ primo loco dici oportuit) de indicatijs nūc differamus. Ac primum, cum argumenta signa & indicia, quibus suspectus est reus, ex varijs circumstantijs personarum, temporum, locorum, & aliarum rerum oriantur: nulla certa regula comprehendere possunt: quamobrem arbitrio iudicum æstimanda sunt. Sed leuiter moueri non debent iudices ad torquēdos homines: opus enim est vt ad eam rem indicia vehementer vrgeant. Bar. in. l. vltim. de quæstionib. Bal. Angel. Alexan. Feli. & alij sexcenti, quos citat Hippolyt. in pra. §. diligenter.

23 Ceterum quædam conclusiones communi iuris peritorum consensu in hoc tractatu traduntur: quarū vna est, q; vnius tātum hominis fide digni testimonio reus infama-

tus

tus torqueri potest. Si verò reus fuerit vir bonę fame, necesse est, vt alia etiam indicia probentur. gl. in. l. 3. C. ad leg. Iul. maieft. Bart. & alij in l. Maritus. de quæstionib. Signorol. conf. 237. Alex. cōf. 180. li. 2. Guillel. Benedi. in. c. Rainūtijs. de testam. parte, adiectę impuberi. nume. 34. Hippolyt. conf. 65. Boerius decisione. 163. Paul. Paris. conf. 151. libro. 4. & complures alij.

24 Comprobatur etiam hęc eadem sententia regijs legibus septipartitis, & nominatim in causa hæresis à multis asserta est. regia. l. 10. titul. 11. part. 3. & l. 3. titul. 30. part. 3. Matth. Cardin. & Ioan. Imolen. in clem. 1. de hæret. Franc. Squila. tractatu. de fide catho. cap. 31.

25 Illud præterea memoratu dignū est, quod capite quodā primæ instructionis Hispalensis generaliter continetur, scilicet, vt reus torqueri possit cum hæreses eius fuerint semiplenè probatæ. Quod magno quidem argumento est, neminem torqueri posse, nisi crimina, quæ commississe dicitur, semiplenè saltem probata sint. Et eodem ferè tēdunt, omnes omnium iuris peritorum sententię. Proinde cum testis vnus fide dignus semiplenam probationem faciat, perspicuū est ad reum suspectum & infamatū torquendum testimonium eius sufficere. Prima instruct. Hispalen. cap. 15. glo. cōmuniter approbata. in. l. bonæ fidei. C. de reb. credit. & in l. Admonendi. de iure iuran. & in l. ibi

Iaso. in lectura. col. 25. & in repet. col. 87. Curtius Iunior. nume. 51. Frā. Ripa. nume. 175.

26 Hinc est, q; solo testimonio eius qui fuit particeps criminis, nemo torquendus est, nisi alijs quoque verisimilibus indicatijs vrgeatur. l. 4. C. de quæstionib. c. vlti. 15. q. 3. regia. l. vltim. titul. 7. lib. 2. fori legum. Bal. conf. 95. lib. 1. & conf. 79. lib. 3. Ias. in l. 4. §. si tibi. de condi. ob turp. caus. Hippolyt. in pract. §. diligenter. Boheri. decisione. 319. Blacus. in. l. vlti. ff. de quæstionib. numero. 378.

27 Inde etiam fit, vt cōfessio criminis extra iudicium dicta, ad reum torquendū sufficere credatur, quia semiplenam probationem facit, si modo duobus aut pluribus testib; plenè probata sit. l. vltim. de interrog. actio. glo. recepta communiter. in. l. capite quinto. de adulter. Bart. & ceteri in. l. vlti. de quæstionib. Abb. & alij. in cap. Atsi clerici. de iudic. Hippolyt. in. l. de minore. de quæstionib. vide Alberti. lib. de agnos. assertio. catho. quæstio. 25. numero. 3. cum seq.

28 Ex eodem fonte nascitur, q; is qui post commissum crimē fugit, antequā accusetur, poterit ob eam causam torqueri: quia vt plerique putant, fuga illa semiplenam probationem facit. Aliud esse aiunt, cum reus accusatus fugit, tūc enim fuga non probat semiplenè. Glo. in l. in bonę fidei. C. de reb. credi. & in l. Admonendi. de iure iuran. vbi Franc. Ripa. testatur hanc esse com-

Pp 5 munem

munem opinionem. Oldral. conf. 65. Bart. in. l. 1. de bonis eorum. Iaf. in eadem. l. Admonedi, & illic Ripa & ceteri. Decius consilio. 234. Boherius decisione. 215.

29 Sed quauis hec plurimis persuasa sint, meo tamen iudicio, neque iure aliquo neque urgente ratione probatur. Suspectus est, fateor, qui fugit post commissum crimen: sed ea suspicio, cum ex varijs personarum & rerum circumstantijs, maior aut minor esse queat: certa quadam regula definiri non potest: sed necessario id arbitrio iudicis relinquendum est. Sed qui fugit, aut latitat sine iusta causa vehementer suspectus est. Vt enim sapiens ait, fugiet impius nemine persequente. Nonnunquam tamen innocentes fugiunt, veriti sevitiam iudicum, aut potentiam inimicorum; aut falsos testes, aut quippiam simile: qui quidem propterea torquendi non sunt. l. fulcinius. s. quid sit autem latitare. quib. ex caus. in. pos. eatur. prouerb. 28. ca. accedens. 1. vt. lit. non contest. Bal. in. l. in bone fidei. C. de reb. creditis, Blancus. in. l. vltim. de questio. nume. 285.

30 Fugit olim Alcibiades, & roganti cuidam, num patriam suspectam haberet: respondisse aiunt, se patriam plurimum credere, vite autem discrimen, ne patriam quidem suam committendum putare: fieri enim ignorantia posse, vt nigrum pro albo ferat lapillum. Author Plutarchus in Alcibiade. Quod alibi memorans

idem Plutarchus inquit: cum ad iudicium capitale ab Atheniensibus à Sicilia vocaretur, se ipsum abscondit, quod diceret, eum stultum esse, qui accusatus, quum liceat fugere, querat absolui & liberari. Sed cum quidam dixisset: non credis patrie, de te ipso iudicium? Ego quidem ait, ne patri quidem, ne forte ignorans pro calculo albo nigrum ferat. Quod Aelianus quoque. lib. 13. varie historie retulit. Fugit quoque Demosthenes, & fugam suam excusans quadam in epistola scripsit: iam ob discessum meum iure irasci mihi non potestis: neque enim ideo abij, q. aut. de vobis desperare, aut vsquam aliud respicerem: sed primum carceris ignominiam animo ferebam grauius: deinde propter arietem, afflictionem illam corporis perpeti non poteram. Denique & vos non nolle putabam, illam contumeliam me effugere, que neque vos quicquam iuuabat, & me perdebatur. Quibus rationibus & exemplis, alijsq; multis perspicuum fit, causas fugere interdum probabiles, saepe etiam iustas & necessarias esse posse. Demosthenes epistola secunda: de suo reditu.

31 Preterea qui suspectus est, & vacillat, & metitur, & peierat, ob hec eadem omnia torqueri nonnunquam poterit: sunt enim signa conscientie, vt inquit Cicero, Titubatio; permutatio coloris; oratio inconstans; tremor & id genus alia: scilicet, si constiterit, reum cum ad

cum

cum ventum est, erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter loquutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid. Quibus attestatur Demosthenes oratione de falsa legatione dicens: conscientia scelerum eripit audaciam, linguam reprimat, obturat os, angit, silentium imponit. An ista (inquit Callidius Cicero) si vera essent, sic à te dicerentur? Proprium quidem est nocentium trepidare, vt ait Seneca epistola. 98. Cicero in partitionibus. & li. 2. rhetori. ad Heren. l. ex libero. de questionibus. & inibi Bart. Hippolyt. & alij. regia. l. penul. titul. 30. par. 7. Fabius. lib. 11. cap. vltim. Bart. & ceteri in. l. de minore. s. plurimum & in. l. vltim. de questionibus Hippolyt. in practica. s. diligenter.

32 Accedit huc, quod ecclesiasticus inquit, cor hominis immutat faciem illius, siue in bono siue in malo. Tum illud sapientis in prouerbis, pavor his qui operantur malum. Et in libro sapientie: cum sit timida nequitia testimonium dat condemnationis: semper enim presumit saeva perturbata conscientia. Et in libr. Iob. sonitus terroris semper in auribus impij: & cum par sit, ille insidias suspicatur. Accedit etiam Cicero libro primo de finibus, & alibi saepe, hec & mille talia dicens. Si impietas impiè molita quippiam est, quauis occultè fecerit, nunquam tamen confidet, id semper fore occultum. Plerumque enim improborum facta primo suspicio inse-

quitur: deinde sermo. atque fama: tum accusator: tum iudex, multi etiam ipsi se indicant. Iuuenal. quoque satyra. 13. inquit.

Hos tu euasisse putes, quos diri conscientia facti

Mens habet artonitos, & surdo verbere cadit;

Occultum quatiens animo tortore flagellum.

Omitto illud.

Heu quam difficile est, crimen non prodere vultu.

Prætereo etiam in eadem sententiam plurima, que Aristot. Plutarch. Chryso. alijque tradiderunt. eccles. 13. Prouerb. 10. Sapient. 17. Iob. 15. Cicero pro Roscio Amerino. & lib. 1. de legibus. Arist. 9. Ethic. cap. 4. Plutarch. de tranquill. anim. prope finem. & de sera numinis vindicta. circa dimidium. Chryso. in Genes. hom. 20. & rursus in actibus. apostol. hom. 47. & concione. 4. de Lazaro. col. 6. & 7. & ad populum Antiochenum, homilia. 8. Grego. libro duodecimo in Iob. cap. 19.

33 Tametsi autem signa supra scripta reos vehementer suspectos interdum faciunt, nihilominus ad eos torquendos, ea sola nunquam sufficiunt, quia extranea sunt & ambigua, & plerumque fallacia. Multi namque verecundia, timore, magnitudine periculi, rei nouitate, iudicum autoritate, ira, dolore, alijsue animi perturbationibus facile commoueri solent, vt palleant, titubent, concidant, & inconstanter loquantur.

tur. Non igitur propter ea tantum signa quispiam torqueri debet, nisi & suspectus sit, & vacillet ac peieret. Lucas in .l. quoties. C. de dignitat. lib. 12. Paris. de syndicato. verbo tortura. r. Tho. Gramma. voto. 30. Hippolyt. in pract. s. diligenter. & item Ludouicus Care. nume. 120.

34 Sunt etiam qui putant reum tum quoque torqueri posse, cum vulgo publica fama est, crimine ab eo fuisse commissum: quia fama in causis ciuilibus, presertim in rebus antiquis, nonnunquam semiplenam, sepe etiam plenam probationem facit: in causis autem criminalibus, vehementem suspicionem frequenter gignit. cap. 1. s. si iudex. de pace tenen. & eius violat. lib. feudorum. episcopus Abulc. 23. quaest. 2. Fulg. consili. 145. Alex. consil. 103. lib. 7. Cornel. consil. 222. libro. 1. Curtius senior consil. 82. Decius. consil. 428.

35 Accedunt eodem plurima, quae de viribus famae frequentissime dicuntur a plurimis. Hesiodus inquit. *Non moritur fama omnino, quam turba virorum.*

Plurima vulgavit, quoniam est ipsa vna dearum.

Vel sicut alius vertit.

Quam populi sermo celebrat creber, irrita nunquam.

Fama cadit penitus, quadam dea cum sit ipsa.

Et Aristo. lib. 7. Ethico.

Quam populi celebrant omnino fama perire.

Nulla potest.

Et Martialis libro septimo.

Certus abest author, sed vox hoc nunciat omnis:

Credo tibi, verum dicere fama soles. Et cicero ait: non temere nasci famam, quin sub sit aliquid. Et rursus in Topicis inquit vulgi famam, quoddam multitudinis esse testimonium. Fabius quoque famam, consensum ciuitatis, & velut publicum testimonium vocat. Conferunt etiam quaedam quae sacris literis continentur: quale est illud Heli, non est bona fama, quam ego audio ut transgredi faciatis populum domini. Et illud quod in genesi dominus ait. Descendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Tum illud villici, cui dominus dixit, quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuae. Et illud denique: nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Sufanna. Et quemadmodum diuus Petrus apud Clemen. ait. sepe etiam fama vulgi, prophetiae speciem tenet. Demosthenes oratione de falsa legati. Aristor. lib. 7. Ethico. ca. 13. Fabius. lib. 5. insti. orator. cap. 3. Trapezun. lib. 2. libri primi. regum. c. 2. Genes. 18. Luc. 16. Dan. 13. Clemens. lib. 3. recognitionum.

36 His tamen non obstantibus veterior & receptor iuris peritorum sententia est, quod propter solam famam, nemo torqueri debet. Tum quia fama pondus testimonij non habet, sed vicem indicis vel accusatoris obtinet: tum etiam, quia hi, qui

qui de fama, quantumlibet publica testificantur, hi inquam de auditionibus loquuntur: & ut Fabius inquit, iniuratorum afferunt voces, quibus in iudicijs nulla fides haberi potest. ca. qualiter. 2. de accusa. Fabius. lib. 5. ca. 7. l. iuris iurandi. & glo. in. l. testium. C. de testib. Lucas in. l. tribuni. de re milit. lib. 12. Anchar. consilio. 253. Iason. & ceteri in. l. Admonendi de iur. iura.

37 Igitur ut propter famam quispiam torqueri queat, haec omnia simul requiruntur: quod reus vilis & infamatus sit, quod fama sit orta non a maleuolis aut leuibus hominibus, sed ab honestis & fide dignis: postremo quod fama per idoneos testes recte probata sit: nec enim sat est, quod testes dicant, haec esse publicam famam, nisi etiam ratione addant, qua id necessario concludat: quem admodum Barto. & ceteri omnes iuris periti docent. Quod autem reus vilis & infamatus esse, & origo famae a fide dignis oriri debeat: & legibus septipartitis, & iure pontificum nominatim cautum est. cap. qualiter. 2. de accusat. regia. l. 26. tit. 1. & l. 3. tit. 30. part. 7. Bar. & Hippolyt. in. l. de minore. s. plurimum. de quaestionibus. Alexan. consilio. 35. lib. 7. Felin. in. ca. cum oporteat. de accusatio. Paul. Paris. consili. 153. libro. 4. Aymon consilio. quadragesimo primo. libro. 1.

38 His adijce quod longe plura, fortioraque sunt ea, quae contra famam, quam quae pro fama dicuntur. Ma

gnus ille Alexand. apud Curtium. lib. 9. inquit: nunquam ad liquidum fama perducitur: sed falsis mixta omnia, illa tradente maiora sunt vero. Et princeps poetarum canit.

Fama malum quo non aliud velocius ullum,

Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.

Tam ficti, prauisque tenax, quam nuntia veri.

Cui concinit Ouidius dicens.

Fama loquax peruenit ad aures

Deianira tuas, quae veris addere falsa

Gaudet, & à minimo sua per vestigia crescit.

Et alibi scite admodum fingens domum famae, post alia inquit.

Atria turba tener, veniunt leue vulgus, eumque,

Mixtaque cum veris, passim commerta vagantur

Millia rumorum, confusaque verba volutant.

E quibus hi vacuas implent sermonibus aures:

Hi narrata ferunt aliis, mensuraque ficti

Crescit, & auditis aliquid nouus adijcit author.

Et Seneca, Fama vix vero fauet. Et alter Seneca in illis nihil inuenies veri, nihil certi, quaecunque famae placent. Ouidi. Metamorpho. lib. 9 & li. 12. Seneca tragedia quarta. & alter. episto. septuagesima septima. 39 Fabius quoque dixit, famam esse sermonem sine villo certo authore disper

De tormentis.

dispersum, cui malignitas initium dedit, credulitas incrementum. Quod nulli non etiam innocentissimo, potest accidere, fraude inimicorum falsa vulgantium. Et alibi ait: hunc primum calumniae tuae obijcio rumore, quis enim iudices nesciat, hanc famam esse naturam, ut sit primo vnus hominis audacia? De nulla re loquutus est continuò populus, nec quicquam adeò subito statimq; notum est, ut in illo pariter, omniū sermo consentiat. Quam non possit mouere ciuitatem, quae non replere populum, si quod omnibus nobis narres, in nullo nō cœtu loquaris, & de re quam tum maxime fingas, iam dicas esse rumorem? Et rursus, materiam miratis rumoris, de qua nemo neque sibi credit: quam qui narrat assignat alij? Rumor res sine teste, sine indice, res ex incertis improbiſſima, maligna & fallax, & cætera libro quinto instituti oratori. cap. 3. & declamat. 11. & 18.

40 Accedit eodem Tertullian. in Apologetico dicens, fama malum plurimum mendax, quæ ne tū quidem, cum aliquid veri affert, sine mendacij vitio est, detrahens, adijciens, demutans de veritate. Quid? quoddam ea illi conditio est, ut non nisi cum mentitur, perseueret, & tandiu viuit, quandiu non probat: si quidem vbi probauit cessat esse, & quasi officio nunciandi functa, rem tradit: & ex inde res tenetur, res nominatur. Nec quisquam dicit ver-

bi gratia fama est hoc Romæ factū, aut fama est, illum prouinciam sortitum: sed sortitus est ille prouinciam: & hoc factum Romæ. Fama incerti est, cui nemo credit, nisi inconsideratus, quia sapiens non credit incerto. Sæpe mendacium ab vno seminatur, aut ingenio æmulationis, aut arbitrio suspitionis, aut ingenita mentiendi voluptate. Beatus quoque Hieronymus ad Rufinum scribens inquit: multum in vtraque partem crebrò fama mentitur, & tam de bonis mala, quam de malis bona falso rumore cōcelebrat. Multi profectò sunt falsi rumores, à maleuolis & nugigerulis conficti: quiuis enim potest turpem de quolibet rumore proferre, & confictam fabulam dissipare: temerè etiam conflare solent ea, quæ ex rumoribus sparguntur, sine certo authore, sine radice veritatis. Tertulli. in apologeti. cap. 8. Isido. lib. 5. etymolog. ca. 27. Lucas de pœna. in. l. tribuni. C. de re milit. libro. 12. Alciat. lib. 1. Parergon. iuris. capi. 6.

41 Quid attinet plura de his: nonne fama ex rumoribus, & vanis populi vocibus oritur, fouetur, & crescit? Vanæ autem voces populi, neque audiendæ sunt, neque eis credi oportet: quoniam plerumque aut noxium crimine absolui, aut innocentem condemnari desiderant. Quamobrem eius electio iure dānatur qui vocibus populi postulatus est leg-

Decu

Titulus

LXV.

304

Decurionum filij. C. de pœn. l. si constat. de appellatio. cap. 2. & illic Decius & alij. de electione. Lucas. in. l. 1. C. de imponend. Lucrat. de scripti. lib. 10. Guillel. Benedi. in. ca. Raynuntius. de testam. parte. mortuo. 1. num. 191. vide Abulen. Exod. 23. quæstio. 2.

42 Sanè ut est apud Herodotum in Thalia, populari multitudine nihil est neque insipientius, neque insolentius. Plebi etenim suum est nihil intelligere: quo enim pacto sciat, qui neque edoctus est, neque honestum nouit, ne domesticum quidè: qui ad res agendas sine consilio præcepit ruit, torrenti flumini similis. Et ut Plato in Axiocho dixit, populus ingratus est, morosus, crudelis, inuidus immodestus: ut qui sit ex colluue turbæ, & stultis insolentibus collectus. Xenophon quoque in Atheniensium politia, in populo, inquit, plurima inscitia, confusio, & malitia, nullaque ordinis conseruatio. Et Phalaris in epistola ad Aegæſippum: populus omnium temerarius est, demès, desidiosus, perfidus, incertus, velox, prodigus, fraudulentus, ad iram & laudem facilis. Demosthenes item in oratione illa de falsa legatione ait: populum esse turbam, rem omniū inconstatissimam & stolidissimam, ut in mari vndam fluctuatem, quæ fortuito agitur: alium accedere, alium abire, rem publicam curæ esse nemini: ac quid actum sit, ne meminisse quidem.

43 Salustius quoque in bello Iugurthino inquit, vulgus uti plerumque solet, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum est, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduersum. Horatius populum belluam multorum nominat capitum. Cicero pro Roscio Comædo, sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. Et oratione pro Plancio: non est consilium in vulgo, non discretio, non diligentia. Et oratione pro Murena, nullum fretum, nullus Euripus, tot motus, tantas, tam varias habet agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos estus habet ratio comitiorum. Dies intermissus vnus, aut nox interposita, sæpè perturbat omnia: & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris. Sæpè etiam sine vlla aperia causa fit aliud, atq; existimamus, ut nonnunquam ita factum esse etiam populum admitetur, quasi vero non ipse fecerit. Ad summam plebs est errorum princeps, prauarum consuetudinum magistra, ingens malorum cumulus, neque enim rationibus: neque autoritatibus, neque suasionibus flectitur, cum illas non intelligat, has aspernetur: ad persuasiones vero indocilis sit & obstinata: cuius mores inconstatissimi: semper noua cupit, laudat præterita, odit præsentia: penes quam ferè nunquam sine periculo, aut frustra sapientum consilia audita sunt, semper multitudinis stultitia

titia præualere. Vide Crinitum li. i. de honest. discipli. ca. 4. Hieronymum Oforium . lib. primo & . 2. de gloria.

44 Sed iam ad tormenta reuertamur. Diximus hæcenus de ordine procedendi ac de iudicijs quæ necessariò ante quæstionem probari debent: sequitur ut de reis, quæ torqueri possunt pauca quædam eadè breuitate differamus. Ac primum illud scire oportet, quod quamuis in multis criminibus, multi torqueri non possint, in crimine tamen hæresis, omnes illi torquendi sunt, qui in crimine læsæ maiestatis torqueri possunt. Quia longè grauius est, diuinam quam humanam, æternam quam temporalem lædere maiestatem. Proinde nobiles, milites, decuriones, doctores & omnes omnino, qui quantalibet prærogatiua dignitatis præfulgeant, in hoc iudicio torqueri poterunt. l. nullus. C. ad. l. Iuli. mai. l. decuriones. C. de quæstio. l. 1. & . 2. eo. tit. C. Theodosi. auth. Gazaros. de hæret. cap. vergentis. eo. titu. Hippolyt. in. l. edictum. de quæst. & in pract. §. expedita. Ludou. Care. de hæret. nume. 117. Co-uarru. lib. 2. variarum. resoluti. cap. 9. Grillam. de quæstionibus & tortura. quæst. 6.

45 Hinc est, quod minores viginti quinque annis, propter suspicionem hæresis torqueri possunt: minores quinetiam quatuordecim annis, terreti poterunt, & habena vel ferula cædi. l. 1. §. impuberi. & . l. exci-

piuntur. ad Syllani l. de minore. & inibi Hippoly. & alij, de quæst. glo. in. l. 3. §. idem diuus. de testib. Grilladus. de quæstionibus. quæst. 4.

46 Clerici quoque & monachi & sanctimoniales, & cæteri omnes religiosi torqueri poterunt propter crimen hæresis. Tum quia id facinus omne priuilegium extinguit: tum etiam quia grauius quam laici delinquant. Ut enim Cyprian. inquit, cum hoc laicos deceat, ne occasionem blasphemandi opponant: tum maximè clericos necessitas ista constringit: quibus aut religio blasphemata, aut fraternitas perditæ pœnas duplices irrogabit. c. 1. de deposito. c. ad abolendam. §. vlti. de hæret. Cyprian. tract. de singularit. clericorum. c. accusatus. §. vlti. de hæreti. lib. 6. & supracitati. nume. 42.

47 Ceterum etsi multa sint indicia contra clericum, vel alium religiosum hominem nihilominus tamè propterea torqueri non debet, nisi de eodem crimine infamatus etiam sit. Et hæc est sententia iuris peritorum approbata cõmuniter docto. in. cap. 1. de deposit. Felin. in. capit. veniens. 1. de testib. Ias. in. l. magistratibus. de iuris. omni. iudi. Ioan. Bern. in practi. ca. 117. Hippolyt. in practi. §. nunc videndum. Boerius. decisi. 163. Ludou. Caret. in practica. numero. 161 & num. centesimo octuagesimo. post alios multos

48 Quamuis autem hæc opinio admodum benigna sit, arbitror tamè eam

eam facillè subuerti posse. Primo quia nullo iure aut euidenti ratione fundatur: deinde quia plusquàm infamia operantur: ingentissima indicia, quæ ex perspicuis coniecturis oriri solent. Ad hæc semiplena probatio, & euidentia signa rem ipsam iudici ferè notoriam faciunt. Postremo, in hæresi & alijs criminibus, quæ clandestinè committi solent, nõ requiritur ad quæstionem publica infamia, sed semiplena probatio sufficit. Et ita tradit Alciatus cuius sententia meo quidem iudicio verior & probabilior est. ca. super. eod. de eo quicogno. consan. vxor. suæ. cap. cum olim de verbo. signific. Alciat. in. cap. 1. de officio. ordina. numero. 143. Et quæ supra dixi, de semiplena probatione.

49 Vtunque tamen habeat, clericus, & monachi, præsertim sacerdotes, rarius & mitius torquendi sunt, quam laici: tum propter periculum excommunicationis, si fortè modus quæstionis excedatur: tum etiam propter dignitatem sacerdotij, cui summa semper & vbique reuerentia debetur. Hugo. Archidi. & alij, quos Præpositus refert & sequitur in cap. illi qui. §. quæstio. §. Syluest. in summa. verbo. inquisitio. 2. §. 9. Ioan. Bernard. in pract. cap. 117. Dominic. Soto. lib. 5. de iust. & iure. quæstion. 6. articul. 2. Chrysolto. libris de sacerdotio.

50 Illud quoque obseruandum est,

quod clerici torqueri non debent à ministro seu terrore laico, nisi fortè inueniri non possent clerici, qui id facere sciant: aut velint: quia tunc frustra pronunciarent iudices, clericum, aut monachum esse torquendum, si id nemo executurus esset: quæ ratio vltatum est, ut ministris laicis clerici torquantur, quemadmodum plurimi iuris periti testantur. ca. ut fame. cap. vniuersitatis. de sentent. excom. & inibi interpretes. Præposit. in. ic. illi qui. propè finem. §. quæstio. §. Ioan. Bern. in pra. cap. 117.

51 Hoc etiam annotatu dignum est, quod in criminibus occultis pronior, quam in alijs, ad tormenta inferenda iudex esse debet: & cõ magis in hæresi, quò cæteris criminibus solet esse occultior: quippe eum in corde hæretici lateat. Quid? quod eius confessio, & ipsi hæretico, & vniuersæ reipublicæ plurimùm est profutura. l. diuus Pius. de quæstionib. l. non omnes. §. à barbaris. de remilit. Bal. in. l. nemo. C. de episcop. audien. Alexand. consil. 77. lib. 1. Decius consil. 363. Tho. gramm. voto. 30. Ludouic. Care. in pra. nume. 183.

52 Ille quoque torqueri poterit, qui confessus fuerit, se dixisse, aut fecisse aliquid hæreticum, sed negat intentionem hæreticam. Nam cum eo ipso sit planè conuictus, aut certè vehemèter suspectus, iure quam optimo torqueri potest, ut intentionem declaret. Et ita vtimur. Card.

in Clement. vlt. de vsur. Albert. lib. de agnos. assert. catholicis, questio- ne trigesima sexta in fine.

53 Vbi autem iuris ac iudiciorum ordine seruato, lata fuerit sententia, qua reus ad tormenta datur, pro- tinus notificanda est promotori fisca- li, vt vel appellet ab ea, vel eius exe- cutionem postulet, quemadmodum epistolis sanctae inquisitionis con- tinetur.

54 Post hoc iudex praesens esse de- bet, dum questio habetur: quia vt Ar- cadius iureconsultus inquit, plurimum in excutienda veritate etiam vox ipsa & cognitionis subtilis diligentia affert: nam ex sermone, & ex eo qua quis constantia, qua trepidatione, quid diceret, quaedam ad illumi- nandam veritatem in lucem emer- gunt. Et Cassiodorus lib. de animarum facies ipsa prudentiae patefacit in- dicia, & in effigiem nostram exeunt occultae cogitationes: & ex hac parte cognoscitur, qualis inter animas voluntasque versetur. Vultus si qui- dem noster, qui a voluntate nomi- natur, speculum quoddam est ani- mae suae: & quod substantialiter non cernitur, per eius habitum eu- dentissime declaratur. Inquisitores igitur ipsi reos interrogare debent dum torquentur, neque possunt id alijs committere, nisi forte fuerint vehementer occupati: tunc enim vix bonis & peritis hoc delegare poterunt: vt quodam capite prima- instructionis Hispanica cauetur. Ce- terum quae causa iusta esse queat, vt

ne saltem in tempus aliud tormen- ta differantur, e quidem non dispi- cio: res enim tanti momenti, nulli vnquam committenda est. de mi- nore. §. plurimum. de questione. 1. instru. Hispa. c. 18.

55 Et quamuis apud alias nationes rei publice torqueri soleant, apud Hispanos tamen regia lege prohi- betur ne quisquam sit praesens, dum rei torquentur, praeter iudices, ta- belliones, atque tortores. Quod & Bar. fieri debere celsiuit, & lege qui- dem melius est, quam vt id palam fiat, ne vel circumstantium conspectu, vel aduocatorum favore, vel tenerio- rum gemitu, lachrymis aut comi- seratione, reus falsum confiteatur, aut verum celet. Hoc amplius cu- rare debent inquisitores, vt eligant tortores idoneos, ex veteribus Chri- stianis ortos: quos iurerado astrin- gere debent, ne villo pacto occul- ta retegant, neque dicta foras elimi- nent. regia. l. 3. tit. 30. par. 7. Bart. in l. custodias. de publi. iudic. Ludouic. Care. in pract. nu. 187.

56 His omnibus rite peractis, iudi- ces benignè reos admonere debent, vt veritatem simpliciter fateantur, neque velint pertinaciter negando, tam dura tormenta pati, quam parata esse vident. Adhuc, iudices prote- stari solent, vt si forte reus in tormen- tis, vel ex tormentis moriatur, aut membrorum laesionem patiatur, id sibi non imputetur, sed ipsi reo, qui priusquam torqueatur, non vult planissime veritatem dicere.

Deinde

57 Deinde, cautè à iudice reus est interrogandus, vt prudenter admo- dum Vlpianus docuit his verbis. Qui questionem habiturus est, non debet specialiter interrogare an Lu- tius Titius homicidium fecerit: sed generaliter, quis id fecerit: alterum enim magis suggerentis, quam re- quirentis videtur. Quod idem re- gia lege cauetur: hoc amplius addi- to, ne reus de se ipso specialiter in- terrogetur, quia facile aperiretur via mendacis, & reus id confiteretur, quod questitor velit audire. l. §. qui questionem. & inibi. Bart. Hippo- lyt. & alij. ff. de questionibus. regia. lex. 3. titu. 30. parte. 7.

58 Verum hac in alijs criminibus locum habere poterunt: in heresi au- tem & id genus sceleribus grauissi- mis, rei de se interrogari poterunt, hac vel tali formula. Dic Buccere veritatem, responde simpliciter, an credideris vel dixeris aliquid, contra legem euangelicam & fi- dem catholicam. l. 1. §. diuus A- drianus. de questionibus. leg. Prius. ad Sillani.

59 Neque tantum de se interroga- ri potest hereticus, sed etiam gene- raliter de socijs & participibus cri- minis, de magistris atque discipu- lis suis: eos enim vt saepe diximus indicare debet, etiam si non sit in- terrogatus: cum autem interroga- tur, eos indicare tenetur, multo magis, quam aliorum criminum grauissimorum socios. Sed non est nominatim interrogandus, etiam

si interrogetur vt testis (ne via per- iurij aperiat) sed generaliter & cautè. l. Prius ad Sillani. l. 2. §. diuus Pius. de iure. fis. glo. & interpretes in l. vltim. C. de accusat. Hippolyt. in l. repeti. de questionibus. Domin. Soto. lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 2.

60 Quin etiam suspectus de here- si, & plenè etiam conuictus torqueri potest, in caput alienum: id est, vt socios aut participes criminis retegat. Non tamen ob eam causam facile quisquam torquendus est, ex- cepto si vacillauerit, vel semiplenè saltè probatum fuerit, quod facto interuenerit, vel quod socios aut parti- cipes criminis habet. Vt enim in- dicet illos, torqueri testis & reus po- terit: quamuis proprium crimine ple- nè confessus sit. Lex libero. l. vnus. §. testes. de questionibus. l. qui. vltim. ff. de poeni. regia. l. 8. titu. 30. p. 7. l. etsi certus. ad Sillani. & inibi Ludo. Roma. & Ioan. Igneus. Alberi. & Salicetus. in l. vlt. C. de questionibus. Gandin. de malef. c. de torm. Aug. ad Angel. de malef. parte, fama. Bosius. titu. de tortura. testium.

61 Tormenta autem habenda sunt, non quanta accusator postulat, sed vt moderatae rationis tempera- menta desiderant: id quod recto iudicis arbitrio constituendum est, qui questionis modum ita mode- rari debet, vt ne reus in ipsis, vel ex ipsis tormentis moriatur: id enim crudelissimè & iniquissimè esset. Verum quemadmodum Vlpianus ait, ita questionem haberi oportet,

ter, vt reus saluus sit, vel innocentia vel supplicio. l. de minore. §. tormenta. l. quæstionis modum. ff. de quæstionibus. & inibi. Hippolytus.

62 Præterea quæstiones vt Augustus Cæsar edixit, neq; semper neque in omni causa & persona considerari debent: sed cum capitalia & atrociora maleficia non aliter inuestigari, & explorari possunt, quam per quæstiones. Considerare itaque iudices debent. qualitatem personarum, criminum, & indiciorum. Aliter enim torquendi sunt serui, quam liberi: fortes quam timidi: iuuenes quam senes: robusti quam debiles: humiles quam honesti: nobiles quam ignobiles: hi enim Clemētius, illi durius torqueri debent. l. edictum. de quæstionibus. l. Pedius. de incens. ruin. & naufra.

63 Et in criminibus atrocioribus, grauiora tormenta, quam in leuioribus habenda sunt. Et sicuti Bal. inquit, indicia maiora tormentis maioribus purgari debent: leuia enim indicia comminatione tormentorum elidi solent. Cum autem tormenta pœnam inferant satis acerbam, respiciendū est iudicātī, ne quid aut durius, aut remissius in eis constituatū quam causa deposcit: neque enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, vt Marcellus ait: sed perpenso iudicio, prout queque res postulat, statuendum est. l. Decret.

iones. C. de quæstionibus. l. respiciendum. de pœnis ca. non afferamus. 24. quæstio. 1. Baldus. in capite primo. §. si vassallus de controuer. inuesti. libro feudorum.

64 Hactenus ea ferè omnia diximus, quæ iudices facere debent, priusquam ab inuitis reis confessionem tormentis extorqueant: si verò indicijs magnis non præcedentibus, aut non semiplenè probatis, aut eorū copia reo non facta, aut eius defensione reiecta, confessionem dolore tormentorū extorserint, etiā si reus illā ratam habuerit, nihil ei nocebit, sed reiicienda & explodenda est, tanquam res iniqua & iniusta. Quidquid enim ex iniuria iudicis manat, iniustum est: & iniustitia causæ permanet in effectu: neq; enim ex iniuria ius nasci potest. Et hæc est vera & recepta iuris peritorū omnium ac theologorū sententia. gl. & interpretes in. l. pe. de quæstio. doct. in. c. cum in contemplatione. de reg. iuris. Alexan. cons. 1. li. 3. Brun. de indicijs. quæst. 5. Paul. Grillan. quæst. 3. Angel. de Malef. part. fama publica. Hippol. in pract. §. 2. quæstio. Ludouicus Care. in practica. nume. centesimo octuagesimo primo. Dominic. Soro. libro. de ratione regend. secret. membro. 3. q. 1. & lib. 5. de iust. & iure. quæstio. 6. art. 2.

65 Quod idē locū habere videtur in illo qui vinctus est iniuste, & in carcere confitetur hæresim, præsertim si confessionem postea reuocauerit:

uerit: nam carcer species tormenti est: & ea confessio metu carceris & iudicium extorta præsumi potest. l. item apud Labeonē. §. quæstionis. de iniur. Ancharra. cons. 24. Rom. cons. 241. Corn. cōf. 134. Ang. cons. 178. Cuma. con. 157.

66 Quod si plures eiusdē criminis socij & participes torquendi sint, iudex à suspectissimo incipere debet, & à quo facillime posse sciri verum verisimilius fuerit: id est, ab eo qui timidior, debilior ac deterior sit. l. 1. §. 1. & illic Bal. Hippol. & alij. de quæstionibus. l. vnus. eo. ti. regia. l. 5. titu. 30. p. 7.

67 Cæterū etsi suprascripta omnia ad vnguē seruata fuerint, nihilominus tñ reus condēnari nō debet ex confessione tormentis extorta, nisi postea in ea perseuerauerit. Pessimū est enim (vt inquit Alex. papa) de suspitione, aut extorta cōfessione, quemquā iudicare: nec ferenda est contraria cōsuetudo, quæ quidē crudelis & iniqua est, & ab omni ratione atq; humanitate aliena. 15. q. 6. ca. 1. regia. l. 7. titu. 29. p. 7. glo. Hippolyt. & cæteri. in. l. 1. §. diuus Seuerus. de quæstionibus.

68 Idem iuris est, si confessio extorqueatur timore, aut metu imminētū tormentorū: ea enim paria sunt sicuti iuris ciuilibis authores tradūt. Quin etiā Xenophon lib. 3. de Pædia, seu disciplina Cyri, elegāter docet, metū maiori supplicio esse hominibus, quā si re ipsa malè afficiantur. Metus etenim rerū omnium hor-

ribiliū, maximè animos perterret. Quem securus lib. 6. epistolarum famil. Cicero inquit: plus in metuēdo est mali, quam in eo ipso quod timetur. Et alibi ait: Maior est ea vis, quæ periculo mortis iniecto, formidine animū perterritum loco sepe, & certo de statu dimouet, quàm quæ ad corpus nostrum, vitamque peruenit. Itaque saucijs sæpè homines, cū corpore debilitantur, animo tamen nō cedunt, neq; eū relinquunt locū, quem statuerūt defendere: atque alij pelluntur in regri: vt non dubium sit quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, quàm illi, cuius corpus vulneratum sit. Et vt apud Stobæum est, sermone de timiditate: omnia mala plus terrere solent eos, qui ipsa futura expectant, quàm vbi iam acciderint molestare. Metus enim tam improbus est, vt multi rem quam metuunt, ipsimet anticipent: vt qui in nauis tempestate periclitantur, non expectata submersione nauis, manum sibi prius inferunt. Cicero. lib. 6. epistola. 82. & oratione pro Aulo Cecinna. l. nouissime quod. fals. tuto. autore. l. 2. C. quorum appellatio non recipitur.

69 Tunc autem confessio dicitur extorta metu tormentorum, cū reus trahitur in eum locum, in quo rei torqueri solent: & illic spoliatur vestibus, aut ligatur, aut ita terretur à iudice, vt magna probabilitate credat, inferenda

De tormentis.

sibi tormēta fore. Nec enim sufficit vt leuiter alibi à iudice terreatur, nisi metus ille cadere possit in hominem constātem. l. metum quod met. causa ca. penult. de his quę vi met. ve. ca. fi. Anchar. conf. 88. Decius consi. 100. Hippolyt. consil. 18. Franc. Ripa. in cap. cum. M. Ferraricensis. de const. nu. 179.

70 Neque audiendi sunt qui putant nō esse necessariā ratihabitioē, cū ventū est ad tormenta probatis indicijs indubitatis, vel antecedente extraiudiciali confessione, præsertim geminata. Nam etsi hæc, & lōge maiora indicia probata sint, nihilominus tamen confessio tormētis extorta, coacta, & inuolūtaria, & parum efficax est, nisi post tormenta fuerit ratificata. Ea igitur opinio quę quidē nec iure, ne ratione fundatur, crudelis & inhumana & iniqua omnino est. Antonius Gomez tom. 3. c. 13. & Blancus in. l. vlti. ff. de quęstionib. nu. 208.

71 Ergo vt confessio tormentis extorta, nocere queat reo confitenti, necesse est, vt post aliquod temporis interuallum, rata fiat. Plærique autem putant, id esse debere spātiū vnus diei, quod & lege regia expressim cauetur. Quin etiam capite quodā primæ instructionis Hispalen. additur, vt post vnum vel duos dies ea ratihabitio fiat. Et inquisitores in tertium diem illā differre solent: quod quidem benignū est, ne adhuc dolor tormentorum, & vehemēs animi perturbatio du-

ret. regia. l. 4. titu. 30. part. 7. prima. instru. Hispal. c. 15. Bart. Hippol. & alij. in. l. 1. §. diuus Seuer. de quęstio. Iacob. Butrio. & Bal. in. l. 2. C. de his quę. vi. Angel. & Ioā. Imolē. in. l. qui in aliena. §. vlti. de acquirē. hæredi. Andreas Tiraquel. de retractu. conuenti. §. 1. gl. 5. nu. 21.

72 Post vnum itaq; vel alterum diē iudex coram tabellione ac testibus talibus verbis reum alloquetur. Meministi eorum Buccere, quæ in tormentis dixisti: nunc autē dic liberē veritatem. Deinde tabellio scribere debet eius respōsum. Quod si perseuerauerit in confessione tormentis extorta, fides plenissima contra eū habenda est illi. l. 4. ti. 30. p. 7. prima. instru. Hispa. c. 15. Ioan. maior. lib. 4. sent. dist. 15. quæst. 22.

73 Sunt autē qui putant, hanc perseuerantiam, nō esse necessariā, quādo reus vel testis in tormentis, contra alios testificatur. Sed meo quidē iudicio, neq; probabilē causam neq; satis idoneam huius opinionis afferūt. Quinimo cū non sit confessio volūtaria, sed coactū, ac tormentis extortum testimoniū, probabilius mihi veriusque videtur, vt etiam in hac specie, perseuerantia & ratihabitio, maximē sit necessaria. Præsertim cum dicēda testimonia sint coram honestis personis. ca. vt officium. §. verū de hæret. lib. 6. Bal. in. l. vlt. C. de quæstio. Parisi. tract. de sindicatu verbo tortura. c. testis.

74 Si verò reus in quęstionib; pernegauerit ac tormenta vicerit, hoc ipso

Titulus

ipso obiecta crimina diluit: & purgat (vt aiunt) omnia præcedētia indicia. Quæ fuit iam olim Caij Plinij sentētia iustissima: is enim Aristoni scribens, referebatur (inquit) de libertis Afrani Dextrii consulis incertum sua, an suorum manu, scelere an obsequio perempti. Hos alius: quis ego sed nihil refert, post quęstionem supplicio liberandos, alius in insulam relegandos, alius morte puuendos arbitrabatur. Et quanuis earum sententiarum tanta diuersitas esse, vt nō possent esse, nisi singulę (vt idem Plinius ibidē ait) hæc tamen sententia, tū lege regia, tum etiam cōmuni iuris peritorum calculo recepta & cōprobata est. Plini epistola ad Aristonem. lib. 8. regia. l. 4. ti. 30. pa. 7. Bart. in. l. vlti. & Alber. in. l. edictum. de quęstionib. Angel. de malefic. part. fama public. nu. 119. Gandin. de quęstionib. num. 21. Bonifac. titu. quib. caus. quis torque. pos. nu. 13. Hippolyt. in. l. repeti. de quęstionib. Boerius. decisio. 163. Aymon Craueta. consi. 168. & 287. Ludou. Care. post alios plures in practi. nume. 160. & numero. 202.

75 Sed hæc locum non habēt in his casibus in quibus quęstionem repetere licet: tunc enim reus absolendus non est, donec iterum tormēta vincat. Sunt autē hi casus, si reus eui dentioribus argumentis opprimatur: si noua indicia superueniūt: si crimen obiectum atrocissimū sit, & indicia fuerint indubitata: si re-

LXV.

308

non fuit sufficienter tortus: in his tātum speciebus reus iterū torqueri tunc demum poterit, cū in tormēta corpus, animusq; durauerit: neq; enim dilaniādus reus, aut excarnificandus est. l. repeti. & l. vni. §. 1. de quęstionib. regia. l. 4. titu. 30. part. 7. Bart. & ceteri in dicta lege. repeti. & innumerabiles alij.

76 Sed quanuis nonūquam reus in quæstionē repeti possit, non tamen sæpius torquēdus est, sed bis tantū: alioqui enim tormenta nūquā finē essent habitura. Cū autem nō ad coërcendos homines, sed ad veritatem inquirendā tormenta habeantur: iniquissimum est, quęstionem sæpē repetere: qui vel sic fatigati rei excarnificati morientur, vel certè crimina, quę non cōmiserunt, cōfiteri cogentur. regia. l. 4. sæpē citata. Aluarus Pelagius. lib. 2. de Planctu ecclesie. arti. 41. col. 3.

77 Et quanuis multi putent, reum ter saltem torqueri posse, eorum tamen opinio neq; lege aliqua, neq; probabili ratione fulcitur. Adde q; leges permittētes repetere quęstionem, de prima repetitione sunt accipiendę: aut pari ratione tormēta in infinitum abirēt. l. Boues. §. hoc sermone. de verbo. signi. l. 1. §. si cui. ff. vt legato. seu fideicommi.

78 Proinde crudelissima & iniustissima fuisse tormenta sæpissimē repetita, quę Valerius Maximus ac diuus Hieronymus retulerūt, quis nisi Nero aut Neroni similis negare poterit? Alexander quidam Fan-

De tormentis.

nij seruus, cum in suspicionē Caij Flauij equitis Romani occisi venisset, septies tortus pernegauit, ei se culpæ affinem fuisse: sed perinde atque confessus, & à iudicibus damnatus, & à Lucio calpurnio triumpho in crucē actus est. Itē Fulvio Flacco causam dicente, Philippus seruus eius in quo tota quæstio nitebatur, octies tortus, nullū omnino verbū, quō dñs perstringeretur, emisit, & tamen reus damnatus est, cum certius argumentum innocentie vnus octies tortus exhiberet, quàm octo semel torti præbuisent. Pari crudelitate Verceilis temporibus diui Hieronymini, quædam mulier de adulterio suspecta, septies tormentis laminata, & eadem damnata fuit, cum nunquam fuisset crimen confessa. Sed omnipotens Deus ad confundendam sequitiam iudicum, præsentis miraculo eam ab iniusta morte liberauit. Profectò talia facere, non iudicis equi officium, sed crudelissimi carnificis est. Valeri. Maxim. lib. 8. c. 4. de quæst. Hieron. epistola ad Innoc. de muliere septies iacta.

79 Quæri autem solet, an reus, qui obiecta crimina, vi, metu, ac dolore tormentorum confessus est, & sequenti die confessionem reuocauit, ob eam causam iterum in quæstionē repeti possit? Plærisque iurisperitorum placuit, eo casu repeti quæstionem posse: quia reus vacillauit, & propria confessione roborauit præcedentem probationem. Denique quia nouum signum seu indicium

ore suo addidit. Et ita lege regia, & quadam sicula constitutione cauetur. Regia. l. 4. ti. 30. pa. 7. constitutio. si damna clandestina. & inibi Andre. de Isernia. & Matth. de Afflict. notab. 14. lib. 1. constit. Sicilię. titu. 27. Bal. in. l. in bonę fidei. C. de reb. credit. Paris. de syndica. vers. viso. de repetitione Paul. Castrę. in l. vltim. C. de probatio. Bohe. decisio. 163. Ludo. Care. in pract. nu. 190 Bosius. ti. de tortura prope finem.

80 Atqui capite quodam primę instructionis Hispalensis cautum esse videtur, vt in causa hæresis quæstio non repetatur. Ibidem enim hoc decretum extat: qui confessionem tormentis extortam, alio die reuocauerit, abiuret solemniter errores illos, de quibus infamatus fuerat: & arbitrio iudicum poenā aliquam pecuniariam soluat, propter infamiam & suspicionem aduersus eum adhuc remanentem. Sed quanuis id ita sit, nihilominus tamen sepius apud inquisitores vidimus quæstionem eo casu repeti: quod quidem iustius est, nec illo decreto prohibetur. prima instructione Hispalensi. cap. 15.

81 Plusculum dubitationis habet, cum reus bis tortus bis confitetur & reuocat, an tertio torquendus sit? Multi putant rursus de integro quæstionem haberi posse: quorum opinio mea quidem sententia, nunquam aut certe vix vnquam recipi debet. Primum quia lex nulla reperietur, quæ ter hominē torquere permit-

tat.

Titulus.

LXV.

309

tat. Nam si qua sunt iura, quæ dicantur repeti quæstionem posse, de prima quæstione tantum accipienda sunt. Deinde quia confessio altera tormentis extorta, non præbet nouum indicium, quippe cum sit eadem, quæ prius dicta, & reuocata fuerat. Postremo quia si ob eam causam tertio reus torqueri posset, pari ratione milles quoque, illum torquere liceret, neque vllus foret vnquam tormentorum finis: quo quid iniquius aut crudelius dici cogitari uel possit ignoro. l. Boues. s. hoc sermone. de verb. signi. l. dotis promissio. de iure. doti. c. non potest. de præbend. lib. 6. Alexan. consi. 16. lib. 4. Felin. in. c. vltim. de tre. & pac. Iason in. l. duobus. s. si ei qui. de iureiur. Deci. cons. 512. Fran. Ripa. lib. 2. respon. c. 27. Boheri. decisione. 131.

82 Verum opinio illa tunc demum recipi fortasse posset, cum reus bis fuerit leuissime tortus, & in posteriore illa confessione, aliqua noua signa priori confessioni addiderit: quorum si desit alterum, desit etiam tormentorum toties repetita sequitia: satis enim quæsitum est, neque ultra torquendus est reus. Angel. de Malefi. parte fama public. q. 9. Hippob. in. l. repeti. de quæstio. Guillan. q. 7. Tho. gram. consi. 45. Boheri. decis. 163. col. vlti. Ludou. Care. in pract. nu. 194.

83 Vt autem iudices scire queant quanta fides quæstionibus sit habenda, considerare prudenter oportet ea, quæ Fabius docet ab oratoribus

considerari debere: & eo magis quia hi suadent illi diiudicant: hi ius alteri litigatoris, illi causam veriusque perpendunt: denique hi dicunt, quæ volunt: illi quæ iusta fuerint proferre atque exequi debent. Quædam igitur, vt Fabius ait, propria sunt cuiusque litis: nam siue de habenda quæstione agatur, plurimum intererit quis & quem postulet aut offerat, & in quæ & ex qua causa: siue iam erit habita, quis ei præferat, quis & quomodo sit tortus, an credibilia dixerit, an inter se constantia, perseuerauerit in eo quod coeperat an aliquid dolore mutauerit, prima parte quæstionis, an procedente cruciatu: quæ utrinque tam infinita sunt, quàm ipsa rerum varietas. lib. 5. insti. oratoriar. ca. 4.

84 Admonendi præterea iudices à nobis sunt, vt ne sibi vnquam persuadeant, vsque eò signa & indicia perspicua nonnunquam & euidentia esse, vt fallere sæpe non queant. Inde etenim frequentissime factum est, vt innocentes crudelissime torti, & falsa crimina confessi damnati etiam fuerint innocentes. Suppetunt affatim eius rei exempla plurima, miseranda quidem atque dolenda: sed vnum duntaxat memorasse sufficiet, quod Valer. Max. his ipsis verbis retulit Marci Agrij Argentarij seruus, Alexandrum Titij Fannij seruū occidisse, in simulatus est: eoque nomine tortus à domino, admississe id facinus constantissime asseuerauit: itaque Fannio deditus, supplicio

plicio affectus est: paruulo deinde tēpore interiecto, ille cuius de nece creditum erat, domum redijt. In ancipiti negotio (vt sapientissime Aristo. inquit) potius ad eam partem vergere oportet, vt si fortē fuerit erratum, peccetur leuius: at minus est malum absoluere nocentē, quā innocentem damnare. Vn-

de Adrian. imperator Aufidio Se- uero rescripsit, neminē de suspicio nibus damnari debere: fatius enim esse, impunitum relinqui facinus nocentis, quā innocentem dam- nare. Valeri. Maxi. lib. 8. cap. 4. de quēstion. Aristo. problem. 13. par- ticula, siue sectione vigesima nona l. absentem. de pœnis.

De vsuris. Titul. LXVI.

- 1 *Vsuras iure optimo omnes semper execra- ti sunt.*
- 2 *Vsuras quas ob causas vitanda sint.*
- 3 *Vsurarum cognitio ad quos indices per- tineat.*
- 4 *Vsurarios quando punire possint inquisi- tores.*

S Acris vtriusque te- stamenti literis, ec- clesie definitioni- bus, conciliorum vniuersalium cano- nibus, pontificum maximorum & sanctorū patrum decretis quā plu- rimis, prohibetē damnatā que sunt vsuræ. Quin etiam lumine natura- li duntaxat illuminati vetustissimi quique philosophi, vsuras frequē- tissimē sunt execrati: cuius rei cau- sas Plutarchus eleganter in hunc fe- rē modum colligit. Primum quod minimē cōuenit, mutua, quæ cha- ritatis, beneficij, & amicitie causa inducitur, in lucri sordidi certi- tudinem vertere. Deinde, quæ vsura contra regulā illam nature sit: ex ni- hilo nihil gigni: quæ paupertati vni- cum eius solaciū, nempe animi se-

curitatem, aufert: quæ nōdum natos fructus deuoret: quæ qui accipiūt sub vsuris, vorurā ex vorura facientes nunquā se extricant: quæ vt plurimū ex luxu æs illud alienū cōtrahatur. ca. super eo. de vsu. Plutar. libro. de vsura vitāda. Alciat. in. l. vsura pe- cuniæ. de verbo. signifi.

2 Alij quoque alias rationes ad- dunt, quæ vsurarius vedit vsu pec- uniæ qui ab eius cōsumptione est inseparabilis: vnde fit, vt bis idē æ- stimet: quæ veditur vsus pecuniæ, quæ post mutuū est aliena: quæ cū statim pecunia periculo sit recipiētis: ab- surdum sit, vt fructus eius ad aliū pertineant: quæ sit vsura cōtra cōmu- ne bonum: ei nāq; dediti homines, bonas artes omnes deserūt, & alio- rum facultates exhauriunt: quæ præ- ter naturam nūmus nūmum parit: vnde authore Arist. iure vitupera- tur: quia non est nature cōueniēs, sed eō pertinens vt homines alij ex alijs lucrentur. Quo fit, vt optimo iure sit sceneratorū ars odiosa, pro- pterea, quæ lucrum ex ipso nūmo ca- ptat-

ptat: neq; sequitur eum finem, cu- ius gratia numus fuit inductus: ad faciendas enim permutationes re- pertus est. Denique tanto deterior est vsura, quā alia crimina, quā- to plus indigentia hominum infi- diatur: ac tantō magis execranda, quanto cōmertium rei magis ne- cessariae difficilius reddit. Aristo. i. Politi. ca. 7. Ambrosi. libro. de To- bia. cap. 2. cum sequenti. Chryso. in cap. Matthei. i. homil. 5. in fine. & homil. 57. cap. eiiciens. 88. distinct. Thom. opusculo. 73. de vsur. cap. 4. Contra. de contract. q. 22.

3 Sed quanuis hæc ita sint, inqui- sitores tamē de quæstionibus vsu- rarum cognoscere nō possunt: sed iudicibus ordinarijs eas relinquere debēt. Nam cū auri sacra fames, vi obiecti mouere soleat volunta- tem, etiam meliora videntem, ad eiusmodi sordida lucra: ea quidem crimina committi existimandum

est, non tam errore intellectus, quā auaritia & lucri cupiditate: quo efficitur vt eorum cognitio, inqui- sitorum non sit. ca. accusatus. §. de quæstionibus de hæret. li. 6. & inibi Ioan. Monachus. Archidia. & cete- ri. Federi. Senen. conf. 157.

4 Si verō quispiam crederet scēne- rari licere, puniri posset ab inquisi- toribus perinde atque quiuis alius hæreticus: & inter alia, pœnitē- ti quoque posset ab eisdem iniun- gi, vt agens pœnitentiam restitue- ret malē partas vsuras: id enim ve- ræ pœnitentiæ pars magna & ne- cessaria est. clem. 1. §. vltim. de vsur. ca. peccatum. de regul. iur. libro. 6. Domin. & Philip. Francus. & cete- ri. in. ca. accusatus. §. sanē. & §. vlti. de hæret. lib. 6. Federicus, loco præ- notato. Ioan. Calderin. conf. 2. titu. de hæret. Bal. in. c. 1. §. ad hæc de pa- ce. iuramen. firmā. Felin. in. c. cum sit. de foro cōpet.

*Trino & vni Deo gloria, imperium,
honor.*

COMPLVTI,
Excudebat Andreas de Angulo.
Anno. 1568.